This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600071048Q

# M. ACCII PLAUTI
# COMOEDIAE.

AD

PRAESTANTIUM LIBRORUM FIDEM RECENSUIT,

VERSUS ORDINAVIT,

DIFFICILIORA INTERPRETATUS EST

**CAROLUS HERM. WEISE.**

ALTERA EDITIO

MULTIS IN PARTIBUS LOCUPLETATA.

**TOMUS I.**

INSUNT:

AMPHITRUO, ASINARIA, AULULARIA, BACCHIDES, CAPTEIVEI, CASINA, CISTELLARIA, CURCULIO, EPIDICUS, MENAECHMI, MERCATOR, MILES.

QUEDLINBURGI ET LIPSIAE.

TYPIS AC SUMTIBUS GODOFR. BASSI.

LONDINI: WILLIAMS ET NORGATE.

MDCCCXLVII.

297. e. 29.

# PRAEFATIO.

Uti fortunae vis in omnibus rebus dominatur, et inter pares ingenio, arte, operibus alium servat, alium oblivioni mandat, ita profecto peculiari fato accidit, ut, quemadmodum Graecitatis Homerus, ita Latinitatis antiquissimus uberrimusque fons Marcus Accius Plautus extiterit, quum reliquorum omnium magnorum scriptorum, Attii, Naevii, Ennii, Pacuvii, Caecilii opera ad unum omnia perierint, adeo ut nihil ex illis nisi pauca mancaque fragmenta hodie extent. Atque mihi, totum antiquitatis classicae orbem peragranti vix quidquam memorabilius mirabiliusque visum est, quam quod ex tanta tamque remota antiquitate tanta poeseos copia extaret, quanta in Homericis carminibus conspicitur, et quod e Scipionis Hannibalisque fere aevo, quum reliqua omnia eius aetatis latinae linguae monumenta penitus absumta sint, praesigne tamen hoc Plautinarum fabularum volumen servatum esset, ex quo certe aliquatenus posset illorum temporum, morum, linguae notitia profundior hauriri. Interim curiosius mihi et Homerum et Plautum, saepius adeo eodem tempore, pertractanti, aliis etiam ex partibus quaedam inter utrumque insignis similitudo intercedere visa est, quemadmodum multifariam animadversum, in rebus ac temporibus diversissimis eosdem saepe usus idemque paene ingenium conspici, sicut easdem formas natura in diversissimis generibus ac ingeniis producere solet. Nam, ut primum de externis ordiar, hoc est de vita utriusque atque fatis, eandem plane in his fortunam uterque experti sunt, siquidem de Plauto pariter ac de

Homero parum profecto novimus, neque aut a quibus geniti aut quomodo educti sint aut ad tantum artis culmen evecti, quidquam certi compertum habemus, adeo ut, nisi quis ipse poetam maximopere agere velit, vitas utrinsque nemo aute conscribere hodie queat. Unum hoc ex consentienti antiquitatis traditione constat, neque Homerum aetatem splendide egisse, et Plautum, omnium rerum suarum naufragio facto, mercenaria potius opera vitam tolerasse, quam Graeculorum more libertatem ingenii sui opulentiorum alicui mancipasse; utrumque tamen tanta constantia suam artem tueri perrexisse, ad aeterni nominis gloriam evecti sint.

Sed multo insignior etiam similitudo, si interna ipsaque opera contemplere, inter utrumque conspicitur. Quum enim nullius Graecorum poetarum tantum flumen ingenii orationisque in tanta arte rerumque ac sententiarum gravitate fuerit, quantum Maeonii vatis, pariter plane, nisi quod in longe diverso poeseos genere, ubi ad Plautum accesseris, abripiere poetica eius vi et vividitate imitationis orationisque flumine, quae antiquitus iam dicebatur

Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.

Videlicet istud flumen suo more suoque rhythmo sequendum ponderandumque est, hoc est ad antiquae scansionis normam; in quo idem Flaccus alio loco magnam iniuriam infert poetae summo, dum illius rhythmos ad suae aetatis scansionem exigi velle videtur; quae posterior mihi certe longe levior et exilior, utut fortasse tornatior elegantiorque, istac antiquiori habenda esse videtur; quam an recte et uti oportet Flaccus instituere calluerit, valde adhuc dubitari potest.

Porro uterque et Plautus et Homerus pariter suam linguam noverè, pariter etiam in eam quasi dominati sunt, uti quilibet bonus magnusque poeta facere plerumque solet, ideo quia non instrumento dominum, sed domino instrumentum parere consentaneum est. Id quod in nulla re magis spectatur, quam licentiis quas dicimus poeticis, quae nusquam in omni antiquitate crebrius occurrunt, quam in Homero atque Plauto. Nam ut omittam hic hiatum, de quo paullo

infra dicendi copia fiet, quique in utroque pariter frequens adhibetur: quemadmodum Homerus minime haesitat, illud suum φίλε ἔκυρε, et φίλε κασίγνητε, et ἀπονέεσθαι et διὰ μὲν ἀσκίδος, et alia innumera in versibus suis admittere, ita similes plane in producendis brevibus licentias Marcus admittere non dubitavit, quo quasi significaret, non sese linguae, sed linguam sibi debere subservire; quales licentiae in nullo puto alio scriptore Romano reperiuntur. Velut illud *oves Tārentinas* in Truculento, et *tābernaculum* in Trinummo, et *rēvortimini* Amphitruone, et *gūbernator* Rudente, et *ūberravit*, *āmarentur*, *Āristārchi*, *drāchumarum*, productis primis; de quibus infra copiosius dicemus. Quas licentias qui mutando corrigunt, Plautum ipsum corrigunt carminibusque eius vim illicitam adferunt. Ultimae autem breves, veluti in Homero, in nostro innumeris locis producuntur; ut Asin. 2, 4, 48.

Reprómittam ietoc nómine solútam rem futúram.

et ib. vs. 14.

Abscede et sine me hunc *pérdere*, qui sémper me ira accéndit;

et item vs. 36. Praeterea cf. meum indicem s. v. *e inf.* 3. *producta* et *a finale nomin. primae productum*, et *a finale neutrius plur. productum*, ubi sat multa huius rei exempla congesta reperientur.

Aliud memorabile similitudinis momentum inter utrumque in paragogicis duabus literis cernitur, quae ab utroque adhibitae sunt, de quibusque in nullo alio utriusque linguae scriptore sermo adhuc fuit. Sicuti enim in Homero, ex magnorum certe olim criticorum opinione, digamma illud Aeolicum per omnia regnare iudicari potest, ita in Plauto plane similis litera, D inquam paragogicum, dominatur, quod et ipsum in aliquot locis in veteribus membranis scriptum legitur, et aliis sine dubio locis innumeris in enunciatione addendum est; quemadmodum idem in omni antiquitate Romana et inscriptionibus et legum formulis, et verborum compositionibus, velut *redire*, *prodire*, *redhibere*, *antidhac*, *indaudire*, aliis obtinuisse extra omnem est dubitationem

positum. Quodsi plura illius aetatis integra extarent opera, plura quoque haberemus exempla Plautinorum locorum similia. Nunc quoniam praeter huius fabulas nihil magnopere integri illius tempestatis extat, certe nequit negari, ab hac parte mirum in modum comicum Latinum cum epico Graeco concinere, siquidem istae literae in utroque pariter praeprimis ad explendum hiatum adhibitae esse iudicandae sunt.

Sed praecipuum etiam similitudinis inter Homerum Plautumque argumentum hoc est, quod uterque pariter ab coaevis suis aut subsequentibus multifariam est interpolatus, et quod admodum paucis inter criticos hucusque in mentem venit, posse aliquam scenam integram in Plauto esse spuriam, nedum ut augurati sint, integram unam alteramve ex Varronianis fabulis suppositam esse posse, quemadmodum olim nemini in mentem venerat, rhapsodiam aliquam Homericam ab alio quam ab Homero posse esse compositam. Imo ipsarum quoque interpolationum causae apud utrumque paene eaedem inveniuntur. Uti enim Homerica carmina ab initio, nullis literis conscripta, ore tantum rhapsodorum propagabantur, quorum quisque facile passim sua genuinis attexebat, alii integras partes ab sese compositas Homero tribuebant, propter auctoritatem nominis et quo lubentius audirentur, vulgus autem, verioris artis ignarum, pariter supposita cum genuinis eadem cupiditate ac delectatione pro Homericis accipiebat, ita Plauti carmina a principio nonnisi in comoedorum scriniis sunt servata, qui quin pro lubitu suo aut captu, quolibet placuerit, sua commenta adiicerent, nulla lex, nullus censor aut magistratus impediebat. Atque sic factum, ut alii, ubi lubuerit, integras scenas adiicerent, alii adeo totas fabulas, ab sese scriptas, hoc est ex Graeco versas, Plauto propter auctoritatem nominis et lucrum ex ea auctoritate capiendum tribuerent; vulgus autem pari saepe voluptate, aut etiam maiori, supposititia, quo genuina, spectaret. Mihi certe nemo persuadebit, Poenulum aut Mercatorem aut Stichum ab eodem esse profectas, a quo Capteivei, Rudens, Aulularia, Casina, Asinaria, Amphitruo, Truculentus pro-

fectae sunt, aut Pseudolum, Militem, Bacchides, Epidicum, Menaechmos, Mostellariam, Persam non esse multifariam vel a coaevis vel sequioribus interpolatas. Nam ut unum tantum exemplum ex interpolatis afferam, Bacchidum primam scenam, licet quoad rhythmum et dictionem haud invenuste compositam, tamen non esse posse ab eodem scriptam, a quo fabula scripta est, quomodo nondum suboluerit Plautinistis in tam πολυθρυλλουμένῃ hodie fabula, mirarer, nisi scirem, plerosque nostratium, in altiori critica plane hospites, multo facilius, ad Peerlkampii modum, genuina pro spuriis habere, quam suppositicia recte eruere; sicuti dudum Ritschelius fecit, dum prologum ad Amphitruonem, omnium lepidissimum, spurium iudicat, pari plane sedulitate critica, qua et ipsum Plautum tamquam Anabaptista quidam novis nominibus Titum Maccium baptizavit; quem omnes prologi, in quibus nominatur, quique tamen, si minus a Plauto profecti, antiquissimis temporibus facti sunt, vel Marcum vel Marcum Accium vocant. Sed ut ad rem redeam, praecipuum in Bacchidibus argumentum ab initio in eo versatur, quod Pistoclero mandaverit Mnesilochus absens, ut sibi amicam suam, a milite ablatam, quaereret, quodque Pistoclerus, illa inventa, huius sororem cognominem amaverit. Hoc si verum est fabulae ab initio argumentum, facile patet, primam scenam ab aliquo esse adiectam, qui nullam eius argumenti hic rationem habuerit. Plane enim nulla eius rei fit mentio, quum tamen eo ipso die Bacchis advenerit (dicitur enim in fine scenae lassa adhuc esse ex navi), et in sequentibus (II, 2, 14. sqq.) Pistoclerus dicat, sese mandata amici Bacchidem eius invenisse, eamque illum unice deperire. Contra Pistoclerus ad Bacchides accedit tamquam qui genio suo velit indulgere; amici nullam plane facit mentionem. Et quum iampridem debeat esse inventa Bacchis, et iampridem eius sororem amare coepisse Pistoclerus, hic vss. 68. et 69. hoc ipso modo die coepisse aperte dicitur, tamquam qui nunc primum captus sit Bacchidis blanditiis; imo idem vs. 17. etiam ab altera stulte sibi periculum metuit,

quum tamen in sequentibus omnis res in eo nitatur, ut Pistoclerus ab altera abstinuerit; suam solam amarit. Alia accedunt inepta stultaque in singulis sententiis. Quare enim Bacchis sororem, e navi timidam, ante aedes evocat, colloquendi causa? quod multo commodius intus facere possint. Porro v. 5. Pistoclerus alloquitur duas sorores *cognomines*, tamquam si dudum noverit et ambae Athenis longum iam tempus degerint, quum tamen altera eo ipso die primum advenerit. Versus 7. plane ineptus est et dictione et sensu. A versu autem 8 plane aliena res infertur, quam de qua agit fabula, illius autem, qua de fabula agit, nulla fit mentio. V. 10. stulte Pist. quaerit: *Quid isti caveam?* et pariter stulte Bacchis v. 20. *Quid est, quod metuis?* Et qui sensus v. *malitia* in eodem? quae v. 21. facetiae: *mala tu es bestia?* Item versus 22 desipit; nam si ea opinabatur, non debebat accedere. Porro, quae v. 23 ait Bacchis, quomodo concinunt cum vv. 50 sqq.? Ineptus et v. 27. Quid enim suspicio illa proderit? V. 28. singularis est dictio *lepida memoratui*. Et quae in praecedentibus petierat Bacchis, ut sororem contra militem tueretur, quomodo tam lepida memoratu dici queunt? nisi praecipias animo ea, quae v. 40 sqq. sequuntur. V. 34 discus stulte cum damno, et item dedecus cum cursura componitur, et *damnum* male repetitur, quod iam adfuit v. superiori. Quomodo autem Bacchis v. 35 eum lepide haec memorasse dicere potest? V. 41 Bacchis ait: *Equidem tibi do hanc operam*, quum tamen antea v. 23 plane contrarium se facturam dixerat. Nam opera illa nihil est nisi meretricia, de qua v. Indicem. Porro v. 42. qui sensus distinctionis: *ioco, an serio adsimulare*, quae distinctio plane nihili. Plane autem inepta sunt, quae v. 46 sqq. Pistoclerus quaerit. Non enim de futuro tempore sermo hic esse debet, sed de praesenti die solo. V. 55. inepti sunt et plane contra grammaticam nominativi: *nox, mulier, vinum*, et verus Soloecismus. Etiam v. 56. verba *nisi causa tua* superioribus plane contradicunt. Cf. 24—26. Porro stultitia in hoc cernitur, quod v. 60 sqq. Bacchis,

postquam Pistoclerus consenserat ad introeundum, eum ablegat ad opsonium emendum, quod quivis alius servus procurare poterat. Videlicet quia in genuina fabula Pistoclerus opsonium adducit ad diu iam amatam Bacchidem. Omnium tamen ineptissimum, quod posteaquam vix abiit Pistoclerus, idem statim e foro redux cum opsonio sequenti scena, tamquam Fausti aliquo pallio vectus, adest. Ut omittam Lydum praesentem in sequenti, qui nullus adfuerit in prima scena. Atque sic tantum non omnia in hac addititia scena perquam inepte sunt ab seriorum aliquo vel in Latinis vel iam in Graecis commenta, qui voluerit in principio etiam dramatis comparere Bacchides, quae in fine demum comparent. Genuina enim fabula ab secunda demum scena orditur, eodem fere modo cum Curculione. Quod qui non viderit, aut certe monitus non concesserit statim, plus quam caecutire dicendus est in re summa, hoc est de fabulae ipsius compositione iudicio. — Atque huiusmodi centones serius afficti haud pauci vel in spuriis vel interpolatis, imo et in genuinis reperiuntur; velut Merc. V, 1. et V, 2, 1—9, et Menaechm. V, 3. In Captivis autem, fabula maxime genuina, pariter actus IV. scena I. ab alio supposita est, idque nulla alia causa, quam quo spatium esset Hegioni introeundi et revertendi. Quid autem stultius, quam Ergasilum, postquam iam tredecim tetrametros in scena est elocutus, post demum IV, 2, 9. tamquam in ultima platea *procul* conspici ab Hegione accurrentem? Accedit mutatio ex trochaicis in iambicos et retro sine causa et necessitate, insolita fere Plauto; ut non dubium sit, quartum actum (quales hodie dirimuntur) a secunda demum scena ordiri, illam autem priorem perinepte serius esse adiectam. Atque sic, plane ut in Homero, in Plauto innumera non vere Plautina reperientur, si modo volueris constructionem rationemque singularum inter se scenarum contemplari, aut album ab atro probe distinguere didiceris.

In hoc tamen circa hanc spuriorum investigationem uterque inter se differunt, quod in Homero negotium paullo

difficilius fit, ideo quia fortasse epico facilius aliqui pannus attexetur, ut non sentiatur, et inquisitio magis in rebus minutis nec cuique statim animadvertendis versatur, in Plauto contra, uti in quoque scenico, facile vel ex dramatis constructione scenarumque inter se aut concentu aut contradictione ac repugnantia, ad logicae leges exigenda, facilius, quid genuinum quid spurium sit, animadvertere possis. Quare eo magis profecto mirum videri debet, ab neminedum hanc inquisitionem plenius esse institutam, quum tamen sine ea, quae sincera sint, nullo pacto rectius cognosci, sine ea cognitione autem verus Plautus neque nosci neque recte intelligi possit.

Sed et in hoc diversa Homeri a Plauti fortuna esse conspicitur, quod ad illum emendandum ordinandumve hodie rari homines accessere, et qui accessere, multa plerumque modestia usi sunt, absterriti puto a criticae abusu magnitudine poetae ac dignitate epici carminis, Plautum contra quilibet mediocriter vel a secunda Petri vel a linguae Latinae scientia instructus aggredi se posse putarunt, abrepti, ut arbitror, facilitate dictionis et iucunditate orationis leporibusque, ut facile sese crederent constituere posse versus lectionemque poetae, qui nonnisi in iocis facetiisque versaretur. Quae pericula ab variis et haud paucis inita quam infelicem saepe eventum habuerint, et notum satis cuique, et uberius hic recoquere longum profecto et taediosum foret ei imprimis, qui scriptorem non per partes, sed integrum quantum eius extat considerare amarit et considerari ab aliis voluerit. Hoc enim saepe mihi mirum esse visum est, praeter me et Bothium neminemdum recentiorum integrum Plautum rhythmice uno factu aut duobus edere aggressum esse, ceteros unam alteramve fabulam magnis saepe conatibus protulisse, nescio quam contentos suis proventibus, dein quasi effetos substitisse aliisque vel invitos vel volentes opus reliquisse, quum tamen alii magni ambitus scriptores, ut Livius, Virgilius, Ovidius, Tacitus, alii, plus semel integris editionibus ab singulis curati prodiérint, et quum in Plauto idem

ut fieret prae ceteris optabile fuisset, siquidem sine hoc reliquorum iusta cognitio, linguam quidem Latinam quod attinet, multis in partibus fieri nulla potest.

Antehac magna circa Plautum, imo maxima, Lipsiae ab Rostio exspectabantur proventura, adeo ut, si tentares aliquem de Plauto edendo, facile responsum ferres, in huius scriptoris notitia neminem omnium consensu hodie maiorem qui vivat iudicari, quam Rostium; Lindemanni, Goelleri, imo nec Hermanni, qui tamen parens inter nostrates horum olim studiorum extitit, plane mentio nulla fieret; qualiter fere hodie fieri videmus, ut omnium diorthotarum, vel potius pseudodiorthotarum, prooemia Ritschelium tamquam unicum Plauti sospitatorem decantent, quamquam ille nihil huiusque praeter Bacchides ediderit, eas autem ita infeliciter, ut Hermannus opus habuerit eius errores peculiari eiusdem fabulae editione corrigere. Quodsi de his super Rostio olim et nunc Ritschelio coaevorum iudiciis meum iudicium superaddendum sit, de illo equidem in his non aeque atque de hoc erratum esse dixerim, siquidem iste tamen instructus erat haud exiguo sensu poetico et satis bono iudicio, cuius utriusque rei ego certe in Ritschelii Bacchidibus adeo pauca signa deprehendi, ut mea de eo spes nondum potuerit ad tantam, quantam aliorum, altitudinem evehi.

Ceterum ego neutiquam aut coaevis aut recentioribus exprobrem, si res illis in hisce studiis male cesserit, nisi si forte, quam ipsi nihil, aut nihil quod laudari posset, praestiterint, magnos tamen se et unicos in hoc genere haberi postulent. Quippe longe alia res hodie est Plautum edere, quam olim fuit, ubi, nihil ratione habita accuratioris rhythmicae, in vulgata tantum hic illic ex codicibus aut ex coniectura emendanda opera collocabatur, reliquum autem studium solummodo circa interpretationem versabatur. Ex quo enim a Britannorum in hoc genere ἀρχαγῷ ac principe, Richardo Bentleio, primum tamquam aliquo Moysis scipione atque miraculo huius artis fons in Terentio adapertus est, non potuit fieri quin et in Plauto homines simile quid ut

efficeretur exposcerent atque exspectarent, idque multo etiam magis, quam antehac, nostra aetate, postquam ab excellentissimo in hoc genere viro Lindemanno primum plures una fabulas ad hunc modum edundi periculum egregie subitum est. Ita non sane mirandum videtur, haud paucos etiam impares ingenio ac viribus huic rei efficiendae sese accinxisse, neque obstupescendum, tanta passim miracula et ostenta versuum ab singulis esse prolata, quanta saepe conspeximus, quippe rhythmica ars suum proprium requirat ingenium, nec uniuscuiusque esse possit, qui forte laureae Scaligerianae sibi vindicandae cupidus fuerit, istanc Corinthum feliciter appellere.

Ego neque de istac laurea magnopere cogitans, neque quidquam nisi quod vel mihi vel aliis proficuum esse posset ad interiorem linguae latinae cognitionem spectans (in qua tamen proxima potissimaque omnis verae doctrinae scientiaeque apud nos conditio posita cerneretur): qua ratione ad Plautum recensendum permotus fuerim, et olim sum professus, et hic, si licet, paucis repetam. Curaveram apographum Terentii ad exemplar Bentleianum, ibique primum cogitatio subierat simile quid in Plauto efficiendi, cuius et ipsius textus vulgatus paullo post mihi relegendus fuit. Procendente deinde tempore quum inter alia Aristotelem ex vulgata accurandum emendandumque suscepissem, ibique praeter ea quae delectant et animum ipsa ad se attrahunt, etiam abstracta multa et spinosa, et imprimis supposititia magna saepe atque molesta pertractanda essent: ne rebus tot tantisque sanequam theoreticis et philosophicis gravissimisque nimium defatigaretur animus, circumspicienti mihi oblectationem recreationemque aliquam, qua reficerer aliquantisper a tantarum rerum prope continua intentione, Plautus in manus venit, quem, praesertim et quia Lindemannus iamiam abdicare se velle videbatur eius editione et Grammaticorum persecuturus, eo inde tempore, ubicunque aliquid otii suppeditabat, accrescente indies cupidine insignivi accentibus, versus diremi, cantica digessi, veteres editiones (in his

apprime Gryphianam 1540 cum adscriptis Lambini variantibus) contuli, Lambinum ipsum studiose tractavi, Taubmannum, Gronovium, Ernestium, Gruterum, Acidalium, Pareum cum suis Palatinis, Lipsiensis cod. variantes, Bothium reliquosque recentiores adhibui, et sic satis largis pro eo quem sequebar scopo opibus adiutus (ad quas accedebant Lucretiana Sallustianaque studia et fragmentorum scenicorum accuratior tractatio, ac paene omnium poetarum latinorum intentior recognitio nuperrime instituta), intra non ita longum temporis spatium recensionem textus absolvi, qualem haud inutilem fore rebar iis, qui Plautum tamquam poetam rhythmice lectitare vellent. Et quoniam, tamenetsi quantum minime fieri posset a vulgata recedere constitueram, tamen haud sane paucis in locis illud faciendum fuerat, facile videbam, sine animadversionibus ubique incertum haesurum lectorem, quo ex fonte emendatio manaverit. Quare ad notas etiam scribendas accessi, in quibus et critico usui quantum opus esset respondere, et eorum qui intelligere cuperent poetam necessitatibus succurrere propositum habebam. Ceterum duobus ad summum tomis absolvere editionem animus erat, ne nimium aucto ambitu operis, pretium etiam nimis augeretur, in scriptore, qui, utut maxime necessarius ad literarum Latinarum cognitionem, rarius tamen tractari et rarius etiam emi soleret. Eamque rem paene iam absolveram, quum ecce in ephemeridibus Ritschelius quidam, mihi tum plane nec nomine notus, dum ieiunam atque inanem iniquamque recensionem alicuius fabulae ab Lindemanno editae promulgat, simul annunciat, sibi in animo esse Plautum edere, ad quam rem sese maioribus melioribusque quam quemquam opibus esse instructum. Unde statim et a priori ego, ut philosophi aiunt, coniiciebam, nihili eius omnem futuram editionem, siquidem centies iam cognoveram, ex praeviis eiusmodi magnificisque annunciationibus nihil plerumque, quod vere probari possit, prodire solere.

Meam interim editionem Bassius redemerat, plane laetabili ut opinor Plauto fortuna, quippe qua effectum

iretur, ut haec nova quoque eius omnium quae extant fabularum editio in eadem regione prodiret, qua primum Bothiana prodierat; quae regio et olim poeseos laude floruerit, ut Klopstockii, Gleimii, Buergeri patria, et hodie quoque variis floreat artibus, pictoria maxime protegenda atque adiuvanda, velut hereditarium sibi semper aliquem Musarum artiumque cultum vindicans. Verum utut praesignia illic Hildebrandi, Sohnii, Lessingii, Hasenpflugii et aliorum artis opera in Spiegeliorum Lucanorumque museis reposita spectentur, haud profecto minori laudi decorique esse censendum est, quod prodierint ibidem duae nostri poetae editiones, quarum altera haud paucas indubitatasque attulerit textus emendationes, altera et has reddiderit, magis etiam perfectas aliisque innumeris auctas, et versus poetae prima in omnibus quae extant fabulis ad verissimas antiquae scansionis leges constituerit. Ibi ergo (non enim nimis maturato opus erat) in eo eram occupatus, ut in otio et textum meum denuo recognoscerem, et notas imprimis interpretationi inservientes reviderem, augerem, perpolirem; eamque rem ad umbilicum fere adduxeram, ut manuscriptum in officinam posset mandari, quum ecce una Plautinarum fabularum, Bacchides, ab Ritschelio edita comparet, et quidem duplici editione, altera cum notulis criticis, altera sine notis, ut facile appareret, editorem textum hunc non in criticorum tantum usum constituisse, sed eundem, qualisqualis esset, communi iam omnium usui destinasse. Quam editionem simulatque accuratius inspexi, clare cognovi, Ritschelium, quiqui esset, et utut fortasse probum virum et in aliis doctum sese praestitisset, minime tamen eum esse, a quo probabilis Plauti recensio expectari posset. Desiderabatur enim iusta peritia in rhythmicis, siquidem v. c., ut versus quos fecerat pessimos hic taceam, senarios senis ictibus insignierat, quum terni et tironibus sufficere et debeant et soleant, imminutos autem versus Creticos plane perverse consideraverat. Desiderabatur sensus omnis melior poeticus, sine quo in poeta recensendo electio nulla iusta aut constitutio potioris lectionis fieri potest;

velati, ut unum afferam, V, 2, 47. ubi Decurtatus in fine habet *necar*, ille, eiecto *vero* adverbio, languidam emendationem *Ne carpe* recepit, quum aperte Graecum *Naì γὰρ* esset reponendum, quemadmodum et Hermannus, quamquam nihil nominato fonte, reposuit. Principium denique criticum quod attinet, hanc nimirum legem secutus fuerat, ut certos quosdam libros sequeretur ex iisque etiam incredibilia reciperet, reliquos omnes vilipenderet; in quibus autem locis illi libri monstra haberent, ibi sua potius commenta in textum ingereret, quam aliorum librorum aut editionum meliora accerseret. Id quod ego perversissimum esse iudico. Sic enim editiones orituae essent multo etiam deteriores principum editionum textibus, quibus tamen plerisque pro codicibus probe uti licet; his quid facias, quarum textus si sine notis detur, ut fecit ille, nullo in loco certus sis, habeasne ante oculos veram codicum lectionem, an recentiorum alicuius mediocriter docti interpolationem? Nam uti omnino omnis lingua latina eiusque enunciactio et scriptio, ita et omnes omnino scriptores classici nonnisi per traditionem aliquam ad nos devenerunt, aetatum tot tamque turbidarum tempestatibus multifariam immutati; sane ut opus fuerit quam plurimorum librorum collatione, et analogia singulorum inter se locorum, et grammaticorum testimoniis, et scriptorum similia tractantium inspectione, et iudiciis emendationibusque peritorum, quo lectio nostro usui accommodata efficeretur; quemadmodum v. c. in Livio historica et geographica vel in optimis saepe libris ex aliorum de iisdem rebus scriptis sunt emendanda. Similiter Ciceronis opera, quae quivis legit et legere debet qui doctus voluerit haberi, nonnisi per traditionem aliquam modo hac modo alia ratione immutata ad nos devenere. Unde nihil magis paene umquam sum admiratus, quam quod mihi cum perdocto homine colloquenti, quum ego nescio quid de Plauto iniecissem, ille, qui ipse haud pauca ediderat, regerit: „Modo primum sciremus, optime, quid scripserit Plautus!“ quasi vero hoc in Plauto solum, nec item in omnibus aliis scri-

ptoribus antiquis multis locis valde ambigeretur, „quid scripserint," ut Aeschylo, Sophocle, Aristophane, Homero, Cicerone, Terentio, Phaedro, Cornelio, Ovidio, Tacito; qui omnes e quotquot haberi potuere praesidiis prudenti sobriaque ratione adhibitaque arte vera et peritia ac iudicio fuerunt emendandi, quo ab hominibus doctrinae cupidis commode rectiusque tractari lectitarique possent; quorum tamen textus qui fuerint, quum primum ab scriptoribus ederentur, hodie in nullo certo erui potest, nec ex vetustissimis quidem libris. Nam si vel ex secundo ante Christum natum seculo Aeschyli codicem haberemus, in quo Agamemno plane eodem textu quali hodie legitur perscripta esset, ego tamen nullus dubitaverim contendere, eam tragoediam minime sic ab Aeschylo posse esse profectam, sed mature iam ab aliis interpolatam, adeo ut tantum non tertia pars esset resecanda, Aeschyleaeque nunc non nisi truncus quasi quidam ac Torso restaret. Aut si ipse Aristarchus mihi Pindari codicem vel ex tertio ante Chr. n. saeculo praeberet, in quo eadem epinicia qualia hodie habemus extarent, nullus tamen urgere desisterem, dimidiam eorum versuum partem esse suppositam et Ol. 10—13. Pyth. 5—9, et 11, Nemea nullo excepto, et Isthm. 1—5 ab longe aliis aliove quopiam pseudopoeta, quam a Pindaro vero, esse conscripta. At hoc in critica neutiquam a quoquam recte probabitur, quod quidam hodie unicum praesidium existimant, ut, aliis omnibus relictis, certus quidam liber unus alterve eligatur, cuius et naevos potius quam aliorum meliores lectiones aut vere doctorum hominum emendationes factas recipiant, siquidem hoc tali modo non vere emendati aut genuini textus, sed vera monstra editionum forent proditura.

Quod quoniam futurum esse a Ritschelio ex eius Bacchidibus clare cognoveram, idque in scriptore tanti in lingua Latina ponderis, quem ego longe alia meliorique ratione sibi restituendum arbitratus essem: partim quo admonerem hominem ceterum haud indoctum sui erroris, et, si possem, ad melius perducerem, partim etiam, ne forte auderet meliora

mihi allaturo restare aut obloqui, uti Lindemanno fecerat, aut auctoritatem sibi aliquam censoriam arrogare, uti eiusmodi facile solent, edidi libellum: *Plautus und die neuesten Diorthoten*, in quo et veriorem in Plauto criticam aliquatenus adumbravi, et illius naevos aperui, certe in aliquot scenis, quantum satis existimabam (non enim tanti erat res, ut omnem fabulam percenserem), nullis tamen, quod sciam male dictis in illum congestis (quod profecto perstultum fuisset in tractatione ad Comicum attinente, quae ipsa quoque lepide potius quantum posset, neutiquam autem iracunde esset transigenda), sed argumentis ubique falsa confutans, uti fieri oportet, ut veriora possint locum obtinere. Verum enimvero istiusmodi hominibus qui vera cantat et contra perversa eorum dogmata atque principia disputat, is plerumque omni humanitate exutus et inurbanus habetur iniiriusque vocatur, quemadmodum mihi post Lindemannoque factum ab Ritschelio in epistola sua.

Meae interim editionis tomus I. prodiit anno 37, cuius in praefatione, quid maxime in omni hac Plautinarum fabularum adornatione spectaverim, clare professus sum, nimirum ut vulgatam lectionem, ubicunque vel per metrum vel codicum auctoritatem vel sensum fieri posset, tuerer; deinde ut bona quoque recentiorum amplecterer, potirerque omni proficua re, quam illi vel ex praeclaris libris vel ex coniectura bene explicitam dederint, denique ut antiquiorum etiam editionum lectiones adhiberem, in omnibus autem praestantium codicum, quantum innotuerant, lectiones consulerem. Quam rem haud adeo male mihi cessisse, sicuti Ritschelio et asseclis eius necessario videri debuit, quippe ipsis falsissima secutis, testimonio esse possit, quod nono vix anno praeterlapso altera haec editio fuit curanda, cuius rei operam onusque satis magnum nullo modo ut subirem adigi me passus essem, nisi ipse cognossem iudicassemque, hanc quoque compendiosam editionem maiori usui esse posse Plautum lecturis reliquorum omnium, qui per haec tempora Plauto navarunt operam, ludibriis; nam ludibria plerumque vere

vocanda sunt, quae ab recentioribus hucusque in Plauti textu tentata sunt. Quare hic quoque idem quod in priore consilium secutus, ubicumque fieri potuit, vulgatum textum retinui, imo in haud paucis locis magis etiam reduxi; quaedam accuratius emendavi, melius insignivi accentibus rhythmicis; inprimis interpretationem multis in partibus perfeci et locupletavi, parallelis praecipue locis accuratius consideratis, id quod hic commodius fieri potuit quam in priori, quia colligi loca illic plenius non potuerant nisi post omnem editionem iam absolutam et impressam; denique etiam altioris criticae hic paullo maiorem rationem habui, quam editores hucusque omnes tantum non plane neglexere, veriti opinor ne antiquitatis studio nocerent; quasi nocere posset Praxiteli aut Polygnoto aut Myroni aut aliis magnis ingeniis, si in museo pariter adstantes statuae pseudepigraphae ab illorum operibus seiungerentur, aut e Raphaelis tabulis aliorum pigmenta illius nomen mentita eximerentur. Haec qui verentur, pari studio lectitent pseudepigraphas inter Demosthenis cum oratione de corona Philippicisque, aut Moralia, si diis placet, magna eadem cupiditate tractent, qua Nicomachea, aut v. c. in Luciano, ut fecerunt editores, omnia aut certe pleraque pro genuinis habeant. Ego interim et qui mecum facient, non desistemus suppositicia omnia non solum procul a nobis spernere, sed etiam, quantum acies oculorum valebit, a genuinis secernere.

Quinque primae a me pridem revisae et retractatae, ita derepente fuerunt typothetae mandandae, ut non potuerim novissima etiam in illis consulere; quare Hermanni Bacchidum nullam ad meas locupletandas usum facere potui. Magnopere autem laetatus sum, virum summum, quum alias indulgere interdum soleat iuniorum conatibus, in scansione tamen versuum constitisse sibi nec abripi se passum esse a recentiorum inventis, quae profecto interdum non ad condendam sed evertendam potius artem rhythmicam facere videntur. Nam quum quilibet hucusque bono sensu prae-

s v. c. senarios ita insignierit, ut in secunda et sexta et ma syllaba ictum ponerent, sic:

Qui fálsas lítes fálsis testimóniis
Petánt, quique in iure ábiurant pecúniam.

n rationem inde a Bentleio omnes boni rhythmici sunt ti: Geppertus quid facit? qui ceterum haud ineleganter inutiliter, etsi non ubique recte, aliquot fabulas in vernam sermonem convertit. Ita senarios v. c. Rud. prol. 13. insignit, ut in quarta et octava et duodecima accentum at:

Qui falsas lítes, falsis téstimoniís
petunt, quique in iure abiuránt pecuniám.

si vero opus esset in versibus caudam, non caput, aut m non principium corporis apprehendere. Idem tetraros sic:

Animo adversávi seduló, ne herum usquam praéterirem:
nam quum modo éxibat forás, ad portum se aiébat (sic) ire.

n paullo post sequentibus:

Ut piscatórem aequum est, famé, siti, speque (sic). *Tu.* Ecquem ádolescentem huc etc.

s tamen versus, velut bacchiacos, creticos, consueto more; paesticos autem rursum suo:

Hanccine ego ad rém natam miserám
me memorabo? Hánccine ego partém etc.

in sequentibus (I, 3, 15—17. nam et hos anapaestos et):

Nam quid habebúnt sibi igitur impií
posthac, si ad húnc modum est innoxiis
honor apud vós? Nam me si sciám etc.

nostra ratione:

Nam quíd habębunt sibi igítur, impii
posthác, si ad hunc modum est innoxiis
honór apud vos? Nam mé si sciam etc.

ne quomodo sic scandi posse aliquis animum inducere at, haereo. Nam sive scandas: *sibi igitúr impii*, sive supra fecimus, semper incredibile idem manebit. Et modo *honor* produci potest ab initio? Cuiusmodi insera in Gepperti fabulis obviam sunt; ut de reliquis rebus il urgeam.

Omnino equidem nihil sane magis admiratus sum admirorque hodie, quam quod nostrates sine omni necessitate saepe a bona pristina ratione recesserint, amplexique sint principia, quae non ad adiuvandas sed impediendas bonas artes necessario valere debeant. Cur enim, quaeso, hucusque in Sophocle, Homero, Thucydide, Pindaro, Theocrito etiam, veriorem viam ingressi sint editores, non idem in omnibus etiam aliis sit faciendum, in quibus tamen eadem eodemque modo omnia obtinent, quae in illis? Cur quaeso v. c. in Livio unum sequamur Florentinum codicem, quum alii sine dubio meliores saepe et magis genuinas lectiones vel scripti vel primitus impressi libri praebeant. Cur reiiciemus a nobis ulla veri inveniendi praesidia, ubi gratulari nobis debemus exstare adhuc antiquitatis testimonia quibus fulti bonos scriptores iuvare possimus? Nam quae hodie prodeunt plerumque veterum editiones, eae criticorum potius in usum videntur factae, quam lectorum, siquidem multo magis, ut codicis alicuius certi peculiares lectiones exhiberent ab editoribus spectatum est, quam ut scriptorem suum vere emendarent. Id quod ego tantum non in omnibus quorum textus curandos suscepi per hos annos ab recentioribus criticis factum esse animadverti, adeo ut nullum eorum securo gressu sequi potuerim, nisi vellem et sensum et lectionem et omnem finem quapropter scriptores et edantur et leguntur tractanturque multopere periclitari. Sed idem et de logica periodorum descriptione, κώλωνque earum distinctione et singulorum membrorum valere dicendum est, in qua mihi recentiores nescio a quo daemone ad perversissimum genus distinctionis delati esse videntur, adeo ut si aut ipse intelligere aut intelligi ab aliis volueris periodum, ante ipse calamo distinctiones in oratione facere necesse habeas, sine quibus recte res nullo pacto saepe possit percipi. Est autem ea distinctio nullam aliam ob causam inventa (ut recte Clericus in Arte critica disserit), quam ob commoditatem lectoris, quo facilius is periodi statim constructionem percipiat, nec operose primum consideret, quomodo res sese habeat; quemadmodum

discipulos interdum scholastici ut faciant adigunt, ingenii exercendi gratia. Quod adminiculum tollere aut perversam distinctionem instituere, profecto est non luci sed obscuritati inservire, nec intellectum rerum promovere, sed impedire atque tollere. Denique optandum quammaxime, ut desinant poetarum diorthotae, dum sibi ipsi excogitant scandendi modos, vacillare potius, quam, dum aliorum recte excogitata sequuntur ac perdiscunt, veram viam, qua sola iusta scansio fieri possit, ingredi. Nam uti non quilibet factus est ad saltandum nullumque peius spectaculum cogitari potest saltatore inepto, ita nec ad metra vel pangenda vel recte constituenda et ordinanda quilibet qui voluerit, factus statim erit, nisi et ingenio et disciplina et exercitatione ad eam rem aptus eductusque fuerit. Atque uti stultum est, ubi semel via quaedam recte strata est, propter eam alias etiam per ambages aut errores quaerere velle, ita in his rebus turpius perversiusque nihil cogitari potest, quam suae originalitatis gratia plane contrariam sibi proponere scansionem, quam nemo non sobrius tamquam ludibrium artis explodere debeat; uti Bonnenses boni duo fecerunt, Düntzerus Lerschiusque in Saturnio versu; de qua re paullo infra pluribus dicendum veniet.

Iam enim res flagitat, ut hominum studiosorum gratia hic quoque recolamus de rebus metricis locum, siquidem rhythmica scenici constitutio non poterit recte percipi aut accipi, nisi antea de formis deque praxi in singulis accommodandis lectorem edocueris. Dicendum igitur hic quoque erit de metris a Plauto adhibitis, ac deinde de legibus, ad quas versuum verba ad ista in scansione sint accommodanda.

Occurrunt autem in Plauto haec fere versuum genera:

1) *Iambici senarii*, satis illi cuique noti; quorum schemati aut exemplo exhibendo merito supersedemus.

2) *tetrametri iambici*, et quidem

a) *acatalectici*, qui postremum quoque pedem plenum habent, hoc metro:

⏑ –´ ⏑ – ⏑ –´ ⏑ –, ⏑ –´ ⏑ – ⏑ –´ ⏑ –

veluti Men. I, 2, 12.

Lanam, aurum, vestem, púrpuram bene praébeo, nec quidquam eges.
Malé cavebis, si sapis: virum óbservare désines.

b) *catalectici*, quorum in fine syllaba deest;

⏑ –´ ⏑ – ⏑ –´ ⏑ –, ⏑ –´ ⏑ – ⏑ –´ –

uti v. c. As. II, 3, 3. 22.

Atque átriensem Saúream, si est íntus, evocáto.
Non pótuit pictor réctius describere eius fórmam.

3) *tetrametri anapaestici*,

a) *acatalecti*,

⏑ ⏑ –´ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –´ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏑ –´ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –´ ⏑ ⏑ –

ut Pseud. II, 1, 1.

Pro Iúpiter, ut mihi, quídquid ago, lepide ómnia proep'reque évenimt!
Neque quód dubitem, neque quód timeam, meo in péctore conditumst cónsilium.

b) *catalectici*,

⏑ ⏑ –´ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –´ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏑ –´ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –´ –

uti Cas. II, 3, 12.

Tristem ádstare adspició: blande haec mihi mála res appellánda est.

4) *tetrametri trochaici*,

a) *acatalecti*,

–´ ⏑ – ⏑ –´ ⏑ – ⏑, –´ ⏑ – ⏑ –´ ⏑ – ⏑

ut Pseud. I, 3, 3.

Béne curassis. Líquido es animo: égo pro me et pro té curabo.

b) *catalectici*,

–´ ⏑ – ⏑ –´ ⏑ – ⏑, –´ ⏑ – ⏑ –´ ⏑ –

ut in eadem scena vs. 55.

Eía, scimus nós quidem te, quális sis, ne praédices.

5) *tetrametri dactylici aut spondiaci*, velut Poenul. V, 4, 30.

Rédde his libertátem, invictae praémium ut esse sciám pietati.

6) *tetrametri Cretici*, hoc metro:

–´ ⏑ – –´ ⏑ – –´ ⏑ – –´ ⏑ –

qui innumeri in Plauto leguntur; velut Rud. I, 4, 16.

Num Ámpelisca, óbsecro, est? Tén', Palaestra, aúdio?
Quín voco, ut me aúdiat, nómine illám suo?

7) *tetrametri Bacchiaci:*

⏑ –´ – ⏑ –´ – ⏑ –´ – ⏑ –´ –

ut Men. V, 2, 16.

Ita ístae solént, quae virós subservire
Sibí postulánt, dote frétae, feróces.

Et illi pol haúd abstinént saepe cúlpa.
Nec pól filia únquam patrem áccersit ád se.

8) *tetrametri choriambici*,

—′ ⏑ ⏑ — —′ ⏑ ⏑ — —′ ⏑ ⏑ — —′ ⏑ ⏑ —,

aut cum anacrusi:

⏑ ⏑ —′ ⏑ ⏑ — —′ ⏑ ⏑ — —′ ⏑ ⏑ — —′ ⏑ ⏑ —

quales et in scenicis Graecorum reperiuntur, velut Aesch. Pers. 634. 640.

ἦ ῥ' ἀΐει μου μακαρίτας Ἰσοδαίμων βασιλεὺς etc.
ἀλλὰ σύ μοι Γῆ τε καὶ ἄλλα χθονίων ἀγεμόνες κ. τ. λ.

Soph. Oedip. tyr. 488. sqq.

δεινὰ μὲν οὖν, δεινὰ ταράσσει σοφὸς οἰωνοθέτας,
οὔτε δοκοῦντ' οὔτ' ἀποφάσκονθ'· ὅ, τι λέξω δ' ἀπορῶ

et sequentes cum anacrusi:

πέτομαι δ' ἐλπίσιν, οὔτ' ἐνθάδ' ὁρῶν, οὔτ' ὀπίσω.
τί γὰρ ἢ Λαβδακίδαις
ἢ τῷ Πολύβου νεῖκος ἔκειτ', οὔτε πάροιθέν ποτ' ἔγωγ' etc.

Quibus similes in Plauto quoque legi, ego primus animadverti, nec dubitari debet. Veluti Bacch. IV, 2, vs. penult.

Pósse inopem té? Tace: deus réspiciet nós aliquis.

Menaechm. I, 2, 1:

Ní mala ni stúlta sies, ni índomita impósque animi.

et ib. vs. 5:

Nám quotiens íre volo fóras, retines mé, rogitas.

Amph. I, 1, 8. cum anacrusi, ut Sophocleus supra citatus: ἢ τῷ Πολύβου etc.:

Peregre ádveniens bóspitio públicitus áccipiar.

Curc. I, 2, 1—3.

Flós veteris víni mejs násibus obiéctus est, etc.

cum Creticis in fine. Et ibidem vs. 68 item cum Cretico in fine et penultimo pede imminuto:

Pérspicio, níhili meam fácere vos grátiam.

Asin. 1, 2, 7. cum Ionico a minori in tertio pede:

Pérlecebrae, pérnicies, ádulescentum éxitium.

Et Casin. 3, 5, 9—13.

Éripite istí gladium, quáe sui est impós animi
*St.* Nám quid est, quod haec húc timida atque éxaminata éxsiluit?
Párdalisca. *Pa.* Unde úsurpant aúres sonitúm meae?
*St.* Réspice modo ád me. *Pa.* Here mi. *St.* Quíd tibi est? quíd?
*Pa.* Perii.
*St.* Quid periisti? *Pa.* Perii, et tú periisti. *St.* Aperi.

Quos ego certe omnes perpetuo pro Choriambicis habebo.

Sed et occurrunt, quamquam raro, et duabus tantum fabulis

9) *Sotadei*, hoc schemate:

—′ — ◡ ◡ —′ — ◡ ◡ —′ ◡ — ◡ —′ —

ut Aulul. II, 1, 13.

Quín participém te paritér, et tu me ut fácias.
Eó nunc ego sécreto te húc foras sedúxi,
Út tuam rem ego técum loquerér familiárem.

et paullo post v. 38—40. qui versus et in tertio pede solitos habent Ionicos a maiore, non resolutos, ut illi, in trochaeos. Idem versuum genus legitur Amph. I, 1, 14—18. De quibus non debet dubitari.

10) *Saturnii*, de quibus peculiari libro a me expositum est: *Der Saturnische Vers im Plautus.* Hos quoque primus, quod sciam, Plauto vindicavi; quos adhibitos ab eo esse, ideo per se iam coniici poterat, quia hoc metrum et quasi patrium apud Romanos, et propter alacritatem, quam refert eius rhythmus, comoediae quam maxime erat accommodatum. Occurrunt autem varia eius versus genera vel in comoediis ipsis vel comoediarum fragmentis; quorum omnium hoc commune est, ut altera versus pars quasi de integro exordiatur, uti fit in Asclepiadeo aut Sapphico maiore, aut in pentametro dactylico. Sic in Aulularia III, 2, 1—32. sunt Saturnii, hoc metro compositi:

◡ —′ ◡ — — —′ ◡ — | —′ —′ ◡ —′ —

Redi! quó fugis nunc? téne, tene! quíd, stólide, clámas?
Quia ad trésviros iam ego déferam tuúm nómen. quam ób rem?
Quia cúltrum habes. cocúm decet. quía cómminátus
Mihi. ístuc malefactum árbitror, quía nón latus fódi.
Homo núllust, te sceléstior quí vívat hódie etc.

A quibus, qui in Bacchariae fragmento leguntur, eo differunt, quod in fine prioris versus partis pro Cretico spondaeum referunt, hoc modo:

◡ —′ ◡ — ◡ —′ — | —′ —′ ◡ —′ —

Quis ést mortalis tánta fórtúna adféctus,
Quam ego núnc sum, cuius haec véntri pórtátur pómpa?
Vel hic, quí mihi acipénser látuit ín mari ántehac;
Cuius égo nunc latus in látebras meís déntibus réddam.

Aliud genus aptissimo loco adhibitum a poeta Casinae IV, 4, 1—4. in lepidissimo et vivacissimo, qui illic celebra-

: hymenaeo pompaque nuptiali. Qui versus hoc modo rrunt:

⏑ —́ ⏑ — ⏑ —́ ⏑ — — | —́ ⏑ ⏑ — ⏑ —́ —
⏑ —́ ⏑ — ⏑ —́ ⏑ — | —́ ⏑ — ⏑ —́ —
⏑ —́ ⏑ — ⏑ —́ ⏑ — | ⏑ —́ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ —
⏑ —́ ⏑ — ⏑ —́ ⏑ — | —́ ⏑ — ⏑ —́ —

I, sénsim superattólle limen p'dés, nova nupta; sóspes
Iter íncipe hoc, ut víro tuo sémper sis supérstes:
Ut pótior sis pollántia, victríxque sis, superétque
Tuum impérium. Vir te véstiat, tá virum despólies.

Dein qui sequitur versus 7, hoc modo Saturnius erit:

⏑ —́ —́ ⏑ ⏑ —́ — — | —́ ⏑ — ⏑ —́ —

Tacé. nón taceó. quae res? mála malae male mónstrant.

Decimus autem sic:

⏑ ⏑ —́ —́ ⏑ —́ — | —́ ⏑ — ⏑ —́ —

Age, quándó vis úxorem áccipe hanc a nóbis.

Qui sequitur, sic:

⏑ —́ — ⏑ —́ — | —́ — ⏑ —́ —

Date érgo, datúrae si únquam estis hódie.

unquam is et ad Bacchiacos referri queat.

In Cistellaria versus Saturnii occurrunt hi: I, 1, 8—19 25—30 et vs. 36. qui hoc modo sunt scandendi:

v. 8—19:

⏑ —́ — ⏑ —́ | —́ — ⏑ —́ —
⏑ —́ — ⏑ —́ | —́ ⏑ — ⏑ —́ —
10. ⏑ —́ — ⏑ —́ | —́ ⏑ ⏑ — ⏑ —́ —
⏑ —́ — ⏑ —́ — | —́ — ⏑ ⏑ —́ —
⏑ —́ — ⏑ ⏑́ ⏑ — | —́ ⏑ — ⏑ —́ —
⏑ —́ — ⏑ —́ ⏑ | —́ — ⏑ —́ ⏑ —
⏑ —́ — ⏑ —́ | ⏑ —́ ⏑ — ⏑ —́ —
15. ⏑ —́ — ⏑ —́ | —́ ⏑ — ⏑ —́ —
⏑ —́ — ⏑ —́ — | —́ —́ ⏑ ⏑́ ⏑
⏑ —́ — ⏑ —́ — | ⏑ —́ — ⏑ —́ —
⏑ —́ — ⏑ —́ — | —́ ⏑ — ⏑ —́ —
⏑ —́ ⏑ — ⏑ —́ — | —́ ⏑ — ⏑ —́ —

Pol ístoc quidém nós pretio fácile est
Frequéntare tibi, útilesque habéri:
Ita ín prandió nós lepide atque ínfide
Accépisti apúd te, ut sémper meminérimus. etc.

Deinde vs. 25—30 sic:

⏑́ ⏑ — — ⏑́ ⏑ — | —́ — ⏑́ ⏑ ⏑ —́ —
— —́ — ⏑ —́ — | ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑́ —
—́ — ⏑ —́ — | ⏑́ ⏑ ⏑ — ⏑ —́ —
⏑ ⏑ —́ — ⏑ ⏑́ ⏑ — | —́ ⏑́ ⏑ ⏑ —́ —
—́ ⏑ — ⏑ —́ ⏑ — | —́ ⏑́ ⏑ — —́ —
⏑ —́ ⏑ — —́ ⏑ — | —́ —́ ⏑ —́ —

Úbi istas vídeas ómmo genere guátas,
Sommátes matrónas, ut amícitiam cóluat,
Átque ut eam iúnctam béne habeat intér se:
Si idem ístuc nos fácimus, si idem imitámur,
Íta tamen vix vívimus cum ínvidia ómnes. etc.

Versus autem 36.

⏑ —ˊ —ˊ ⏑ —ˊ | —ˊ ⏑ — ⏑ —ˊ —

Aquám frigidám sábdole subfúndunt.

Denique in Trucalento qui leguntur, I, 2, 1—13 et 18., ad hoc schema sunt legendi:

—ˊ ⏑ ⏑ — — —ˊ ⏑ | —ˊ ⏑ — ⏑ —ˊ —
—ˊ ⏑ — ⏑ ⏑ˊ ⏑ ⏑ | —ˊ — — ⏑ —ˊ —
—ˊ ⏑ — ⏑ ⏑ˊ ⏑ ⏑ | ⏑ˊ ⏑ — — ⏑ —ˊ —
⏑ˊ ⏑ — ⏑ˊ ⏑ — —ˊ — | —ˊ ⏑ ⏑ˊ ⏑ — —ˊ —
5. ⏑ˊ ⏑ — ⏑ˊ ⏑ — —ˊ — | —ˊ ⏑ — ⏑ —ˊ —
—ˊ ⏑ — ⏑ ⏑ˊ ⏑ — | ⏑ —ˊ ⏑ — — —ˊ —
⏑ —ˊ ⏑ — ⏑ ⏑ˊ ⏑ ⏑ | —ˊ ⏑ — ⏑ —ˊ —
—ˊ ⏑ — ⏑ ⏑ˊ ⏑ — | —ˊ ⏑ — ⏑ —ˊ —
—ˊ ⏑ — —ˊ ⏑ — | —ˊ —ˊ ⏑ —ˊ —
10. —ˊ ⏑ — —ˊ ⏑ — | —ˊ ⏑ — ⏑ —ˊ —
—ˊ ⏑ — ⏑ —ˊ — | —ˊ ⏑ˊ ⏑ ⏑ —ˊ —
—ˊ — ⏑ —ˊ ⏑ — | —ˊ ⏑ — ⏑ ⏑ˊ ⏑ —
—ˊ — ⏑ —ˊ — | —ˊ ⏑ — ⏑ —ˊ —

Ad fores auscultáte, átque adservate aédes:
Né qui adventor grávior ábbitat quam advéniat,
Neá, qui manus attálerit stériles ad nos íntro,
Grávidas foras expórtet. Návi ego hominum móres. etc. etc.

In fragmentis praeter Bacchariam habet Artamo Saturnium:

Nunc míhi licet quidvís loqui: némo adest supérstes.

et Vidularia:

Ubi quámque pedem vidébat, subfúrabatur ómnes.

Denique inter incerta, quod fragmentum apud nos 15. est, Saturnius est:

Sic mé subes cotídie, quási sálicem fiber.

Quo loco, quia *fiber* corripitur in prima, versus est Saturnius imminutus. Nam *quasi* monosyllabum saepe esse, ne dubitato, coll. Aul. IV, 1, 9. ubi hic legitur trochaicus:

Quási pueris, qui náre discunt, scírpea induitúr ratis.

et Mil. IV, 4, 28. itidem trochaico:

Quásique istius caúsa amoris éx hoc matriménio.

et ibid. vs. 35.

Quásique eius opuléntitatem réverearis, ét simul.

Ut igitur non dubitandum sit, istum versum esse Satur-

nium. Et pariter fortasse quod ex Coeco citatur a Charisio fragm., apud nos 7, *Velim* etc. duobus constare credendum Saturniis. Atque sic ultra septuaginta Saturnii versus a memet in Plauto sunt reperti et restituti. Ex quibus et simul sequitur, longe secus partim esse de his versibus indicandum, imo longe alios plane esse, quam quales bonus ille Terentianus Maurus informat, aut Priscianus in libello ineptissimo, in quo de comicis metris disserit. Iste enim Astaphii illos in Truculento versus pro trimetris iambicis videtur habuisse; ceterum eodem modo inter se dirimit, quo libri nostri, et quo nos divisos dedimus *).

---

*) De Saturnio versu peculiare scriptum edidere duo Bonnenses Henr. Düntzer et Laur. Lersch, Philosophiae doctores; cuius in priori parte Lerschius de iis scriptoribus lat. disserit, qui huius versus mentionem fecere, et asserere tentat, „nullum umquam extitisse metrum Saturnium nec ullum versum Saturnium, sed versus tantum Saturnios", quo sub nomine nihil significaverint scriptores, nisi *antiquissimum* versuum genus ab Romanis usurpatum; quod minime verum; nam Saturnii versus sunt Italici, uti Saturnia terra Italia vocabatur. In altera parte Düntzerus fragmenta omnia Saturniorum versuum Saturniosque versus congessit, praeter Plautinos, quos Saturnios esse nondum perspexerat quum scriberet suum libellum. Qua utraque disputatione uterque vir doctiss. merito supersedere poterant. Nam utut nemo statim in principio istoc nomine nuncupaverit versum, tamquam in baptismate nomina induntur infantibus, certum tamen aliquod fuisse versuum genus, quod populare fuerit veteribus Italis, dubitari nequit; quod Saturniumne vocatum fuerit an alio quovis nomine a posteris, perinde nobis esse potest; modo istoc nomine certum istuc versuum genus ab antiquissimis usurpatum significetur. Alter in legendis Saturniis numerasse, non ponderasse priscos syllabas ratus, Livii versum facillimum:

Virúm mihi, Casména, insece versútum.

sic dat:

Vírum mi, Casména, insecé versútum.

et illum:

Túque mihi narráto ómnia diséertim

sic habet:

Tuqué mi nárrató omniá diséertim

ut quomodo scanderit non liqueat. Et illos:

Toppér cití ad aédes vénimus Círcae,
Simúl duenórum pórtant ád naves míllia.

hoc modo legit:

Tépper citi ád aedís venímus Círcae.
Símul duónorúm portánt ad náves míllia.

Denique illum ex Livio:

Atque haec sunt longiora versuum genera, in Plauto quae usurpantur; praeter quae in canticis carminibus et in illis locis, in quibus diverbia ad canticorum ausum nisumque adsurgunt, etiam breviora haec occurrunt:

11) *Dimetri anapaestici:*

⏑ ⏑ – ´ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ´ ⏑ ⏑ –

aut: – ⏑´ ⏑ – – – ⏑´ ⏑ – –

quales innumeris locis adhibiti leguntur; adeo ut in Sticho integra paene scena prima ex nullo alio quam hoc metro sit composita. Sic Amph. II, 1, 35—40. Bacch. IV, 2, 5—7. IV, 3, 16—20. V, 1, 30. V, 2, 42—44. Capt. III, 2, 3. Cas. III, 5, 28. 41. 42. 63. III, 6, 1—21 et 25—45. IV, 3, 2—6 et 10—13. IV, 4, 15. 16. 21. 30—32. Cist. II, 1, 19. 22. 24. Curc. I, 2, 22—24. 69—71. Men. II, 3, 16—22. IV, 2, 42—45. Merc. II, 3, 5. 6. Most. IV, 1, 7. 11. 14. 19. 40—43. Pers. I, 1, 31. V, 1, 22. Poen. V, 4, 3. 4. 6—11. 20—22. 31. 32. Pseud. I, 3, 13—15. II, 1, 5—11. IV, 1, 13—15. 27—29. IV, 7, 34. V, 1, 10—12. V, 2, 7. 13. 32. Rud. I, 3 1—5. 18—21. I, 5, 27. 28. IV, 2, 8. 9. 14. IV, 3, 12. 13. 22—33. Stich. I, 1, 1—9. 13—48. II, 2, 36—43. 50. 51. Trin. II, 1, 34—41. II, 2, 11. 12. V, 1, 1—5. Truc. I, 2, 21—30. II, 1, 37. II, 5, 1—6. II, 7, 6. 16—20. 31. 33. 34. IV, 2, 14. Quorum ubi summam duxeris, inveneris, ad 265 in Plauto reperiri versus dimetros anapaesticos. Leguntur autem vel

---

Neque enim ted óblitús sum, Lártie nóster,

sic:

Néque énim té oblítus sum, Laértie nóster.

Perro ex Naevii bello Punico illum:

Eorúm sectám sequúntur múlti mortáles,

hoc modo habet:

Eórum séctam séquuntúr multí mortáles.

et illum:

Novém Iovís concórdes filiae soróres,

hoc:

Nóvem Ióvis cóncordés filiaé soróres.

Idem sepulchralem Plauti inscriptionem, quae sine dubio hexametricis versibus est conscripta, hac ratione insignitam praestat:

Postquám est morté datús Plautús, Comoédia lúget,
Scená est deserta, deín Risús, Ludús, Iocúsque,
Et Númeri innumeri simúl omnés collácrimarunt.

Quid dicam de inscriptionibus istis ceterisque quas volunt esse docti Saturniorum carminum reliquiis; quas quomodo constituerit, ex illis, quae commemoravimus, coniici licet. Praeterea nullam normam praebet illorum versuum, neque varia eorum genera enumerat aut considerat; ut appareat, longe melius, quam in horum duumvirum opusculo, de istis omnibus ab God. Hermanno in Elementis rei metricae esse expositum.

n interpositi, vel nullis paroemiacis additis, vel cum s clausulis adiici solitis, velut Stich. I, 1, 32. sqq.

Quum ipsi interea, vivánt, valeant,
Ubi sint, quid agant, ecquíd agant, neque
Participant nos neque rédeunt.

d. vs. 48.

Placet: táceo. At memineris fácito.

urc. I, 2, 70.

Morígeri pésuli fíunt.

Denique multi in fine iambum habent, uti in eadem i scena vs. 11.

Tecúm loquier de ré viri.

Truc. II, 7, 31.

Pol haúd perit, quod illum tántum amo.

12) *Dimetri iambici*, hoc rhythmo:

⏑ —′ ⏑ — ⏑ —′ ⏑ —

ra. I, 1, 40.

Age, fi benignus; súbveni.

bid. II, 3, 3—7.

Lubéns meritoque vítulor,
Quia méo amico amíciter
Hanc cómmoditatis cópiam etc.

Pseud. I, 2, 59. 60.

Mi et fámiliae omni sít meae,
Atque ádeo ut frumento áffluam.

Prohibét faciant advórsum eos.

2, 21.

Haud mále mones. Sed díc tamen.

id. IV, 3, 3—11.

Turbída tempestas hóre fuit.
Nil hábeo, adulescens, píscium:
Ne tú mihi esse póstules.
Non vídes, referre me úvidum etc.

II, 1, 31. 32.

Raptóres panis ét peni.
Fit ipse, dum illis cómis est, etc.

. True. IV, 2, 9. 10. Amph. V, 1, 21—26. Bacch. IV, 2, 24 et 28 IV, 3, 25. 26. IV, 8, 46. Capt. II, 1, 3. 34. 35. Cas. II, 3, 20— II, 5, 17—20. 95—97. IV, 3, 7. 8. Cist. II, 1, 18. 20. Epid. I, 1, 1. II, 2, 4—7. III, 1, 15—17. Men. IV, 2, 17. 18. 33—41. V, 7, 1. Merc. I, 2, 24—28.

Sed et occurrunt catalectici, qualis Pseud. I, 2, 55.

Advórtite animum cúnctae!

et Rud. I, 5, 8.

Tam moéstiter vestítas.

et Men. V. 2, 24.

Id ést, quod suspicábar.

A quibus constanti paene thesium productione distinguuntur

13) Spondaeo-anapaestici catalectici, quales leguntur Stich. II, 2, 44—49 et 53—56. Cist. 2, 1, 12—15.

Defésesus sum pultándo.
Hoc ést postremum vóbis.
G. Ibo átque hunc compellábo.
Salvós sis. D. Et tu sálve.
G. Iam tú piscator fáctus?
D. Quam prídem non edísti?
G. Quid tam íracundus? D. Si ín te etc.

Quales saepe et in tragicis occurrunt, ut Eur. Iph. Aul. 117. 131 etc. Taur. 128 sq. Troad. 127. 130. 170. 190. sqq. Soph. Electr. 88. 89. 105.

14) *Dimetri trochaici:*

—′ ◡ — ◡ —′ ◡ — ◡

aut: ◡′ ◡ ◡ ◡′ ◡ ◡ —′ ◡ — ◡

ut Truc. II, 7, 54—58.

Ístuccine mihí respondes?
Hóc: non ego te flóccifacio.
Quíd tu? cur ausa és alium te
Dícere hominem amáre? lubitum est.
Aín tandem? istuc prímum experiar.

Similiter: Amph. II, 1, 24—32. Cist. IV, 2, 20. 21. Epid. I, 1, 69. Men. I, 2, 10. Pers. V, 2, 41—43. Poen. I, 2, 50. Pseud. I, 2, 81. I, 3, 11. 12. 16. 17. 25. 26. IV, 1, 42—47. Rud. II, 4, 5. Curc. IV, 4, 18.

At et horum catalectici reperiuntur, velut Bacch. IV, 2, 25—27.

P. Heía, bonum habe animum! M. Únde habeam?
Mórtuus plurís pretí est,
Quam égo sum. Militis párasitus etc.

et similiter Cas. IV, 3, 9. Epid. I, 1, 76. 79. IV, 1, 8. 9. Most. IV, 1, 46. 47. Pers. I, 1, 27. 29. II, 2, 15. Pseud. I, 2, 76. 78.

15) *Dipodiae Creticae*, maximam partem catalecticae, quarum proprie metrum hoc:

—′ ◡ — —′ ◡ —

Substituuntur tamen saepe vel brevibus syllabis longae, vel longis breves, vel Creticis pedibus dactylici aut molossi; et

in fine catalectici, uti posthac videbimus, haud raro minuuntur, ut pro trochaeo aut spondaeo ponatur aut iambus aut pyrrhichius aut tribrachys. Men. II, 3, 7—14.

Átque eccum vídeo,
Quí mihi est ásui et
Plúrimum prédest:
Ítem huíic áltro ít,
Út meret, potíssimus
Nóstrae domi út siet. etc.

et Trin. II, 1, 44—62. et Most. I, 4, 33—38. et Curcul. I, 2, 31—35. Cist. IV, 2, 33—35. Cas. IV, 4, 25—28. III, 5, 91—94. Capt. II, 1, 12. 14. 19—21. 33. Bacch. IV, 3, 4. 5. 7—10. 13. 15. 21—23. IV, 2, 10. 11.

16) *Dipodiae bacchiacae*, quae singulatim interseruntur:

⏑ —ˊ — ⏑ —ˊ —

ut Amph. II, 2, 15. 19. 23.

Voluptatis cépi.
Domúm recipiát se.
Satís mi esse dúcam. Et Capt. III, 2, 6.:
Lassúm reddidérunt. et ib. vs. 13.:
Domúm. Postquam id áctum est et ib. IV, 2, 6.:
Per úrbem irridébor. et Cas. III, 5, 44.:
Sinít ad se adíre. et Epid. II, 1, 3.:
Quid ést, quod pudéndum. et Men. IV, 2, 2.:
Moléstoque múltum. et vs. 14.:
Mens ést in querélis. et Poen. V, 4, 19.:
Sorór, te collaúdes. et Pseud. I, 3, 1.:
Redi, ét respice ád nos. et Rud. I, 5, 6.:
Puéllae; sed únde. et Trin. II, 1, 10.:
Ad aétatem agúndam.

Sed isti versus, ubi catalectici fiunt, fiunt fere

17) *Dochmiaci*, quorum hoc metrum:

⏑ —ˊ — ⏑ —ˆ

qualesque haud pauci in Plauto leguntur. Sic Capt. III, 2, 9—11.

Rogó syngraphúm;
Datúr mi; illicó
Dedí Tyndaró.

Praeterea dochmiaci sunt Poen. I, 2, 47—49.

Nunc iám me decét
Donári cadó
Viní. Dic dari.

Porro Pers. V, 2, 29—35.

Pongo, út soeperís.
Hoc, líno, tibi.

Delúde, ut lubét,
Herús dum hinc abést.
Vidén', ut tuis
Dictís pareó?

In Casina III, 5, 61. 62. 89.

Id, húc missa súm
Tibi út dicerém.
At blánde, ut solés.

Et Pseud. I, 3, 24. IV. 7, 27. 28. 31. 32. V. 1, 25. 26.

Qui ést, vivos ést.
Augénd rem meám.
Poplí strenuí.
Me núnc commorór,
Quum hás hic forés.

Et item Cist. IV. 2, 1. Men. V. 2, 12.

18) *Dipodiae hypercatalecticae* vel Creticae vel spondiacae, vel dactylicae, tamquam pausae saepe interponuntur; quarum in fine ictus est positus. Huius generis in Amphitruone sunt illi: I, 1, 80. 81. 83. II, 1, 27.

Nébula cónstat; cadúnt
Vólneris vi ét viriúm.
Vícimus ví ferocés. —
Núsquam equidém bibí. Sic Capt. II, 1, 42.
Nám fere máxima pára. et Cas. III, 5, 24. 83. 84.
Iám tibi istúc cerebrúm.
Séd villicó nostró.
Saépiculé peccás. et Curc. I, 2, 28—30.
Át iam bibés. Diu fít.
Hém tibi, anús lepidá.
Sálve, oculíssime homó. et Epid. III, 1, 10. 14.:
Máxumae súnt, numum ís.
Vaé tibi, múrcido homó. et Men. V, 6, 21.:
Nam illi, qui nihíl metuónt. et Pseud. V, 1, 22.
Mórologís utí.

Quos locos hic ideo congessi, ut appareret, memet in Amphitruone recte constituisse.

19) Aliae eiusmodi pausae sunt *tripodiae bacchiacae* catalecticae. Cuius generis est illa in Cas. III, 5, 25.

Dispércutiam, éxcetra tú. et ibid. IV, 4, 23.:
Corpúsculum méllicúlum. et ibid. 17—19.:
Sed heús tu, maló, si sapís,
Cavébis: mea ést haec. Sció;
Sed méus fructus ést priór. et Cist. II, 1, 17.
Maritumis móribús. et Men. IV, 2, 12.:

Sollícitos patrónos habént. et Pseud. I, 3, 34.:
Profécto inánilogús 's. et Most. IV, 1, 9.:
Sed hí si reprénsi súnt. et Truc. IV, 2, 15.:
Sed íntus bolós quos dát.

apparebit, nos recte constituisse Amph. II, 2, 24 et 29.

Virtús praemium ést optimúm.
Boná, quem penést virtús.

20) *Pausae* in canticis breviores varii generis interpo-
:. Sic Amph. I, 1, 25. anapaestus *Queritúr* facit pau-
at ib. vs. 94. pes Creticus hypermeter: *Iúre iniustás.*
ıcch. IV, 2, 15. Creticus; *Chrysali.* Item Casin. III,
. Bacchiacus pes: *Sed aúdin'?* et Creticus Curc. I, 2,
*pida sum.* Et Men. IV, 2, 4. Creticus hyperm. *Mó-*
*ıabent húnc*, et ib. vs. 22. *Quídam habuit.* At qui
sequitur, *Néque quod volui*, non Creticus est, sed
icus, et introductionem quasi facit ad sequentes tro-
s. Most. I, 2, 46. *Ad légionem* est dipodia iambica,
quod sequentes eam sunt iambici. *Haec enim per*
*istos minusculos versus, quos pausas aut clau-*
*s vocant, quasi lex constans servatur, ut illi in me-*
*l ad praecedentes versus referantur, vel ad subse-*
*es quasi invitationem quandam faciant.* Sic Most.
8. *Fugiúnt* anapaestus est, quia praecedens est ana-
cus. At Pers. I, 1, 30. *Quid iám?* item quia subse-
Poen. V, 4, 28. *Agúndis* anacrusin habet, quia et
ıs. Pseud. I, 3, 23. *Quí fuit* Creticus refertur ad
dentes. Et ibid. V, 2, 30. bacchiacus *Tamén das?*
ıd praecedentia. At vs. 48. *Quíd nunc?* debet esse
eus, aut spondaeus, ideo quod et sequentes et praece-
ab ictu ordiuntur, nisi malis postremos omnes comoe-
ius versus a v. 48. pro bacchiacis habere; quod tamen
isi violentia aliqua poterit. — In Rudente I, 3, 14.
la *Datís*, *di*, ad praecendentia refertur, et bacchica
Item III, 3, 20. *Nímis ineptà és*, monometer Creticus
meter, quia praecedentes sunt Cretici. At Trin. II, 1,
ıoriambus est pro Cretico hypermetro, ut saepenu-
dactyli pro Creticis ponuntur, et iambi pro anapaestis.

***

Denique in Truculento II, 7, 18. anapaestus *Capio* anapaestos sequentes introducit.

21) Praeterea singulatim liberiora interdum versuum genera interposita leguntur, velut Stich. II, 3, 1 et 2. pentametri iambici:

Quisnam, óbsecro, has frangit fores? ubi ést?
Tun' haéc facis? tun' mi húc hostis venís?

Truc. II, 7, 3. tripodia cretico-choriambica catal. cum anacrusi:

Atque ímprobis se ártibus expóliet?

et ibid. vs. 7. trochaicus heptameter:

Públicos: mundíssimum fit. Púras sibi esse volt nédes.

ubi *sibi* et *esse* sunt monosyllaba, et *sibi* integrum eliditur. Eius similis est v. 10.

Ópera unquam nihiló minus propere, quám potest, peribit.

Et choliambicus legitur Truc. II, 7, 76. Hypermetri autem tetrametri iamb. Stich. II, 2, 2. 7. 9. 18. 19. Pseud. I, 2, 10. 27. 29. 87. 88. et hypermetri anapaestici Pseud. II, 1, 3 et 4. et IV, 1, 6. etc.

22) *Asynartetos*, qui vere essent, nisi quos supra percensui pro illis habere velis, quosque tam multos Bothius sibi videre visus est, ego nullos reperi. Interim haud infitiabor, posse haberi forsitan pro talibus, qui leguntur Cas. II, 3, 1. sqq. usque ad 11. quorum quam dedimus scansioni non sane satis accommodata videntur postrema cuiusque versus verba, quae melius sic cadunt:

— — — nítidis antevenire.
— — — plúsque leporis hábeat.
— — — utúntur condiméntis.
— — — ómnibus quod praéstat.
— — — quoivís placiturum crédo.
— — — ubi amór non admiscétur.
— — — ex tristi lepidum et iéuem.
— — — facié magis, quam ex auditis.

et sic porro. Similiterque Bacch. V, 1, 1. sqq. Interim melius videtur, certam aliquam regulam in his sequi, quam confidere formae, quam nonnisi coniectando aut divinando constitui primum et colligi oporteat.

23) Denique res postulat, ut et de *versibus in fine*

*imminutis*, quorum plerique in Plauto Cretici sunt, dicam; quos equidem dixeram innumeros paene obviam esse. De qua re quoniam addubitatum a quibusdam esse sentio, paullo uberius hoc loco exponendum esse videtur. Lubuit autem poetae saepenumero (nam ad centum eius generis loci enumerari possunt), in fine versuum, ubi productis ex consueto more syllabis utendum fuisset, correptis uti. Quidni enim libuerit, quum et cuilibet musicorum nostratium probe liceat v. c. pro molosso pyrrhichium ponere, modo pausis reliquae morae expleantur? Sic quilibet norit, in fine tetrametri iambici catalectici proprie solemni omnium poetarum more esse oportere trochaeum. Ast eo loco Nostro haud raro placuit pro solito trochaeo insolitum ponere tribrachyn. Sic enim Truc. I, 2, 84.

E linguis dicta dúlcia datis, córde amarefácitis.

et ibid. vs. 80.

I intro: haúd alienus tú quidem es: nam ecástor neminem hódie.

et vs. 102.

Quid áis tu? quae numquám fuit praegnás, qui parere pótuit?

Similiter As. II, 4. eiusdem generis sunt versus: 1. 22. 24. 37. 60. 71. 73. 74. 77. 80. 89. atque ibid. III, 2, 15. 22. 25. 31. et sequenti scena III, 3, 1. 15. 32. 47. 84. 85. 95. 107. 122. 127. 129. 130. 134. 149. 150. 153.

Solitissimum autem omnio est poetis, in fine versuum vel extendere interdum legitimum metrum, vel etiam corripere atque contrahere. Unde hypermetri nascuntur, nascuntur et catalectici versus; et fieri etiam potuere, uti profecto facti sunt, versus catalectici *imminuti* et quodammodo dupliciter catalectici, in quis pro trochaeo consueto positus reperitur pyrrhichius, aut pro spondaeo iambus, cuius in brevi syllaba est ictus ponendus.

Sic dipodiae Creticae legitimus numerus hic est:

—′ ◡ — —′ ◡ —

Pro hoc catalecticum ponunt poetae, quamadmodnm licuit:

—′ ◡ — —′ ◡

At pro hoc haud oppido paucis in locis a Plauto ponitur hic numerus:

—′ ◡ — ◡′ ◡

aut hic: —′ ◡ — ◡′ —

quemadmodum dudum Hermannus constituit Bacch. IV, 3, 4.

5. 7—11. 13. 15. 29. 30. 31. in quibus non haesitandum est quin ponamus accentum in brevi, quum necessario id aliis in locis fieri aperte debeat; hoc modo:

Núnc amanti héro,
Fílio sénis;
Quícum ego bíbo,
Quícum edo et ámo.
Nón mihi plácent:
Aúferunt héris.
Cállidum sénem
Cállidis dólis.

Quae res quoniam quibusdam Plauti diorthotis instar Bohemicorum vicorum fuerat, miros modos sibi excogitavere, quibus eius generis versus expenderent. Atqui nihil profecto in simplici re artificiose est expendendum aut ambigendum haerendumque, sed simpliciter statuendum, placuisse poetae in istiusmodi locis, correptam syllabam pro producta ponere, et in ipsa correpta ictum ponendum esse, uti innumeris locis in mediis versibus fieri oportet, ubi solito more pro una longa duae breves ponuntur. Atque sic in eodem illo cantico Bacch. 14, 3, versus 27—30. hoc modo distinguendi sunt:

Séd lubet scíre, quantum aúri herus sibi
Démsit et quid suo réddidit pátri.
Frúgi si est, Hérculem fécit ex pátre;
Décumam partem éi dedit; sibi novem abstúlit.

ubi si dubites in prima extremi cuiusque versus pedis syllaba ictus signum ponere, ideo quia brevis sit, pariter debebis etiam a praecedentibus *décumam* et *sibi* ictus signum auferre, ideo quod correptis ibi loco productarum usus sit poeta. Iste enim metus plane nihili esse debet, posse fieri, ut quidam existiment, editorem eiusmodi syllabas pro longis habuisse, quum breves sint. Cuiusmodi obiectiones qui timent, non minus ingenium debile produnt, quam illi qui faciunt.

Atque sic, uti quos supra adduxi, scandendi sunt etiam hi: Poen. V, 4, 5. et 12—16. 24. 79. 93.

Dígna divá venustíssima Vénere.
Tántus ibí clientárum erat númerus,
Quae ád Calydóniam vénerant Vénerem. etc.

Porro Pseud. V, 2, 1—4.

Vóx viri pésumi me éxciet fóras.
Séd quid hoc? quómodo? quid video égo?
Cúm corona ébrium Pseúdólum túum.
Líbere Hercle hóc quidem! Séd vide státum!

et ibid. vs. 8. et 15—17. 27. 28. 31. Most. I, 2, 25. 26. 57. et III, 2, 1 — 21. integra scenae pars; et ibid. vs. 24. 27. Truc. II, 1, 40—42. et IV, 2, 7. Curc. I, 2, 25. 43. et IV, 2, 13. 19. 22. 28. 32. 34. 44. 45. Bacch. V, 2, 50. 52. 57. 58. 46. 78. 82. 84. 86. 88. 89. 91. et V, 1, 26. Men. V, 2, 23. Cas. IV, 4, 9. 10. 30. Atque eius generis et ille est in Terentii Andr. III, 2, 2. *Signa ésse ad salútem omnia huíc esse vídeo.* Et IV, 1, 11. 13.

Denique Saturnii eiusmodi leguntur Cist. I, 1, 8. 10. 11. 16. 26.

Ita hódie hic accéptae súmus suávibus módis.
Summátis matrónas, ut amícitiam cólunt.
Ita in prandió nós lepide atque nítide
Accépisti apúd te, ut sémper meminérimus.

At non in fine solum tali modo versus minuuntur, sed et in mediis versibus eiusmodi correptiones fiunt. Quae quoniam aperte factae sunt, et quia indubitati extant loci, in quibus v. c. pro Creticis reperiantur anapaesti cum ictu in priori brevi syllaba, vel ab initio vel in mediis versibus positi, non obstinate illi sunt reiiciendi, sed pacate pro talibus habendi, et credendi, et, uti par est, patienter accipiendi. Eiusmodi versus est fere primus eorum quatuor Saturniorum, quos modo supra laudavi:

Ita hódie hic accéptae súmus suávibus módis,

in quo non solum in fine correptio facta est, sed et in verbis: *hódie hic* simile quiddam evenit. At aperte imminutio facta conspicitur Curc. I, 2, 52.

Víneam pro aúrea státua státuam,

ubi *státuá* in penultimo versus pede pro Cretico est. Item Most. I, 4, 31.

Dáte illi, quód bibat; dórmiam égo,

ubi *Date illi* est loco Cretici. Et Truc. IV, 2, 6.

Istíc dum sic fáciat domum ád te exagógam.

quo loco *faciat* pro solito spondaeo ponitur. — Prorsus mirabile autem exemplum legitur Rud. I, 4, 18.

Ámpelisca! Hém quis est? égo Palaéstra sum.

quem locum Reizius e coniectura sic explevit: *égo sum, Palaéstra sum.* Ego non existimavi licuisse; intactum potius reliqui, quia opinatus sum, pariter bene aliquando primam

syllabam pronominis *ego* pro longa posse haberi, atque aperte habetur prima nominis *Palaestra*, praesertim cum hic affectus vocisque altius acumen accedat. Inter breviores autem versus huiusmodi reperiuntur Trin. II, 1, 44. 45. 46.

Ápage, sís, amor!
Túas res tíbi habe!
Ámor, mi amícus
Né fuas únquam!

et ibid. II, 2, 20. 21.

Quaé ego tíbi praecípio, ea fácito.
Níhil ego istós moror fátuos móres.

in quibus et *tíbi prae* et in altero *fátuos* aperte pro Creticis ponuntur. Denique tanquam talis considerandus est Cas. IV, 4, 26.

Quási iocábor.

in quo quum proprie pro Cretico dactylus sine dubio fuisset ferendus, ferendus etiam sine dubio erit pro dactylo tribrachys. Lectionis enim mutationem in talibus fieri non existimo licere, ne antiquitatis testimonium auferatur.

Haec de metris Plauti, quae profecto longe sunt alia ex maxima parte, et variata magis, et vivaciora, quam ea quae fecit Terentius, qui nonnisi raro et in paucis tantum ad artificiosiora metra assurgit (Adelph. IV, 4, 1—9. Andr. III, 2, 1—5. et IV, 1, 1—13.), ceterum omnem artem suam metricam plerumque in iis metris variandis exercuisse videtur, quae quam minime erant varianda, et quae a Plauto nonnisi in paucis et admodum modeste variantur.

Sequitur iam, ut de scansione dicamus. Quae quoniam in antiquis longe aliter currit, atque in Augusteis scriptoribus, et quia aut ab nullo dum accurate de antiquae scansionis regulis expositum est, aut nullius dum regulae tamquam norma scandendi receptae sunt, Plautus autem ab Terentio non solum in metris sed et in scansione haud parum differt, et quoniam, quicunque vult ordinare versus Plauti, ad certas illud regulas facere omnino debet, lectores autem, quas regulas secutus fuerit, aegre ex singulis locis aut ex notis colligunt, videtur sane opus esse facto, ut separatim hic praecipua et peculiaria Plautinae scansionis capita percenseamus;

n qua re tamen haud immerito praecipimus, lectoribus, quae Bentleius in Terentio fecerit, haud esse incognita. Praecipua autem capita, sine quibus aut quibus non statutis scansionem Plauti aut versuum eius ordinationem non bene institui posse arbitror, haec sunt. Ac primum

1) *Hiatus in omnibus iis locis necessario erit admittendus, in quibus, admisso hiatu, nec mutata lectione aut transpositione verborum facta, sed lectione vetustorum librorum servata, versus stabit.* Ii loci sunt innumeri; ita ut Plautus esse Plautus plane nequeat, nisi hanc legem tamquam normam versuum Plautinorum scandendorum ratam esse iubeas. Quod quin facias, nulla probabilis causa inveniri aut adduci poterit. Nam seriorum poetarum mos ad antiquorum versus legendos nequaquam erit adhibendus. Atque sic in Amphitruone 66 indubitata leguntur hiatus exempla, videlicet: prol. 81. 89. 97. 141. 143. 145. 146. 152. in fabula ipsa: I, 1, 1. 35. 36. 38. 39. 45. 54. 57. 99. 110. 143. 204. 233. 248. 265. 276. 277. 279. 309. — I, 2, 34. 36. — I, 3, 20. 47. 48. 52. — II, 1, 37 (2). 54. 87. — II, 2, 28. 44. 49. 76. 86. 125. 143. 179. 182. 185. — III, 1, 3. 12. 14. — III, 2, 3, 67. 68. — III, 3, 22. 28. — III, 4, 2. 17. 21. — IV, 1, 7. — IV, 2, 12. — IV, 3, 16. — V, 1, 28. 45. 60. At in Asinaria 70; cf. I, 1, 3. 61. 62. 84. 86. 89. — I, 2, 9. 11. 22. — I, 3, 11. 53. 75. 82. — II, 1, 3. 9. 15. — II, 2, 7. 9. 12. 47. 50. 54. 70. 87. 97. 99. 102. 107. 108. 112. — II, 3, 1. 2. 10. — II, 4, 4. 5. 10. 18. 19. 37. 53. 85. — III, 1, 13. 29. 30. — III, 2, 33. 37. 39 (2). — III, 3, 1. 2 (2). 23. 32. 39. 41. 63. 97. 131. 138. 143. — IV, 1, 10. 14. 59. — IV, 2, 18. — V, 2, 1. 33. 44. 86. 90. 91. Gr. 5. Quorum pars locorum etsi fortasse queant etiam alia ratione, quamquam minus bene, legi, ut hiatus vitetur, at haud oppido pauci restabunt, qui, hiatum in Plauto undecunque sanciendum esse, alta voce clamabunt, sicut et in reliquis eius omnibus. Sic enim Asin. II, 1, 15.

Cérte hercle, ego quantum éx augurio aúspicii intelligo,
aut ibid. I, 3, 53.

Lónge aliam, foquam, praebes núnc, atque olím, quúm dabam.
et II, 2, 47.

Tántum faciaus módo inveni ego, út nos dicamúr duo.
et vs. 50.

Háriolari quae ócceperunt, sibi esse in mundó malum.
et II, 4, 5.

Libanúm libertum. Iám manu emissus? obsecró te.
et vs. 53.

Succéascat, quoi ómnium rerum ipsus semper crédit.
et III, 1, 13.
érgo una orátionis pars de die dabitúr mihi?
et III, 2, 39.
Manedúm. quid est? Philénium estne haéc, quae intus éxit?
et III, 3, 1.
Cur mé retentas? quía tui amáns abeuntis égeo:
Valé! aliquanto ámplius valérem, si hic manéres.
et IV, 1, 10.
Addóne? adde; et scríbas vide plane ét probe.
et ibid. vs. 14.
Forés occlusae ómnibus sient, nísi tibi.
et vs. 59. Ancíllam ferre Véneri aut Cupídini.
et V, 2, 44. Díc, amabo, an foétet anima úxoris tuae? naúteam.

Quae exempla, ut opinor, eiusmodi sunt, ut cum istis exceptionibus, quas Lingius aliique statuere voluere, aegre conciliari possint. Omisi autem adscribere ea exempla, in quibus hiatus est in caesura versus, aut post monosyllabum, quae sunt innumera. Ut sapientissimum esse videatur, ab omnibus exceptionibus aut textus mutationibus in his locis abstinere, et eam legem sequi, quam nos statuimus, ubicunque, hiatu admisso et lectione librorum servata, versus salvus sit, ibi hiatum esse admittendum.

II) *D paragogicum multis, imo innumeris locis est in enunciando adiiciendum*, in quibus simplicem verbi terminationem in libris conspicimus. Sed idem et diserte quibusdam locis in antiquis etiam libris adiectum reperitur, ut Asin. I, 1, 5. ubi V. C. habet: *med erga*, reliqui Palatini *met erga*. — Item As. III, 3, 42. V. C. habet *med amantem*, at reliqui Pall. *me clamantem*. — Ibid. vs. 43. Palatini habent *med ad*. — et As. IV, 1, 27. in codd. aperte legitur *ted*. et sic aliis locis. Praeterea in compositis aperte intersertum conspicitur, veluti: *indaudire*, *antideo*, *antidhac*, *postidea*, *redhibere*, *redire;* denique in inscriptionibus, vetustissimisque linguae Rom. monumentis. Ut non dubitandum sit, illud recte et ab editoribus multis locis adiectum esse, et adiici posse, quo vera antiquae aetatis enunciatio restituatur. Sic Aul. II, 1, 1.

Velím te arbitrari, med haec verba, frater. et ib. III, 3, 1.:
Hoc quidem hercle, quoquod ibo, mecum erit, mecum feram.

Interdum plena syllaba *de* ab editoribus adiecta legitur, Aul. III, 2, 10.

— — quámde aéquum erat, féci,

*m* finalis facit longam syllabam. Et Stich. IV, 2, 26.

Nón tu scis, quamde éfflictentur hómines noctu hic ín via?

bid. V, 4, 22. *Cynice accipimur, quámde in lectis* etc. alii emendarunt: *Cynice accipiemúr, quam i. l.* contra icum suffragia. Idem *d* sine dubio multis aliis in locis leniendum hiatum merito adiicietur, veluti Bacch. I, 1, 1. *id sid hoc potis est?* et ibid. vs. 12. *Nam haec sid eat aurum.* Et Cas. III, 1, 1. *Nunc amicid anne nici.* et similiter aliis multis.

III) *m finale innumeris in locis non facit elisionem, plene pronunciatur*, ut et in aliis antiquis multis factum Sic Amph. prol. 54.

Eandem háne, si voltis, fáciam ex tragoédia, etc.

perperam editores transposuere, quum nostra lectio ab mis libris stabiliatur. Sic Bacch. I, 1, 53.

Átque ecastor ápud hunc flúvium áliquid perdundúmst tibi.
IV, 4, 9.

Écquid agis? quid agám? auferre nón potes. quid vís tibi?
Truc. IV, 4, 33. 34. 35.

ópter hunc spes étiam est, hodie táctum iri mílitem;
ném ego ecastor mége amo quam me, dum íd, quod cupio, inde aúferam:
ía, quom multum abstúlimus, multum haúd apparet, quód datum et.
. 38.

ne eum ipsum adíre, ut cupit, ad me hác recta. Si vénerit,
. V, 18.

ámquam parum est. áddo minam adhuc ístuc postideá. parumst.
pliciter ib. vs. 54.

di ego huic aurum. át ego argentum. át ego pallam et púrpuram.
e sic Amph. prol. 96.

m húius argumentum éloquar comoédiae.
acch. I, 2, 3. senar. iamb.

m íta me di ament, út Lycurgus míhi quidem.
. vs. 32. item senario:

nom hérus hic intus síet, etc. et Capt. IV, 2, 64.:
ne facis. Iubé. quid iubeam? ígnem ingentem fieri. et Aul. III, 4, 2.:
í cum opulento paúper coepit rém habere aut negótium.
III, 2, 6.

d eccům egreditúr senati cólumen, praesidiúm popli. et vs. 13.:

Nám tuus vir me orávit, ut eăm ád te adiutum mitterem.

quibus innumeri alii loci adiungi possunt.

IV) *Disyllaba multa tota saepe sunt elidenda*, velut: *ea*, *eam*, *eum*, *eo*, *mea*, *meam*, *meo*, *mihi*, *ohe*, *rei*, *scio*, *sibi*, *suo*, *suum*, *tibi*, *tua*, *tuo*, *tuum*, etc. de qua re non addubitandum est ullo modo, siquidem certa res, nec ulli dubitationi obnoxia. Amph. II, 2, 158.

Quíd ego video? haec e a ést profecto pátera: perii Sósia.

Mil. II, 2, 91. versu troch.

E a m árguam vidísse apud te cóntra conservóm meum.

Bacch. II, 3, 64.

Non mé feféllit; sénsi; e o exánimatús fui. et Bacch. IV, 7, 50.:

Quae té sollicitet: e u m ésse cum illa múliere. et Amph. I, 3, 24.:

Vérum, quod tu dícis, m e a uxor, nón te mi irascí decet.

Aul. II, 2, 23.

Dé communi re áppellare m e a ét tua. hei miseró mihi!

Ibid. IV, 2, 6.

Quín, ubi arcessát, m e a m extemplo filiam ducát domum.

et IV, 10, 31. 32.

Haúd te invito póstulo; sed m e a m ésse opertere árbitror.

Quín tu eam inveniés, inquam, m e a m illam ésse oportere, Eúclio.

et IV, 9, 14.

Animúmque meum, geniúmque meum. Nunc m e o álii laetificántur.

Asin. I, 1, 46.

Verúm m e a m uxorem, Líbane, nescis, quális sit. et Amph. V, 1, 14.:

Exúrgite, inquam, quí terrore m e o óccidistis prae metu.

Mil. II, 6, 68.

Sed m e a m ésse herilem cóncubinam cénsui. et ib. IV, 6, 6.:

Placide ípsa, ut libitum est mi, ótiose, m e o árbitratu, ut vólui.

Bacch. II, 3, 17.

Heu cór m e u m et cerebrum, Nícobule, fínditur. et Mil. II, 4, 12.:

Falso insimulavit? Hém tibi! hic m i h i id díxit. S. Tibi. P. quem díxti. et Bacch. III, 6, 10.:

únde? ab homine, quém m i h i amicum esse árbitratus sum ántidhac.

ibid. IV, 2, 4.

Málevolente ingénio natus. póstremo id m i h i est, quód nolo aliis.

ibid. IV, 8, 142.

Vel da áliquem, qui me sérvet. Ni. O h e odiosé facis.

Bacch. II, 3, 63.

Aurum hércle auferre vóluere. ei r e i operám dabant.

Truc. II, 1, 20. tetr. troch.

Néc unquam quisquam próbust amator, nisi qui r e i inimicúst suae.

Amph. II, 2, 134.

Plúrimum et credo ét s c i o, ista esse fácta proinde, ut próloquor.

Asin. III, 3, 146. tetr. iamb.

Noctem huius et cenam s i b i út dares. Iube ádvenire, quaéso.

Mil. III, 3, 15. item tetr. iamb.

Ea s i b i immortalis mémoria est memináisse et semptérna.

ul. prol. 32.
Sibi uxórem poscat: íd eá faciam grátia. et Mil. II, 1, 58.:
Itaque ille amanti suo hóspiti morém gerit. et Mil. II, 2, 29.:
Própter amorem suum ómnes crucibus cóntubernalés dari.
lil. IV, 2, 21.
Erit, ét tibi exoptatum óbtinget. bonum habe ánimum; ne formída.
mph. V, 1, 39.
Ómnium primum tibi Álcumena géminos peperit fílios.
mph. V, 2, 1.
Bono ánimo es: adeum auxílio, Amphitruo, tibi ét tuis.
uae est lectio optimorum codicum, nec mutanda, ut fecere
lothius et Lindemannus, qui abiecere verba *et tuis*, quae
d sensum vel maxime sunt necessaria.
acch. II, 2, 10.
Salútem tibi ab sodáli solidam núntio. et Bacch. III, 3, 87.:
Sátin' ut, quem tu habeás fidelem tibi, aút quoi credas, néscias?
mph. II, 2, 193.
Túte edictas fácta tua: ex me quaéris, quid deliqueris.
acch. V, 2, 73.
Etiám tu, homo nihili, quód di dant boni, cáve culpa tua amíssis.
ul. IV, 4, 20. 27. tetr. troch.
Tuo árbitratu. ne inter tunicas etc. et Asin. II, 2, 113.:
Vólo seni narráre. quin tuum officium facis ergo, ác fugis?
lil. I, 1, 39.
Facéte advortis ánimum tuum ad animúm meum.
Qui loci de industria hic a me cumulati rem dubio omni, ut
pero, eximent.

V) *Disyllaba multa saepe contractim tamquam monosyllaba sunt enuncianda.* Id genus sunt: *ille*, *illa*, *illud*, *illi*, *illos*, *illum*, *illis*, *illic*, *esse*, *eius*, *huius*, *cuius*, *unde*, *forte*, *inter*, *ite*, *quasi*, *quumque*, *quodque*, *perque*, *isque*, *vosne*, *nempe*, *nullus*, *scio*, *quia*, *pedem*, *sine*, *senex*, *tibi*, *tamen*, *servus*. Sic Mil. II, 3, 4.:
Hic illam vidit ósculantem, quántum hunc audiví loqui.
mph. III, 4, 5. tetr. iamb.
Ille návem salvam núntiat, aut frati adventúm senis.
ul. IV, 4, 29.
Périi hercle: ille nunc íntus turbat; húnc si amitto, hic ábierit.
mph. prol. 148.
Sed Ámphitruonis íllic est servus Sósia. et Amph. I, 3, 36.:
Núnc tibi hanc paterám, quae dono mi íllic ob virtutém data est.
Truc. II, 7, 30.
Dóna, quae vidés illos ferre, et hás quinque argenti minas.
Aul. III, 4, 11.
Crédo ego edepol illi mercedem gállo pellicitós cocos. et As. I, 1, 109.:
Nam ego illud argentum tám paratum filio. et Mil. IV, 2, 56.:

Quin tu huíc respondes? haéc illaec est ab illá, quam dudum díxi.
Asin. V, 1, 10.

Credam istuc, si esse te hilarum videre. An. áp tu esse me tristém putas? et Aul. II, 4, 36.:

Censéa' vero, adeo esse párcum et misere vívere? et Bacch. I, 2, 45.:

Nihil móror, discipulos mi ésse tam plenos sánguinis.

et cf. Amph. I, 1, 206. III, 4, 21. Asin. V, 2, 5. Aul. IV, 9, 7. Mil. 2, 6, 75. III, 3, 58. IV, 3, 25. IV, 8, 59. 60. Bacch. IV, 3, 24. IV, 8, 144. V, 1, 10. True. I, 1, 65. I, 2, 24. 40 etc. — Mil. IV, 1, 28.:

éius huc gemina vénit Ephesum, et máter, arcessántque eam.
Mil. IV, 3, 40.

Ancíllula eius, et Pleúsides. Pro Iúpiter. et Amph. II, 1, 45.:

Cuíus ego hodie in térgum faxo ista éxpetant mendácia.
Asin. I, 2, 18.

éadem nunc, quam est mélius, me, cuius óperá est, ignoráis, mala.
Asin. III, 3, 146.

Noctem huius et coenam sibi út dares. Iube ádvenire, quaéso.
Amph. I, 1, 114.

Décet et facta móresque huius habére me similés item.
Aul. II, 7, 4.

Inde oóctam sursum súbducemus córbulis.
Cf. Amph. I, 1, 4. — Asin. IV, 1, 49. senario:

Forte si tussire occépsit, ne sic tássiat. et Epid. II, 2, 55.:

Dúne post me sic fábulari inter sése: ego abcessí solens.
Poen. V, 4, 34.

Sicút hodie nos intér alias praestítimus pulcritúdine.
Pseud. I, 5, 130. sen.

De istác re, aut si de ea re únquam inter nos convéniemus.
Poen. V. 4, 81. tetr. iamb.

Ite, si ítis. quid nos fécimus tibi? fúres estis ámbae.
Mil. IV, 2, 80 et 81. tetr. iamb.

Quem, quaé te vult, eandém tu vis. non inculcum habes ingénium.

Quumque me óratricem haud sprévisti, aistíque exorare éx te.
Mil. II, 6, 28. senar.

Quodque cóncubinam herílem insimulare aúsus es. et Poen. I, 3, 10.:

Perque méos amores, pérque Adelphasiúm meam. et Poen. III, I, 57.:

isque se ut adsimuláret péregrinum áliunde, ex alio óppido.
Stich. I, 2, 78.

Vósne latrones ét mendicos hómines magni péanditis?
Bacch. I, 1, 57.

Ille quidem hanc abdúcet: tu nullus ádfueris, si nón lubet.
Aul. II, 4, 15.

Nempe sícut dicis etc. versu senario. Et Epid. III, 4, 13.:

Ego súm, si quid vis. Némpe quem in adulescéntia.
Mil. II, 3, 66.

Némpe tu istic ais ésse herilem etc. et ib. III, 3, 32.:

Nempe lúdificari mílitem tuum herúm vis? Elocúta es.
Cf. ib. vs. 48. et Trin. II, 2, 51. Pseud. I, 3, 133. — Merc. IV, 3, 27.

Scio, innóxius's. Audácter quamvis dícito.
ubi totum Scio eliditur. Cf. Pers. II, 1. 8.

Pótin' ut taceas? pótin' ne moneas? Mémini, et scio, ét calleo, ét commemini. et Amph. II, 2, 133.

Néque tu illi, neque míhi, viro, ipsi crédis? eo fit quía mihi.

Truc. II, 2, 34. tetr. troch.

Quia ádeo fores nostrás unguentis úncta es ausa acoédere.

cf. Aul. III, 2, 3 et 4. — Amph. II, 2, 109.

Néque meum pedem huc íntuli etiam in aédes, ut cum exércitu.

cf. Mil. II, 3, 73. — Amph. prol. 69.

Sive qui ámbivissent pálmam histriónibus.

cf. Pseud. I, 5, 129. Amph. IV, 3, 16. — Rudens prol. 35.

Senex, qui húc Athenis éxul venit, haúd malus. et Mil. II, 6, 102.:

Verúm tamen, de me quídquid est, ibó domum. et Aul. III, 6, 3.:

Tamen méo quidem animo aliquánto facias réctius. et Trin. V, 1, 6.:

Módo me Stasimus, Lésbonici sérvos convénit: ís mihi dixit.

ad quem locum cf. Mil. III, 1, 148., ubi habet vulgata:

Sérvientes sérvitutem ego sérvos introduxí mihi.

et Mil. II, 4, 11. item ex lect. vulg.

Ubi istíc bonus servus, qui própudii me máxime innocéntem.

Quo loco nos, secuti alios, v. *servus* inclusimus; quod quia praetuli correptim enunciare, delevi uncinos, et in textum restitui. — Sed istis unum adhuc locum addamus, Pseud. IV, 7, 87.

Í in malám crucem! íre licébit tíbi tamen hódie témperi.

Quo loco et *ire* et *tibi* monosyllaba sunt.

VI) *Quae literam v intermediam habent, contractim saepe pronunciantur, ut: avus, aviditas, navis, novis, ovis, avunculus* etc.

Sic Men. V, 9, 69. troch.

Ávos noster mutávit; quod tibi nómen est, fecit mihi.

Asin. I, 3, 65. item troch.

áves adsuescunt. Necésse est facere súmtum, qui quaerít lucrum.

Merc. prol. 29.

Inhaéret aviditás, desidia, iniúria. et Bacch. IV, 5, 27.:

Bene návis agitatur: púlcre haec confertúr ratis. et Asin. II, 2, 105.:

Móx quum Saureán imitabor, cavéto ne succénseas.

Bacch. V, 2, 5. dipodia bacchiaca:

Quis hás oves adégit? et Aul. IV, 7, 4.:

Fac méntionem cum avôncolo, matér mea.

Atque imprimis cf. Truc. III, 2, 15. ubi *caullator* pronunciatur pro *cavillator*, ut in ipso contextu personae loquentes interpretantur.

VII) Sed et alia polysyllaba ita contrahuntur, ut una syllaba minora sint pronuncianda, quam scribuntur, quamquam non statim ita sint scribenda, uti pronunciari debent.

Atque notissima sunt *poplus* (Pseud. IV, 7, 28.), *maniplares* (Mil. III, 2, 3.), *cubiclum* (Asin. IV, 1, 42. Cf. Ter. Ad. 4, 5, 60.), uti *cubilibus* trisyllabum Amph. V, 2, 73. *pocla*, As. 4, 1, 26. *vidulus* Rud. 4, 4, 62. 86. Sed et alia contrahuntur, quae non aeque facilia sunt repertu, et quae a plerisque, qui Plautum tractavere, hucusque non agnita sunt. Sic *modestus*, *modestia*, *modeste* et ab aliis et a Plauto contracta. Ut in Cicerone Divin. 1, 33 versus trochaicus:

Úbi illa paullo ánte sapiens, vírginali modéstia.

Sic Plautus Sticho V, 4, 10.

Sát est servo hómini, modéste mélius fácere súmtum, quam ámpliter.

Men. V, 5, 33.

Ímo modéstior núnc quidem ést de vérbis, praéut dudúm fuit.

Atque hinc Amph. I, 1, 9. *immodestia* quadrisyllaba est legenda, ut in cretico, et in fine producenda, ut saepe fit in nominativis. Cf. Amph. V, 1, 2. Asin. IV, 1, 17. Mil. III, 3, 5. etc.

Sic *dedisti* perfectum saepe disyllabum est, ut Bacch. IV, 3, 50:

Ístoc dicto dedísti hodie ín cruciatum Chrysalum. et Men. IV, 3, 15.:

Túte ultro ad me détulisti; dedísti eam donó mihi.

Cist. I, 3, 34. senario:

Dedisse éxponendam. ílle extemplo sérvolum.

ubi nemo credo scandet:

Dedísse expón. etc. — Sic dedi monosyll. Cist. II, 3, 29. senario:

Dedi, quae éducaret éam pro filiolá mea.

Sic Amph. II, 2, 138. trochaico:

Dédisse dono hodié, qua te illic dónatum esse díxeras.

et Asin. IV, 1, 7.

Lenaé dedit dono argénti viginti minas. et Curc. II, 3, 66.:

Dédisti tu argentum? ínquam. Imo ápud trapezitám situm est.

Men. III, 2, 43.

Pallam ístanc hodie, eámque dedisti Erótio? et Poen. I, 3, 7.:

Dedi dúdum, priusquam me évocavistí foras. et Pseud. IV, 2, 33.:

Nómen est. Scio iám tibi me récte dedisse epistolam. et Trin. I, 2, 92.:

Dedistíne hoc pacto ei gládium, qui se occíderet?

*Magistratus* contrahitur Rud. II, 5, 20. et Amph. prol. 74.

At *amicitia* quatuor syllabis legenda Merc. V, 2, 5.:

Vítam, amicitiam, cívitatem, laétitiam, ludúm, iocum.

et Trin. III, 3, 9.

Te ei díous, facere id te éius ob amicitiám patris.

› in utroque loco *amitiam* enunciatione proferendum. At-
: sic *inimicitias* quinque syllabis legendum Pers. 3, 1, 25.
Non égo inimicitias ómnes pluris aéstumo.

Similiter *pudicitia* quatuor syllabis Amph. 3, 2, 49., scande:

Ibo égomet; comitem mihi Pudicitiam dúxero. et Cist. I, 1, 89.:
Néque pudicitiam méam mihi alius quísquam imminuit. Obsecro.
Epid. III, 3, 24.
Pudicitiam quisquam súae servare filiae. et Epid. IV, 1, 18.:
Ille ést, qui mihi in Épidauro primús pudicitiam pépulit.

bus omnibus in locis *puditiam* quatuor brevibus syllabis endum existimo.

Atque eodem et pertinet *conquisitores*, quod ut di-
ndaeus legendum Amph. prol. 65 et 82, et Merc. 3, 4,
; quo posteriore loco nos adeo breviorem formam in textu
cripsimus.

Vocabula, in quibus media est syllaba *er*, haud paucis is itidem contracta proferuntur, ut: *impera*, *considera*, *era*, *prospere*, nec in solo *altera* etc. illud obtinet, ut stimat Ritschelius. Sic Mil. 4, 2, 41. iambico tetrametro:

Adeum: imp'ra, sí quid vis. Quid illaec narrát tibi? Lamentári etc.
Epid. V, 1, 18.
Éstne? vide consíd'ra! signum píctum pulcre víderis.
Trin. III, 2, 39.
Pérnovi equidem, Lésbonice, imp'rítum tuum ingenium ádmodum.

i et *tuum* totum elidendum. Porro Rud. 4, 2, 16.

Vigilare decet hóminem, qui volt súa temp'ri confícere officia.
Pers. II, 3, 14.
Núnc et amico meó prosp'rabo, et génio meo multá bona faciam.

ıde et Amph. 1, 2, 1. plene legi poterit ex vulgata:

Bene prósp'reque hóc hodie óperis processít mihi.

Uti autem in his *e*, sic in aliis *i* media haud raro eli-
ur, ut in *filius*, *filia*, *gratia*, *gloria*, aliis. Veluti Pers. 3, 34. in anapaesticis:

Nam e Pérsia ad me adlatae modo sunt
A meó domino. Quando? Haúd dudum. et Trin. IV, 1, 2.:
Laétus, lubens, laudés ago et grates grátiasque habeo et flúctibus salsis. et ibidem vs. 19.:
Ápage a me sis! deinde hinc certum est ótio me dáre. Sátis partum habeo. et Mil. I, 1, 69.:
Moléstae sunt mihi: órant, ambiunt, óbsecrant. et Capt. III, 5, 5.:
Nam sémper secant prius, quam sarriunt, rústici.

et ib. V, 1, 12. Cf. Ep. III, 4, 90. Most. V, 2, 47. Trin. III, 2, 30. Pers. II, 3, 19. Ep. IV, 1, 19. Curc. V, 2, 35. Men. V, 9, 93. Rud. III, 5, 16. IV, 2, 8. — Contra alii sunt loci, in quibus *i* media facit positionem, veluti Truc. IV, 2, 6. Most. I, 2, 41 et 43. Casin. III, 5, 78.

Contrahuntur porro: *iuventus*, Most. 1, 1, 29.

Quo némo adaeque iúventute ex omni Áttica.

et *venustas*, Mil. 3, 1, 62.

Ét quidem edepol ómnes mores ád venustatem iúgiter.

Cf. Amph. I, 1, 2. Curc. I, 1, 38. Stich. II, 2, 5. et vetustas Poenul. III, 3, 87. et senectus Trin. II, 3, 7. Most. I, 3, 60. et voluntas Pseud. I, 5, 123. Trin. V, 2, 42. Stich. I, 2, 2. et voluptas Ep. I, 1, 19. Mil. III, 1, 45. Men. II, 1, 34. Rud. pr. 54. Poen. III, 2, 25. et quos in indice sub eo termino locos congessimus. Ubi et cf. *servos*, *conservos*, *servitus*.

Imprimis numi *Philippei* cum declinatis suis contractionis participes sunt, siquidem illi plerumque ita enunciantur, ut et prima et penultima syllaba penitus absorbeantur. (Nam errare eos, qui existimant, primam syllabam plenam pronunciari, alteram elidi, ut Lindemannum et Ritschelium, colligitur ex locis, quales sunt Trin. 4, 2, 113. et Poen. 3, 4, 4. in quibus v. *Philippei* facit Creticum). Sic Asin. 1, 3, 1.:

Unumquodque istórum verbûm, númis Philippeis aúreis

legendum: *Phlippis*. Et Mil. 4, 2, 70. in anapaesticis tetrametris:

Dabitúr, quantum ípsus pretí poscét, talentúm Philippûm huíc opus aúri est.

quo in versu et *talentúm* contractim enunciatur, et *Philippúm* tamquam *Phlippum*, omissa *i* primae. Sic ibid. vs. 73.

Plus mi aúri mille est módiorum Philippeí; praeter thesaúrum.

lege: *Ph'lippí*. Sic Trin. 4, 2, 117.

Si húnc possum illo mílle numûm Philíppeo circumdúcere.

leg. *Ph'lippo*. Et ibid. v. 123.

Átque etiam Philippeúm, numeratum íllius in mensá manu.

leg. *Ph'lippúm*. Sic Bacch. 2, 2, 52.

Mille ét ducentos Philíppos attulimus aúreos.

Ibi adeo *Philippos* tamquam monosyllabum videtur proferri debere, similiter atque ibid. 5, 2, 68.

Quadríagentis Philippis fílius me et Chrysálus circumduxérunt.

ubi leg. *Ph'lipp's;* nisi quidem malis *quadringentis* ab initio corripere.

VIII) Quemadmodum autem haec contrahuntur, sic alia ontra, quae in communi sermone breviora sunt, in Plauto ongiora fiunt per diaeresin. Sic *coepi* pronunciatur *coĕpi* ist. 4, 2, 18. Bacchiaco:

Sed pérgam, ut cŏépi, tamén; quaeritábo.

t Cas. III, 5, 81. item Bacchiacis:

Nam cúr non ego íd perpetrém, quod cŏépi. et ib. IV, 1, 18.:
Cupiúnt extrudere íncoĕnem ex aédibus. et Aul. IV, 3, 3.:
Cóntinuo meum cór coĕpit ártem facere lúdicram.

ibi nemo credo scandet: *Cóntinuo meúm.* Merc. 3, 1, 35.

Ecástor iam biénnium est, quod mécum rem coĕpit. et Capt. I, 2, 64.:
Vocátus ad coĕnam? in senario iamb.

IX) Coniunctio *neque* ubi duplex in Plauto legitur, aud raro ita scansio est instituenda, ut alterum *neque* aut amquam *ne* legatur, aut tantum non penitus absorbeatur. ed et simplex. Cuius rei ultra viginti indubitata exempla n Nostro occurrunt. Sic Curc. 5, 1, 4. trochaico:

Nón vidi, neque audívi; neque pol díci, nec fingi potest.

apt. III, 1, 6. item trochaico:

Néque ieiuniósiorem, néque magis effertúm fame.

estell. II, 2, 22. senario:

Servát, neque qui reclúdat, neque qui respóndeat.

ers. V, 2, 5. tetr. troch. acatal.

Véhiclum argenti míser cieci, amísi, neque, quamobrem éieci, habeo.

rnc. I, 2, 59.

Illís perit quidquíd datur, neque ipsís adparet quídquam.

t ibid. II, 7, 22.

Quantúmvis: nusquam appáret, neque datóri, neque acceptríci.

t paullo ante, v. 20 in anapaestico:

Quod dés, devórat, neque unquám abundát. et ibid. 5, 23.
Néque ruri, neque hic óperis quidquam fácto; corrumpór situ.

ltque sic Amph. I, 1, 5.

Nec caúsam liceat dícere mí, neque in heró quidquam aúxilií siét,

ubi leg. *n' in hero.*

Mil. I, 1, 58.

Amánt te omnes mulíeres, neque hercle iniúria.

Men. IV, 2, 11. versu bacchiaco:

Qui néc leges, neque aéquom bonum úsquàm colúnt.

Cist. IV, 2, 2. item bacchiaco:

Di dánt, disperii, neque, unde auxílium expetam, hábeo.

Poen. I, 2, 20. bacch.

Postrémo modús muliebris nullust, neque úmquam.

Cf. Pseud. I, 4, 6. 7.

Neque, éxordiri primum unde occipiás, habes,
Neque ad détexundam télam certos términos. et Trin. I, 2, 172.:
Quae néque futura, neque fácta sunt, tamen illi sciant.

****

qui versus, quem et Hermannus et alii correxere, nihil mutata lectione, sic scansione salvus erit, si et *neque* alterum ut *n'*, et *illi* monosyllabum pronuncies, uti saepe fieri debere supra ostendimus. Sic igitur:

Quae néque futura, n' fácta sunt, tamen ill' sciunt.

Quamquam fortasse integer ille locus, a versu 169 usque ad 172, pro suppositito et pro dilatatione possit haberi. Sed unum adhuc locum ex eadem fabula afferam, 2, 2, 5. 6. in Creticis:

Nóle ego cum ímprobis té víris, gnáté mi,
Neque ín via, neque ín foro ullúm sermonem éxsequi.

quo utrumque *neque* tamquam *ne* legendum elidendumque venit. Nam illud non licere existimo, quod fecere editores, ut mutarent lectionem, ubi solenni antiquorum scansione versus potest salvus esse. — Similiter autem et in *sive*, *sive* interdum faciendum.

X) Substantiale verbum *est* saepenumero apostrophum patitur; nec est legendum *datum ést*, verum potius *datúm 'st*. Sic Bacch. 4, 8, 13. *Epíus 'st Pistoclérus*. et Amph. 1, 1, 22. *Satiús 'st*. etc.

XI) Propria nomina multa haud raro plane singulari modo, et plerumque contractim, scandenda veniunt. Sic Ba. 4, 8, 23.

Mnesílochus ést Alexánder,

ubi *Alexander* ab initio contrahendum, sicuti sine dubio faciendum Most. 3, 2, 88. in senario:

Alexándrum magnum atque Ágathoclem aiunt máximas.

Atque de nomine *Philippi* regis et de *Philippeis* supra iam diximus, in quo pariter atque in Alexandro primae syllabae contracte pronunciandae. Sed et Pelides Bacch. 4, 8, 5. simili modo legendum venit:

Non P'lídes termentó fuit.

utut ibi longa vocalis sit elidenda. Sic *Achilles* contractim legendus Mil. 1, 1, 61.

Rogitábant: hiccine Áchilles est, inquít, tibi?

et ibid. 4, 2, 64. in tetrametro:

Age, mi Áchilles, fiat, quód te oro: serva íllam pulcram púlcer.

et ibid. 4, 7, 6.

Mittó iam, ut occidi Áchilles civis pássus est.

lercat. 2, 4, 20. in tetrametris troch.,

Áchillem orabo, aúrum mihi det, Héctor qui expensús fuit.

nde apparet, idem et in Poenuli prol. v. 1. contracte andi debere, in versu senario:

Achillem Áristarchi míhi commentarí lubet.

militer *Pardalisca* corripienda in Casina 3, 5, 11.

Párdalisca! Unde úsurpant aúres sonitúm meae?

*Palaestra* Rudente 3, 3, 14.

Césso ego has cónsolari? Heús, Palaestra! Quí vocat?

Creticis. Et Cist. 4, 2, 25. item in Cretico:

Hálisca, hoc age: ád terram ádspice, et díspice!

ıi *terram* ne elidatur.

XII) Qualiter porro in Homero fieri videmus, ut inrdum primae quorundam vocabulorum syllabae, per se eves, producantur, ut v. c. in notissimo v. ἀπονέεσθαι, ita Plautus noster hanc licentiam haud sane paucis locis sibi ıdicavit. Sic producte usurpat *revortimini* Amph. 2, 65.

Quíd animi habeam? Séd quid huc vos révortimini tám cito?

*gubernator* Rud. 1, 2, 77.

Neque gúbernator úmquam potuit etc.

*tabernaculum* Trin. 3, 2, 100.

Cássidem in capút, dormibo plácide in tabernáculo.

*drachumarum* Trin. 2, 4, 23.

Trapézitae mille dráchumarum Olympicum.

ıi *mille*, ut alibi *ille*, monosyllabum. Porro *polentarium* ırc. 2, 3, 16.

Éx unequoque eórum excutiam crépitum polentárium.

*Tarentinas* Truc. 3, 1, 5.

Qui oves Tárentinas érat mercatus dé patre,

ıo loco *oves* monosyllabum. Sed et *dapinato* fortasse oducendum Capt. 4, 2, 118.

Aéternum tibi dápinato víctum, si vera aútumas.

fortasse *Capitones* Pers. 1, 2, 8.

His cógnomentum erat dúris Capitónibus.

ɔrro Men. prol. 31.

Puer áberravît inter homines a patre.

'oen. prol. 1.

Achillem *Aristarchi* míhi commentari lubet.

Imprimis producitur interdum *amare* cum derivatis suis; quae res non agnita antehac multas transpositiones aut malas scansiones produxit. Mil. IV, 6, 32:

Tibi ét Phaoni Lésbio, tam mísere ut *ámaréntur*.

Epid. 2, 2, 32.

Óbviam ornatae óccurrebant, súis quaeque *ámatóribus*.

Ipse dubitaveram olim, nunc non dubito de versu Pseud. 1, 5, 1.

Si dé damnosis aút de *ámatóribus*.

Idem restitui vulgatam Pers. 1, 1, 1:

Qui amáns egens ingréssus est princéps in *ámoris* vias.

Merc. 1, 1, 4.

Vidí facere ámatóres, qui Nocti aút die.

Cas. 3, 3, 2.

Hominem ámatorem ullum ád forum procédere.

Qua in re non spero, etiam obiecturos esse quosdam: quid futurum sit regulis, si huiuscemodi exceptiones admittantur; siquidem et in Homero et in aliis scriptoribus similia admittenda sunt.

XIII) Quorundam verborum plane diversa in Plauto, quam in aliis, est prosodia. Sic *suspicio*, uti et in Terentio, constanter producitur altera syllaba. Cf. Amph. 1, 2, 27. As. 4, 1, 29. Aul. 4, 1, 20. Bacch. 3, 3, 32. IV, 7, 49. Epid. 2, 2, 102. 107. III, 4, 57. Merc. 1, 2, 103. IV, 4, 55. Pseud. 1, 5, 149. Trin. 1, 2, 42. 45. III, 3, 55. Item *rudens* Rud. 4, 3, 87. *Mitte rudentém, sceleste*, etc. unde et in reliquis, v. l. et 103. producendum videtur. Producitur et *protervus* Bacch. 4, 2, 1. Amph. 2, 2, 216. *nebula* autem et producitur et corripitur. V. indic. — Sic *rubidus* producitur Cas. II, 5, 2. Stich. II, 1, 77. *coquinare* autem corripitur, licet *coquinus* producatur, quemadmodum fere *secus* et *secius* differunt. V. ind. Item *Acheruns* cum derivatis producitur in prima syllaba a Plauto, ut et ab aliis antiquis; cf. Amph. 4, 2, 9. V, 1, 29. Capt. 3, 5, 31. V, 4, 1. 2. Cas. 2, 8, 12. Bacch. 2, 2, 21. Merc. 2, 2, 19. III, 4, 21. Mil. 3, 1, 32. Most. 2, 2, 67. Trin. 2, 4, 93. 124. Poen. 1, 2,

22. Truc. 4, 2, 40. Corripitur his tantum locis: Most. 2, 2, 76. Poen. prol. 71. I, 2, 134. IV, 2, 9. At in Mostellariae loco lectio est incerta, siquidem praep. *ad* ab aliis deletur; quae tamen legitur in Palatinis. Verum in Poenulo quoniam ea dictio tantum non constanter correpta legitur, certe non aeque constanter producta, vel eo solo argumento vinci possit, Poenulum non esse Plauti. — Aliorum variat prosodia, quemadmodum ablativus *ibus*, (h. e. *iis)* producitur Mil. 1, 1, 74 Curc. 4, 2, 20. corripitur Capt. arg. 5. Rud. prol. 73. Truc. 1, 2, 15. — Composita ex *semi-* non certo sibi constare in Plauto videntur; quamquam paucis tantum locis leguntur: nimirum producte Poen. 5, 5, 33. Asin. 1, 3, 74. Mil. 3, 1, 53. At in Aulúlaria 3, 5, 42. sine dubio corripiendum venit:

Strophiárii astant; ástant semizonárii.

Quae lectio quoniam unanimi codicum consensu stabilitur, non admittenda videtur emendatio: *stant; stant*, et v. *semizonarii* (sive *semisonarii*, ut codd. habent) primis aut correptis aut certe contractis pronunciandum. Atque hinc pari iure Curc. 1, 2, 23. recte, opinor, habebit anapaesticus: *Tibi quí screanti, siccaé, semisomn'*; imo quoniam et praecedens et subsequens sine dubio anapaestici sunt, hic ipse quoque locus argumento esse poterit, composita ex *semi-* interdum corripuisse veteres. — Sed coniunctio *autem* absque litigio aliquot locis primâ corripiendâ obviam fit; veluti Merc. 2, 3, 84.

Lítigare nólo ego vos, neque túam autem accusari fidem.

et Mil. 3, 1, 83.

Líberae sunt aédes, liber sum aútem ego; ūti volo líbere.

Stich. 2, 1, 60.

Quot pótiónes múlsi! quót autem prándia!

Pers. 5, 1, 11.

Tóxile mi, cur égo sine te sum? cúr autem tu sine me és? agedum ergo.

Amph. prol. 26.

Iusta aútem ab iniustis pétere insipiéntia est.

Similiter *neutiquam*, ut et in Terentio, prima brevi occur-

rit; siquidem compositum ex *ne* et *utiquam*. Nec tamen ideo separatim scribenda. Sic Capt. 3, 4, 54.

Filiam tuam quód redimere se ait, id neutiquam mihi placet.

Cf. Merc. 3, 4, 14. Poen. 1, 1, 71.

Sine dámno magno quae élui neutiquám potest.

Mil. 3, 1, 36.

Si álbus capillus tíbi videtur, neútiquam ibi ingenio ést senex.

XIV) *Quaedam vocum terminationes, quae per se breves sunt, in quibusdam locis producuntur;* velut *a* primae decl. in nominativo, Asin. 4, 1, 17.

Ne epístola quidem úlla siet in aédibus.

Amph. 5, 1, 2.

Neque úlla est confidéntia iam in córde, quin amiserim.

Mil. 3, 3, 5.

Stultítia atque insipiéntia magna, haúd fallacia haéc sit.

Sic et *a* neutrius productum legitur Amph. 2, 2, 29.

Boná, quem penést virtús. Et Men. 5, 5, 2.

Quaé me olam ratús sum facere, ea ómnia fecit palam.

Cf. Poen. 1, 2, 42. Mil. 4, 8, 4. Item *e* finalis infinitivi et ablativi: Asin. 2, 4, 14. et 36. II, 4, 48. Pers. 1, 2, 43. Mil. 4, 8, 7. Pseud. 1, 3, 135. Quo et referendum *Eccere* Amph. 2, 1, 4.

XV) *e finalis infinitivi interdum plane omittitur.* Sic Epid. 2, 2, 62. legendum:

Líberar' quam vólt amator. etc.

et ibid. 1, 1, 73.

Se cónvenir' nevólt neque conspicárier.

et 1, 2, 25.

Sálvum gaudeo ádvenisse'. Tam tíbi istuc credo, quám mihi.

et 2, 2, 45.

ét tributus quum imperatus ést, potess' pendí negant.

Curc. 4, 1, 9.

Quí periurum cónvenir' volt hóminem, mitto in cómitium.

Ac de verbo substantivo *esse*, quod innumeris locis tamquam *ess'* legendum venit, supra iam dictum est.

Haec fere sunt praecipua scansionis Plautinae capita, a memet iam nunc paullo amplificata et accuratius descripta; quibus si adiungantur ea, quae Bentleius fecit in Terentio,

et quae Hermannus adnotavit in indice ad Elementa metricae, et Lindemannus quae praemonuit in sua trium fabularum editione, et praecipue quae ipse congessi in indice infra adiecto, non puto multum deesse posse ad iustam Plauti metricamque lectionem. Nemo tamen recte Plautum legere discet, nisi qui antea Aristophanem tractaverit; siquidem ex antiquiore Graecorum comoedia recentior prognata est, ex qua omnino omnes Romanorum in istoc genere delitiae fluxere. In Augusteae autem aetatis prosodia firmum esse oportere, qui Plautum recte scandere velit, per se patet, quia haec et Plautinae fundamentum continet, et ipsa ex illa provenit, et est facilior, quippe quae familiarior.

Ceterum haec non edituris forte sed lectoribus tantum valeant atque dicta sunto. Ad Plautum enim porro edendum aut constituendum ego neque incito quemquam (quod quid foret aliud, quam ad insigne periculum subeundum impellere?) neque deterreo, quod neque meum et incassum esset futurum. Interim neque possum non improbare, homines tirones adhuc in rebus criticis rhythmicisque ab hoc maximopere tirociniorum suorum exordia capessere, cuius diorthosis non inter facillima, sed difficillima certo reponenda est. Quum enim Graeci scenici satis iam difficiles sint constitutu, quorum tamen scansio facilior, quia simplicior, quanto difficilior fieri necessario res debet in Plauto, qui omnium difficillimam implicitissimamque habet scansionem? Id autem nemo credo hodie amplius opinabitur, simulac aliquis ad munus aliquod academicum vel scholasticum accesserit, eo ipso etiam talibus vel efficiendis vel iudicandis idoneum reddi. Quod non ita esse, multis multorum exemplis probari posset.

Sed iam nolo diutius lectionem ipsius poetae morari, qui sane longe pluris faciendus omnibus vel recentiorum vel veterum in eum commentis, sicut Homerus pluris faciendus est omnibus Eustathiis, Virgiliusque Serviis Honoratis. Unum igitur hic in fine addere liceat: ut quicumque hac

editione mea, a Bassio bene satisque eleganter impressa utentur, quae ab nobis ad Plautum explicandum illustrandumque allata sunt, boni omnia consulere velint.

Scr. Lipsiae m. Maio anni h. s. XLVII.

C. H. Weise.

# SCENICORUM ROMANORUM
## CONSPECTUS.

Praecipuae scenicorum Romanorum aetates hae fuere. Prima aetas fuit: Livii Andronici et Cn. Naevii, quorum prior floruit circa a. 240 ante Chr. n., alter Roma cessit Utica a. 204. a. Chr. — Altera: Q. Ennii, qui natus 239, obiit 164; et nostri M. Accii Plauti, qui natus est 227, mortuus 184. — Tertia fuit: M. Pacuvii, qui natus est 221, mortuus 130, et Caecilii Statii, de quo parum certi cognitum habemus, quique mortuus perhibetur aliis 168, ab aliis vixisse creditur ab a. 164—94. Atque his et adnumeranda P. Terentius, natus 194. — Quarta aetas: L. Attii, Q. Trabeae et Attilii. Attius natus 172, mort. 136. Trabea floruit circa a. 132. — Quintam post hos effecerunt aetatem: C. Quinctius Atta (102—77), Sex. Turpilius, Titinius et L. Afranius (qui flor. circa 94 ante Chr.). — Post hos secuti sunt Atellanarum scriptores: Novius, Dossenus (quamquam is potius inter comoediarum scriptores videtur habendus), Pomponius, Mummius. — Denique Mimorum scriptores, quorum praecipui fuerunt: Laberius, Publ. Syrus et Matius; in quibus Romanorum poesis scenica desiit.

Verum praeter illos et Caesarum aetate inter tragicos recensentur: Augustus ipse, Titius, Titus Septimius, C. Iulius, Pupius, Lutatius Catulus, Turranus, Cassius Severus, Gracchus, Virgilius, Ovidius, Asinius Pollio, Maecenas, Cassius, Varius, Seneca, — plerique dubio procul θυρσοφόροι magis, quam *Βάκχοι* in arte tragica putandi. Et inter Comicos: Sutrius, Aquilius, Licinius Imbrex, Sulla, Iuventius, Lavinius, Valgius, Melissus; qui tamen omnes parum valuere

in arte prae illis antiquis, quos solos genuinos scenica poesis Latina agnoscit.

Tragici fuere: Livius, Naevius, Ennius, Pacuvius, Attius; Comici: Naevius, Plautus, Caecilius, Terentius, Trabea, Attilius (qui tamen et Sophoclis Electram latine vertit), Atta, Turpilius, Afranius.

Solas comoedias scripsere a Plauto inde omnes qui post eum sunt secuti comici. Solas tragoedias: Livius, Ennius, Pacuvius, Attius. Naevius enim in utroque genere inclaruit. Simul autem et in heroica poesi inclaruere inter tragicos: Livius, qui scripsit Odysseam et Annales; Naevius, qui bellum Punicum; Ennius, qui Annales et Scipionem et Epicharmum et Satyras et alia multa poemata condidit; et Attius, qui Annales.

Praestantissimi inter Tragicos fuerunt Pacuvius et Attius; at inter Comicos Plautus, Caecilius et Afranius, quem Horatius Menandro comparat; quamquam videatur in facetiis interdum modum excessisse. Caecilius in argumentis componendis et in affectibus pingendis apprime magnus fuisse videtur, et vividissimam habuisse dictionem. In rhythmica et in comica vi et dialogi elegantia facetiisque alios omnes superavit M. Accius. Arte et puritate orationis laudandus Terentius, ceterum inferior nostro et numerorum varietate et virtute comica et vera actionis alacritate. — Plerique tamen omnes ex Graecis sua hauserunt, praeter paucos, qui togatas fecere; quae fabulae hoc epitheto a palliatis, quae Graecae erant originis, graecaque habebant personarum nomina, distinguuntur.

# COMPENDIA.

Vulg. est vulgata Gronov. Ernestiana.
Vett. vulgata antiquior, Lambini tempore usurpata, ex ed. Gryphiana.
V. C. vetus codex Camerarii.
Dec. Decurtatus.
Pall. et hi, et alii Palatini.
Pal. unus alterve eorundem Palatinorum.
B. Bothius.
L. Lindemannus.
Ven. editio Veneta a. 1499.
Pr. princeps ed.
Cam. Camerarius.
Lamb. Lambinus.

# AMPHITRUO.

## DRAMATIS PERSONAE.

MERCURIUS.
SOSIA, servus Amphitruonis.
IUPITER.
AMPHITRUO.
BLEPHARO, navis gubernator.
ALCUMENA.
BROMIA, ancilla.

## SUMMARIUM.

Bellum habuerant Thebani cum Telebois, qui et Taphii dicti. Contra quos exercitum educens Amphitruo, uxorem Alcmenam domi gravidam reliquerat. Interim dum abest adhuc Thebis Amphitruo, quamquam advectus iam cum exercitu in portum Persicum, Jupiter sub Amphitruonis forma, una cum Mercurio, qui Sosiae formam, servi Amphitruonis, induerat, quasi rediens ex bello, ad Alcmenam venit. Accedens autem ex portu verus Amphitruo, Sosiam servum praemittit, indicatum suum adventum Alcmenae. Igitur Mercurius, sub ipsius Sosiae forma, Sosiam verum a foribus propellit. Advenit Amphitruo, et expostulat cum Alcmena, quae eum nunc primum ex bello ad se venisse negat. Ergo testem adventus sui adducturus, in portum redit. Ex quo denuo reversus et a Mercurio sub Sosiae forma propellitur, et ludificatur a Jove, suam ipsius formam induto, tamquam Amphitruo sit suppositilius. Quorum utriusque rixam dirimere nequit Blepharo, ad eam rem arcessitus, quoniam, uter eorum verus sit Amphitruo, non potest dignoscere. Interim, parturiente Alcmena, tonitru fit et concidit prae terrore Amphitruo. Huic Bromia ancilla, ipsa quoque terroris plena, narrat geminorum partum puerorum. Agnoscitur Jupiter, et, gratia inter Amphitruonem et Alcmenam reconciliata, in coelum redit.

Res agitur Thebis.

# ARGUMENTUM.

In fáciem vorsus Ámphitruonis Iúpiter,
Dum béllum gereret cúm Telebois hóstibus,
Alcménam uxorem cépit usurárium;
Mercúrius formam Sósiae servi gerit
Abséntis: his Alcména decipitúr dolis. 5
Postquám rediere véri Amphitruo et Sósia,
Utérque deludúntur mirum ín modum.
Hinc iúrgium, tumúltus, uxori ét viro,
Donéc, cum tonitru vóce missa ex aéthere,
Adúlterum se Iúpiter conféssus est. 10

ARGUMENTUM ACROSTICHUM.

Amóre captus Álcumenas Iúpiter
Mutávit sese in éius formam cóniugis,
Pro pátria Amphitruo dúm decernit cum hóstibus;
Habitú Mercurius éi subservit Sósiae.
Is ádvenientis sérvum ac dominum frústra habet; 5
Turbás uxori ciet Amphitruo; atque ínvicem
Raptánt pro moechis; Blépharo, captus árbiter,
Utér sit, non quit, Ámphitruo, decérnere.
Omném rem noscunt: géminos illa enítitur.

# PROLOGUS.

## *MERCURIUS.*

Ut vós in vostris vóltis mercimóniis
Emúndis vendundísque me laetúm lucris
Adficere atque adiuváre in rebus ómnibus,

*nsum. I. 7.* Sic haud pauci codi- verbumque *dolis*, quod in vulgata repetitum videtur ex versu 5., abest codd. Palatt. In v. *mirum* igitur quaesest ultima. — V. C. *deludun- lolis in m. m.* Vulg. *luduntur dol. m.*

*nsum. II. 1. Alcumenas*, forma an-, ut *familias* pro *familiae*, ad am declinationem accommodata. De re agit Priac. lib. VI. Cf. Ausonii ae *de* Usu antiquae locutionis lib. I. 9.

Vulg. et vett. *cernit.* Camerarii a V. C. adscriptum habuit inter versus *de.* Hinc Both. *decernit.* Cernere autem apud Ennium, Lucretium allosque l. e. q. pugnare. Et item *decernere.*

9. Vulg. *Alcumena*, Bothius *illa.* — Ceterum haec argumenta acrosticha, quae Prisciani quidam credunt, etsi antiqua, tamen Plauti non esse, ex versibus quorundam iudicari licet valde interdum claudicantibus.

*Prol.* 1. Construe: Uti vultis, me in vostris mercimoniis vos adiuvare et lucris afficere etc., ita (vs. 15) huic facietis fabulae silentium.

2. *afficere lucris.* Cf. v. 8. 9. ubi est: *bonis nuntiis afficere.* Hinc non

Et út res rationésque vostrorum ómnium
Bene éxpedire vóltis peregreque ét domi, 5
Bonóque atque amplo auctáre perpetuó lucro,
Quasque íncepistis rés, quasque inceptábitis;
Et utí bonis vos vóstrosque omnes núntiis
Me adfícere voltis, ea ádferam, ea uti núntiem,
Quae máxume in rem vóstram communém sient, 10
(Nam vós quidem id iam scítis concessum ét datum
Mi esse áb dis aliis, núntiis ut praesim ét lucro);
Haec út me voltis ádprobare adnítier,
Lucrum út perenne vóbis semper súppetat:
Ita huíc facietis fábulae siléntium, 15
Itaque aéqui et iusti hic éritis omnes árbitri.
Nunc, cúius iussu vénio et quamobrem vénerim,
Dicám, simulque ipse éloquar nomén meum.
Iovis iússu venio; nómen Mercurio ést mihi.
Pater húc me misit ád vos oratúm meus: 20
Tametsí, pro imperio vóbis quod dictúm foret,
Scibát facturos: quíppe qui intelléxerat,
Veréri vos se et métuere, ita ut aequóm 'st Iovem;
Verúm profecto hoc pétere me precário
A vóbis iussit léniter dictís bonis: 25
Etenim ílle, cuius huc iússu venio, Iúpiter
Non mínus quam vostrum quívis formidát malum.
Humána matre nátus, humanó patre,
Mirári non est aéquom, sibi si praétimet;
Atque égo quoque etiam, quí Iovis sum fílius, 30
Contágione méi patris metuó malum.
Proptérea pace advénio, et [pacem] ad vos ádfero.

est, quod legamus *laetos*, uti voluerat quidam doctus apud Lambinum; *laetum* enim h. l. i. e. q. propitium.

9. Vett. Lamb. Dousa: *eaque ut n.* Deest *que* in codd. Pall. et in ant. Veneta de a. 1499. Prius *ea* integrum liquescit. Lindemannus: *ea ut nunciem*, isque vult, ultimam in *afferam* non elidi.

12. *nunciis praesim* vulg. et vett. — Lamb. *nuntiis ut praesim et lucro*, ex codd., quemadmodum et V. C. et Pall. habent; ut *nuntiis* duabus sit legendum syllabis.

13. Vulg. vett. Lamb. Dousa: *approbare, annitier*, ἀσυνδέτως. Both.: *approbare ac nitier*, ex Aldina prima a. 1522 et Basil. a. 1568. quem sequitur Lindemannus. Utrumque videtur conjungendum constructione: voltis me adniti ut adprobem.

16. *arbitri*, i. e. auditores, spectatores, ut Capt. II. 1, 20. *Ut sine hisce arbitris nobis detis loquendi locum;* et ibid. *Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant*, et 34. *sineque arbitris.* Non igitur de iudicibus hic videtur esse cogitandum.

19. Vulg. vett. Lamb. *Mercurii*, idque Lambinus scribit legi in omnibus mptis. At Bothius ex Pal. 5. *Mercurio*, quod ipsum Lambinus quoque monet a quibusdam repenendum iudicari. Et sane est difficilior lectio. Lind. *Mercuri.*

20. *oratum.* Quae veniat oratum, eloquitur demum a vs. 65. Quae enim hic sequuntur, per parenthesin comice sunt inserta.

27. Et hic et vs. 31. sub v. malum innuitur histrionum poena, ubi male egerint; de qua v. Cist. grex vs. 4. *Qui deliquit, vapulabit; qui non deliquit, bibet.*

30. Sic vulg. et vett. — Lind. *At ego* ex cod. Lips.

31. Sic vulg. et plerique codd. Pall. — Vett. Lamb. Deus. *meae matris*, i. e. Malae. Sed et Lamb. quosdam codd. scribit habere *mei patris.*

32. Vulg. et vett. *et pacem ad vos affero.* Veneta utroque loco accus. pa-

Iustám rem et facilem esse óratam a vobís volo:
Nam iústa ab iustis iústus sum oratór datus:
Nam iniústa ab iustis ímpetrari nón decet; 35
Iusta aútem ab iniustis pétere insipiéntia est:
Quippe illi iniqui iús ignorant néque tenent.
Nunc iám huc animum ad éa, quae loquar, advórtite.
Debétis velle, quaé velimus; méruimus
Et ego ét pater de vóbis et re pública. 40
Nam quíd ego memorem, ut álios in tragoédiis
Vidí, Neptunum, Vírtutem, Victóriam,
Martém, Bellonam, cómmemorare, quaé bona
Vobís fecissent? quís benefactis méus pater,
Deorúm regnator, árchitectus ómnibus; 45
Sed íllic nunquam mós fuit patrí meo,
Ut éxprobraret, quód bonis facerét boni;
Gratum árbitratur ésse id a vobís sibi,
Meritóque vobis bóna se facere, quaé facit.
Nunc, quám rem oratum huc véni, primum próloquar; 50
Post árgumentum huius éloquar tragoédiae.
Quid cóntraxistis fróntem, quia tragoédiam
Dixí futuram hanc? Déus sum: commutávero.
Eandem háne, si voltis, fáciam, ex tragoédia
Comoédia ut sit ómnibus isdem véreibus. 55

cem. Both. *Propterea pace advenio ad vos, pacem adfero.* Sed enimvero alterum pacem supplendum. Lindemannus: *Propterea pacem advenio et ad vos affero*, i. e. propterea ad vos advenio et pacem affero. De pace autem deûm v. Merc. 4, 1, 12. 14. Curc. 2, 2, 20. Most. 2, 2, 81. Trin. 4, 1, 18. Poen. 1, 2, 42.

33. *oratum.* Sic Lamb. ex codd., quorum tamen quosdam scribit habere *oratum*, quod et Douza et vulg. et vett. et Both., et Lindemannus; ego reliciendam duco, utpote quod fluxerit ex v. 20 et v. 50, quo in utroque loco apparet supinum ponendum fuisse, hic participium. Veneta *oratum*, atque sic et V. C.

34. *iusta.* Sic recte Both. — Vulg. vett. *iuste.* Pendet autem *iusta* acc. ab *orator*, quemadmodum saepe substantiva regunt casum verborum suorum et in Plauto, et in aliis scriptoribus antiquis. Cf. ad I, 3, 21. et I, 1, 11.

35. Lindemannus nulla nota adiecta: *impetrare*, fortasse ex Lambino.

36. V. *autem* pluribus locis corripiendum, ut Merc. II, 3, 84. *Litigare nólo ego vos, táam autem adeusari fidem.* Item Mil. III, 1, 83. *Liberae sunt aédes, liber sum aútem ego; ütí volo libere.* Stich. II, 1, 60. *Quot pótiones mélai! quot autem prándia!* Sic et hoc loco. Ne quis forte legat: *aútem ab injustis.* — V. *petere* non elidendum, uti nec v. 152. *facere.*

38. Vulg. et Lamb. *Nunc iam huc animum omnes ea quae l. adv.* Vett. Both. Lind. nostram, quam et Lamb. adduci, et probat. Eandem habet Veneta.

45. Sic vulg. et cdd. — Vett. et Lind. *Deûm regnator.* — Pro *architectus* Lambinus suspicatur legendum esse *architecton*, ut Poen. V, 2, 150. et Mostell. III, 2, med. — Quidam etiam libri *architector.* Verum *architectus* cdd. Pall. idque pluribus locis obviam est in Millie.

46. Both. *illi.* Vulg. *Sed mos nunquam illic fuit p. m.* Lind. *Sed mos illic n. f p. m.*

48. Sic vulg. et Veneta et cdd. — Vett. *Datum.* Lamb. *Gratum*, al. *ratum.* Sensus: arbitratur, a vobis sibi haberi gratias. Sic: *gratum habere* Merc. III, 1, 29. et infra Amph. I, 1, 30. *ingrata ea habui atque irrita.*

54. Sic vulg. vett. Lamb. cdd. Pall. etc. *Faciam* enim non elidendum. At B. ex libb. Guelph. et Helmst. *commutavero Eadem, si voltis; faciam hanc ex tr.*, ut *eadem* sit i. q. eâdem operâ, ut saepius. Cf. Bacch. I, 1, 15. Et Bothium sequitur Lindemannus, nisi quod is: *hanc faciam.*

Utrúm, sit, an non, vóltis? Sed ego stúltior:
Quasi nésciam vos vélle, qui divús siem.
Teneó, quid animi vóstri super hac ré siet:
Faciam, út commista sít tragicocomoédia:
Nam mé perpetuo fácere ut sit comoédia, 60
Regés quo veniant ét di, non par árbitror.
Quid ígitur? Quoniam hic sérvos quoque parteís habet,
Faciam hánc, proinde ut dixí, tragicocomoédiam.
Nunc hóc me orare a vóbis iussit Iúpiter,
Ut cónquistores síngulí in subsélíia 65
Eánt per totam cáveam spectatóribus:
Si cuí favitores délegatos víderint,
Ut his in caves pígnus capiantúr togae.
Sive qui ámbivissent pálmam histriónibus,
Seu quoíquam artifici (seú per scriptas lítteras, 70
Seu qui ípsi ambissent, seú per internúntium);
Sive ádeo aediles pérfidiose quoí duint:
Sirémpse legem iússit esse Iúpiter,
Quam sí magistratum sibi álterive ambíverit.
Virtúte dixit vós victores vívere, 75
Non ámbitione, néque perfidia: quí minus
Eadem histrioni sít lex, quae summó viro?
Virtúte ambire opórtet, non favitóribus:

56. Both. Lind. *an ne.*

59. Lind. e coni. *Faciam, ut comm. fiat tragicomoedia.*

63. Vulg. *Faciam, sit, proinde ut dixi, tragicocomoedia.* Vett. repetunt hic versum 59. Nostr. Lamb. et Dousa. Both. *Faciam sit, proinde ut dixi, tragicomoedia.* Et eum sequitur Lindem.

65. *Conquisitores* apud Ciceronem pro Milone sunt li, qui colligendis militibus sunt praepositi, ut et Liv. XXI, 11. Hirtius de B. Alex. Cap. 2. Hic: exploratores, inspectores. Contractim autem legendum est, *cónquistores*, propter versum, uti et alia in Plauto, velut: *amicitia, pudicitia*, cf. Amph. III, 2, 49. Osannus in Analectis vult legi: *conquaestores.* Recurrit idem v. 82. Similiter Merc. III, 4. versu penult. *Ibo, orabo ut cónquistores dét mi in vicis ómnibus*, ubi iam aliter legi plane non potest. Atque sic legendum censet et Lindemannus, etsi non pariter scribendum. Bothius autem perperam τὸ *ut* in vs. seq. transponit.

66. *spectatoribus:* für die Zuschauer.

67. *Si cui*, sc. histrionum. — *delegatos.* Nonius interpretatur: *distributos*, dispertitos, ita ut videatur legisse: *dilegatos.* — *Favitores* vett. et Lamb. — Vulg. *fautores*, quod et Veneta.

68. Vett. *capiatur*, ut *togae* sit genitivus. Atque sic mss. Pall.

69. Vulg. et vett. *Sive qui ambissent.* Both. *Seu qui ambiissent.* Lamb. et Dousa: *Sive etiam qui ambissent p. h.* Lambinus tamen putat legendum *ambissint* (atque sic Lind.), pro *ambiverint;* seu etiam *ambissit*, ut se sit vidisse scriptum in duobus mptis. Ex nostra lectione v. *Sive* monosyllabum legendum, ut saepenumero. — Apparet, haec quasi legislatorie enuntiari, per locum, adhibitisque formulis in veteri iure sollemnibus.

73. *Sirempse*, h. e. similem re ipsa legem iussit *esse* Iupiter; seu: similiter. Vetus vocabulum iurisconsultorum. Sensus: qua poena afficiuntur ii, qui magistratum largitione et consimili pacto adipiscuntur, eadem poena affici voluit Iupiter et eum histrionem, qui sibi palmam ambiverit, et eum spectatorem, qui histrioni palmam ambitione conciliaverit. *Lamb.* — Vett. *Sic similem rem ipse in legem iussit esse Iupiter*, uti et Veneta et fere V. C.

74. Claudicat metrum ex vulg. quae habet: *Quasi magistr.* etc. Itaque dedi *Quam si.* Nam v. *magistratum* ab initio corripiendum esse, ne dubitato. Cf. Rud. II, 5, 20. *sibi* autem telum eliendum.

75. *vivere*, i. e. *esse.* Vett. *innuere.*

Sat habét favitorum sémper, qui recté facit,
Si illís fides est, quíbus est ea res ín manu. 80
[Et] hóc quoque etiam míhi in mandatís dedit,
Ut cónquistores fíerent histriónibus,
Qui síbi mandassent délegati ut plaúderent,
Quive quó placeret álter fecissénť minus,
Eis órnamenta et córium uti concíderent. 85
Mirári nolim vós, quapropter Iúpiter
Nunc hístriones cúret. Ne mirémini:
Ipse hánc acturust Iúpiter comoédiam.
Quid ádmirati éstis, quasi veró novom
Nunc próferatur, lóvem facere histrióniam? 90
Etiam, hístriones ánno quom in proscénio hic
Iovem ínvocarunt, vénit, auxilio éis fuit.
Praetérea certo pródit in tragoédia.
Hanc fábulam, inquam, hic Iúpiter hodie ípse aget,
Et ego úna cum illo. Núnc animum advórtite, 95
Dum húius argumentum éloquar comoédiae.
Haec úrbs est Thebae. Ín illisce habitat aédibus
Amphítruo, natus Árgis ex Argó patre,
Quicum Álcumena est núpta, Electri fília.
Is núnc Amphitruo praéfectu'st legiónibus: 100
Nam cúm Teleboís béllum est Thebanó popio.
Is priúsquam hinc abiit ípsemet in exércitum,
Gravidam Álcumenam úxorem fecit suam.

31. *Et* abest in vulg. Lamb. edd. Pall. Venet. — Vett. *dederat*. Habet *pater* fine versus cod. Lips. Hinc Lind. ic qu. *etiam mi in mand. dedit pater.* i intrudunt *ille* post *mihi*. Sed concendus videtur locus Poen. pr. 40. *hoc quoque etiam* etc., et quoniam Poenulo haud paucae dictiones obviam ut, quae ex Amphitruone videntur demptae, et hoc loco fortasse *Et* ab . addendum fuerit.

32. Cf. v. 65.

33. *Qui sibi* m. h. e. qui delegaverint i distribuerint inter vulgus spectato- n certos homines, qui sibi, i. e. hi- ionibus, plauderent.

34. Quive effecissent, ut alter minus ceret. — *Quive* monosyllabum.

35. Pro *eis* vett. *eius*, uti et codd. Pall. 36. *anno*, h. e. ante hunc annum (cf. n. I, 3, 22.), quum ageretur fabula iedam, cujus nomen non addidit. Sic g. et Lamb. et Veneta et codd. Pall. vett. *Etiam histriones Nannio in scenio*, etc. Quae lectio si vera, *nnium proscenium* fuerit fabulae alius titulus, a Nannio, inclyta mere- e Attica, dictae. Sic enim Suidas: τιφάνης δὲ ὁ ψεύστροφὲν τῷ περὶ ν ἑταιρῶν τὴν Νάνιόν φησι προς- κήνιον ἐπονομάζεσθαι, διὰ τὸ ἔξωθεν δοκεῖν εὐμορφοτέραν εἶναι. Quod idem et apud Harpocrationem legitur. Conf. et Athenaeus libro XIII. 6. 37. 51. ubi multa de Nannio ista commemoramur.

93. *certo*. Sic vulg. et codd. et vett. — B. et Lind. *certe*. Sensus, ut habet Lambinus: sine controversia, et sine cuiusquam reprehensione. Cf. v. 179. 143. Affirmaturque lectio *certo* etiam praemisso *Praeterea*, cui quodammodo *certe* iam subest.

95. Both. et Lind. *Nunc vos anim. adv.* ut Lamb. At *vos* deest in vett. et vulg. et in Veneta et codd.

97. *Thebae*. Lamb. malit *Thebe*, singulari. — *ex Argo patre*, int. *ex Argivo* patre. — Vett. *natus Argus ex Argo patre*, bona et consentanea lectione, quam etiam refert Nonius. — Pluralis *Argi* occurrit in Virgilio: *dulces reminiscitur Argos*. Ven. et vulg. *Argis*.

99. *Electri*, proprie *Electryonis*. Sic in Mostellaria occurrit *Tranium* pro *Tranionem* III, 1, 33.

101. *Teleboae*, qui et Taphii, Alcmenae interfecerant fratres; unde bellum.

103. Neutiquam transponendum, quemadmodum fecit Bothius: *fecit uxorem*.

Nam ego vós novisse crédo iam, ut sit páter meus;
Quam líber harum rérum multarúm siet, 105
Quantúsque amator, quóm quid complacitúm 'st semel.
Is amáre occepit Álcumenam clám virum,
Usúramque eius córporis cepít sibi,
Et grávidam fecit ís eam compressú suo.
Nunc, de Álcumena ut rém teneatis réctius, 110
Utrímque est gravida, et éx viro et ex summó Iove;
Et méus pater nunc íntus hic cum illá cubat;
Et haéc ob eam rem nóx est facta lóngior,
Dum cum ílla, quacum vólt, voluptatém capit.
Sed ita ádsimulavit sé, quasi Amphitruó siet. 115
Nunc, ne húnc ornatum vós meum admirémini,
Quod ego húc processi síc cum servilí schema:
Veterem átque antiquam rém novam ad vos próferam:
Proptéres ornatus ín novum incessí modum.
Nam méus pater intus núnc est, eccum, Iúpiter; 120
In Ámphitruonis vórtit sese imáginem,
Omnésque eum esse cénsent servi, quí vident:
Ita vérsipeliem sé facit, quandó lubet;
Ego sérvi sumpsi Sósiae mihi imáginem,
Qui cum Ámphitruone abívit hinc in exércitum: 125
Ut praéservire amánti meo possém patri,
Atque út ne, qui essem, fámiliares quaérerent,
Versári crebro hic quúm viderent mé domi:
Nunc, quum ésse credent sérvum et conservúm suum,
Haud quísquam quaeret, quí siem, aut quid vénerim. 130
Patér nunc intus súo animo morém gerit:
Cubát complexus, cúius cupiens máxume est;
Quae illi ád legionem fácta sunt, memorát pater
Meus Álcumenae; át illa illunc censét virum
Suum ésse; quae cum moécho est. Ibi nunc méus pater 135
Memorát, legiones hóstium ut fugáverit;

Nam *uxore* etc. crebro accentum habent in priore syllaba. Sic Cas. III, 5, 86.

104. Sic omnes. At Lind. omittit *iam;* quod Bothius retinens, transponit vv. *meus pater*. Nihil autem mutandum.

106. Sic vett. — Vulg. *Quantusque amator siet, quod complacitum est semel*, ut et Lamb. et Bothius. Lind. *sit, quod*. Al. *eius, quod*.

107. Lind. *clam viro*.

109. Both. ex mpte quodam: *Et gravidam fecit etiam compr*. Lind. *fecit itidem*, ex coni.

114. Vulg. et vett. *Dum ille*, quod neque versui neque constructioni sufficit. Veneta et quidam codd. *dum illa*, quibus addidimus praepositionem.

117. *schemá* pro *schemate*, uti usurpabant veteres primae declinationis formas in nominibus tertiae, ut *glaucomam*, *syrmam*, *diademam*. Cf. Prisc. 6, 2. Suet. Tiber. 43.

119. *in novum modum*, h. e. non usitatum mihi, ut deo.

120. Sic vulg. — Lind. *Nam meus p. nunc intus, eccum, I.*

125. Sic Camer. et vett. et Lamb., et saepius v. *exercitus* prima corripitur. Sic. v. 140; et I, 3, 6. *Sód ubi summus imperator nón adest ad exércitum.* Hinc non opus mutatione Bothii: *hinc abiit indu exercitum*. Lind. cum vulg. *abiit hinc in e.*

129. Sic vett. et vulg. et Veneta. — Both. *servi conservum suum*, ex coniectura. Fortasse omittendum et. Cf. As. II, 3, 6. *Nolo ego feres conservus meus a te verberarier*. Nostrum et Lind.

133. *illi*, i. e. illic.

134. Lind. omittit v. *at*.

Quo pácto sit donís donatus plúrimis.
Ea dóna, quae illic Ámphitruoni súnt data,
Abstúlimus: facile méus pater, quod vólt, facit.
Nunc hódie Amphitruo véniet huc ab exércitu 140
Et sérvus, cuius ego hánc fero imáginem.
Nunc, internosse ut nós possitis fácilius,
Ego hás habebo úsque in petaso pínnulas;
Tum méo patri autem tórulus inerit súreus
Sub pétaso; id signum Ámphitruoni nón erit. 145
Ea sígna nemo hórum familiárium
Vidére poterit; vérum vos vidébitis.
Sed Ámphitruonis íllic est servus Sósia;
A pórtu illic nunc cúm laterna huc ádvenit.
Abigám iam ego illunc ádvenientem ab aédibus. 150
Adést. — Erit operae prétium hic spectántibus
Iovem ét Mercurium fácere histrióniam.

---

## ACTUS I. SCENA I.

*SOSIA. MERCURIUS.*

*So.* Qui me álter est audácior homo, aút qui confidéntior,
Iuventútis mores quí sciam, qui hoc nóctis solus ámbulem?
Quid fáciam, nunc si Trésviri me in cárcerem compégerint,

141. Sic. vulg. et vett. et codd. — Lamb. *Et Sosia servus, c. etc.* — Both. *Et servos, quoius hanc ego fero imaginem.* Fortasse, quamquam brevi praecesserit, tamen et hic exciderit *hodie.* Sic *illic* repetitum v. 148 et 149.

143. *petasus* item tribuitur paulo post Iovi; idee hic non potest esse attributum proprium Mercurii ut dei; neque magis *pinnulae* h. e. parvae pennae. — Vulg. *habebo hic usque*, quod et Lamb. legit. Deest tamen *hic* in vett. et omiserunt Both. et Lind. Item deest in codd. Pall.

144. *torulus* quid sit, non satis liquet. Mentio fit et apud Ammianum Marcell. XXIX: *toruloque capite circumflexo.* Torus, unde descendit, interdum significat vinculum, quo alligatur aliquid, ut Columellae V, 6. *vitis novella tribus toris ad arborem religetur.* Cf. Cic. Orat. XXI. *ut in corona tori.* Hinc h. l. torulus possit esse vinculum, quo petasus alligatur sub mento.

148. *illic* l. e. ille. Videt enim accedentem iam Sosiam. Sequor vulg. et vett.

149. *hac* legitur in vett. quamquam per versum et abesse possit, uti abest in vulg. et codd. Pall. Nam *porta* non elidendum. Sed quoniam *illic* plerumque, ut v. 148, monosyllaben, idee revocandum erat. Habet et Lamb. in Veneta deest, et omisere Both. Lind. que.

151. Vulg. vett. Lamb. Veneta et Pall. *Adest: ferit. Operae pretium h. sp.*, ut *ferit* sit l. q. *pulsat*, et praesens pro futuro: *statim feriet.* Et de actione feriendi cf. Men. 1, 2, 63. Ba. 5, 2, 58. Truc. 2, 1, 42. As. 2, 3, 2. 4. Capt. 4, 2, 53. uti et Amph. 4, 1, 11 et 4, 2, 2. Verum quoniam tamen non iam dici potest Sosia vere feriro, nec eum passurus fuisset illud *facere* Mercurius, Palmerius emendavit: *Adeste: erit operae pr.* quod receperunt Bothius Lindemannusque. Ego tamen dubito, an *adeste* sic nude Plautus posuerit pro *Adeste cum silentio*, ut in Trinummo legitur. Quare retinui *adest*, in reliquis Palmerium secutus.

152. Lamb. *Iovem atque M.* Sed nihil opus; non enim elidendum in v. *facere*, cui Both. addit *d* ephelcysticam. Cf. vs. 36. Bacch. 4, 2, 28.

*Act. I. Sc. I.* Advenit Sosia cum laterna, ex portu, missus ab hero Amphitruone, nuntiatum Alcmenae, quae gesserint contra Teleboas; cf. v. 41. Conqueritur, quod noctu sit missus; deinde meditatur ipsam narrationem, quam sit facturus herae. Miratur autem longitudinem noctis; dumque vult ad fores accedere, conspicit hominem ibi stantem. Metuit. Terret eum Mercurius, seque Sosiam esse contendit, non illum. De-

Inde crás e promtuária cellá depromar ád flagrum,
Nec caúsam liceat dícere mihi, neque in heró quidquam auxilií siet, 5
Nec quísquam sit, quin me ómnes esse dígnum deputénť; ita
Quasi íncudem me míserum homines octó validi caedánť; ita
Peregre ádveniens hóspitio públicitus áccipiar.
Haéc heri coégit immodéstia, mé qui hoc
Nóctis a pórtu ingrátiis éxcitat. 10
Nónne idem hoc lúcis me míttere pótuit?
Opuléntо homini hoc servitús dura est;

nique abigit; Sosia autem ad portum revertitur, ut de his omnibus certiorem faciat herum.

1. Sic vett. cum Veneta et codd. Pall. et Both. Lind. — Vulg. *aut qui me conf.* uti et Lamb. — Periculosum autem erat, nocte intempesta solum ambulare, propter mores iuvenum, qui turbare solliti fuerant; qua re effectum erat, ut, quemcunque deprehenderent tresviri, abripi juberent, poenasque dare. Cf. Trin. 2, 2, 38.

3. *Tresviri*, i. e. triumviri securitati publicae, qui octo habebant lictores; cf. vs. 7. As. III, 2, 19. Aul. III, 2, 2. Cf. Sall. Cat. 55. Romanorum magistratus, Atheniensibus οἱ ἕνδεκα, seu Undecimviri.

4. *Inde oras.* Sic vulg. et V. C. — Vett. *Inde quasi e pr.* sane haud spernenda lectione. — V. *Inde*, uti saepius, monosyllabum. Retinui autem in his vulgatam versuum distributionem et ordinationem, ut idem metrum constaret usque ad vs. 7.

5. Alterum *neque*, ut saepius, monosyllabum est, quasi sit: *ne*, elidendumque. Sic Most. II, 2, 18. *Servát, neque qui reclúdat, neque qui respóndeat;* ubi perperam Bothius *qui* elecit. Poen. V, 5, 5. *Ubi nec leno, neque illae redeunt.* Pseud. I, 4, 6. *Neque ad détexundum* etc. Sic apud Cic. ad Att. II, 19. *Si neque leges, neque móres cognt.* Plane elidit alterum *neque* As. I, 3, 22. *Nám neque usquam fictum, neque pictum, néque scriptum in poématis*, ubi pariter Bothius transposuit, quom dubio procul alii plerique sequentur. — Lege igitur: *dícere mi, n' in heró.*

6. Vett. *Nec quicquam sit, qui non me* etc. ut Ven. Nostr. vulg. — *ita* in fine versus occurrit Aul. IV, 10, 41. Pseud. III, 2, 3. Ov. Fast. III, 436. et accentum in ultima habet Pseud. I, 1, 75. Cist. I, 2, 3.

7. *míserum homines.* De rhythmo hoc, deque locutione cf. Bacch. V, 1, 21. et ibi notata. Quasi enim solemnis hic rhythmus in hac dictione.

8. *Peregre adveniens.* Ozanaus Anal. crit. p. 198. hunc versum comparat cum v. 143. *Certo advenientem me hic hospitio pugnae accepturus est*, hunceque versum a poeta positum, illum ex alia recensione huc translocatum arbitratur. Uti legitur in vulg., choriambicus est cum anacrusi, quales habet Sophocles Oed. Tyr. chori cantico altero, vs. 466 sqq. Hermannus autem anapaestos constituit, haud raro obvios in Plauto, ut et paullo infra. A vs. 9—11. sequuntur Cretici, dein 12. 13. Anapaestici; 14—18 Sotadici; 19—24 Bacchii.

9. *Haec heri coegit imm.* Transposui. Vulg. enim et vett. *Haec heri immodestia coegit.* V. *coegit*, uti et aliis locis, disyllabum est, ut Bacch. IV, 8, (7,) 57. ubi perperam Bothius *coegi* in fine collocavit. Alii codices, uti et quinque Pall., adeo habent *cogit*, quod ipse quoque Hermannus reponendum hic esse censuit. Similes tamen erasis obtinent in vv. *coaddere*, Cas. 3, 1, 4. *coagmenta*, Most. 3, 2, 145. — Perre *immodestia* quatuor syllabis legendum, ut quasi elidatur syllaba *me*. Sic Menaechmis V, 5, 33. *Imo modestior nunc quidem est de vérbis, praeut dudum fuit*, ubi item falso Both. pro *Imo* dedit *I.* Similiter Stich. V, 4, 10. *Sát est, servo homini, modéste melius fácere sumptum, quam ámpliter.* Denique cf. Cic. de Divin. I, 33. *Ubi illa paullo ante sapiens, virginali modéstia.* — Sensus nostri loci: hoc (sc. ut in tantum periculum incurram) effecit intemperantia heri mei. Cf. Men. prol. 54. — *hoc noctis*, i. e. hoc tempore noctis, seu ad hoc tempus noctis, ut v. 11. *hoc lucis*, h. e. interdiu, eâdem hora diei. Al. *hoc luci.* Ceterum perperam negat Lindemannus *hoc* cum *lucis* iungendum esse, quum aperte supra iungatur cum *noctis.* Nimirum existimat ille, *hoc luci* esse i. q. *ideo interdiu.*

10. Vulg. et vett. *ingratis excitavit.* — *ingratiis* i. e. sine iusta causa.

12. *Opuléntо homini.* Dativi pendent a substantivo *servitus*, quod hic, uti et

gis miser est divítis servos:
ne diésque adsiduó satis supérque est,
to aut dícto adest opús, quietus né sis. 15
uinus, díves operis ét laboris éxpers,
ique homini áccidit libére, posse rétur;
esse putát; non reputát, laboris quíd sit;
aéquom anne iníquom imperét, cogitábit.
servitúte expetúnt multa iníqua; 20
im et ferendum hoc onúst cum labóre.
iús est, me queri ílio modó servitútem
Qui fuerím liber, eúm nunc potívit
ervitútis; hic, quí verna nátust,
r. 25
ro verna vérbero! *So.* Numeró mihi in mentém fuit,

dantiva, regit casum verbi, a
ndit. Sic I, 3, 21. *Quid tibi*
*atio est rem?* Apud Sallust.
*imperator Numidis*, et lb. cap.
*i imperatorem alium quaerit*,
alibi imperet. — Ad *dura* suppl.
vs. seq. — Sensus: miserior
servus, quam pauperis, ideo
nper satis superque suppetit,
facíat aliquid, aut dicat, neque
— Lind. *haec servitus*, male,
n ex edd.; quod quomodo in-
erit, facile intelligitur. Ceterum
primis contractis legendum. Cf.
1, 6. Mil. 3, 1, 148. ubi v.
tamquam monosyllabum pronun-

itt. *Quoi facto* etc.
nig. *Ipse dominus dives.* —
*pse dives operis, et lab. exp.*,
*dominus*, qua ex lectione sic
linguas versus: *Quó facto aút*
*ést opus, quiétus.* — *Né sis:*
*s operis ét laboris éxpers.* —
alii ad *dives* trahunt, ut sit
. a nom. *opus*, aut abl. a nom.
i. e. servis; alii ad *expers*, ut
Vulg. et vett. post *operis* com-
ma habent.
*Quodcunque* etc. i. e. quodcun-
in mentem venit, existimat posse

*petunt* Nonius expl. per: acci-

*e caust.* Vett. et Veneta *hoc*

e vulg. — Vett. *Satius est me*
*vitutem modo nullo hodie, Qui*
*iber, eam nunc potius pater*
*is, hic qui verna est, quaeri-*
*m vero verna verbo.* Postrema
Lambinus: *quaeritur — verbo;*
ut vulg. quam nos sequimur.
Commemorat tamen lectionem *verbero.*
Eandem habet V. C. et Veneta.

23. *eum nunc potivit p. s.* h. e. compotem fecit me servitutis, me vi subegit, ut servirem. Sic Capt. I, 1, 24. *est potitus hostium*, i. e. in potestatem venit hostium. Epidico: *ita gnata mea hostium est potita.* Rud. IV, 2, 6. *Piscatu novo me uberi compotivit.* — Lindem. *Hódie qui fúverim liber, quem núnc potivit — Patér servitútis. — Hic qui verna nátust — Quéritur, verna vérbero!* e coniectura, neque sensu neque metro suadente.

26. *Numero.* Sic ex Grammaticorum testimoniis est repositum, quum codd. plerique habeant *Nunc vero.* Dubium autem nullum esse debet, vocem *numero* significare: *cito*, seu potius: *nimis cito;* cuius rei indubitatum exemplum occurrit Poenulo V, 4 ad finem: *O Apelle, o Zeuxis pictor, Cur número estis mórtui! hinc exémplum ut pingerétis.* Similiter Men. II, 2, 13. Merc. IV, 3, 37. Cas. III, 5, 28. Mil. V, 7. ut non sit quod arguamur in re certa et aperta, quemadmodum fecit Lindemannus in Milite. Certe Grammaticorum nemo dubitat, vim verbi esse: *cito;* item consentiunt lexica. Verum significare: *nimis cito*, et ex locis allatis, et ex nostro apparet, cuius sententia est: Venit mihi quidem paulo ante in mentém, deos nunc alloqui: sed nondum tempus est. Potius in animo est, hic meditari et exponere, quae narraturus sum herae. *Nimis cito* igitur in mente, s. in animo fuit. — Nam *in mentem ἀρχαϊκῶς* pro *in mente*, quemadmodum praep. *in* saepius cum accusativo loco ablativi constructa legitur, ut in Sallustio: *in provinciam, in sinum, in sententiam, in potestatem, in consulatum*, Cat. 19. Iug. 61. 51. 112. et

Dis ádvenientem grátias pro méritis agere atque ádloqui.
Nae illi édepol, si meritó meo referre studeant grátias,
Aliquem hóminem adlegent, quí mihi adveniénti os occillét probe;
Quoniám bene quae in me fécerunt, ingráta ea habui atque írrita. 30
*Me.* Facit ílle, quod volgo haúd solent, ut, quíd se sit dignúm, sciat.
*So.* Quod núnquam opinatús fui, neque álius quisquam cívium
Sibi éventurum, id cóntigit, ut sálvi poteremúr domi,
Victóres, victis hóstibus. Legiónes reveniúnt domum,
Duéllo exstincto máxumo atque internectis hóstibus. 35
Quod múlta Thebanó poplo acérba obiecit fúnera,
Id vi ét virtute mílitum victum átque expugnatum óppidum est,
Império atque auspicio héri mei Amphítruonis máxume.
Praeda átque agro adóreaque adfécit popularís suos,
Regíque Thebanó Creonti régnum stabilivít suum. 40
Me a pórtu praemisít domum, ut haec núntiem uxorí suae:
Ut gésserit rem públicam ductu, ímperio, auspició suo.
Ea núnc meditabor, quó modo illi dícam, quum illo advénero.
Si díxero mendácium, soléns meo more fécero.
Nam quóm pugnabant máxume, ego túm fugiebam máxume; 45
Verúmtamen, quasi adfúverim, simulábo atque audita éloquar.
Sed, quó modo et verbís quibus me décest fabulárier,
Prius ípse mecum etiám volo hic meditári. — Sic hoc próloquar.
Princípio ut illo advénimus, ubi prímum terram tétigimus,
Contínuo Amphitruo délegit virós primorum príncipes; 50
Eos légat; Teleboís iubet senténtiam ut dicánt suam:
Si síne vi et sine belló velint rapta ét raptores trádere,
Si, quae ásportassent, rédderent, se exércitum extempió domum

in ep. ad Caesarem I, 4. II, 9. Sic et Cicero or. pro lege Manil., teste Gellio I, 7. *Quum nostros portus, atque eos portus, quibus vitam ac spiritum ducitis, in praedonum fuisse potestatem sciatis.* Sic apud Nostrum: *in memoriam*, Poen. V, 4, 123. Et cf. Mil. 3, 2, 19. Epid. 2, 2, 9. Bacch. 1, 2, 53. Cist. 4, 2, 67. (ex l. vulg.) Men. 5, 2, 112. Trin. 4, 1, 21. IV. 2, 164. Rud. 2, 6, 11. II, 7, 25. IV, 2, 31.

27. Vett. *agere*, *alloqui*, omissa conj. *atque*, quam habet vulg. et Veneta et V. C.

29. *occillet*, colaphum infringat. Deducunt ab *occare;* alii eiusdem originis credunt cum *incillo*, quod legitur Lucr. 3, 976. *Iure increpet incilletque.* — Lind. *qui mi adv.*, non recte, ut ego opinor.

30. *bene* vulg., Ven., V. C. et Lamb. — Contra vett. Both. Lind. *bona.*

33. *poteremur*, secunda syllaba brevi, ex tertia decl. Nam *contigit* in fine producendum. Vulg. *potiremur.* — Cf. Ovid. Met. XIII, 130. *Tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille.* — *domi.* Sic vett. et Nonius de numeris et casibus mutatis. Vulg. *domum*, ut et Both. et Veneta et V. C.

35. *internectis.* Sic scribendum ex vett. quae partim habent *internecis*, et ex codd. 3. Pall. — Vulg. *internecatis.*

36. *Quod.* Vulg. *Qui.* Nostr. vett. Both. Lind.

39. Lind. ex ed. Parm. *Qui praeda*, interpolatione minime necessaria.

41. In v. *domum* non elidenda ultima.

45. Vulg. omittit *tum*, quod V. C. habet supra lineam adscriptum. — Vett. *Nam púgnabant illi máxime, ego quúm fugiebam máxime*, et verus et sensu perbono. Vulgatam habet Lind.

46. Retinui lectionem vulg. et vett. quantumvis etiam speciosa sit Bothii transpositio: *Verum quasi affuerim tamen;* quam recepit Lind. — Legendum: Verúm tămĕn quási adfúverim.

50. Perperam Lindemannus: *viros virorum principes*, nulla nota adiecta.

51. Vett. coniungunt: *Eos legat Telebois; iubet* etc.

53. Pro *redderent*, quae lectio est vulg. et vett., vetus Camerarii codex, teste Parco, habuit *reddere*, quod rece-

ırum, abiturós agro Argívos, pacem atque ótium
is; sin alitér sient animáti, neque dent, quaé petat, 55
tur summa ví virisque eorum óppidum expugnássere.
i Telebois órdine iterárunt, quos praefécerat
uo: magnanimí viri, fretí virtute et víribus,
, nimis ferócíter legátos nostros íncrepant;
lent: bello et se ét suos tutári posse: proínde uti 60
de finibús suis exércitus dedúcerent.
i legati pértulere, Amphítruo e castris íllico
t omnem exércitum; contrá Teleboae ex óppido
s educúnt suas, nimis púlcris armis praéditas.
m utrimque éxitum est máxuma cópia, 65
tí viri, díspartiti órdines:
itras móre nostro ét modo instrúximus
s; hóstes contrá suas ínstruunt;
utrinque ímperatór in médium éxeunt
urbam órdinum, cónloquuntúr simul. 70
it, víeti utri sint eo proélio,
agrum, arás, focos séque uti déderent.
m id actúm est, tubae utrímque contrá canunt.
it térra; clamórem utrimque éfferunt;
ór utrimque hínc et illínc Iovi 75
ıscípere, hortári exércitum;
quisque íd, quod quisque ét potest ét valet,
erró ferit. Téla frangúnt; boat
fremitú virum. Ex spíritu et anhélitu
eónstat; cadúnt 80

is et habet Lind. Et sane syl-
a fine infinitivi haud raro pro-

) *eorum*, quod vulg. et vett.,
*uum*, ex Guelf. cod. — *ex-*
*ro*, i. e. expugnaturum esse.
*ugnasso* apud antiquos i. e. q.
e. Sic *reconciliassere* Capt. I.
*impetrassere* Aul. IV, 7, 6. Sic
e. q. visam.
*se praefecerat*, sc. legationi isti.
re vulg. *superbi* quidam mpti
Vett. coniungunt *et viribus*
*nimis*. Vulg. *virtute, et viri-*
*rbi*, *nimis f.*
*lo et se et suos*. Sic vett. —
*ktik* priorem *et*, uti et Both. et
Cf. vs. 77.
*treitus* vett. et vulg. et Venet.
— B. et L. *exercitum*.
*castris*. Sic vett. — Vulg.
*nop.* e ut et B. Habet Lind.
*tis pulcris armis praeditas*, i.
*ulchris*, perpulchris, ut Gr. ἄγαν.
65-94. sequuntur Cretici.
Servavi lect. vulg. et vett.,
*item sustulit*, quod illuc ante
*hostes* habent. — Both. transponit et v. 67 pro senario habet. Lind. *Nos nostros m. n. et m. i.; Item et h. contra legiones suas instr.* male sonante altero.

69. Vulg. *Deinde utrique imperatores*, uti et vett. et edd. Sed. cf. v. 75. Both. et Lind. *uterque imperator*, ex cod. Pal. 2. — Gruterus: *utrinque*. Quod probo.

70. Vulg. punctum habet ante *simul*. Vett. coniungunt: *colloquuntur simul*.

73. Vulg. et vett. *utr. canunt: contra consonat terra*.

75. Lind. *uterque*, de coniectura.

76. Idem *cohortari*, nulla auctoritate.

77. Vulg. et vett. omittunt priorem *et*, quam adiecit Bothius, nec non Lind. Cf. vs. 60.

78. *edit*, sc. facinus.

79. Vulg. et vett. *ex spiritu atque anhelitu*. Libri: *spiritus anhelitu*. Alii: *spiritu, anhelitu*. Hinc fortasse plane omittenda copula, ut sit asyndeton. Langg. *ex spiratu atque anh.*

80. Sequuntur duo brevieres versus, quales saepius interponuntur, veluti et statim post sequitur: *Vicimus vi feroces*,

Vólneris vi ét viriúm.
Dénique, ut vóluimus, nóstra superát manus;
Vícimus vi ferocís.
Hóstes crebrí cadunt; nóstri contra ingruunt:
Séd fugam in sé tamen némo convórtitur; 85
Nec recedít loco, quín statim rém gerat.
Ánimam amittúnt prius, quám loco démigrent.
Quísque, ut steterát, iacet óbtinetque órdinem.
Hóc ubi Amphítruo herus cónspicatú'st meus,
Íllico equités iubet déxtera inrúere. 90
Équites parént citi: ab déxtera máxumo
Cúm clamore ínvolant ímpetu álacri,
Foédant et próterunt hóstium cópias
Iúre iniustás.
*Me.* Nunquam étiam quidquam adhúc verborum est prólocutus pérperam: 95
Namque égo fui illic in ré praesenti, et méus, quum pugnatúm est, pater.
*So.* Perduélles penetrant se ín fugam, ubi nóstris animus ádditust.
Vorténti bus Telébois telis cómplebantur córpora,
Ipsúsque Amphitruo régem Pterelam súa obtruncavít manu.
Haec íllic est pugnáta pugna ab úsque mane ad vésperum. 100
Hoc ádeo hoc commeminí magis, quia illó die impransús fui.
Sed proélium id tandém diremit nox interventú suo.

quem versum cum Lamb. et vulg. Bothius posuit post vs. *Hostes crebri* etc. Vett. habent, ubi nos. Both. et Lind. *et virûm*.

83. Lind. *Vincimus vi fera*. e coni.

85. *Convortitur* pro *convortit* hic positum animadvertit Nonius, ut *praesagitur* Bacch. IV, 3, 28. — Construe: Sed in fugam se tamen nemo convertit. — Lind. *In fugam sed tamen*, e coni.

86. *quin statim rem gerat*. Statim, i. e. fortiter, strenue, loco manens, ἱστάμενος. Nonius vult legi priore producta hoc in significatu; unde Bothius: *statim quin rem gerat*. Recurrit v. 123: *Ita statim stant signa*, ubi dubium, an sit producendum. Ego ordinem vulgatum mutare nolui, existimoque, v. *statim*, sive *fortiter* significet, sive adv. sit temporis, unum idemque esse verbum, ut nostrum: *stehenden Fusses* in utramque partem possit accipi.

87. Pro *amittunt*, quod habent vett., vulg. *omittunt*, uti et Veneta et Langg. et V. C.

89. *Hoc ubi A. herus c. meus*. Pronomen *meus* adiectum in vett., in vulg. omissum; ut et in codd. Pall. Both. Lindemannusque: *Hoc ubi Amph. conspicatust herus*, e coni. Habet *meus* et Lambinus.

90. *dextera inducere* vulgata et Veneta et codd. Pall. — Lamb. *invadere*, ex mptis, qui habuerint *inudere*. Vett. *irrucere*, quod legendum esse *irruere*, existimat Lambinus. Omnino displicet *inducere* (quod Lind. iniitus est), non addito pron. *se*. Ipsis autem equitibus hoc imperatum esse, colligitur e verbo, quod sequitur: *Equites parent citi*. Igitur restituo: *irruere*, existimoque versum esse catalecticum, sive imminutum, quales innumeri in Plauto occurrunt, quasque est ipse quoque, qui sequitur, vs. 92. in verbo *alacri*. Cf. Trin. II, 2, 7. 8. et 17. 18. 20.

94. Verba *iure iniustas* plane eiecit Lindem. et eorum loco scripsit: *impetu alacri inruunt*.

97. *Perduelles*, i. e. hostes. Cic. Of. I, 12. III, 29. Caius de verb. sign. l. II. *penetrant se*, coniciunt se in fugam. Trin. II, 2, 1. Faech. I, 1, 33. — Vulg. et Pall. *ibi nostris*. Vett. *ubi nostris*, quod praeferendum duco. Nam animum addiderant equites irruentes.

99. Sic vulg. et vett. et Pall. Sed Bothius: *Ipsusque regem Amphitruo Pterelam sua obtruncat manu*, atque *obtruncat* habent codd. Heimst. et Monac. — Lind. sine necessitate scripsit: *suapte obtr. m.*

100. Vett. *ab usque mane ad v.* Vulg. Pall. et B. et Lind. *usque a mane ad v.*

die in castra éx urbe ad nos véniunt flentes príncipes;
s manibus órant, ignoscámus peccatúm suum;
tque se, divína humanaque ómnia, urbem et líberos, 105
ionem atque in árbitratum cúncti Thebanó poplo.
5b virtutem hero Ámphitruoni pátera donata aúrea est,
térela potitáre rex est sólitus. Haec sic dícam herae.
pérgam heri imperium éxsequi, et mé domum capéssere.
ittat, illic húc iturust: íbo ego illi óbviam, 110
ego hunc hominem hódie ad aedis hás sinem unquam accédere.
lo imago est húius in me, cértum est hominem elúdere.
imvero, quóniam formam cépi huius in me ét statum,
et facta móresque huius habére me similés item:
me malum ésse oportet, cállidum, astutum, ádmodum, 115
hunc telo súo sibi, malítia, a foribus péllere.
uid illuc est? coélum adspectat: óbservabo, quám rem agat.
érto edepol scio, si áliud quidquam est, quód credam aut certó sciam,
ego hac noctú Nocturnum óbdormivisse ébrium.
ieque se Septémtriones quóquam in coelo cómmovent, 120
se luna quóquam mutat, státque uti exorta ést semel:
agulae, neque Vésperugo, néque Vergiliae óccidunt:
itim stant sígna; neque nox quóquam concedít die.
'érge, Nox, ut óccepisti! gére patri morém meo!
ie optumo óptumam operam dás, datam pulcré locas. 125
éque ego hac nocte lóngiorem mé vidisse cénseo,
em unam, vérberatus quám pependi pérpetem;
uoque edepol étiam multo haec vícit longitúdine.
edepol equidém dormire Sólem, atque adpotúm probe.

*velatis manibus.* Deprecantes nas cum vittis manibus praefere- Sic apud Homerum: *στέμματ' χερσίν*, et Virg. Aen. XI, 101. *omis olesae, veniamque rogantes.* *Qui Pterela* p. l. e. ex qua po- ditus est. — Vulg. Pall. et vett. *rex solitus est.*

*sibi* abundat, uti saepius. Cf. rol. 5. *Sed is quo pacto serviat patri.* cf. ibid. vs. 46. 50.

Sic vulg. Bothius cum Lind. *sio*, quod Lind. insulsum vocat. quidem. Nam Sosia loquitur. *aliud* et *aut.*

*Nocturnum*, l. e. deum noctis; m, ut arbitrantur. Al. l. *no- m.* Sed et habet Statius VI, 240. *ermivisse* vulg. Pall. et vett. ob- .

*statque ut.* Sic vett., pro quo ig. et Both. et Lind. *atque ut.* ius mavult: *metat*, *statque ut.* Vulg. et V. C. *Iugulae*, vett. ut B. Festus ait esse Orionis M. Varr. de L. L. VI, 3. — *Ve- sperugo* occurrit et in Vitruvio IX, 4., et in Varrone l. l., et est Hesperus, l. e. Veneris stella. Festus: *Vesperugo, ve- sper stella*, adducto loco nostro. — *Ver- giliae* sunt septem stellae, gr. *Πλειάδες*, dictae a vere, ut putant, quoniam tum exoriantur. Liv. XXI, 35.

123. *die* pro *dici*, antiquo more.

125. Sic vett. et Veneta et Both. — Vulg. *Optimo optume opt.*, uti V. C.

127. *pependi.* Cf. As. II, 2, 38. Vin- ciebantur enim servorum manus, dein adducebantur ad trabem; ad pedes autem adligabantur pondera. — *perpetem*, l. e. totam, perpetuam. Cf. II, 2, 109 (100). *Ibi coenavi atque ibi quievi in navi noctem perpetem.*

128. *vicit* habent vulg. et vett. et V. C. aliique Pall. et Lamb. — Bothius Lind. que cum Veneta et cod. Lips.: *vincit.* Cf. tamen 270. Utroque loco perfectum occupat locum aoristi, tuendumque est, ut difficilior lectio.

129. Vulg. et Pall. habent *edepol*, quod omittunt vett. ut *atque* non sit eliidendum. Habet tamen Lindemannus.

Míra sunt, nisi ínvitavit sése in coena plúsculum. 130
*Me.* Áiin' vero, vérbero? deos ésse tui similés putas?
Égo pol te istis túis pro dictis ét malefactis, fúrcifer,
Áccipiam! modo sís veni huc: invénies infortúnium!
*So.* Úbi sunt isti scórtatores, quí soli inviti cubant?
Haéc nox scita est éxercendo scórto conductó male. 135
*Me.* Méus pater nunc pro húius verbis récte et sapientér facit,
Quí complexus cum Álcumena cúbat amans, animo óbsequens.
*So.* Íbo, ut, herus quod ímperavit, Álcumenae núntiem.
Séd quis hic est homó, quem ante aedis vídeo hoc noctis? Nón placet.
*Me.* Núllus est hoc méticulosus aéque. *So.* Quum in mentém venit: 140
Íllic hoc homo dénuo volt pállium detéxere.
*Me.* Tímet homo: delúdam ego illum. *So.* Périi, dentes prúriunt:
Cérto advenientem híc me hospitio púgneo acceptúrus est.
Crédo misericórs est: nunc, proptérea quod me méus herus
Fécit ut vigilárem, hic pugnis fáciet hodie, ut dórmiam. 145
Óppido interii! óbsecro hercle, quántus et quam válidus est!
*Me.* Cláre advorsum fábulabor: híc auscultet, quaé loquar:
Ígitur magis modum ín maiorem in sése concipiét metum.

130. *Mira sunt*, pro: mirum est. Cf. v. 278. Bacch. III, 3, 46. Cas. II, 2, 20. Sensus: mirarer, nisi crederem, eum sese paullo magis iusto invitasse in coena. *Ich gebe nicht viel darum, so hat er* etc. *Fast sollte man glauben, er habe bei Tafel etwas des Guten zu viel gethan. Se invitare*, quasi: sich zutrinken. Cf. Rud. II, 7. fin. *si invitare nos paullisper pergeret, Ibidem obdormissemus.* Lucilius: *Scito etenim, bene longinquum mortalibus morbum In vino esse, ubique invitavit dapsilius se.*

131. Per se patet, et haec, et quae supra a Mercurio dicuntur, ita dici cogitanda esse, ut non audiantur a Sosia. — *esse* monosyllabum.

133. *sis*, si vis; fac, age. Sic *sodes* pro *si audes*.

134. Sic V. C. vulg. et vett. Sed Bothius ex libris vetustis: *qui solite inviti cubant*, addita nota: „qui solent inviti cubare seu iacere in lectis ad dormiendum"; allegatoque loco Mil. II, 3, 11. ubi tamen perperam ipse pro *soli* scripsit *solito*. — Quis autem homo invitus cubat? — Veneta: *qui soliti inniti cubant*. Nostrum et Lind.

135. Cf. Ovid. Amor. I, 10, 44. *Pro male conducto gratia nulla toro.* Male autem conducto est i. q. nequiter et ad nequitiam conducto, uti *opes male quaesitae* Ov. Am. III, 8, 66. Dousa tamen expl. *magno* conducto, Pareus: care. Male uterque.

139. Sic vulg. — Vett. et Pall. edd. et Lamb. *Sed quis est hic homo.* — *Non placet.* Sic. vs. 157. Cf. As. II, 2, 20.

140. Sic Lamb., sensuque i. e. q. *quum cogito*, quum rem perpendo. Vulg. *quem? in mentem venit*, ut et vett. et Ven. — Cod. Camerarii: *quom in mentem v.* Helmst. *quid.* Monac. *que.* Bothius, omisso *quem*, sic: *Mi in m. v.* ut et Lind. — Coni. *Quum possit* referri ad sup. *Non placet.*

141. *detexere* h. l. idem creditur esse, quod texere, aut texendo perficere. Cf. Pseud. I, 4, 7. Sed verba *texere*, *tondere*, *detondere*, *extexere* et *fraudandi* saepe habent significationem, ut Bacch. II, 3, 5. *Extexam ego illum pulcre.* Sic fortasse et h. l. subest sensus spoliandi, ut solebant grassatores.

143. *hic me* et codd. — Vulg. *me hic.* — Dein vulg. et vett. et Pall. *pugnae.* Bothius et cum eo Lind. ex Acidalii divinationibus: *hic me hospitio pugneo accepturus est.* Cf. Rud. III, 4, 58. Quod haud absonum. Verum quum in seqq. crebra fiat pugnorum mentio, hic quoque suspicatus est Dousa, Plautum scripsisse *pugni*, quod deinde facile mutatum sit in *pugnae*. Sin *pugnae* praeplaceat, legi possit *pugnai*. Nos interim Acidalium sequimur.

145. Lind. contra metrum: *ut obdormiam.*

147. Bothius cum vett. *clara* ac. voce. Nostrum vulg. Cf. Plin. epist. II, 18. Veneta: *Clara versum*, uti et quidam codd.

148. Sic. vulg. — Ven. et vett. omittunt alteram *in*. Meursius: *Igitur magis*

ite, pugni: iám diu est, quod véntri victum nón datis:
npridem vidétur factum, hére quod homines quátuor 150
soporem cóllocastis núdos. *So.* Formidó male,
ego hic nomen méum commutem, et Quíntus fiam e Sósia.
átuor virós sopori sé dedisse hic aútumat:
tuo, ne numerum aúgeam illunc. *Me.* Hém, nunc iam ergo! Síc colo!
. Cíngitur: certe éxpedit se. *Me.* Nón feret, quin vápulet. 155
. Quís homo? *Me.* Quisque homo húc profecto vénerit, pugnós edet.
. Ápage, non placét me hoc noctis ésse. Coenaví modo.
ín tu istanc coenám largire, sí sapis, esuriéntibus.
. Haúd malum huic est póndus pugno. *So.* Périi, pugnos pónderat!
. Quíd, si ego illum tráctim tangam, ut dórmiat? *So.* Serváveris: 160
m continuas hás tris noctes pérvigilavi. *Me.* Péssumum est
cinus! nequitér ferire málam male discís, manus.
ia forma opórtet esse, quém tu pugno légeris.
. Íllic homo me intérpolabit, méumque os finget dénuo.
. Éxossatum os ésse oportet, quém probe percússeris. 165
. Mírum, ni hic me, quási muraenam, éxossare cógitat.

*do immaniorem in sese c. m.* Fortasse ibendum: *Igitur magis modo in ma- m sese concipiet metum*, transposita, saepius, praepositione, pro: Igitur is modo in sese maiorem metum con- et. Lind. e coni. *Igitur magis ma- m demum in sese conc. m.* Ego in nasmo nihil video absoni, quum alibi que *magis* addatur comparativo. Sen- vulgatae: *ut adeo maiorem in mo- m metum in se concipiat.*

50. *Iam pridem*, i. e. iam nimis lon- a tempus mihi esse videtur, ex quo itmer interfeci; etsi heri id factum. le Both. Lind. que: *Factum iampri- m vid.*

51. *nudos*, i. e. statim a me spoliatos.

54. *Sic colo.* Sic codd. Pall. et Gru- s ex mptis, habetque Taubmannus, movius, Ernestius. Sensus est: sic o, sic volo esse, sic me vivere pro- , sic soleo, sic existo. Poen. prol. *Exerce vocem, quam per vivis et is.* Vulg. et vett. *sic volo*, ut et Iunt. l. Camer. Lamb. — At Lindemannus: *olo*, pro *Sic oleo*, ut olere sit i. q. dere, intelligi, testari, ostendere, in habere, sensusque sit: *sic sum, sic eo.* — Ego, quare *Sic colo* affectatum entur, non perspicio, praesertim quum in Poenulo hoc sensu occurrat.

156. Vett. et Pall. *quisquis homo huc erit, pugnos edet.* Nostr. vulg. — th. *quisquis homo*, uti et Lind. Sed *isque* pro *quisquis* frequens apud antum.

160. *tractim* Nonius ait esse *longo tu.* Item Servius ad Virg. Georg. IV, 260. qualiter nutrices palma infantes leniuscule tangunt, ut dormiant; allusione facta ad virgam Mercurii, qua qui tanguntur, sopiuntur. Cf. et Celsus II, 14. et idem III, 18. — *Servaveris*, i. e. gratum feceris; nam etc.

161. Continuat soliloquium Mercurius, adloquiturque manum suam: pessimum hoc est, manus, quod in tam miseito homine exerceris. Pro *male discis*, quod quidam cdd. habent et quod scripsit Dousa, vulg. et vett. et Ven. et Pall. *male discit*, quod Lind. Sed alteram esse oportere personam, ex versu seq. patet, ubi cdd. *pugno*, Lind. *pugne* e coniect. Bothius: *malam maledicis. Manus:* ex Grutero. Quod concederem, nisi syllaba *di* esset brevis.

164. *Interpolare* est: refingere, ex deformato vel obsoleto aut sordido pulcrius facere. Sic. Most. I, 3, 104. *Nova pictura interpolare vis opus lepidissimum?* et Plin. Hist. Nat. 35, 16: *Selinusia terra lacte diluta tectoriorum albaria interpolantur.*

165. Sensus: quem tu percusseris, ei omnia ossa ex capite oportet excussa esse. *exossabantur* places apud veteres. Cf. Aul. 2, 9, 3. ubi vide n. — Lind. omittit *os* cum cd Lips. et Guelf. Habet V. C. et Both. Quod sive tuearis, seu omittas, in universum tenendum est, saepe *os* Plauto esse integrum caput. Cf. Capt. 4, 2, 14. Curc. 2, 3, 8. Mil. 2, 2, 58. Vapulabat autem caput maxime et feriebatur. Hinc lorarii dicti *viri tintinnaculi* in Truculento. Hinc parasiti *duri capitones* in Persa I, 2, 8. coll. Capt. 1, 1, 21.

Últro istunc, qui exóssat homines! périi, si me adspéxerit.
*Me.* Ólet homo quidám malo suo. *So.* Heí, numnam ego óbolui?
*Me.* Átque haud longe abésse oportet; vérum longe hinc ábfuit.
*So.* Íllic homo supérstitiosu'st. *Me.* Géstiunt pugní mihi. 170
*So.* Si ín me exercitúrus, quaeso, in párietem ut primúm domes.
*Me.* Vox mihi ad auris ádvolavit. *So.* Naé ego homo infelíx fui,
Quí non alas íntervelli: vólucrem vocem géstito.
*Me.* Íllic homo a me síbi malam rem arcéssit iumentó suo.
*So.* Nón equidem ullum habeó iumentum. *Me.* Ónerandus est pugnís probe. 175
*So.* Lássus sum hercle e návi, ut vectus húc sum; etiam nunc naúseo;
Víx incedo inánis: ne ire pósse cum onere exístumes.
*Me.* Cérte enim hic nescío quis loquitur. *So.* Sálvos sum: non mé videt:
*Néscio quem* loqui aútumat: mihi cérto nomen Sósia est.
*Me.* Híne enim mihi dextéra vox auris, út videtur, vérberat. 180
*So.* Métuo, vocis né vice hodie hic vápulem, quae hunc vérberat.
*Me.* Óptume, eccum, incédit ad me. *So.* Tímeo: totus tórpeo:
Nón edepol nunc, úbi terrarum sím, scio, si quís roget,
Néque miser me cómmovere póssum prae formídine.
Ílicet, mandáta heri periérunt una et Sósia. 185
Vérum certum est cónfidenter hóminem contra cólloqui,
Quí possim vidéri huic fortis, á me ut abstineát manum.
*Me.* Quo ámbulas tu, quí Volcanum in córnu conclusúm geris?
*So.* Quíd id exquaeris tú, qui pugnis ós exossas hóminibus?

167. *Ultro istunc*, i. e. apage istunc, procul absit ille. Vett. *Ultro istic*, al. *istinc*. Pall. *istuc*. — Inter haec autem passim propius accedit Mercurius ad Sosiam, ita tamen, ut fingat se eum non videre per tenebras, licet ille laternam manu gerat.

168. *Olet homo*, h. e. cognosco ex odore, hominem adesse, idque malo eius; nam interfecturus sum. Cf. Cas. IV, 3, fin. *iam oboluit Casina procul*. Hoc tamen Lind. sic int. *mihi subolet de eius malo: er riecht nach seinem Unglücke*. Verum supra dedimus. Pro *quidam* vett. *quidem*, dein: *nunquam obolui?* Nostr. vulg. — Bothius: *numquidquam*. Lind. *numquidnam*.

169. *abfuit*, sc. in bello. Cf. Rud. 1, 5, 10.

170. *superstitiosus* saepe i. e. q. vates, ariolus, vaticinator. Curc. III, 1, 27. *Superstitiosus hic quidem est: vera praedicat*. Cf. Cic. de Divin. I, 33.

172. V. C. vett. et vulg. *Nae ego*. Both. ex codd. Guelph. et 3 Pall. *Ut ego*, maxime versus causa. Verum non opus. Cum Bothio tamen facit Lind. — Caeterum cf. Rud. 2, 3, 3.

173. *intervelli*, sc. voci meae.

176. *e navi*. Praep. *e* tollit Lamb., quem sequitur Bothius. Habent vulg. et vett. et Pall. Cf. Bacch. I, 1, 73. Quasi est: lassus sum ex itinere. Cf. et Amph. I, 3, 43. *Ex amore hic admodum quam saevus est*.

180. Sic vulg. Pall. vett. — Cod. Lips. *Hinc enim dextera vox mihi aures*. Lind. *H. e. mi a dextra vox aur.*

183. Lind. *ubi qui roger*. Vett. *ubi roger*. Nostr. vulg.

185. Vett. *Illic mei mand*. Ven. *Illic enim mand*. Nostr. vulg. et Both. — Donatus ad Ter. Phorm. I, 4, 32. *Semper Ilicet finem rei significat, ut: Actum est; dictum per syncopen. Sic iudices de consilio dimittebantur, supremâ dictâ, quum praeco pronunciasset: Ilicet: quod sign. Ire licet.* — V. C. *Illic et*.

187. Vulg. Ven. Pall. et vett. *Igitur qui — fortis, a me ut abst. manum*. Sed iam Lambinus vidit, abiiciendum esse *Igitur*. Bothius retinuit, eiecit *a me ut*. — *Qui possim* i. e. q. ut possim.

188. *Vulcanus in cornu* est ignis laterna cornea inclusus. V. prolog. v. 149.

189. *exquaeris* B., ut et alibi legitur. Vulg. et vett. et Lind. *exquiris*.

190. Sic. vulg.; at vett. et Ven. et V. C. al. *Servosne, an liber?* Both. *Servosne es, an l.* — Pro *utcunque* Lamb. mavult: *utrumcunque*.

ɛ. Sérvos esne, an líber? *So.* Utcunque ánimo conlubitúm est meo. 190
ɛ. Áiin' vero? *So.* Áio enimvero. *Me.* Vérbero, mentíris nunc.
iam faciam, ut vérum discas dícere. *So.* Quid eo ést opus?
ɛ. Póssum scire, quó profectus, quóius sis, aut quid véneris?
. Húc eo, heri meí sum servos. Númquid nunc es cértior?
ɛ. Égo tibi istam hodié scelestam cómprimam linguam. *So.* Haúd potes: 195
ne pudiceque ádservatur. *Me.* Pérgin' argutárier?
ód apud hasce aedís negotium ést tibi? *So.* Imo quód tibi est?
ɛ. Rex Creo vigilés nocturnos síngulos semper locat.
. Béne facit: quia nós eramus péregre, tutatúst domum.
nunc abi sane: ádvenisse fámiliares dícito. 200
ɛ. Néscio quam tu fámiliaris sís: nisi actutum híne abis,
miliaris áccipiere fáxo haud familiáriter.
. Híc, inquam, habito ego, átque horum sum sérvos. *Me.* At scin' quómodo?
ciam ego hodie té superbum, ni híne abis. *So.* Quonám modo?
ɛ. Aúferere, nón abibis, sí ego fustem súmsero. 205
. Quín me huius ésse familiae fámiliarem praédico.
ɛ. Víde, sis, quam mox vápulare vís, nisi actutum híne abis!
. Tún' domo prohibére peregre me ádvenientem póstulas?
ɛ. Haéccin' tua domúst? *So.* Ita, inquam. *Me.* Quís herus est igitúr tibi?
. Ámphitruo, qui núnc praefectus 'st Thébanis legiónibus; 210
ícum nupta est Álcumena. *Me.* Quíd ais? quod nomén tibi est?
. Sósiam vocánt Thebani, Dávo prognatúm patre.
ɛ. Naé tu istic hodié malo tuo cómpositis mendáciis
ívenisti, audáciai cólumen, consutís dolis!

191. Vulg. *Ain' vero? — mentiris nunc* m. — Ven. et vett. et Pall. *Mentiris* ne, omisso *iam*. Both. *Aiin vero? — entire nunc*, ut et Lind. Lambinus verba *entiris nunc iam* vult esse Mercurii, ne vulg. Sosiae tribuit.

192. *dicas* e V. C. et Pall. 4. et 5. cepit Dousa et cum eo Bothius et Lind.; lg. et Ven. et vett. habent: *discas*, ed recte habebit, si sequamur Lambin, verbaque illa: *Mentiris nunc*, Mercurio tribuamus, non Sosiae. Nam vs. 8. Mercurius ait: *At mentiris etiam*, e. literum.

194. Vulg. *heri mei*. Vett. omittunt i, ut et Pall. omnes.

195. Pro vulg. *scelestam* vett. et Pall. *deste*, vocativo sine dubitatione casu, sit i. q. infelix, nequam, ut II, 1, 2. ibidem v. 7. occurrit: *ego tibi istam lestam, scelus, linguam abscindam*.

196. *Bene pudiceque ads.* Pudice ait, la Mercurius usus fuerat verbo venere: *comprimam*. Cf. Cist. 1, 3, 25. — *argutarier*, ut Aul. IV, 4, 11. *aufer cavillam*, in simili argumento.

197. Sic vett. et B. — Vulg. *Quid — negotii — Imo quid t. e.?* Lind. *Quid — negotium est tibi? So. Imo quid t. e.?*

199. Both. *peregri* et *domi*, ex cdd. et ed. Iunt.

200. *familiares*, sc. Amphitruonem cum suis.

203. *atque horum sum servos*. Sic vett. — vulg. *horum servos sum*. Both. *sum horum servos*. — *Scin' quomodo?* formula est minitantis, alibi etiam in Plauto obvia. Cf. Aul. I, 1. 6.: *Scin' quomodo tibi res se habet?*

206. *Quin m.* etc. Sic vett. Lege: *Quin med huius éss' familiae* etc. quemadmodum *esse* crebro monosyllabum. Palatini tamen: *Quin me esse huius f.* Quod si praetuleris, itidem legendum *med*.

210. Ex arbitrio ita reflexit versum Bothius: *Qui praefectus nunc Thebanis Amphitruo est legionibus*.

214. Vett. *Huc advenisti*. — *consutis dolis*. Sic Graeci ῥάπτειν, πλέκειν de

*So.* Ímo equidem tunicis consutis húc advenio, nón dolis. 215
*Me.* Át mentiris étiam: certo pédibus, non tunicís, venis.
*So.* Íta profecto. *Me.* Núnc profecto vápula ob mendácium.
*So.* Nón edepol voló profecto. *Me.* At pól profecto ingrátiis.
Hóc quidem profécto certum est; nón est arbitrárium.
*So.* Túam fidem obsecró! *Me.* Tun' te audes Sósiam esse dicere, 220
Égo qui sum? *So.* Perii! *Me.* Parum etiam, praéut futurum est, praédicas.
Quóius nunc es? *So.* Túus: nam pugnis úsufecistí tuum.
Próh fidem, Thebáni cives! *Me.* Etiam clamas, cárnufex?
Lóquere, quid venísti? *So.* Ut esset, quém tu pugnis caéderes.
*Me.* Cúius es? *So.* Amphitruónis, inquam, Sósia. *Me.* Ergo istúc magis, 225
Quís vaniloquus, vápulabis: égo sum, non tu, Sósia.
*So.* Íta di faciant, út tu potius sís, atque ego te ut vérberem.
*Me.* Étiam muttis? *So.* Iám tacebo. *Me.* Quís tibi heru'st? *So.* Quem tú voles.
*Me.* Quíd igitur? qui núnc vocare? *So.* Némo, nisi quem iússeris.
*Me.* Ámphitruonis te ésse aiebas Sósiam. *So.* Peccáveram: 230
Nam Ámphitruonis sócium nae med ésse volui dícere.
*Me.* Scíbam equidem, nullum ésse nobis, nísi me, servom Sósiam.
Fúgit te ratió. *So.* Utinam istuc púgni fecissént tui!
*Me.* Égo sum Sosia ílle, quem tu dúdum esse aiebás mihi.
*So.* Obsecro, ut per pácem liceat te ádloqui, ut ne vápulem! 235
*Me.* Ímo induciaé parumper fíant, si quid vís loqui.
*So.* Nón loquar, nisi páce facta; quándo pugnis plús vales.
*Me.* Dícito quidvis: nón nocebo. *So.* Túae fidei credó? *Me.* Meae.
*So.* Quid, si falles? *Me.* Túm Mercurius Sósiae iratús siet.
*So.* Ánimum advorte: núnc licet mihi líbere quidvís loqui. 240
Ámphitruonis égo sum servos Sósia. *Me.* Etiam dénuo?
*So.* Pácem feci, foédus feci, véra dico. *Me.* Vápula.

dolis struendis, unde δολοπλόκος, μηχανοῤῥάφος apud Euripidem et Sophoclem. Cf. Pseud. I, 5, 135., ubi eadem dictio.

223. *Pro fidem.* Vulg. Ven. et vett. et omnes Pall. *Pro fidi Theb. cives.* Atque sic etiam Lambinus, qui tamen addit, alios legere *fidem.* Cod. Guelph. *fide.* Nostrum Aldus et ed. Par. 1530. Cf. As. I, 1, 8. Supplendum: *fidem vestram imploro*, ut supra v. 220.

224. Et vulg. et vett. et Pall. *Eloquere*, quod et retinuit Bothius.

228. Vett. *Etiam mutis?* una t. Sensus: pergisne loqui?

231. Vulg. et vett. et V. C. *Nam Amphitruonis socium nae me esse volui dicere.* Camerarius primus dedit: *sociennum*, idque Deusa in textu habet, ut et Lambinus. Redit hoc vocabulum Aulul. IV, 4, 32. Sensit tamen iam Lambinus, elaudicare versum, unde pro *Nam* vult legi *Namque.* Bothius: *Nam me Amphitruonis volui sociennum esse dicere.* Mihi longe praeplacet vulgata lectio, et propter metrum, et propter sonum, cuius cum nomine *Sosiae* similitudo hic apprime in censum venire debebat.

233. *Fugit de ratio*, i. e. errasti. *Fugit* enim perfectum. — Ante *utinam* vulg. habet: *O*, quod et Bothius; omittitur in vett. et Pall. recte.

234. Sic. vett. et vulg. et Pall. — Both. *quem te dudum*, minus bene. Nam acc. supplendus est, uti saepe similiter in Graecis φῆς construitur. — *dudum*, paullo ante.

235. ut prius addunt Pall. et vett., omittit vulg.

238. Vulg. et Pall. *Dicito*, *si quid vis.* Vett. *Dicito quidvis*, uti et Lamb. — Both. *Dicito*, *si quid vis*; non nocebo. *So. Tuae credo fide?* ut versus sequens sit iambicus: *Me. Meae. So.*

*So.* Út lubet; quod tíbi lubet, fac, quóniam pugnis plús vales.
Vérum utut es factúrus, hoc quidem hércle haud reticebó tamen.
*Me.* Tú me vivus hódie nunquam fácies, quin sim Sósia. 245
*So.* Cérte edepol tu me álienabis núnquam, quin nostér siem;
Néc nobis praetér med alius quísquam est servus Sósia,
Quí cum Amphitruóne hinc una íveram in exércitum.
*Me.* Híc homo sanus nón est. *So.* Quod mihi praédicas vitium, íd tibi est.
Quíd, malum? non égo sum servos Ámphitruonis Sósia? 250
Nónne hac noctu nóstra navis húc ex portu Pérsico
Vénit, quae me advéxit? nonne me húc herus misít meus?
Nónne ego nunc sto ante aédis nostras? nón mi est laterna ín manu?
Nón loquor? non vígilo? nonne hic hómo me pugnis cóntudit?
Fécit hercle: nám mihi etiam mísero nunc malaé dolent. 255
Quíd igitur ego dúbito? aut cur non íntroëo in nostrám domum?
*Me.* Quíd? domum nostram? *So.* Íta enimvero. *Me.* Quín quae dixistí modo,
Ómnia ementítus. Equidem Sósia Amphitruónis sum:
Nám noctu hac solúta est navis nóstra e portu Pérsico;
Ét, ubi Pterela rex regnavit, óppidum expugnávimus; 260
Ét legiones Téleboarum ví pugnando cépimus:
Ét ipsus Amphitruo óbtruncavit régem Pterelam in proélio.
*So.* Égomet mihi non crédo, quum illaec aútumare illum aúdio:
Hic quidem certe, quae íllic sunt res gestae, memorat mémoriter. —
Séd quid ais? quid Ámphitruoni á Telebois ést datum? 265
*Me.* Ptérela rex qui pótitare sólitus est, patera aúrea.
*So.* Élocutus est! — Úbi ea patera núnc est? *Me.* Est in cístula,
Ámphitruonis óbsignata sígno. *So.* Signi díc quid est?
*Me.* Cúm quadrigis Sól exoriens. Quíd me captas, cárnufex?

*Quid si f.* etc. nimirum quia insolens sit dactylus *Dicito* ab initio versus. Sed eius generis plura occurrunt exempla, ut statim vs. 244. 246. 253. etc. Lind. *Dicito, sis; non nocebo.*

243. Vett. *Ut lubet; quid ubi lubet, fac.* Nostr. vulg. et Both.

248. Postrema versus ita legenda, ut ictus ponatur in ultima syllaba v. *iverám*, eaque ne elidatur, prior autem syllaba v. *exercitum* corripiatur; cf. prol. vs. 125. et ibi notata.

250. *non ego sum.* Sic vett. — Vulg. V. C. et Both. *non sum ego*, uti et Lind. male locato ictu in v. *sum*.

251. *ex portu Persico*, i. e. ut Festus ait, ex mari Euboico, quod in eo steterit classis Persarum. Ceterum hic per anachronismum sic dictus.

253. Sic vett. — V. C. *nunc isto.* Vulg. *Nonne ego nunc hic sto*, ut et Lamb. et Both. — Lind. *Nonne ego hic sto.*

254. Vulg. et V. C. *Non loquor? non vigilo? non hic homo modo me pugnis contudit?* Vett. *Non loquor? non vigilo? nonne hic homo pugnis contudit?* Lamb. *nonne hic homo me p. c.* Both. *non hic h.* etc. Possit et: *non med hic homo p. c.*, ut praebere videtur l. vett. *nonne.* Lind. *non hic homo me p. c.?*

255. Sic. vett. *nam mihi etiam.* In vulg. deest *mihi*, uti et in V. C. et Pall rel.

257. Vett. omittunt *quin*, habet vulg. et V. C. — Both. *Quin quaeque edixti modo*, ex Gulielmo. Lind. *Quid? d. vostram? — Quin quaéque dixisti m.* Nam V. C. *vostram*, al. *nostr.*

258. *Equ. Sosia Amph. sum.* Hoc ordine in vulg. et vett. et V. C. quem invertit B. et Lind. *Eq. sum Am. S.*

265. Et vett. et vulg. et Pall. in fine: *datum est.*

267. Lamb. *Ubi ea patera n. e.?* ex codd. — Vulg. et vett. et Pall. omittunt *ea;* vulg. *patera aurea.* — Dousa: *Est in cistula.* Nam vulg. V. C. et vett. omittunt *Est.* Both. *In cistellula*, et v. *est* post *signo.* Lind. om. *ea*, dein ha-

*So.* Argumentis vicit! Aliud nómen quaerendúm est mihi. 270
*Sósia.* unde hoc hoc sperávit. Iam ego hunc decipiám probe:
Dém quod egomet mihi feci. néc quinquam alius áddúxit
Ín tabernaclo, id quidem hodie nunquam poterit díscere.
Si tu Sósia es. legiónes quóm pugnabant máxume.
Quid in tabernaculo fecisti? Victus sum. si díceris. 275
*Mr.* Cádus erat vini; inde implevi hírneam .. *So.* Ingressúst viam!
*Mr.* Ném ego. ut matre fuerat natum. vini eduxi meri.
*So.* Mira sunt. nisi bíbérit intus illíc in illac hírnea!
Vérum est illud. ut ego illic vini hírneam ebíberim meri.
*Mr.* Quid nunc? vincon' argumentis. té non esse Sósiam? 280
*So.* Tú negas med ésse? *Mr.* Quid ego ni negem, qui egomét sim?
*So.* Pér lovem iuró, med esse. néque me falsum díceré.
*Mr.* At ego per Mercúrium iuro. tibi lovem non crédere.
Nam iniurato, ecío. plus credet mihi, quam iurató tibi.
*So.* Quis ego sum saltém, si non sum Sósia? Te intérrogo. 285
*Mr.* Ubi ego Sósia ésse nolim. tu ésto sane Sósia.
Núnc. quando ego sum, vápulabis, ni hínc abis ignóbilis.
*So.* Cérte edepol, quem illúnc contemplo et fórmam cognoscó meam,
Quémadmodum ego sum, (saépe in speculum inspéxi,) nimis similist mei;
Ítidem habet petasum ác vestitum; tám consimilist átque ego: 290
Hára, pes, statúra, tonsus, óculi, nasum, [dénz,] labra,
Málae, mentum, bárba, collum, tótus .... quid verbis opust?
Si tergum cicátricosum, nihil hoc simili est símilius.
Séd quom cogito, équidem certo idém sum, qui sempér fui:
Nóvi herum, novi aédis nostras: sáne sapio et séntio. 295

bat: *In cistellula.* — Ceterum de hoc Amphitruonis poculo v. Athenaeum XI, 16. et 49.

270. Vett. et Langg. et V. C. *vicit.* Vulg. et Pall. et Lamb. et Both. *vincit.* Cf. v. 124 et 275. Sed et sensus hic *perfectum* requirit.

276. *hirnea* genus erat vasis fictilis, in modum lagenae. Cf. Cat. de re rustica 41. et Pall. — Vett. *cirneam* et hic et vs. 278. 279., et sic Nonius. Vulg. V. C. Ven. Both. *hirneam.* — *Ingressus* et *iam* vett. et Pall. *viam* vulg. — V. C. *ingressustu viam.*

277. *matre*, i. e. cado.

281. *Quid ego ni* pro Quidni ego.

283. Both. *iniuro*, ob sequentia: *Nam iniurato.* Sed ea oppositio iurati et iniurati sollemnis apud Romanos. Cic. Off. III, 29. Liv. X, 41. et Cic. Act. I. in Verr. *malim ei iurato suam, quam iniurato aliorum tabellas committere.* et pro Roscio Com. *Tibi vero, Piso, diu deliberandum est, utrum potius Chaereae iniurato, an Manilio et Luscio iuratis credas.*

286. Vulg. et vett. et Pall. et Both. *nolim esse.* Recentiores *iam* intrusere ante *nolim.*

287. Vulg. et vett. *ignobilis*, quod eodem fere sensu occurrit Pseud. IV, 2, 9. *Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis.* Sic et *nobilis* alibi i. e. q. notus. Bothius de suo: *ignominis.*

289. Sic Vulg. ut et Both. et Lind., et sane *sum* in pluribus legitur libris, ut V. C. et Pall. Deest tamen illud in vett. Ceterum ad rem cf. Men. 5, 9, 5.

291. *tonsus* pro tonsura dictum testatur Nonius. Int. autem de crinium erasu, non de barba. — Vulg. et Bothius: *nasum, vel labra.* Sed *dens* iam in Dessica editione: *nasum, dens, labra.* Lamb. *nasum et labra*, probat tamen *dens* ex litura cedicis, et sic iudicat legendum. Langg. *nasa, labra*, uti et 2 Pall. — V. C. *nasum, labra.* — Memorandum, v. *labrum, labra*, ubique priore correpta pronunciari. Pro *dens* Lind. infert: *aures.*

294. *certo.* Sic vulg. et vett. et Pall. — Both. *certe.* — *idem sum* vulg. Pall. et vett. — B. *sum idem.*

ego illi obtémpero, quod lóquitur: pultabó foris.
Quó agis te? *So.* Domúm. *Me.* Quadrigas sí nunc inscendás Iovis,
e hinc fugias, íta vix poteris éffugere infortúnium.
lónne herae meae núntiare, quód herus meus íussít, licet?
Túae si quid vis núntiare; hanc nóstram adire nón sinam. 300
si me irritássis, hodie lúmbifragium hinc aúferes.
Íbeo potius. Di ímmortales, óbsecro vostrám fidem,
ego perii? ubi ímmutatus sum? úbi ego formam pérdidi?
gomet me illíc reliqui, sí forte oblitús fui?
híc quidem omnem imáginem meam, quae ántehac fuerat, pössidet. 305
fit, quod núnquam quisquam mórtuo faciét mihi.
d portum, atque, haéc uti sunt fácta, hero dicám meo;
et is quoque me ígnorabit; quód ille faciat Iúpiter,
go hodie ráso capite calvus capiam píleum.

---

## ACTUS I. SCENA II.

*MERCURIUS.*

prósp'reque hoc hodie óperis processít mihi:
i a foribus máxumam moléstiam,
út liceret túto illam amplexárier.
ille illuc ad herum quom Ámphitruonem advénerit,
ibit, servom hinc sése a foribus Sósiam 5
isse; ille adeo íllum mentirí sibi
st, neque credet húc profectum, ut iússerat:
is ambo ego íllos et deméntiae
lébo, atque omnem Ámphitruonis fámiliam,
úsque satietátem dum copiét pater 10
, quam amat; ígitur demum omnés scient,
fácta. Denique Álcumenam Iúpiter
get antiquam ín concordiam cóniugis.
Amphítruo actutum uxóri turbas cónciet,
ínsimulabit éam probri; tum méus pater 15
seditionem ín tranquillum cónferet.

*Quadrigas Iovis*, ut celerrimas, omnino quadrigae ad celeritatem eadem adhibentur. Cf. As. II, 2, 4. IV, 1, 14.

*vivo fit*, etc., sc. ut ludi mihi quod solebat in funere. Sic Mostell. 30. *Ludos ego hodie vivo praebo seni Faciam, quod credo mor-mquam fore.* Cf. et Suet. Vespas. 19: *Favor archimimus personam senis imitansque, ut est mos*, etc. V. ut V. C. et Pall.

Sic vett. — Vulg. B. et Lamb. tiam, ut et Lind. et Pall.

Servi cum manumittebantur, raso capite pileum accipiebant, idque in templo Feroniae, quae libertorum erat dea. Sic Servius. Cf. et Nonius p. 528.

*Act. I. Sc. II.* 1. Sic Vulg. — Vett. *hoc die operis.* Both. *hoc hodie proc. mihi*, omisso v. *operis.* At *prospere* quasi duabus syllabis legendum: *prosp're.* Cf. Pers. 2, 3, 14. Pseud. 2, 1, 1.

4. Pro *Iam ille*, quod vulg., vett. *Nam ille*, ut et Veneta. V. vs. 10.

11. *igitur demum* l. e. q. tum demum. Cf. Most. II, 1, 33.

13. Sic Vulg. et Pall. ut *concordiam* tribus syllabis sit pronunciandum.

16. Vett., uti et Lamb. et Both. et Lindem. cum Guelf. *Eam seditionem*

Nunc, de Álcumena dúdum quod dixí minus,
Hodie ílla pariet fílios geminós duos;
Altér decumo post ménse nascetúr puer,
Quam séminatus; álter mense séptumo. 20
Eorum Ámphitruonis álter est, altér Iovis;
Verúm minori púero maior ést pater,
Minór maiori. Iámne hoc scitis quíd siet?
Sed Álcumenae húius honoris grátia
Patér curavit, úno ut foetu fieret, 25
Uno út labore exsólveret aerumnás duas,
[Et ne ín suspicióne ponatúr stupri,]
Et clándestina ut céletur suscéptio.
Quamquam, út iamdudum díxi, resciscét tamen
Amphítruo rem omnem. Quíd igitur? nemo íd probro 30
Profécto ducet Álcumenae. Nám deum
Non pár videtur fácere, delictúm suum
Suámque culpam expétere in mortalem út sinat.
Orátionem cómprimam: crepuít foris.
Amphítruo subditívus, eccum, exít foras 35
Cum Álcumena, úxore usurària.

---

## ACTUS I. SCENA III.

*IUPITER. ALCUMENA. MERCURIUS.*

*Iu.* Béne vale, Alcuména: cura rém communem quód facis;
Átque imperce, quaéso: menses iám tibi esse actós vides.
Míhi necesse est íre hinc: verum quód erit natum, tóllito.
*Al.* Quíd istuc est, mi vír, negoti, quód tu tam subitó domo
Ábeas? *Iu.* Edepol haúd, quod tui me, néque domi, distaédeat; 5

*illi in tr. c.* Vulg. om. *illi.* Non liquescit v. *seditionem.*

17. *quod dixi minus*, i. e. quod omisi paullo ante dicere. Cf. Merc. prol. 24. Nam *dudum* i. e. q. brevi ante, modo.

19. Both. *alter post mense decumo*, ut et Lind.

26. Both. *absolveret;* vett. cum Nonio p. 57. *exsolveret* quod ego praetuli. Vid. not. seq. — Vulg. et Pall. *absolvat.*

27. 28. Vulg. Pall. et vett. etiam in fine versus 28 habent *suspicio.* Argent. et Lamb. *susceptio.* Susceptionem autem pro conceptione posuit Plautus. Cf. V, 2, 9. *Eorum alter, nostro qui est susceptus semine.* Nostrum tamen locum Donatus ad Ter. Adelph. IV, 5, 32. sic citat: *Et clandestina ut celetur consuetudo.* Unde Bothius, Scioppium secutus, extruso versu 26, tamquam glossemate, fecit: *Clandestina ut celetur consuětio.* Ego tamen extrudendum censeo vs. *Et ne in susp.* etc. illatum ab aliquo, qui *aerumnas duas* non de pueris, sed de curis, acciperet. Uno foetu vult Iupiter fieri, idque duplicem ob causam: ut uno labore utrumque puerum enitatur Alcmena, et ut clandestina celetur susceptio. Lind. *absolvat*, et *consuetio*, neutro horum versuum proscripto. — Ceterum *suspicio* more solemni in Plauto producitur.

31. *Nam deum* etc. Nam non par est, ut deus faciat, h. e. ita rem instituat, ut suum delictum suamque culpam in mortalem, h. e. Alcumenam, expetere, i. e. malo ei evenire, sinat. De v. *expetere* cf. I, 1, 20. II, 2, 15.

*Act. I. Sc. III.* 2. Sic Vulg. et V. C. et Ven. et Lind. — Vett. et Both. *iam tibi exactos vides.* — Pro *Atque imperce* vett. *Atquin perge*, ut et Ven. et Pall. Cf. Cas. IV, 4, 12.

3. *quod erit natum.* Both. ex Guelf. *natum quod erit*, ut et Lind.

5. Vett. *Abeas?* Iu. *Pol h.*, ut tui duabus sit legendum syllabis.

éd ubi summus ímperator nón adest ad exércitum,
ítius, quod non fácto est usus, fít, quam quod facto ést opus.
*Mr.* Nímis hic scitust sýcophanta, quí quidem meus sít pater.
bservatoté, qüam blande múlieri palpábitur.
*Al.* Écastor te expérior, quanti fácias uxorém tuam. 10
*v.* Sátin' habes, si foéminarum núlla est, quam aeque díligam?
*Mr.* Édepol nae, illa si ístis rebus té sciat operám dare,
go faxim te Amphítruonem ésse malis, quám Iovem.
*Al.* Éxperiri istúc mavellem mé, quam mihi memorárier.
ríus abis, quam léctus, ubi cubuísti, concaluít locus. 15
lére venisti média nocte; núnc abis: hoccíne placet?
*Mr.* Áccedam atque hanc ádpellabo et súpparasitabór patri.
únquam edepol quemquám mortalem crédo ego uxorém suam
ic efflictim amáre, proinde ut híc te efflictim déperit.
*v.* Cárnufex, non égo te novi? ábin' e conspectú meo? 20
uíd tibi hanc curátio est rem, vérbero, aut muttítio?
uói pol ego iam hoc scípione... *Al.* Ah nóli ... *Iu.* Muttitó modo!
*Mr.* Néquiter paene éxpetivit príma parasitátio.
*v.* Vérum quod tu dícis, mea uxor, nón te mi irascí decet:
lánculum abii á legione; óperam hanc subripuí tibi, 25
x me primo príma scires, rem út gessissem públicam;
a tibi omnia énarravi. Nísi te amarem plúrimum,
lón facerem. *Mr.* Facítne, ut dixi? tímidam palpo pércutit.
*v.* Núnc, ne legio pérsentiscat, clam íllue redeundúm est mihi,
lé me uxorem praévortisse dícant prae re pública. 30
*Al.* Lácrumantem ex abitú concinnas tú tuam uxorém. *Iu.* Tace.
ié corrumpe oculós: redibo actútum. *Al.* Id actutúm diu est.

6. Lege: *nón adést ad esércitum.*

8. *qui quidem meus sit pater*, h. e. ipote qui Mercurii sit pater.

9. *quam* duabus legendum syllabis, uti m censuit Camerarius. Bothius nulla notoritate eum inserui post *Observatote.* Antiquitus ei est Lind., qui et vs. praec. m eodem dedit: *sit meus pater.*

10. *te experior.* Sic Ven. et vett. et all. et Lamb. et Both. — Vulg. *re exp.* x Dousa.

12. *illa* ad Iunonem referendum. Errat nim Achéalius. Vett. *Edepol ni illa artiuis rebus* etc. Nostram Vulg. et V. . et B. Sensus: Edepol, si vellem pro ro Iuneni, te etc., faxim te ut Amph. sse malis, q. I. — Ceterum sensus vi tur postulare, ut hi duo versus ante rsecedentem collocentur.

15. *lectus* genitivo casu pro *lecti.* V. rise. VI. V. *ubi* una syllaba pronuntiandum, ut nihil opus sit vocem ante *concaluit* collocari, quod fecit Bothius Lind. ne.

21. Pro *aut muttitio* vett. *haud hic muttito modo.* Ven. *aut mutito.* At V. . *muttitio.* Accus. *hanc rem* regitur a v. *curatio.* Sic Aulul. III, 2, 9. *Sed quid tibi, mendice homo, nos tactio est?* Cf. As. V, 2, 70. Cas. II, 6, 54. Curc. V, 2, 27. Poen. V. 5, 29.

22. Addidi *pol* ex vett., servato ordine vulgato. V. C. habet: *Quo lego,* ut illud *l* fortasse ex *pol* sit relictum.

23. *expetivit*, i. e. processit, evenit mihi. Sic autem scribendum cum Lambino, non *expedivit*, ut habet Lind. quod nullum fundit sensum. Cf. I, 2, 32. III, 1, 12.

25. Sic vulg. et vett. et Pall., uti et Bothius. Habet *huc* ante *abii* Lind.

28. *palpo percutit*, i. e. blando quasi et leni manus plausu demulcet. Tractum ab equis, qui hoc modo demulcentur.

30. *re publica.* Sic divisim scribendum, non *republica.* Int. enim publica negotia, ut I, 1, 42.

31. *concinnas*, i. e. *facis*, reddis. Cf. Capt. III, 4, 69. IV, 2, 38. Amph. II, 2, 105. De scansione huius versus animadvertam, posse et sic legi: *Lácrumantem ex abítu*, producta media in v. *abitu*, quemadmodum II, 2. et alibi pas-

*Iu.* Nón ego te hic lubéns relinquo néque abeo abs te. *Al.* Séntio:
Nám qua nocte ad mé venisti, eádem abis. *Iu.* Cur mé tenes?
Témpus est; exíre ex urbe, priúsquam luciscát, voló. 35
Núnc tibi hanc paterám, quae dono mi íllic ob virtutém data est,
Ptérela rex qui pótitavit, quem égo mea occidí manu,
Álcumena, tíbi condono. *Al.* Fácis, ut alias rés soles.
Écastor condígnum donum, quálist, qui donúm dedit!
*Me.* Ímo sic condígnum donum, quálist, quoi donó datum est! 40
*Iu.* Pérgin' autem? nónne ego possum, fúrcifer, te pérdere?
*Al.* Nóli amabo, Amphítruo, irasci Sósiae causá mea.
*Iu.* Fáciam ita, ut vis. *Me.* Éx amore hic ádmodum quam saévos est.
*Iu.* Númquid vis? *Al.* Ut, quom ábsim, me ames, mé, tuam, absentém tamen.
*Me.* Eámus, Amphitruó: luciscit hóc iam. *Iu.* Abi prae, Sósia: 45
Iam égo sequar. Numquíd vis? *Al.* Etiam, ut áctutum adveniás.
*Iu.* Licet.
Príus tua opínione hic ádero: bonum animum hábe modo.
Núnc te, nox, quae mé mansisti, mítto, ut cedás die,
Út mortalibus ínluciscat lúce clara et cándida;
Átque quanto, nox, fuisti lóngior hac próxuma 50
Tánto brevior díes ut fiat, fáciam; ut aeque dísparet,
Ét dies ut nócti accedat. — Íbo, et Mercuriúm sequar.

---

sim faciendum credas. Tum autem *tuam* foret totum elidendum.

36. *illic.* Sic omnes edd., nec necesse est cum Bothio legi *illi*, quoniam *illic* una syllaba pronunciandum.

39. *condignus* semper inservit comparationi, ut sit i. q. congruus. Cf. Aul. III, 4, 6.

44. *me tuam, absentem tamen.* Sensus: me, quae tua sum, ames, licet sim absens. Nam *tamen* hac locutione i. e. q. tametsi. Cf. Cas. prol. 20. Mil. III, 2, 52. IV, 8, 31.

45. *Luciscit hoc iam.* Cf. Ter. Heaut. III, 1, 1. *Hoc*, int. coelum, ut in Cicerone illud Ennii: *Adspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Iovem.* Sic Curc. I, 3, 26. *hoc luce lucebit.* Potest tamen et in universum et nulla certa sub persona aut re supponi, ut sit: *Es wird schon helle.* In vett. omittitur *hoc.*

46. *etiam*, noch einmal, dafs du bald zurückkommst. Cf. v. 32.

47. *modo* deest in vulg. et Bothio et Pall., legitur in vett. et Lamb. nec omitti debet, propter versum. Nisi malis: *Habe animum bonum.* — Lind. *Prius ego t. o. hic a.; eo bonum a. habe.*

49. Vulg. et Pall. *Ut mortalis inluciscas.* Vett. et Ven. *Ut mortalibus inluciscas.* Acidal. maluit *inluciscat*, quod legi ait Both. in Helmstadiensi. Itaque hunc secutus sum. Possit tamen aeque bene: *ut mortales inluciscat*, h. e. luciscat dies, aut *hoc*, in mortales. Lind. *Ut mortalibus inluciscas.*

51. *disparet* neutraliter vel passive accipiendum, ut sensus sit: ut aeque dividatur diei spatium, et, quoniam longior fuit nox, dies fiat brevior. Cf. Capt. II, 3, 57. Veneta: *ut aeque dispar Et dies et nox accedat.* V. C. et 3. Pall.: *ut aeque disparet, Et dies e nocte accedat.* Bothius: *Tanto dies ut brevior fiat, faciam, ut aeque dispar et Dies nocte accedat.* Vulgata et Vett.: *Et dies e nocte accedat*, quod ad solum adventum diei pertineret; de quo tamen non sermo est. Rostius: *dafs es abnicht eben so*, quod quomodo acceperit, nescio. Lindemannus: *haec proxima Tanto brevior fiat faciam, ut aeque disparet dies, Et nox noctem accidat.* Adiecimus *ut* post *dies*, siquidem Veneta illi et habet. Denique dedimus *sequar* pro vulg. *subsequar.*

# ACTUS II. SCENA I.

*AMPHITRUO. SOSIA.*

*M*. Age, í tu secúndum! *So*. Sequór, subsequór te.
*M*. Sceléstissimúm te arbitrór. *So*. Nam quamóbrem?
*M*. Quia íd, quod neque ést neque fuít neque futúrum est,
ihí praedicás. *So*. Ecceré, iam tuátim
scís, ut tuís nulla apúd te fidés sit. 5
*M*. Quid ést? quo modó? Iam quidem hércle ego tibi ístanc
celéstam, scelús, linguam abscíndam! *So*. Tuús sum:
reinde, út commodum ést et lubét, quidque fácias:
amén, quin loquár haec, utí facta súnt hic,
unquam úllo modó me potés deterrére. 10
*M*. Sceléstissume, aúdes mihí praedicáre id,
omí te esse núnc, qui hic adés? *So*. Vera díco.
*M*. Malúm quod tibí di dabúnt, atque ego hódie
abo! *So*. Ístuc tibi ést in manú: nam tuús sum.
*M*. Tun' mé, verbero, aúdes, herúm, ludificári? 15
'un' íd dicere aúdes, quod némo unquam homo ántehac
idít, nec potést fierí, tempore úno
lomo ídem duóbus locís ut simúl sit?
'o. Profécto, ut loquór, res ita ést. *Am*. Iupitér te
'erdát! *So*. Quid malí sum, here, tua éx re proméritus? 20

*Act. II. Sc. I.* Postquam abierunt iposititi Amphitruo et Sosia, veri adsiliunt, et ita quidem, ut praecedat Amhitruo, sequatur Sosia, contra atque olebat fieri apud veteres. Nam plerumse servus praecedebat. Et in quibusum libris legitur: *i tu, secundus sequor.* ett. hunc versum habent imperfectum, e: *Am. Age tu. So. Subsequor te.* t sane *sequor* et *subsequor* duplex posum, vix ferendus est pleonasmus. erumtamen sic Camerarius invenit scritum in suo codice, et vs. 36. A. hortur Sosiam ad sequendum, uti et vs. 79. emo tamen facile negaverit, principium ius scenae etiam omisso hoc omni versu sse constare posse. Atque sic saepius principiis quaedam addita videntur, ut sin. IV, 2. duo integri versus, et item lis multis in scenis. — V. *subsequor te* L. Most. 3, 2, 107.

2. *Scelestissimum.* Peculiaris huius ocis in Plauto usus est, pro: infortunatus, miser, δαιμόνιος, quemadmodum *scelus* passim pro *infortunio* ponitur. apt. IV, 1, 104. Cf. Bentl. ad Ter. Eun. , 3, 35. Eodem sensu *scelestissimum* e credit Stallno Casin. III, 5, 34., ut nullo post *occisissumum.* Cf. et ib. II, 4, 8. Alio tamen sensu infra occurrit v. . et 11. — *Nam quamobrem* i. e. q. nam ob rem? ut v. 31. et saepius. l. Aul. I, 1, 3. Vett. tamen: *Ah quamobrem.* Nostram vulg. et omnes Pall. cum V. C.

4. *Eccere*, producta ultima, idem est quod: per Cererem, ut ait Festus in v. *Equirine*, velut Edepol, Ecastor, Eluno. In Plauto tamen ubicunque occurrit, non obtestatio videtur esse, sed i. q. Ecce. Ultima producta non nisi nostro loco legitur. Veneta: *ecce rem*, ut 5. Pall. — *Tuatim* est: tuo more, ut facere consuesti. Vett. et Pall. *tu autem.* Nostram Guilielmus ex Nonio dedit, qui hunc locum ita adducit; cui et quidam codd. adstipulantur, ut Langg.

5. Nulla causa iusta Bothius transposuit: *Facis, nulla apud te tuis ut fides sit.*

7. *tuus sum.* Sic Soph. Ant. 635. πάτερ, σός εἰμι. Cf. et vs. 14. Bacch. 1, 1, 60. Capt. 3. 5, 10. Cas. 3, 6, 25.

11. V. *id* omittit Bothius.

13. *Malum quod* etc. Pendere haec putat Lamb. a praecedentibus, ut suppleatur: Vera dicis, si dicis, quod tibi hodie dii malum dabunt. Verum mera est imprecationis formula, quae recurrit Most. 3, 2, 122. *Malum quod isti dii deaeque omnes duint.* Nimirum abundat *quod.* Similis locutio: *qui istum di deaeque perduint*, ut Cas. 2, 4, 1. Men. 3, 1, 6. Pers. 5, 2, 6.

19. *loquor — res ita est.* Sic Vett. et Pall. quum vulg. *loquor — ita res est.*

20. *tua ex re*, quum non nisi ex tua

*Am.* Rogásne, improbe, étiam qui lúdos facís me?
*So.* Meritó mihi maledícas, si nón id ita fáctum est;
Verum haúd mentiór, resque utí facta díco.
*Am.* Hómo hic ebrius ést, ut opinor.
*So.* Útinam ita essem! *Am.* Optás, quae facta. 25
*So.* Égone? *Am.* Tu istic. Úbi bibisti?
*So.* Núsquam equidém bibí.
*Am.* Quíd hoc sit hominis? *So.* Équidem decies
Díxi: domi sum, inquam, — écquid audis? —
Ét apud te adsum Sósia idem. 30
Sátin' hoc plane, sátin' diserte,
Hére, nunc videor tíbi locutus?
*Am.* Vah, ápage téd a mé!
*So.* Quid ést negótii?
*Am.* Pestís tenet te. *So.* Nam cúr istuc 35
Dicís? Equidem valeo ét salvos
Sum récte, Ámphitruó. *Am.* At té
Ego fáciam hodié, proinde ác meritús's,
Minus út valeas et míser ut sis,
Salvós domum si redíero. Iam 40
Séquere, sis, herum quí ludificas díctis delirántibus;
Quí, quoniam herus quod ímperavit, néglexisti pérsequi,
Núnc venis etiam últro irrisum dóminum; quae neque fieri
Póssunt neque fando únquam accepit quísquam, profers, cárnufex;
Quóius ego hodie in térgum faxo ista éxpetant mendácia. 45
*So.* Ámphitruo, misérruma istaec míseria est servó bono,
Ápud herum qui véra loquitur, si íd vi verum víncitur.
*Am.* Quo íd, malum, pactó potest nam (mécum argumentís puta)
Fieri, nunc utí tu hic sis ét domi? id dicí volo.
*So.* Súm profecto et híc et illi. Hoc cuívis mirarí licet, 50

re faciam, nimirum vera dicens; quod utile heris, quum plerumque servi soleant mendaces esse.

21. Non interpungendum post *etiam*, quod est i. q. porro; ut sensus sit: qui etiamnum pergis me ludificari. Cf. Aul. I, 1, 16. Asin. I, 1, 28 et 29.

22. Vett. *Merito maledicas mihi, si non ita id factum est.* Vulg. *M. m. mihi, si id ita factum est.* Nostr. Both. e codd. Langg.

24. Metrum, quod hucusque fuit Bacchicum, ab hoc versu constat trochaicis Archilochicis dimetris, intermistis brevioribus. Deinde a v. 31. sequuntur anapaestici. Lindemannus et in his habet Bacchiacos, ab Ill. Hermanno suppeditatos, vulgata in paucis mutata. A verbis *At te* etc. trochaicos tetrametros.

28. *Quid hoc sit hominis?* eodem rhythmo occurrunt infra II, vs. 146. Sensus: an hic homo sana mente est? Cf. Ter. Eun. III, 4, 8. V, 1, 17. Heaut. IV, 8, 7.

29. Vulg. *domi ego sum.* Verum aut *ego*, aut *inquam* redundat.

35. *Nam cur istuc d.* Iterum praepositum *nam*, ut v. 2. pro: *Cur nam istuc d.*

39. B. et V. *et miser sis.* Addidi ut, metri causa.

45. Vulg. et Lind. *in tergo*, ut et Vett. et Pall.; *in tergum* Both. ex Lamb. et Acidal.

47. *si id vi verum vincitur*, h. e. si verum illud, quod dicit servus, ab hero vi vincitur.

48. Constr. *Quonam pacto id potest fieri, o malum*, i. e. o scelesto, o infelix. Lind. et τὸ *nam* in parenthesis confert.

49. Sic vulg. et Vett.; Both. *hic ut tu sis.* Lind. *nunc ut tu h. s.*

50. *et illi.* Vulg. et Vett. *et illic*, ut et Pall. Nostrum B.

léque tibi pol ístuc mirum mágis videtur, quám mihi.
*fm.* Quómodo? *So.* Nihilo, ínquam, mirum mágis tibi istuc quám mihi;
léque, ita me di amént, credebam prímo mihimet Sósiae,
ónec Sosia, ílle egomet, fécit, sibi uti créderem.
rdine omne, utí quidque actum est, dúm apud hostes sédimus, 55
dissertavít; tum formam una ábstulit cum nómine;
léque lac lacti mágis est simile, quam ílle ego similí'st mei.
am út dudum ante lúcem a portu mé praemisistí domum ...
*fm.* Quíd igitur? *So.* prius múlto ante aedis stábam, quam illo advéneram.
*fm.* Quás, malum, nugás? satin' tu sánus es? *So.* Sic sum, út vides. 60
*fm.* Huíc homini nescío quid est malí mala obiectúm manu,
óstquam a me abiit. *So.* Fáteor: nam sum obtúsus pugnis péssume.
*fm.* Quís te verberávit? *So.* Egomet mémet, qui nunc súm domi.
*fm.* Cáve quidquam, nisi quód rogabo té, mihi respónderis.
mnium primum, íste qui sit Sósia, hoc dicí volo. 65
*o.* Túus es servus. *Am.* Míhi quidem uno té plus etiam est quám volo;
éque, postquam sum nátus; habui nísi te servom Sósiam.
*o.* Át ego nunc, Amphítruo, dico: Sósiam servóm tuom
raéter me alterum, ínquam, adveniens fáciam ut obfendás domi,
ávo prognatúm patre eodem, quo égo sum; forma, aetáte item, 70
ua égo sum. Quid opus vérbis? geminus Sósia hic factúst tibi.
*fm.* Nímia memoras míra. Sed vidístin' uxorém meam?
*o.* Quín introire in aédis nunquam lícitum est. *Am.* Quis te próhibuit?
*o.* Sósia ille, quém iamdudum díco, is, qui me cóntudit.
*fm.* Quís istic Sosia ést? *So.* Ego, inquam. Quótiens dicundum ést tibi? 75
*fm.* Séd quid ais? num obdórmivisti dúdum? *So.* Nusquam géntium.
*fm.* Íbi forte istum sí vidisses quéndam in somnis Sósiam.
*o.* Nón soleo ego somnículose héri imperia pérsequi:
vígilans vidi, vígilans nunc te vídeo, vigilans fábulor:
vígilantem ílle mé iamdudum vígilans pugnis cóntudit. 80
*fm.* Quís homo? *So.* Sosia, ínquam, ego ille: quaéso, non me intéllegis?
*fm.* Quí, malum, intellégere quisquam pótis est? ita nugás blatis.
*o.* Vérum actutum nósces. *Am.* Quem? *So.* Illum nósces, servom Sósiam.
*fm.* Séquere hac igitur mé: nam mi istuc prímum exquisíto ést opus.
éd vide ex navi éfferantur, quae ímperavi, iam ómnia. 85
*o.* Ét memor sum et díligens, ut, quae ímperes, compáreant.

51. Addidi *pol*, quod deest in libris, saepe a librariis vel omissum vel iectum. Pareus in fine addidit *Amphi-*, quod Bothius et Lind. recepere. riter sine auctoritate.

55. Both. *uti quidquid a. e.* Lind. *quidquid.*

57. *Neque lac lacti.* Similiter Men. , 9, 30. *Neque aqua aquae*, *neque lacte est lacti*, *crede mihi*, *usquam similius.* — Lind. *lac lactis*, e quibusd. ll.

77. *dudum*, i. e. brevi ante, modo. Num tu fortasse brevi ante paululum dormisti?

78. Versum sic scandit Lind. *Nón soleo ego somnículose heri mei ímp. e.* addito *mei* ex coni.

81. Vett. et Both. *non me.* Vulg. *nonne.*

Nón ego cum víno simitu ébibi imperiúm tuom.
*Am.* Útinam di faxint, infecta dícta re eveniánt tua!

---

## ACTUS II. SCENA II.

*ALCUMENA. AMPHITRUO. SOSIA.*

*Al.* Satín' parva rés est volúptatum in víta atque
In aétate agúnda, [prae quám quod moléstum est?
Ita quoíque comparátum est in aétate hóminum,
Ita dis est complácitum,
Volúptatem ut moéror comés consequátur,] 5
Quin íncommodí plus malíque illico ádsit,
Boní si obtigít quid?
Nam ego íd nunc expérior domo átque ipsa dé me
Sció, quoi volúptas
Parúmper data ést, dum virí mihi potéstas 10
Vidéndi fuít noctem únam modo, átque is
Repénte hinc abívit a méd ante lúcem.
Sola híc mihi nunc vídeor,
Quia íile hinc abést, quem ego amó praeter ómnes.
Plus aégri ex abítu virí, quam ex advéntu 15
Volúptatis, cépi.
Sed hóc me beát saltem, quód perduélles
Vicít, et domúm laudis cómpos revénit.
Id sólatio ést: dummodó laude párta
Domúm recipiát se, 20
Feram ét perferam úsque abítum eius ánimo

87. *simitu*, i. e. simul. Merc. I, 2, 8. Lind. *Non enim ego.* In libris abest *enim*. Atque quaeritur adhuc, an non possit *ego* in fine produci.

88. Both. *re dicta.* Vett. *dicta recte*, ut fere Pall. Nostr. vulg. — *infecta* v. III, 2, 3.

*Act. II. Sc. II.* Queritur Alcmena de abitu viri. Adit eam verus Amphitruo. Illa stupet, nec eum salutat. Amphitruo negat se adfuisse iam, illa affirmat, et pateram sibi datam proferri iubet. Ergo Amphitruo hanc rem inquirere instituit, Naucratemque ex navi arcessitum abit. Scena constat, uti Hermannus disposuit (De metr. p. 297.) versibus bacchicis, ita ut breviores intercedant longioribus, qui vario modo possint dividi. Lindem. senarios dedit bacchicos usque ad vs. 15. Cuius lectiones usque ad vs. 30. omnes enotare hic noluimus. Nos, ubi fieri potuit, vulgatam dedimus.

1. Bene se, credo, haberet principium scenae, si sic legeretur:
*Satin' parva res est voluptatum in vita atque*
*In aetate agunda,*
*Quin incommodi plus malique illico adsit,*
*Boni si obtigit quid?*
ut sensus sit: nonne per se iam parum est voluptatis in vita, ut non opus sit sequi plus mali, si quid obtigit boni? Quae inserta sunt, spuria equidem iudico, uti plerumque in canticis multa series addita. Praeterea rhythmus non videtur optimus in his: *Prae quam — Ita quique comp. — aetate hom. — Ita diis.* Ut taceam de tautologia: *Ita qu.* et *Ita dis* etc. *Complacitum* est ab Reizio. Vulg. *placitum.*

5. Vett. *voluptati*, ut sit Graecismus. Accusativum habet vulg. et B.

10. Vulg. et codd. et Vett. *dum viri mei mihi potestas* etc.

12. Vulg. et Vett. et codd. *repente abiit a me hinc ante l.* Bothe: *Repente abiit a med hinc ante l.* Ego transposui v. *hinc.*

15. Quaeritur nimirum, an non producenda sit media in v. *abitu.* Cf. v. 38.

19. Vocem *absit*, quae ante *dummodo* in vulg. legitur, spuriam iudico.

átque obfirmáto: id modó si mercédis
mi, ut meús victor vír belli clúeat,
mi esse dúcam.
ı praemium ést optimúm; 25
ı omnibús rebus ánteit profécto;
as, salús, vita, rés et paréntes
tria et prognáti tutántur, servántur;
ı omnia ín se habét; omnia ádsunt
quem penés'st virtús. 30
Edepol me uxori éxoptatum crédo adventurúm domum,
me amat, quam cóntra amo; praesértim re gestá bene,
hostibús, quos nemo pósse superarí ratust:
uspicio meo átque ductu prímo coetu vícimus.
enim me illi éxpectatum optáto venturúm scio. 35
uid? me expectatúm non rere amícae venturúm meae?
léus vir hic quidem est. *Am.* Séquere hac tu me. *Al.* Nám quid ille revórtitur,
ı qui properáre se aibat? án ille me tentát sciens?
id si volt éxperiri, súum abitum ut desíderem,
r med haúd invita sé domum recipít suam. 40
nphitruo, redíre ad navim méliust nos. *Am.* Qua grátia?
ía domi datúrus nemo est prándium adveniéntibus.
uí tibi istuc in méntem venit? *So.* Quía enim sero advénimus.
uí? *So.* Quia Alcuménam ante aedis stáre saturam intéllego.
rávidam ego illanc híc reliqui, quom ábeo. *So.* Hei, perií miser! 45
uíd tibi est? *So.* Ad aquám praebendam cómmodum advení domum
o post mense, út rationem té ductare intéllego.
ono animo es! *So.* Scin', quám bono animo sím? Si situlam cépero,
am mihi divíni quidquam créduis post húnc diem,

atur. Both. *detur* ex Monac. cod. Vulg. et vett. et B. omittunt *et rentes*. Posuit Hermannus et hic itio versus sequentis.

re *optato*, quod habet vulg., vett. , ut et Ven. Pareus *optato*, ta adlecta.

le vett. — Vulg. et Lind. *Quid? rere exsp.* Nostr. et Both.

Vam *quid*, i. e. q. *Quidnam*, tiva *nam* seiuncta atque prae- *ille* monosyllabum.

ıdum, h. e. paullo ante, modo, , II, 1, 71.

Vulg. et vett. *Atque si id v.* areus ex Pall., et Both. — V. st hic media producta legi potest. *Castor.* Nam feminae per Ca- mrabant, ut viri per Herculem bem.

ethius addit *nunc* post *istuc*, esse ratus. Item Lind., qui in seqq. *in mentem est* e coni. *Venit* sine dubio perfectum; nec quidquam potest esse magis superfluum h. l. quam part. *nunc*, quam sane habent codices.

46. *ad aquam praebendam*, sc. puerperae, ad lavandum, et sacrificandum. Cf. vs. 49.

47. Pro *ductare* vett. et omnes Pall. cum V. C. *dictare*. Lind. *delicare!*

48. Sic vulg. et Pall. nisi quod illi: *si situlam iam cepero.* — Vett. *scin quam bono animo? si situlam iam cepero*, etc. Both. ex coni. *Scin, quam bono? Si situlam iam cepero*, fortasse ratus, *situlam* produci. L. *sitellam.*

49. Vulg. et Pall. *Nunquam edepol tu mihi divini quidquam creduis post hunc diem.* Vett. *divino.* Bothius *quidquam* elicit, ut *credere* construatur cum genitivo, ut Bacch. II, 2, 5. Asin. II, 4, 53. Truc. II, 3, 52. Sed additum potius videtur *edepol tu*, ut saepe fa-

Ní ego illi puteó, si occepso, ánimam omnem intertráxero. 50
*Am.* Séquere hac me modo: álium ego isti rei ádlegabo; né time.
*Al.* Mágis nunc meum officium facere, si húic eam advorsum, árbitror.
*Am.* Ámphitruo uxorém salutat laétus speratám suam,
Quam ómnium Thebís vir unam esse óptumam diiúdicat,
Quámque adeo civés Thebani véro rumificánt probam. 55
Váluistin' usque? éxspectatusne ádvenio? *So.* Haud vidí magis
Éxspectatum: eúm salutat mágis haud quidquam, quám canem.
*Am.* Ét quum gravidam et quúm te pulcre plénam adspicio, gaúdeo.
*Al.* Óbsecro ecastór, quid tu me déridiculi grátia
Síc salutas átque adpellas. quási dudum non víderis, 60
Quásique nunc primúm recipias té domum huc ex hóstibus,
Átque me nunc proínde adpellas, quási multo post víderis?
*Am.* Ímo equidem te, nísi nunc, hodie núsquam vidi géntium.
*Al.* Cúr negas? *Am.* Quia véra didici dícere. *Al.* Haud aequóm facit,
Quí, quod didicit, íd dediscit. Án periclitámini, 65
Quíd animi habeam? Séd quid huc vos révortimini tám cito?
Án te auspicium cómmoratum est, án tempestas cóntinet,
Quí non abiisti ád legiones, íta uti dudum díxeras?
*Am.* Dúdum? quam dudum ístuc factum est? *Al.* Téntas? iamdudúm modo.
*Am.* Quí istuc potis est fíeri, quaeso, ut dícis, iamdudúm modo? 70
*Al.* Quíd enim censes? te út deludam cóntra, lusorém meum,
Quí nunc primum te ádvenisse dícas, modo qui hinc ábieris.
*Am.* Haéc quidem delíramenta lóquitur. *So.* Paulispér mane,
Dum édormiscat únum somnum. *Am.* Quaéne vigilans sómniat?
*Al.* Équidem ecastor vígilo et vigilans íd, quod factum est, fábulor: 75
Nám dudum ante lúcem et istunc ét te vidi. *Am.* Quo ín loco?

ctum. Nisi malis: *Nunquam edepol tu mihi divini quidquam posthac creduis.* Versus sequentis sensus: *nisi omnem aquam de puteo extraxero, et illum exsiccavero*, iudice Camerario. Cf. Bacch. IV, 7, 28. ubi est: *Iam illorum ego animam amborum exsorbebo oppido*, de puella et Pistoclero rivali. — De formula iurandi cf. Bacch. III, 4, 5, et Asin. V, 4. quibus ex locis apparet, plene ita habere: *Numquam tu mihi quidquam vel divini vel humani credas, nisi* etc. Divina autem et humana idem significant quod: *omnia*. Cf. I, 1, 105. *Deduntque se, divina humanaque omnia, urbem et liberos.* Sic apud Ictos *iura divina et humana*. Hic autem divina solum commemorantur, ideo quia de re divina, videlicet lavatione et sacrificio circa puerperium sermo. Cf. Truc. II, 5, 23—28.

52. Vett. *facerem*.

55. Vett. *rumiferant*.

56. Vett. *exspectatus*.

58. Sic Vett. et Both. — Vulg. *Et quum te gr.* Notanda autem solennis gratulandi formula: *gaudeo, quum* etc. Cf. Truc. 2, 4, 33. 34. et ib. 2, 6, 35. V. indic. *gratulationis formula*, et sub v. *quum* pro *quod*.

60. *Quasi dudum non videris*, i. e. quasi non brevi ante me videris. V. sq. Vett. *Quasi qui*. Vulg. *Quasique*.

62. *multo post*, h. e. post multum temporis nunc primum.

69. Sic Both. de coniectura. Vulg. *Tentas; iam dudum, pridem, modo.* Veteres hunc versum sic legunt: *Quamdudum istuc factum'st. Al. tentas, iam pridem, modo.* Sed. v. *pridem* serius additum esse, arguit sequens versus, ubi ipsa Alcumenae verba repetuntur.

71. *Quid enim censes?* Non est, quod mireris. Facio enim, ut te, lusorem meum, deludam. Merito facerem, si eo facerem, ut te deluderem, qui me deludas.

74. *Unum* redundat interdum. Aul. I, 1, 30. — Vulg. *Paene vigilans somniat.* Vett. *Quae nae.* Ven. *quae ne vigilans somniet*, ut Pall. plerique. V. 3. *somniat.* Lamb. et B. ut nos. Cf. Cist. IV, 1, 2.

ʒ. Hic in aedibus, úbi tu habitas. *AM.* Núnquam factum est.
*So.* Nón taces?
ıíd, si e portu návis huc nos dórmientis détulit?
ı. Hei étiam tu quoque ádsentaris húiic? *So.* Quid vis fieri?
ın tu scis, Bacchaé bacchanti sí velis advorsárier, 80
: insana insániorem fácies: feriet saépius.
óbsequare, uná resolvas plága. *AM.* At pol quin cérta res
ınc est obiurgáre, quae med hódie advenientém domum
ıluerit salútare. *So.* Irritábis crabonés. *AM.* Tace. —
cumena, unúm rogare té volo. *AL.* Quid vís, roga. 85
ı. Núm tibi aut stultítia accessit, aút superat supérbia?
ʒ. Quí istuc in mentem ést tibi, mi vir, éx me percontárier?
ı. Quía salutare ádvenientem mé solebas ántidhac,
lpellare itidem út pudicae súos viros, quae súnt, solent;
ı more expertém te factam advéniens offendí domum. 90
ʒ. Écastor equidém te certo heri híc advenientem íllico
: salutavi, ét, valuissesne úsque, exquisiví simul,
í vir, et manúm prehendi et ósculum tetulí tibi.
ı. Tún' heri hunc salútavisti? *AL.* Et té quoque etiam, Sósia.
ı. Ámphitruo, sperávi ego istanc tíbi parituram fílium: 95
érum non est púero gravida. *AM.* Quíd igitur? *So.* Insánia.
ʒ. Équidem sana sum, ét deos quaeso, ut sálva pariam fílium;
érum tu magnúm malum habebis, sí hic suum officiúm facit;
ı istuc omen, ómínator, cápies, quod te cóndecet.
ı. Énimvero praegnáti oportet ét malum et malúm dari, 100
ı, quod obrodát, sit, animo sí male esse occéperit.
ı. Tú me heri hic vidísti? *AL.* Ego, inquam, sí vis decies dícere.

79. Interiectio *Hei*, quae legitur in edd. tt., deest in vulg., apud Bothium seratim praemissa huic versui. Verum ı etidenda. Lind. add. *nunc* ante *huic*, ıisse *Hei*.

80. *Velis* ante *advorsarier* ob metrum ı ferri potest, unde B. legendum conit: *sid adversari velis*. Forsitan rectius ı, ut interdum indicativus. Cf. Mil. III, 18. *si gerimus rem*, pro *geramus*. ıruntamen similes rhythmi saepius ob- in Plaute.

82. *una resolvas plaga*. Resolvere l. idem est, q. reddere debitum, tritum, ut Men. V, 5, 30. *Perdormisco, resolvi argentum, cui debeo*. cf. ld. I, 2, 39. — So kommst du mit ıem Schlage davon. Lind. nulla auıritate: *una te exsolvas plaga*.

85. *Quid vis, roga*. Sic Vett. — ılg. et edd. *Quid vis rogare? roga*. ı *rogare* aperte est additamentum. ıd, ut saepe, pro *quod*. Alias fre- ı formula: *Si quid vis roga*. No- ı l. e. q. roga, quodcunque vis ro- ıı. Sic I, 1, (234) Mercurius: *Dicito ıdeis; non noceebo*.

87. *in mentem*, pro *in mente*, Bothius ex codd. Langg. et Palat. quinto reposuit. — *ex me percontarier* egregie exhibet cod. Helmst. — Vulg. et vett. et Ven. et Pall. omittunt *ex me*.

88. Vett. *venientem*.

90. Ven. *domum*, scil. adveniens. — Vulg. et vett. *domi*, quod et Lind. et V. C. cum. 6 Pall.

91. *hic* addidi ex vett. Nam in vulg. deest. Lind. e coni. *advenientem heri illico*.

93. B. *adprehendi* ex Helmst. cod.

95. V. *tibi* tamquam monosyllabum pronunciandum, ut alibi *sibi*. Unde non opus cum Lindemanno scribi *parturam*.

100. *Praegnati* Bothius ex codd. — Vulg. et vett. *praegnanti*. — *et malum et malum;* prius mālum est partus; alterum est *malum Punicum*. Sensus: Praegnati competit mālum et mālum, h. e. datur mālum, et mālum, quo recreetur. Bothius nulla codd. auctoritate scripsit *ad malum malum*. Cf. Aul. IV, 10, 75. Bacch. III, 3, 22. Lind. autem ex mera coni. *oportet mulieri malum dari*.

102. *si vis decies dicere*, suppl. *me*.

*Am.* Ín somnis fortásse. *Al.* Imo vigiláns vigilantem. *Am.* Vaé mihi!
*So.* Quíd tibi est? *Am.* Delírat uxor. *So.* Átra bili pércita est:
Núlla res tam délirantis hómines concinnát cito. 105
*Am.* Úbi primum tibí sensisti, múlier, implicíscier?
*Al.* Équidem ecastor sána et salva súm. *Am.* Cur igitur praédicas,
Té heri me vidísse, qui hac noctu ín portum advectí sumus?
Íbi coenavi atque íbi quievi in návi noctem pérpetem,
Néque meum pedem huc íntuli etiam in aédis, ut cum exércitu 110
Híne profectus sum ád Teleboas hóstes, eosque ut vícimus.
*Al.* Ímo mecum coénavisti, et mécum cubuistí. *Am.* Quid est?
[Níine te pudét, scelesta, pópuli in conspectum íngredi?]
*Al.* Véra dico. *Am.* Nón quidem hercle de hác re; de aliis néscio.
*Al.* Prímulo dilúculo abiisti ád legiones. *Am.* Quómodo? 115
*So.* Récte dicit, út commeminit: sómnium narrát tibi.
Séd, mulier, postquam éxperrectad és, prodigiali Iovi
Aút mola salsa hódie, aut thure, cómprecatam opórtuit.
*Al.* Vaé capiti tuó! *So.* Tua istuc réfert, si curáveris.
*Al.* Íterum iam hic in me ínclementer dícit, atque id síne malo. 120
*Am.* Táce tu! — Tu dic: égone abs te abii hinc hódie cum dilúculo?
*Al.* Quís igitur, nisi vós, narravit mi, íllic ut fuerit proélium?
*Am.* Án et id tu scis? *Al.* Quíppe quae ex te audívi, ut urbem máxumam
Éxpugnavissés, regemque Ptérelam tute occíderis,
*Am.* Égone istuc dixí? *Al.* Tute istic, étiam adstante hoc Sócia. 125
*Am.* Aúdistin' tu mé narrare hoc hódie? *So.* Ubi ego audíverim?
*Am.* Hánc roga. *So.* Me quídem praesente núnquam factum est, quód sciam.

103. Pro *fortasse* Bothius *fors* e coni.; dein *vigilantem vigilans*. In fine vulg. et vett. *Vae misero mihi*. Sed apparet, *misero* eliciendum esse propter metrum.

105. *concinnat*, facit, ut supra I, 3, 31. et Capt. IV, 2, 38. et Stich. II, 2, 13. et Rud. I, 2, 8.

110. *Neque meum pedem*. Vox *pedem* hic, ut et alibi, una syllaba pronunciandа. Cf. Mil. II, 3, 73. Ceterum, hoc si nolis, possit et *huc* ablici. Transponere enim nolim, quod fecit cum Bothio Lind. *Neque pedem meum huc*. Sic enim perierit locus probans de v. *pedem*, de cuius correptione dubitari non debet.

112. *Quid est?* Sic vett. atque dici non potest, quam saepe in Plauto admirantes cum affectu hanc phrasin regerant, ut sit idem quod: Was sagst du da? Was willst du damit? — Vulg. *Quid id est?* — Lind. omisso altero *mecum* scripsit: *Quid illud est?* plane contra morem poëtae, qui v. *illud* tantum non ubique corripit, et pessumdata omni totius loci gratia. — Idem v. 116. ex Nonio pag. 44: *te prodig. Iovi*. Versus seq. inclusus deest in vulg. et Veneta, et codd., legitur in vett. citaturque a Nonio in v. *Ingredi*.

115. *abiisti*. Sic leg. Nam *dilucule* syllabam *lu* habet longam. Both. *abieisti*.

119. Lamb. *nisi curaveris*. Sensus: Tua refert, an curaveris necne, sacra fieri Iovi prodigiali. Nam saepe *si* i. e. q. *an*.

120. *inclementer*. Sic Pseud. *I*, 1, 25. *Cur inclementer dicis lepidis literis?* et Rud. *Aut qui inclementer dicat homini libero*. — *sine malo*, i. e. impune.

123. *An et id*. Sic vett. — Vulg. et codd. *An etiam id*. Lind. *An iam id* e coni.

126. Sic vett. Pall. et Ven. — Vulg. et V. C. *Audivistin*, quod Lind.

127. Bothius verba *Hanc roga* eidem Sosiae tribuit. Item Lindemannus. Perversissime. Nam sensus verborum Sosiae hic est: Wo sollte ich denn das haben hören können? Resp. Amph. [illegible] das frage diese da. Contra verba [illegible] *Hanc roga* nullus sensus, si tribuantur eidem Sosiae. — Verba: *Me quidem*

*Az.* Mírum, quin te advórsus dicat. *Am.* Sósia, age, me huc ádspice.
*So.* Spécto. *Am.* Vera vólo loqui te, nólo adsentarí mihi:
údivistin' tu hódie me illi dícere ea, quae illa aútumat? 130
*So.* Quaéso edepol, num tú quoque etiam insánis, quom id me intérrogas,
ni ípsus equidem núnc primum istanc técum conspició simul?
*Am.* Quín nunc, mulier, aúdin' illum? *Az.* Ego véro, ac falsum dícere.
*Am.* Néque tu illi, neque mihi, viro, ipsi crédis? *Az.* Eo fit, quía mihi
lúrimum et credo ét scio, ista esse fácta proinde, ut próloquor. 135
*Am.* Tún' me heri advenísse dicis? *Az.* Tún' te abiisse hodie híne negas?
*Am.* Négo enimvero, et me ádvenire núnc primum aio ad té domum.
*Az.* Óbsecro, etiamne hóc negabis, te aúream paterám mihi
édisse dono hodié, qua te illic dónatum esse díxeras?
*Am.* Néque edepol dedí, neque dixi; vérum ita animatús fui, 140
aque nunc sum, ut éa te patera dónem. Sed quis istúc tibi
íxit? *Az.* Ego quidem éx te audivi, et éx tua accepí manu
áteram. *Am.* Mane, mane, óbsecro te! — Nímis demiror, Sósia,
uí illaec illic mé donatum esse aúrea paterá sciat,
ísi tu dudum hanc cónvenisti et nárravisti haec ómnia. 145
*So.* Néque edepol ego díxi, neque istam vídi, nisi tecúm simul.
*Am.* Quid hoc sit hominis? *Az.* Vín' proferri páteram? *Am.* Proferrí volo.
*Az.* Fíat. Heus tu, Théssala, intus páteram profertó foras,
Quá hodie vir méus donavit mé. *Am.* Secede huc, Sósia.
Enimvero illud praéter alia míra miror máxume. 150
Si haéc habet pateram íllam. *So.* An etiam id crédis? quae in hac cístula

tic. Sosia aversus loquitur ab Amphitruone, quasi ad spectatores.

128. *Mirum, quin te advorsus dicat:* dass sollte fast glauben, dafs er es dir s's Gesicht sagen würde; seu: *Es fehlte* nch, *dafs er* etc. Sensus: velim, eum dversus te idem edicere, h. e. repetere, uod modo dixit. *Cf.* Cist. IV, 2, 68. *Mirum quin grex venalium in cistella* afuerit una. Aul. I, 1, 19. *Mirum, quin tua me causa faciat Iupiter Philippum regem.*

129. *Quin nunc.* Sic vett. et 5 Pall. t vulg. Bothius tamen ex sl. codd. *Quid nunc.* Quod et Lind., qui et vs. 134. *vero* pro *viro.* — Verba: *Ego vero — credis* in Veneta desunt.

135. *Plurimum et credo et scio, ista* f. Sic. vett., atque *esse*, ut saepe, syllaba enunciandum. Vulg. et Lind. Pall. *Plurimum credo et sc., ista haec f.* Ven. *ista et facta.*

139. *Dedisse* duabus syllabis proferendum, quasi *D'disse.* Sic et Bacch. IV, 3, 50. Men. IV, 3, 15.

142. Ven. *Ego equidem.*

143. *Mane, mane,* h. e. exspecta paullisper, dum rogem aliquid ex Sosia.

146. Sic vulg. et Pall. At B. *ego* post alterum *neque* collocatum habet, ut et Lind.

147. *Quid hoc sit hominis?* An hic homo sanus est? *Cf.* II, 1, 25.

148. Addidi *Heus.* Bothius vero addit *At.* Lind. *I tu.* Nam et Vulg. et Pall. et vett. *Fiat. tu Th.* Lambinus voluit *Tute.* — *intus* interdum motum e loco significat, *heraus.*

149. Vulg. et codd. et vett. *qua hodie meus vir donavit me.* A. *Secede huc tu, Sosia.* Noatr. ex emend.

151. Vett. et codd. *cistellula*, quod Lind., mira versus scansione. Nam tum potius *in* ictum habeat.

Túo signo obsignáta fertur. *Am.* Sálvom signum est? *So.* Inspice.
*Am.* Récte: ita est, ut ósignavi. *So.* Quaéso, quin tu istánc iubes
Pró cerrita círcumferri? *Am.* Édepol quin facto ést opus:
Nam haéc quidem edepol láruarum pléna est. *Al.* Quid verbis opust? 155
Hém tibi pateram, éccam. *Am.* Cedo mi. *Al.* Age, ádspice huc sis núnc ïam
Tú, qui, quae facta, ínficiare, quem égo iam hic convincám palam.
Éstne haec patera, quá donatu's íllic? *Am.* Summe Iúpiter,
Quíd ego video? haec ea ést profecto pátera: perii, Sósia.
*So.* Aút pol haec praestígiatrix múlier multo máxuma est, 160
Aút pateram hic inésse oportet. *Am.* Ágedum, [eam] solve cístulam.
*So.* Quíd ego istam exsolvam? Óbsignata est récte. — Res gesta ést bene:
Tú peperisti Amphítruonem, ego álium peperi Sósiam;
Núnc si pateram pátera peperit, ómnes congeminávimus.
*Am.* Cértum est aperire átque inspicere. *So.* Víde sis, signi quíd siet: 165
Né posterius ín me culpam tránsferas. *Am.* Aperí modo:
Nam haéc quidem nos délirantis fácere dictis póstulat.
*Al.* Únde haec igitur ést, nisi abs te, quaé mihi donó data est?
*Am.* Ópus mi est istuc éxquisito. *So.* Iúpiter! proh Iúpiter!
*Am.* Quíd tibi est? *So.* Hic pátera nulla in cístula est. *Am.* Quid ego aúdio? 170
*So.* Íd, quod verum est. *Am.* Át cum cruciatú iam, nisi adparét, tuo.
*Al.* Haéc quidem adparét. *Am.* Quis igitur tíbi dedit? *Al.* Qui mé rogat.
*So.* Mé captas, quia túte ab navi clánculum huc aliá via
Praécucurristi, átque hinc pateram túte exemisti, átque eam
Huíc dedisti, pósthac rursus óbsignasti clánculum? 175
*Am.* Heí mihi, iam tú quoque huius ádiuvas insániam. —
Áin', heri nos ádvenisse huc? *Al.* Áio; adveniensque íllico
Mé salutavísti, et ego te; et ósculum tetulí tibi.

154. *pro cerrita*, i. e. tanquam furiosam, insanam. Nonius: Cerriti et larvati, male sani, aut Cereris ira aut larvarum incursione, animo vexati. *circumferri*, i. e. lustrari; quod fiebat circumlatione.

155. Nota, ubicunque occurrat v. *larva*, ubique trisyllabum pronunciari. Sic Cas. III, 4, 2. ubi perperam transposuerunt. Merc. V, 4, 20. ubi item perperam addunt *tu*. Capt. III, 4, 66. Aul. IV, 4, 14. Men. V, 4, 2. quae loca indubitata sunt.

157. *quem ego iam hic*. Both. omisit *iam*, quod habent omnes antiquae, atque libri plerique.

159. Elidilur vox *ea*, ut et 161 et saepe. Unde non opus transpositione Bothiana, quam et habet Lind. quaque omnis affectus perit.

161. Idem B. omittit hic *eam*, quod habet vulg. Lind. *Hanc solve cist.* e coni.

166. *transferas*. Sic vett. et B. — Vulg. et Pall. *conferas*, quod, ut magis solitum poni, facile dederint librarii. Atque nostr. legitur et in ed. principe.

167. *postulat*, ἀξιοῖ, vult. Asin. III, 1, 4. et saepius.

171. *Id quod verum est*. Sic omnes libri. Bothius tamen omisit v. *est*. At potius in seqq. *nisi* μονοσυλλάβως legendum atque elidendum, aut expungendum *iam*, quod deest in vett., quae habent: *At cum cruciatu, ni apparet, tuo*.

173. B. et Lind. *Captas me*. nostr. omnes antt.

174. Vett. et Pall. *Praecucurristi*. Vulg. *praecurristi*.

. Iám illud non placét principium de ósculo. *AM.* Perge éxsequi.
. Lávisti. *AM.* Quid, póstquam lavi? *AL.* Ádcubuisti. *So.* Euge!
óptume! 180
inc exquire! *AM.* Ne ínterpella. — Pérge porro dícere.
. Coéna adposita est! cóncoenasti mécum; ego adcubuí simul.
r. Ín eodem lectó? *AL.* In eodem. *So.* Hei, nón placet convívium.
r. Síne modo arguménta dicat. — Quíd, postquam coenávimus?
. Té dormitare aíbas: mensa abláta est; cubitum hinc ábiimus. 185
r. Úbi cubuisti? *AL.* In eódem lecto técum una in cubículo.
r. Pérdidisti! *So.* Quíd tibi est? *AM.* Haec mé modo ad mortém dedit.
. Quíd iam, amabo? *AM.* Né me adpella! *So.* Quíd tibi est!
*AM.* Perií miser,
ía pudicitiae húius vitium me híc absente est ádditum.
. Obsecro ecastór, cur istuc, mí vir, ex ted aúdio? 190
r. Vír ego tuus sim? Né me adpella, fálsa, falso nómine!
. Haéret haec res, sí quidem hic iam múlier facta est éx viro.
. Quíd ego feci, qua ístaec propter dícta dicantúr mihi?
r. Túte edictas fácta tua: ex me quaéris, quid delíqueris!
. Quíd ego tibi delíqui, si, quoi núpta sum, tecúm fui? 195
r. Tún' mecum fuerís? Quid illac ímpudente audácius?
Item tute, sí pudoris égeas, sumas mútuum.
. Ístuc facinus, quód tu insimulas, nóstro generi nón decet.
si me impudícitiai cáptas, capere nón potes.
r. Próh di immortalés, cognoscin' tú me saltem, Sósia? 200
. Própemodum. *AM.* Coenávin' ego heri in návi in portu Pérsico?

79. Sic Bothius. Vulg. et vett. haec ıla Amphitruoni tribuunt. Eaedem et i.: *pergam exsequi.* Sed *perge* vetus retl liber. *Exsequi* i. e. q. narrare. n vulg. personas distribuit Lind.

80. Vett. et B. *posteaquam.* Vulg. Pall. *postquam.*

82. *Concoenasti* Both. dedit ex Guelf. Monac.; Vulg. et Pall. et vett. *coeıisti.*

86. Vulg. *Ubi tu cubuisti?* Vett. *in eam tecum lecto.* Vulg. *in eod. lecto cum*, uti Pall. At Veneta totum v. *o* omittit, habet tamen duplex *in.* — *cubiculum* saepe trisyllabum, ut Asin. I, 42. *Ita scilicet facturam: verum cubiculo.* Cf. et Amph. V, 1, 73. ubi *c'bilibus.* Hinc et hic fortasse *tecum* est elidendum. Lind. *In eodem o una tecum in cubiculo.*

89. *me hic absente.* Sic vett. et vulg. Pall. atque *hic* refer ad *additum est.* h. et L. *hinc.*

91. *falsa falso nomine.* Sic aperte . et mss. Meursii, et B. Cf. Baceh. 6, 12. *quos quum censeas esse amı-, reperiuntur falsi falsimeniis.* Al. ıo *falso n.* uti V. C.

192. *Haeret haec res.* Proverbialis locutio, saepius obvia, ut Trin. IV, 2, 59. *Haeret haec res, siquidem ego absens sum, quam praesens, longior.* Pseud. IV, 2, 28. *Perii, nunc homo in medio luto est: Nomen nescit: haeret haec res.* Nostrum est: *das ist die Sache!* neque haerendum in verbo *haerço.* Perperam explicat Lindemannus ad Trinummum: *non bene procedit mendacium, non convenit; dubitatio oritur.* Dudum enim scit ibi Charmides, esse deceptorem, ac de industria cum eo nugatur, ut ipse ait v. 55. Perperam et Bothius dedit: *Haeret hic res*, contra omnes libros. — *si quidem hic iam mulier facta est e. v.* Sic vett. et Lamb. qui tamen mavult *facta 'st.* Vulg. et V. C. *Si quidem haec*, ut et B. et L. *Hic* est Amphitruo; *facta* autem per attractionem propter praec. *mulier.*

198. *nostro generi non decet*, decet cum dat. ut Ter. Ad. III, 5, 45. *ut vobis decet*, et ib. V, 8, 5. *ita vobis decet.* Cf. infra III, 4, 24. *qui potis decet.* Cf. Asin. III, 2, 31. ubi acc. una cum dat. — Cf. Gellius IX, 15.

199. Vulg. et vett. et fere cdd. *non potes capere.*

*Al.* Míhi quoque adsunt téstes, qui illud, quód ego dicam, adsentiant.
[*Am.* Qui testes? *Al.* Testés. *Am.* Quid testiculáre? *Al.* Enim unó sat est.
Néc nobis praesénte aliquis nisi sérvus Sosia áffuit.]
*So.* Néscio, quid istúc negoti dícam, nisi si quíspiam est 205
Ámphitruo alius, quí fortasse te híc absente síc tamen
Túam rem curet, téque absente hic múnus fungatúr tuum:
Námque de illo súbditivo Sósia mirúm nimis 'st;
Cérto de istoc Ámphitruone iam álterum mirum ést magis.
*Am.* Néscio quis praestígiator hánc frustratur múlierem. 210
*Al.* Pér supremi régis regnum iúro et matrem fámilias,
Iúnonem, quam mé vereri et métuere est par máxume,
Út mi extra unum té mortalis némo corpus córpore
Cóntigit, quo me ímpudicam fáceret. *Am.* Vera istaéc velim.
*Al.* Véra dico, séd nequidquam, quóniam non vis crédere. 215
*Am.* Múlier es: audácter iuras. *Al.* Quaé non deliquít, decet
Aúdacem esse, et cónfidenter pró se et protervé loqui.
*Am.* Sátis audacter! *Al.* Út decet pudícam. *Am.* Tu verbís proba es.
*Al.* Nón ego illam míhi dotem duco ésse, quae dos dícitur;
Séd pudicitiam ét pudorem, et sédatum cupídinem, 220
Deùm metum, paréntum amorem et cógnatùm concórdiam:
Tíbi morigera atque út munifica sím bonis, prosím probis.
*So.* Nae ísta edepol, si haec véra loquitur, éxamussim est óptuma.
*Am.* Délenitus súm profecto ita, út me, qui sim, nésciam.
*So.* Ámphitruo es profécto: cave sis, né tu te usu pérduis, 225
(Íta nunc homines ímmutantur) póstquam peregre advénimus.

202. Testes, quos dicit Alcumena sibi adesse, possunt intelligi dii, quos paullo infra invocat, v. 211. — Versus duos sequentes, uncis inclusos, spurios esse, nullum dubium est. Alter eorum: *Nec nobis* etc. citatur a Nonio v. *Absente.* Eundem vett. sic: *Nec nobis pr. a. nisi servos Africanus adest;* tertiumque addunt: *Si in actione hanc absente nobis invenerit puer?* Desiderantur haec omnia in omnibus codd. Pall. et in Langg. nec non in Veneta. Illata a Pio ex Nonio et libris quibusdam. *Nobis praesente* pro: *nobis praesentibus*, solemnis dictio. Ter. Phorm. II, 3, 25. Eun. IV, 3. In Plauto non occurrit, nisi fortasse Bacch. I, 2, 34.

205. V. C. et Pall. *nisi si quispiam est.* Vulg. Ven. et vett. *nisi quispiam est — Amph. a. qui forte te hic absente tamen.* vett. *sic tamen*, ut et Lamb. et Camerarius. Igitur legendum censeo *fortasse.* Ceterum *tamen* pertinet ad *absente*, solemni locutione, ut sit l. q. *tametsi absens es.* Vide supra I, 3, 44. Mil. IV, 8, 31. Capt. II, 3, 33. Lind. e coni. *qui fortasse hic et absentis tamen.* Hermannus autem iudicat inserta esse serius *qui — curet*, quibus omissis, dein leg. *te qui.*

209. *Certo de istoc.* Sic vulg. — Vett. *Certo de hoc.* Both. *Certe de hoc.* Veneta: *Certe de hoc Amphitruone iam alterum nimis est magis.* — Versum sequentem: *Nescio quis* etc. Vulgata et vett. eidem tribuunt Sosiae.

217. *et confidenter.* Sic vett. Deest prius *et* in vulg. et V. C. et omisit Lind.

218. Vulg. Pall. et B. et L. *tu verbis probas.* Vett. *in verbis probas.* Hinc censeo legendum: *Tu in verbis proba 's.* Atque *proba es* iam Gruterus legendum censuit. Cf. Pers. 2, 2, 30.

221. Both. *et cognatum et concordiam*, Helmst. secutus. Nostram vulg. et vett. et Pall. et Lind.

224. *Delenitus.* Nonius: mente alienatus. Scipio Gentilis docet, etiam apud Ictos delenimenta et deleniflca facta sunt pro incantationibus. Lamb.

225. *ne tu te usu perduis*, sc. quemadmodum alias usu acquiritur aliquid, aut usu capitur. Iocatur ex iurisconsultorum locutione.

226. Vulg. Ven. Pall. et vett. *Ita nunc homines immutantur*, quae parenthesi

. Múlier, istanc rem inquisitam cértum est non amíttere.
. Édepol me lubénte facies. *Am.* Quíd ais? respondé mihi.
id, si adduco túum cognatum húc a navi Naúcraten,
l mecum una véctust una návi; atque is si dénegat 230
:ta, quae tu fácta dicis, quíd tibi aequom est fieri?
mquid causam dícis, quin te hoc múltem matrimónio?
. Sí deliqui, núlla causa est. *Am.* Cónvenit. Tu, Sósia,
: hos intro. Ego húc ab navi mécum abducam Naúcraten.
Núnc quidem praetér nos nemo est: díc mihi verum sério, 235
puis alius Sósia intust, quí mei similís siet?
Ábin' hinc a me, dígnus domino sérvos? *So.* Abeo, sí iubes.
Nímis ecastor fácinus mirum est, quí illi collubitúm siet,
o viro, med ínsimulare fálsum facinus tám malum.
idquid est, iam ex Naúcrate cognáto id cognoscám meo. 240

---

## ACTUS III. SCENA I.

*IUPITER.*

ɔ sum ílle Amphitruo, quoíus est servus Sósia,
m Mercurius quí fit, quando cómmodum est,
súperiore quí habito coenáculo,
i intérdum fio Iúpiter, quandó lubet;
c aútem quum extemplo ádventum adporto, íllico 5
phítruo fio et véstitum immutó meum.
ɔc húc honoris vóstri venio grátia,
hanc ínchoatam tránsigam comoédiam;
ıul Álcumenae, quám vir insontém probri
phítruo accusat, véni, ut auxiliúm feram: 10
n méa sit culpa, quód egomet contráxerim,
Álcumenae si ínnocenti éxpetat.
ne Ámphitruonem mémet, ut occepí semel,
ıe ádsimulabo, átque in horum fámiliam
ıstrátionem hódie iniiciam máxumam; 15

ıdenda. *Omnes* ex Scioppio Bothius, ıunuiemur. De re cf. Mil. II, 5, -22.
M. *multem matrimonio*, quin hoc ıonium solvatur.
14. Vett. et V. C. *abducam*. Vulg. ı. *adducam*. Sed illud saepius apud ros simili in sensu positum reperitur.
19. Vett. *Meo viro*, *me ins.* Vulg. ıall. *Meo viro*, *sic me i.*
10. Sic vett. et vulg. et Pall. et Ven.
B. *ex Naucrate id cognato cogn.*
. Quod et Lind.
cr. *III. Sc. I* 1. Vett. *quovis est.* quoius aut, ut 6 Pall. *cuius*. Vulg. V. C. *cui est*. Ven. *cuius*. Lind. it *est*.
Vett. Ven. et vulg. *qui sit*. Nostr. . ex V. C.

3. *coenaculum* apud Romanos superior erat domus pars, ubi habitabant, quibus locaverunt domini habitationem. Iocatur histrio de se suaque fortuna.
5. Sic vulg. etc. At Lind. *Hue autem quum me extemplo apporto; illico.* Ego quid absoni sit in dictione *adventum apportare*, in Comico, non video.
8. Sensus esse debet: ne hanc comoediam, a nobis inchoatam, relinquam imperfectam aut non absolutam; no eam inchoatam hic finiam aut interrumpam.
12. Vett. *Id Alcumenae sis innocenti expetat.* Vulg. *Si id Alc. inn. exp.* Lamb. *Id A. si inn. huic exp.* uti et Dousa. Lind. *Id Alcumenae innocenti si expetat.* V. C. *Si id Alc. inn. exp.*
15. In vulg. et Pall. et B. deest *hic* post *hodie*, quod vett. habent.

Post ígitur demum fáciam, res fiát palam,
Atque Álcumenae in témpore auxiliúm feram,
Faciámque, ut uno foétu, et quod gravida ést viro,
Et mé quod gravida est, páriat sine dolóribus.
Mercúrium iussi mé continuo cónsequi, 20
Si quíd vellem imperáre. Nunc hanc ádloquar.

---

## ACTUS III. SCENA II.

*ALCUMENA. IUPITER.*

*Al.* Duráre nequeo in aédibus: ita mé probri,
Stuprí, dedecoris á viro argutám meo!
Ea, quaé sunt facta, ínfecta esse occlámitat;
Quae néque sunt facta, néque ego in me admisi, árguit;
Atque íd me susque déque esse habiturám putat. 5
Neque édepol faciam, néque me perpetiár probri
Falso ínsimulatam, quín ego illum aut déseram,
Aut sátisfaciat mihi, átque adiuret ínsuper,
Nolle ésse dicta, quae ín me insontem prótulit!
*Iu.* Faciúndum est mi illud, fíeri quod illaec póstulat, 10
Si me íllam amantem ad sése studeam récipere.
Quando, égo quod feci, id fáctum Amphitruoni óbfuit,
Atque ílli dudum méus amor negótium
Insónti exhibuit: núnc autem insontí mihi
Illíus ira in hánc et maledicta éxpetent. 15

21. *Si quid vellem imperare.* Sic vulg. et B. et L. At vett. et Ven. *Si quid vellem, imperarem*, idque fortasse rectius, ut sit asyndeton, pro: si quid vellem, aut imperarem; sive ut sit: *ut, si quid vellem, ei imperarem*, quemadmodum saepe *ut* omittitur. Cdd. *imperare.*

*Act. III. Sc. II.* Prodit Alcmena irata adhuc marito, sed tamen iam eo mitigata, ut, si ille satisfaciat sibi verbis, conciliari se passura sit. Adit eam falsus Amphitruo, placaturus. Ergo rixatur cum eo. Denique tamen placatur vs. 64. Igitur eam iubet Iuppiter sacra apparare, et evocari Sosiam verum, ut Blepharonem arcessat.

2. *argutam*, sc. qui possem pati, aut qui patiar?

3. *infecta esse occlamitat.* Sic ex Gronovio Bothius, qui tamen legit *infectad.* Vett. et Ven. *infecta esse acclamitat*, uti et Langianorum unus. Vulg. *infecta refert ac clamitat.* Camerarii codex habuit: *infecta re est at clamitat.* Unde forsitan legendum: *infecta restat, clamitat*, ut Most. V, 2, 50. *viden', ut restat furcifer?* i. e. obloquitur. Cf. Prop. III, 8, 31. Ter. Heaut. V, 3, 6. Lind. *infecta re esse, occlamitat.*

5. *esse* legitur in Pall. et vett., deest in vulg. *Susque deque habere*, est, aequo animo esse, et, quod accidit, non magni pendere, de Gellii saltem sententia, lib. XVI. cap. 9.

6. *Neque edepol faciam.* Sic bene vett. atque Pius in textu habet *Ne edepol f.* — Vulg. et B. et L. *Non ed. f.*

8. Vett. *Aut satisfaciat mihi, adiuret insuper.* Apud Lamb. quoque deest *ille*, quod legitur post *mihi* in vulg. et Pall. — Nostr. Veneta. Lind. *Aut faciat satis ille, atq.*

12. *id factum.* Sic vett. — Vulg. et Pall. *factum id*

13. Vulg. et Ven. et Pall. et vett. *ille.* Sed teste quidem Bothio edd. mediae: *illi*, quod B. ex Acidalio.

14. Vett. aperte: *nunc autem sonti mihi*, ut Lind. addito *haec* ante *sonti.* — Vulg. et Ven. et Pall. *nunc autem insonti mihi.* Potest utrumque. *insonti*, sc. quatenus non ego illi iratus fui aut male dixi. Ceterum non dubium est, et *illi* et *illius* ad Amphitruonem pertinere, qui iratus fuit et maledixit Alcmenae; id quod nunc expetit Iovi, eo quod vice versa irata est Alcmena. — Lind. *in hunc* v. 15. quum omnes: *hanc.* Nam au-

cum video, quí me miseram árguit
decoris. *Iv.* Té volo, uxor, cólloqui.
ortisti núnc? *Az.* Ita ingeniúm meum est:
emper ósa sum obtuérier.
item inimicos! *Az.* Síc est; vera praédico: 20
hoc falso díci insimulatúrus es.
íracunda es. *Az.* Pótin' ut abstineás manum?
si sis sánus aut sapiás satis,
ímpudicam esse árbitrere et praédices,
ú sermonem néc ioco nec sério 25
as, nisi sis stúltior stúltíssumo.
i, nihilo mágis es, neque ego esse árbitror;
revorti, ut mé de hoc purgarém tibi:
uam quidquam méo animo fuit aégrius,
tquam audivi, téd esse iratám mihi. 30
i? inquiés. Ego expediám tibi.
ol, quo te esse ímpudicam créderem;
riclitátus animum súm tuum,
res, et quo pácto id ferre indúceres.
ioco illa díxeram dudúm tibi, 35
ausa. Vél hunc rogato Sósiam.
húc adducis méum cognatum Naúcraten
uem dudum te ádducturum díxeras,

Amphitruo. Quamquam *hunc* v. vs. 36.

*Et eccum ipsum video, qui* Lamb. ex Camerario: *Et ecillum, q. m. m. a.* Veneta Vulg. *Et eccum video, qui* g. Both. *Et eccum video, i med arguit.*

vett. In vulg. et Pall. deest erarius: *Quonam ted aver- Quo te avortisti? Az. Ita* g. *meum* e coni. Dictionem 2, 4, 7.

*autem.* Sic vett. — Vulg. V. C. et Both. *Heia.* Ela s iracundiam. Sic Poen. III, *! haud vostrum est iracun- uod dixi ioco.* Sensus: non as *inimicos.*

ulg. et vett. et Ven. et Pall. *unda es*, nullo sensu, neque uo. At et Lambinus legen- *iracunda*, et Bothio teste, ipse habet *verecunda*, ut et scansione; qui in seqq. *Potin'* .?) Ita aperte legitur in cod. *Iratam* et vocat versu 30. Bacch. IV, 2, 12. ubi est: *unde!* — Vulg. *Potin' es ut m. Potin' est ut.* Vett. *Potin'* quod B.

24. *arbitrere et praedices.* Sic vett. et V. C. et B. — Vulg. *arbitrare et praedicas.*

25. Hunc vs. vett. sic: *Conferas sermonem nec ioco nec serio, Tibi habeas, n. s. st. st.*

27. Pron. *ego*, quod in libris legitur, deest et in vulg. et vett.

28. Hunc vs. vett. sic: *Et id huc reverti, ut me de hoc purgarem tibi.* Sed *id* iam per se esse possit i. q. *de hoc*, ut constructio sit: Et huc revorti, ut me id purgarem tibi. Nam in vulg. et Ven. et Pall. desunt vv. *de hoc.* Ceterum sane *id* interdum simpliciter sign. *propterea.* Cf. Mil. IV, 4, 22. *Id nos ad te, si quid velles, venimus.* Lind. omittit *de hoc.*

30. Vett. *Quam postea quam audivi te e. i. m.*

35. *dudum* denuo moneo esse *modo, paullo ante*, ut et vs. 38.

36. Sic vulg. et V. C. — Camerarius: *id hunc r. S.* Pro *Vel* Guelf. habet *etiam.* Lind. *Vel rogato hunc Sos.* atque *hic* de absente pariter potest, atque *eccillam* Aul. 4, 10, 55. Et cf. Ind. sub v. *Hic* pron. *de absente. Vel* autem pariter hic fortasse ut ve legendum eliidendumque, ac Capt. 1, 1, 22. *Vel ire* et ut alibi *vel Hercle.* Cf. Curc. 5, 2, 13. Mil. 1, 1, 59.

Te huc nón venisse? *Iu.* Sí quid dictum est pér iocum,
Non aéquom est, id te sério praevórtier. 40
*Al.* Ego íllud scio quam dóluerit cordí meo.
*Iu.* Per déxteram tuam te, Álcumena, oro, óbsecro,
Da míhi hanc veniam: ignósce: irata né sies.
*Al.* Ego ístaec feci vérba virtute írrita:
Nunc quándo factis me ímpudicis ábstines, 45
Ab ímpudicis díctis avortí volo.
Valeás: tibi habeas rés tuas, reddás meas.
Iuben' mi íre comites? *Iu.* Sánan' es? *Al.* Si nón iubes:
Ibo égomet; comitem míhi pudicitiam dúxero.
*Iu.* Mane: árbítratu túo iusiurandúm dabo, 50
Me méam pudicam esse úxorem arbitrárier.
Id égo si fallo, túm te, summe Iúpiter,
Quaeso, Ámphitruoni ut sémper iratús sies.
*Al.* Ah, própitius sit pótius. *Iu.* Confidó fore:
Nam iúsiurandum vérum te advorsúm dedi. 55
Iam núnc irata nón es? *Al.* Non sum. *Iu.* Béne facis.
Nam in hóminum aetate múlta eveniunt húiusmodi:
Capiúnt voluptates, cápiunt rursum míserias;
Irae ínterveniunt, rédeunt rursum in grátiam;
Verum írae si quae fórte eveniunt húiusmodi 60
Intér eos: rursum sí reventum in grátiam est,
Bis tánto amici súnt inter se, quám prius.
*Al.* Primúm cavisse opórtuit, ne díceres;
Verum éadem si idem púrgas, mihi patiúnda sunt.
*Iu.* Iube véro vasa púra adornarí mihi: 65
Ut quae ápud legionem vóta vovi, sí domum
Redíssem salvos, éa ego exsolvam ómnia.
*Al.* Ego istúc curabo. *Iu.* Évocate huc Sósiam:

40. *serio praevortier*, i. e. pro serio accipere potius, quam, ut oportebat, pro loco.

42. Pron. *te*, quod hic omittit B. et ab init. vs. seq. collocat, legitur hic in vett. et Vulg.

45. *abstines*. Sic vett. et vulg. et Pall. omnes, cuius l. sensus est: *iubes aut vis, me culpa abstinere*. Bothius: *abstinens* ex Helmst.; suppl. *sum;* idque firmat loco ex Capt. V, 2, 4. *te carens dum fui*. Lindemannus e coni. *Nunc quando dictis impudicis abstines; Ab impudicis factis avorti volo;* contra omnem sensum, qui est: nolo tecum amplius loqui de talibus.

49. Sic vett. et codd. Langg. et Veneta; in vulg. deest *mihi* post *comitem*. — Pareus: *Iuben mihi ire comites? Iu. Sanan' es? Al. Si non iubes, Mecum comitem mihi pudicitiam duxero.* — *Pudicitiam* quatuor syllabis legendum, ut Epid. III, 3, 23. *Pudicitiam quisquam suae servare filiae*, ubi non legendum *quis* pro *quisquam*, uti vult Bentlelus ad Ter. Andr. I, 5, 53. Similiter *amicitiam* Merc. V, 2, 5. *Vitam, amicitiam, civitatem, laetitiam, ludum, iocum*. Cf. et Cist. I, 1, 90. *Neque pudicitiam méam mihi alius quisquam imminuit. Obsecro*, versu trochaico. — Putem legisse *puditiam*, ut *amitiam*, unde Francogallorum *amitié*. — Bothius: *Ibi Pudicitiam duxero comitem mihi*. — Lind. e coni. *Iuben' mihi comites? — Si non iubes, Sinito, egomet c. mihi Pudorem duxero*. — Ad *Ibo egomet* suppl. *sola*.

54. Edd. mediae, Lamb. et cod. Guelf. *Confido*. Vett. et vulg. et Pall. *confide*, uti et vulgata Capt. I, 2, 68. ubi tamen vett. *confido*.

64. Non opus est cum vulg. et Pall. legi *isdem*. Nam masc. *idem* per se producitur. Sic autem vett. *Mihi* monosyllabum. — Veneta: *eisdem*. Lind. *eidem mihi*.

ubérnatorem, qui ín mea naví fuit,
lepharónem arcessat, quí nobiscum prándeat. 70
ádeo impransus hódie ludificábitur,
num ego Ámphitruonem cóllo hinc obstrictó traham.
L. Mirúm, quid solus sécum secreto ílle agat.
tque áperiuntur aédes; exit Sósia.

---

## ACTUS III. SCENA III.

*SOSIA. IUPITER. ALCUMENA.*

O. Ámphitruo, adsum: sí quid opus est, ímpera: imperium éxsequar.
U. Óptume advenís. *So.* Iam pax est ínter vos, quaesó, duos?
ám quia vos tranquíllos video, gaúdeo, et volupe ést mihi.
tque ita servom pár videtur frúgi sese instituere,
roínde heri ut sint, ípse item sit; vóltum e voltu cómparet; 5
'rístis sit, si herí sint tristes; hílarus sit, si gaúdeant.
éd age, respondé: iam vos redístis in concórdiam?
U. Dérides, qui scís, haec dudum mé dixisse pér iocum.
'O. Án id ioco dixísti? Equidem sério ac veró ratus.
U. Hábui expurgátionem: fácta pax est. *So.* Óptume est. 10
U. Égo rem divinam íntus faciam, vóta quae sunt. *So.* Cénseo.
U. Tú gubernatórem a navi huc évoca verbís meis
lépharonem, ut is, ré divina fácta, mecum prándeat.
'O. Iam híc ero, quum illíc censebis ésse me. *Iu.* Actutum húc redi.
L. Númquid vis, quin ábeam iam intro, ut ádparentur, quíbus opust? 15
U. Í sane et, quantúm potest, paráta fac sint ómnia.
L. Quín veni, quandó vis, intro. Fáxo haud quidquam sít morae,

71. Imperfectum habent h. versum et ulg. et Pall. et vett. et Veneta sic: *Is loo impransus ludificabitur.* Quidam ldi volunt in fine *dolis.* Ego, de Hermanni etiam cons., adieci *hodie*, saepe ainum. Bothius ex seq. hic adiungit num *ego.* Lind. *ludo ludificabitur.* — ne hic se facturum promittit Iupiter, sta sunt in deperditis quarti actus enis, et misere iugulata in suppositis ponitur.

*Act. III. Sc. III.* Prodit verus Sosia. Gaudet, factam reconciliationem. blegat eum Iupiter, ut a navi Blephanem accersat. Introit Alcmena ad rem eram apparandam. Iupiter advocat mercurium, et introit.

2. Vulg. et vett. et Pall. omittunt *iocso*, quod habet Camerarius et Lamb. Donna et B. etc.

5. Vett. *Proinde ut heri, ipse item* , in qua l. non elidendum *Proinde* in e, nec *heri.* Sed nostram vulg. et liquae. V. C. *item ipse sit.*

6. Vett. *Tristus sit, si heri sint tristes.*

8. Sic Camerarius. Vulg. *Derides, qui scis haec iam dudum me dixisse per iocum.* Vett. *Derides, qui scis iamdudum haec me dixisse per iocum.* Bothius iambum infercit: *Derides, qui scis, haec iamdudum me dixisse per iocum.* Lindemannus perperam iungit interpunctione, *qui scis iamdudum*, quum potius *iamdudum* sequentibus competat; est enim *vorhin*, non: *längst.* Sed idem et significat *dudum*, uti centies legitur. Cf. II, 1, 71. II, 2, 38. 68. Cist. IV, 2, 45. Cas. II, 6, 16. Epid. V, 1, 54. etc.

9. *ratus* hic, ut multis in locis apud Sallustium, pro verbo finito, *ratus sum*, sc. te dixisse.

10. Lind. *At habui*, nulla iusta causa neque auctoritate. *Habui* enim non elidendum.

12. Sic vett. et vulg. — B. *hue* ab init. vs. sq. habet.

13. *ut is* ex Lambino. Nam in vett. et vulg. deest *is.* Lind. *is uti.* *Blepharonem* in fine non liquescit.

17. Vett. et Camer. et Pal. 6. *Quin*

[Quándo ista omnia éxiurasti té mi dixe pér iocum.]
*Iv.* Récte loquere et proínde, diligéntem ut uxorém decet.
Iam hi ámbo, et servos ét hera, frustra sánt duo,
Qui me Ámphitruonem réntur esse; erránt probe.
Nunc tú, divine, húc fac adsis, Sósia!
Audís, quae dico, támetsi praesens nón ades.
Fac, Ámphitruonem ádvenientem ab aédibus
Ut ábigas quovis pácto commentús sies!
Volo déludi illum, dúm cum hac usurária
Uxóre nunc mihi mórigero. Haec curáta sint
Fac sís proinde adeo, út me velle intéllegis,
Atque út ministres míhi, quom sacruficém mihi.

---

## ACTUS III. SCENA IV.

*MERCURIUS.*

Concédite atque abscédite omnes! dé via decédite,
Nec quísquam tam audax fúat homo, qui óbviam obsistát mihi!
Nam míhi quidem hercle quí minus liceát, deo, minitárier
Populó, ni decedát mihi, quam sérvolo in comoédiis?
Ille návem salvam núntiat, aut írati adventúm senis;
Ego súm Iovi dicto aúdiens, eius iússu nunc huc me ádfero:
Quamobrém mi magis par ést via decédere et concédere.
Patér vocat me, eúm sequor, eius dícto imperio sum aúdiens:
Ut fílium bonúm patri esse opórtet, itidem egó patri
Amánti supparasítor, hortor, ádsto, admoneo, gaúdeo;
Si quíd patri volupést, voluptas éa mihi multo máxuma est.
Amát? Sapit, recté facit, animó quando obsequitúr suo;

*veni.* Vulg. et B. *Quin venis.* — Versum seq., uncis inclusum, ex Nonio, de Bosii sententia, hic inseruit Lambinus. Idem legitur in Aldina et Brixiensi. Eum vett. sic habent: *Quando exiurasti te mihi haec dixisse per iocum.* In Camerario et vulg. non legitur, neque in Pall. Atque huc non pertinere, monstrant quae addit Iupiter, quae necessario referenda ad v. 17.

19. Lind. perperam: *perinde.*

20. *Iam hi ambo.* Sic vett. et Pall. et vulg. — B. *Iam hice a.*

22. *fac huc assis.* Sic vulg. — Ven. et Pall. et Vett. *huc fac a.*

25. Vulg. et Pall. et vett. *fac commentus sies*, repetito *fac*, quod Guelf. hic non habet.

26. Lind. e coni. *hac dum cum.* — Idem v. 27 omittit *nunc.*

28. B. *ut velle med* e codd. Verum non elidendum *adeo.* Nostr. vulg. et vett. — Lind. *ut velle me.*

29. Transposui *mihi* in finem versus, quod ante *sacruficem* legitur in edd. — Camerarius: *Atque ut ministres mihi, mihi cum sacruficem*, uti et Lind. — V. C. *cum mihi sacr.* quod transpositionem aperte suadet.

*Act. III. Sc. IV.* Advocatus adest Mercurius, atque ex more servorum comicorum sibi viam postulat fieri. Parat sese ad deludendum Amphitruonem, atque se intus sumturum ornatum hominis ebrii, et in tectum ascensurum.

2. *nunc* post *audax* addiderunt Lambinus et Camerarius. Lindem. idem ante *qui* collocavit. In vulg. et Ven. et Pall. et vett. deest. Ne igitur elidas *qui.*

5. Vett. et Camer. *Ille aut navem.* Vulg. om. *aut* prius, uti et Pall.

6. Vulg. et Pall. *Iovi.* Vett. et B. *Iovis.* Item Lind., qui et: *nunc me huc.*

9. Vett. vulg. B. *itidem ego sum patri*, contra metrum. Lind. *item ego sum patri.* Veneta omittit vv. *ego sum patri*, et versum habet imperfectum, ut et ed. princeps. V. C. *itidem ego ago.*

10. Vett. *horto.*

Quod ómnis homines fácere oportet, dum íd modo fiát bono.
Nunc Ámphitruonem vólt deludi méus pater: faxó probe
Iam hic déludatur, spéctatores, vóbis inspectántibus. 15
Capiám coronam mi ín caput; adsímulabo me esse ébrium,
Atque illuc sursum escéndero: inde óptume aspellám virum
De súpero, quom huc accésserit: faciam, út sit madidus sóbrius.
Deinde ílle actutum súbferet suus sérvus poenas Sósia:
Eum fécisse ille hodie árguet, quae ego fécero hic. Quid íd mea? 20
Meo me aéquom est morigerum ésse patri; eius stúdio servire áddecet.
Sed éccum Amphitruonem: ádvenit: iam ille híc deludetúr probe;
Siquidém vos voltis aúscultando operám dare.
Ibo íntro: ornatum cápiam, qui potís decet;
Dein súrsum ascendam in téctum, ut illum hinc próhibeam. 25

---

## ACTUS IV. SCENA I.

*AMPHITRUO.*

Naúcratem quem cónvenire vólui, in navi nón erat:
Néque domi neque in úrbe invenio quémquam, qui illum víderit:
Nam ómnis plateas pérreptavi, gýmnasia et myropólia;
Ápud emporium atque ín macello, ín palaestra atque ín foro,
In medicinis, ín tonstrinis, ápud omnis aedís sacras. 5
Súm defessus quaéritando, núsquam invenio Naúcratem.
Núnc domum ibo, atque éx uxore hánc rem pergam exquírere,
Quís fuerit, quem própter corpus súum stupri compléverit:

13. *dum id modo fiat bono*, dummodo in bonum finem id fiat, nec ut cuiquam nocentur.

15. Camerarius et Hermannus de Metr. p. 161: *deludatur*. Vulg. et Pall. et vett. *deludetur*, quod et B. et Lind. — *inspectantibus* Herm. *spectantibus* vulg. Pall. vett. *adspectantibus* B. et L., qui posterior punctum habet post *probe*.

17. Vett. et vulg. et Pall. 4 et 5 *cispellam*, V. C. *scis pellam*, alii Pall. *expellam*. Lambinus tamen maluit legi: *aspellam*, quod probat Bentleius ad Heaut. I, 3, 20. et recepit Bothius et cum eo Lind. Negari autem nequit, particulam *sic* huic loco valde convenire, quia cogitandus est Mercurius gestum aliquem facere, matulam effundendam, vel aliud id eiusmodi, significantem. Quodsi legas: *sic cispellam*, versus hoc modo candendus erit: *Atque illuc sursum escéndero: inde optumé sic cispellám irum*, quemadmodum *optume* interdum correptim enunciandum occurrit.

18. *madidus sobrius*, madidum faciam eum qui non ebrius est.

19. Vulg. et Lamb. *Deinde illi*, sc. Amphitruoni, *sufferet*, perpetietur. Sed vett. et Vulg. et Camer. *Deinde ille*, sc. ille alter Sosia, qui diversus a me. Quod praefero. *suus*, ut saepe, pro *eius*.

20. Lind. *Quum eum* ex cd. Lips.

21. Vulg. vett. et anit. v. *esse* non habent. Recepit Hermannus, de metris p. 186. Monosyllabum, ut saepe.

24. *qui potis decet*, dativo pro abl. posito, ut supra II, 2, 196. *nostro generi non decet*. — Vett. et omnes Pall. et Camerar. *potius*. Rostius: *das für mich mehr pafst*. Sed dubium nullum est, unice verum esse *potis*. Cf. vs. 16. *adsimulabo me esse ebrium*. Nostrum Both. et Lind.

*Act. IV. Sc. I.* Amphitruo postquam nusquam reperit Naucratem, advenit, ut rem porro ex uxore exquirat.

1. *Naucratem quem*, per attractionem, pro *Naucrates*, *quem* etc.

3. *gymnasia*, *myropolia*. Sic vett. et Camerarius. Vulg. Both. Lind. interiecta *et*, uti Pall. — Plane similis huic locus legitur Epid. II, 2, 14. *Utinam conveniam domi Periphanem, per omnem urbem quem sum defessus quaerere: Per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio atque in foro; Per myropolia et lanienas, circumque argentarias.*

8. Edd. mediae: *Quis fuit.*

Nám me, quam illam quaéstionem inquísitam hodie amíttere,
Mórtuum satiúst. Sed aedis óccluserunt. Eúgepae!
Hóc fit pariter, átque ut alia fácta sunt. Feriám foris.
Áperite hoc! heus écquis hic est? écquis hoc aperit óstium?

## ACTUS IV. SCENA II.

*MERCURIUS. AMPHITRUO.*

*Me.* Quís ad fores est? *Am.* Égo sum. *Me.* Quid ego sum? *Am.* Íta loquor. *Me.* Tibi Iúpiter
Díque omnes iráti certo súnt, qui sic frangás fores.
*Am.* Quó modo? *Me.* Eo modo, út profecto vívas aetatém miser.
*Am.* Sósia! *Me.* Ita; sum Sósia, nisi me ésse oblitum exístumas.
Quíd nunc vis? *Am.* Sceléste, at etiam quíd velim, id tu mé rogas?
*Me.* Íta rogo: paene éffregisti, fátue, foribus cárdines.
Án fores censébas nobis públicitus praebérier?
Quíd me adspectas, stólide? quid nunc vís tibi, aut quis tu és homo?
*Am.* Vérbero, etiam, quís ego sim, me rógitas, ulmorum ácheruns?
Quém pol ego hodie ób istaec dicta fáciam ferventém flagris.
*Me.* Pródigum te fuísse oportet ólim in adulescéntia.
*Am.* Quídum? *Me.* Quia senécta aetate á me mendicás — malum.
*Am.* Cúm cruciatu túo istaec hodie, vérna, verba fúnditas.
*Me.* Sácrufico ego tibí. *Am.* Qui? *Me.* Quia enim té macto infortúnis.
. . . . . .

(Quae post hunc versum supposita leguntur in editionibus vulgatis, ea neque in Palatinis, neque in ullo codice scripta reperiuntur. Iata igitur omnia recentiorum commenta, praesertim quia ita comparata erant, ut et lectoribus et poësi ipsi non possent non vero detrimento esse si legerentur, abiecta dudum oportuit, quemadmodum invecta fuerant olim, sive ab Hermeiae Barbaro sive alio quopiam medii aevi Pseudoplauto. In codicibus post versum 14. qui supra legitur, statim nulloque interstitio iuncta sunt, quae hic sequuntur: *Vos inter vos* etc.)

## ACTUS IV. SCENA III.

*BLEPHARO. AMPHITRUO. IUPITER.*

*Bl.* Vós inter vos istaéc partite: ego ábeo: mihi negótium est.

11. *Hoc fit pariter.* Sic bene vett. — Vulg. et Pall. et B. *Pariter hoc fit*, ut et Lind.

*Act. IV. Sc. II.* Mercurius de tecto increpat Amphitruonem ob fractas fores. Ille minitatur ei infortunium. Scena imperfecta.

1. Vett. *Quis ad foris?* omisso *est*, quod habet vulg. — Vett. et vulg. *Quid ego sum.* Both. *quis ego sum* ex Helmst. et Guelf. Dictionem *Quid ego?* vide Truc. II, 2, 2.

2. Vett. *qui sic frangat fores.*

4. Lind. *nisi mei me*, e coni.

8. *stolide* in vett. pro adverbio habetur, accentu in fine posito, et omisso commate.

9. *ulmorum Acheruns*, in quem conveniunt omnes ulmi, h. e. virgae ex ulmis factae, tamquam in Acheruntem animae. Cf. Cas. II, 8, 12. Nota Acheruntem plerumque prima producta a Plauto usurpari.

10. Lind. *Quem ego pol hodie.*

14. Vett. *Sacrufico ego hunc tibi.* Eaedem in fine non habent *infortunis*, uti nec Veneta.

*Act. IV. Sc. III.* In deperditis, post-

Néque ego unquam usquam tánta mira mé vidisse cénseo.
*Am.* Blépharo, quaeso, ut ádvocatus mi ádsis, neve abeás. *Bl.* Vale.
Quíd opust me advocáto, qui, utri sim ádvocatus, néscio?
*Iu.* Íntro ego hinc eo: Álcumena parturit. *Am.* Perií miser! 5
Quíd ago, quem advocáti iam omnes átque amici déserunt?
Núnquam edepol me inúltus istic lúdificabit, quísquis est:
Nám iam ad regem récta ducam, résque ut facta est, éloquar.
Égo pol illum ulcíscar hodie Théssalum venéficum,
Quí pervorse pérturbavit fámiliae mentém meae. 10
Séd ubi ille est? Intro édepol abiit, crédo, ad uxorém meam.
Quí me Thebis álter vivit míserior? quid núnc agam,
Quem ómnes mortalés ignorant ét ludificant, út lubet?
Cértum est, introrúmpam in aedes: úbi, quemque hominem adspéxero,
Sive ancillam, sive servom, sive úxorem, sive adúlterum, 15
Seú patrem, sive avóm videbo: óbtruncabo in aédibus.
Néque me Iupitér, neque di omnes íd prohibebunt, sí volent,
Quín sic faciam, utí constitui. Pérgam in aedes núnc iam.

---

quam satis rixatus Mercurius cum Amphitruone, accessit Iupiter ex aedibus sub forma Amphitruonis, ut itidem verum Amphitruonem aspelleret; accessit et Blepharo a navi cum Sosia. Qui quum non posset illorum dirimere, nec dignoscere uter verus Amphitruo: iam declarat, se rem in medio relicturum abiturumque ad sua negotia. Introit et Iupiter, opem laturus parturienti Alcmenae. Desperans itaque Amphitruo, ipse quoque introrumpit in aedes, exitium minatus, quemque deprehenderit. Dum autem irrumpere vult, fit tonitru, et concidit Amphitruo.

1. In vulg. et vett. abest *istaec*, quod habet Bothius ex Guelf. et edd. medii. V. *inter*, uti saepius, tamquam monosyllabum, legendum, quasi *'nter*. Cist. I, 1, 53. Quod si nolis, lege *haec*. Lind. *At vos inter vos partite.* — Pro *partite* V. C. *parcite*.

4. Post h. v. quidam addunt versum ab Nonio servatum v. Decernere: *Qui nequeo, vostrorum uter sit Amphitruo, decernere.*

5. Vulg. et vett. *Intro hinc eo.* Sed *ego* et codices quidam habent, et Camerarius, et ex eo Lambinus.

6. Sic vett. — Vulg. et Pall. *Quid ego?* ut et Cam. et Lamb. Quod aptum foret, nisi praecederet: *Perii miser.* Deinde in vulg. et Ven. deest *omnes*, quod legitur in vett. et Camer. Bothius: *Quid ego? quid ago, quem advocati iam atq. am. des.* Lind. *Nam quid ego ago, quem adv. iam atque amici deserunt.*

8. Vulg. et Pall. *Nam iam ad r. r. me ducam, resque ut facta est, éloquar.* Vett. *me ducam, remque ut facta eloquar.* Cam. *me ducam, resque ut facta, eloquar.* Atque locutio *se ducere* occurrit Aul. IV, 8, 8. et Bacch. IV, 1, 21. seu 2, 11. Sed non sese vult A. ad regem ducere, verum illum alterum Amphitruonem; quem ideo etiam in sequentibus quaerit. Ergo me abesse debet. Lind. *Iam me ad r.*

9. *Thessalum* vocat adversarium, quia Thessali veneficiis et magicis artibus infames erant.

14. Et hic et vs. 18. Vulg. et Pall. et Ven. habent *aedibus*, ἀρχαϊκῶς, ut ait Meursius, qui haec addit: apparet enim, veteres praepositioni *in*, sive motum in loco sive ad locum significarent, indifferenter accusativum et ablativum iunxisse. Itaque et Gronovius edidit. Vett. et Camer. habent *aedis*.

15. Versus ipse praebet, posteriora duo *sive* monosyllaβως legenda esse. Bothius duplex *si* reposuit.

16. *Seu patrem, sive avom.* Sic vett. et vulg. et Pall. — *sive* monosyllabum, elidendumque.

Inter hanc et sequentem scenam tonitru fieri cogitandum est, quo examinatus Amphitruo in introitu aedium concidit.

## ACTUS V. SCENA I.

*BROMIA. AMPHITRUO.*

*Bn.* Spes átque opes vitaé meae iacént sepultae in péctore;
Neque úlla est confidéntia iam in córde, quin amíserim:
Ita míhi videntur ómnia, mare, térra, coelum, cónsequi,
Iam ut óppprimar, ut énicer. Me míseram! quid agam, néscio:
Ita tánta mira in aédibus sunt fácta. Vae miseraé mihi! 5
Animó male est: aquám velim! Corrúpta sum atque absúmta sum.
Capút dolet; neque aúdio, neque óculis prospició satis;
Nec mé miserior foémina est, neque úlla videatúr magis:
Ita hérae meae hodie cóntigit: nam ubi párturit, deos sibi ínvocat:
Strépitus, crepitus, sónitus, tónitru, ut súbito, ut propere, ut tónuit valide. 10
Ubi quísque institerat, cóncidit crepitu. Íbi nescio quis máxuma
Vóce exclamat: Álcumena, ádest auxilium! né time:
Ét tibi et tuís propitius coéli cultor ádvenit!
Exsúrgite, inquit, quí terrore meo óccidistis praé metu!
Ut iácui, exsurgo. Ardére censui aédis: ita tum cónfulgebant. 15
Íbi me inclamat Álcumena: tum éa res me horrore ádficit.
Herílis praevortít metus: adcúrro, ut sciscam, quíd velit,
Atque íllam geminos fílios puerós peperisse cónspicor;

*Act V. Sc. I.* Prorumpit ex aedibus Bromia, ancilla Alcumenae, attonitaque refert, quae intus gesta sint. Offendit Amphitruonem, eique narrat, Iovem sese ipsum intus patefecisse. Eo placatus ille laetusque dum vult sacra parare, iterum tonat, et apparet Iupiter ipse, eumque solatur et ut cum Alcmena in gratiam redeat, hortatur.

1. *Spes opesque* vide Capt. 2, 3, 85.

2. Vulgata cum Camerario atque Lambino: *iam meo in corde.* Vett. omittunt *meo*, ut v. *confidentia* in fine sit producendum, ut et alibi *a* finale in prima declinatione. Sin retineas *meo*, erit tota vox elidenda, ut iidem saepe et hoc pronomen, et *ea*, *sibi*, *mihi*, *rei*, etc. Vocem *est*, omnes ante *confidentia*, qui ordo non mutandus, ut fecit Lind. *Neque ulla confidentiast iam in c. q. am.*

4. Vett. *Iam ut opprimar, et ut enicer.* Vulg. om. *et*, uti et Pareus in textu, nulla nota adiecta.

6. *aquam velim*, sc. qua adspergar, ut recreer. — *atque*, quod habent vulg. et edd. vett., omisit Bothius, ex cod. Guelf. et Lang.

9. *ubi parturit, deos sibi invocat.* Sic vett. et Pall. et vulg. — Guelf. *parturis.* Hinc Bothius: *Nam ubi parturis deos sibi invocat.* Sed prius narrandum erat, eam parturisse, dein, deos sibi invocasse. Hoc autem asyndeton, valde accommodatum et ancillae moribus, et affectui, protasin facit, cuius apodosis est: *strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus*, sc. exoritur. Lind. *Nam ubi parturit, deos ubi vocat; Strepitús, crepitús, sonitús, tonitrús; subito, út propere, út validé tonuit.* Ceterum ad hanc omnem scenam confer Theocriti Idyll. XXVI. *Μᾶτερ ἐμά* etc.

10. Hunc versum Vett. sic: *Str., cr., s., tonitrus, ut subito, ut propere, ut tonuit valide?* Item Camerarius et Vulg. nisi quod in fine: *ut valide tonuit.* Ego sequendam duxi l. vett. ita tamen, ut *tonitru* scriberem. *ut* interpretatur: quam.

11. V. *crepitu*, quod omnes libri habent, omittit Bothius, et cum eo Lind.

13. Vett. *Et tibi et tuis omnibus propit.* Vulgata cum Pall. omittit *omnibus*, quod per metrum possis retinere, si elidas *tibi*.

16. *tum* habet Lambinus. Vett. *tam.* Cam. et Pall. et Vulg. et Lind. et Loth. *iam*, uti videtur legisse Nonius. Duplici re se affectam fuisse dicit: primum inclamatione Alcumenae, tum terrore ex voce audita. Igitur unice probandum puto *tum*.

17. *praevortit*, h. e. plus valet in me metus de hera mea, quam timor ob fulgur et vocem auditam. — Vulg. et Vett. addunt *ocyus* ante *accurro;* deest tamen illud in codd. Langg. et edd. antiquissimis. Habent Pall.

18. B. *Ac geminos illam filios* etc.

Neque nóstrum quisquam sénsimus, quum péperit, neque praevídimus.
Séd quid hoc? quis hic ést senex, 20
Qui ante aédis nostras síc iacet?
Numnam húnc percussit Iúpiter?
Credo édepol: nam, proh Iúpiter!
Sepúltust, quasi sit mórtuus.
Ibo ét cognoscam, quísquis est. 25
Amphítruo hic quidem est, hérus meus.
Amphítruo! *Am.* Perii! *Br.* Súrge. *Am.* Interii! *Br.* Cédo manum! *Am.* Quis mé tenet?
*Br.* Tua Brómia ancilla. *Am.* Tótus timeo: íta me increpuit Iúpiter;
Nec sécus est, quam si ab Ácherunte véniam. Sed quid tú foras
Egréssa es? *Br.* Eadem nós formido tímidas terrore ímpulit. 30
In aédibus, ubi tu hábitas, nimia míra vidi. Vaé mihi,
Amphítruo: ita mihi ánimus etiam núnc abest. *Am.* Agedum, éxpedi:
Scin' mé tuum esse herum Ámphitruonem? *Br.* Scío. *Am.* Vide etiam núnc. *Br.* Scio.
*Am.* Haec sóla sanam méntem gestat meórum familiárium.
*Br.* Imo ómnes sani súnt profecto. *Am.* At me úxor insanúm facit 35
Suis foédis factis. *Br.* Át ego faciam, tu ídem ut aliter praédices,
Ámphitruo: piam ét pudicam ésse tuam uxorem út scias.
De éa re signa atque árgumenta paúcis verbis éloquar.
Ómnium primum tibi Álcumena géminos peperit fílios.
*Am.* Áin' tu? geminos? *Br.* Géminos. *Am.* Di me sérvant.
*Br.* Sine me dícere: 40
Út scias, tibi tuaéque uxori déos esse omnis própitios.
*Am.* Lóquere. *Br.* Postquam párturire hodie úxor occepít tua,
Úbi utero exortí dolores, út solent, puérperae:
Invocat deos ímmortalis, út sibi auxiliúm ferant,
Mánibus puris, cápite operto. Íbi continuo cóntonat 45
Sónitu maxumo. Aédis primo rúere rebamúr tuas:

19. Lind. *providimus*

20. Qui sequuntur versus, dimetros esse duo; atque primus saltem eorum in vett. et vulg. separatim scriptus legitur.

24. Vett. *sepultus* non adiecto '*st* aut *est*.

26. Vett. *quidem* sine *est*, quod in vulg. legitur.

28. Lind. ex coni. *totus contremo*.

33. Sic Vett. et Ven. et Pall. — Vulg. *viden' etiam nunc?* Sensus: Iterum nunc rem perpende, iterum cogita. Neutiquam: cogita, an nunc quoque? Nam v. *etiam* vel continuationem, vel iterationem significat. Cf. I, 1, 228. Cas. 2, 6, 16. III, 5, 71. Aul. I, 1, 16. As. I, 1, 92. V, 73. Curc. I, 3, 16. 33. Men. 2, 3, 72. IV, 3, 23.

34. Bothius: *sartam mentem*. Camerarii codex: *saccam*. Langiani et Lamb. *sarcam, sarcam*. Palatini *sannam*. Ven. *sarcam* omisso *mentem*. Vett. *sagam*. Sed v. *sanus* statim et a Bromia et Amphitruone repetitur. Ideo praeferendum. Lindemannus: *Haec sola sanam sartam gestat mentem familiarium*. Non autem possum adstipulari, utut valde probem Naekii de alliteratione disputationem, quod egregium thema ille sibi sumpsit tractandum in Mus. Rhen. III, 3. p. 324—418. neutiquam tamen adducto loco nostro. Neque ex huius de alliteratione doctrina, perdocte exposita, probari quasi oportebat coniecturam, qua alliteratio efficeretur.

39. *tibi*, quod legitur in vett., deest in vulg. et B. Elidendum autem, ut saepe, et *Omnium* duabus syllabis legendum, ut itidem haud raro.

43. *Ubi*. Sic Vett. et codd. — Vulg. *Ibi*, ut V. C.

45. *Manibus puris, capite operto;* lotis enim manibus et velato capite sacra fiebant, ut refert Plutarchus in quaestionibus Romanis.

Aédes totae cónfulgebant túae, quasi essent aúreae.
*Am.* Quaéso, absolvito híne me extemplo, quándo satis deláseris.
Quíd fit deinde? *Br.* Dum haéc aguntur, ínterea uxorém tuam
Néque gementem néque plorantem nóstrum quisquam audívimus: 50
Íta profecto síne dolore péperit. *Am.* Iam istuc gaúdeo,
Útut erga me est mérita. *Br.* Istaec mitte, átque haec, quae dicam, áccipe.
Póstquam peperit púeros, lavere iússit nos. Occépimus.
Séd puer ille, quém ego lavi, ut mágnust et multúm valet!
Néque eum quisquam cónligare quívit in cunábulis. 55
*Am.* Nímia mira mémoras! Si istaec véra sunt, divínitus
Nón metuo quin méae uxori látae suppetiaé sient.
*Br.* Mágis iam faxo míra dices. Póstquam in cunas cónditust,
Dévolant angués iubati deórsum in impluviúm duo
Máxumi; contínuo extollunt ámbo capita. *Am.* Héi mihi! 60
*Br.* Né pave. Sed ángues oculis ómnis circumvísere;
Póstquam pueros cónspicati, pérgunt ad cunás citi;
Égo cunas recéssim rursum vórsum trahere et dúcere,
Métuens pueris, míhi formidans; tántoque angues ácrius
Pérsequi. Postquám conspexit ángues ille altér puer, 65
Cítus e cunis éxilit, facit récta in anguis ímpetum,
Álterum altera ádprehendit éos manu perníciter.
*Am.* Míra memoras: nímis formidolósum facinus praédicas:
Nám mihi horror mémbra misero pércipit dictís tuis.
Quíd fit deinde pórro, loquere. *Br.* Púer ambo angues énicat. 70
Dum haéc aguntur, vóce clara exclámat uxorém tuam . . .
*Am.* Quís homo? *Br.* Summus ímperator dívom atque hominum, Iúpiter.
Ís se dixit cum Álcumena clám consuetum cubílibus,
Eúmque filiúm suum esse, qui íllos anguis vícerit;
Álterum tuum ésse dixit púerum. *Am.* Pol me haud poénitet 75

48. Sic Vett. et Pall. — Vulg. *hinc me, exemplo qu.* De re cf. indicem et Merc. 1, 2, 57.

52. Sic plane vett. et Camer. — Vulg. et Pall. *Utut erga me merita est. Br. mitte isthaec, a. h. q. d. a.* ex qua necessario legendum: *mitte ista*, id quod fecit Lind. Bothius omisit *atque* ex vulgata.

54. Both. *ut magnu 'st! ut multum valet!* contra libros. — Lindemannus item.

55. *in cunabulis.* Sic vett. et Pall. — Vulg. *incunabulis*, ut V. C.

57. *Non metuo quin* etc. h. e. profecto credo, latas esse, nec quidquam aliud metuo. — Lind. *meae quin.*

58. Lind. *in cunis.*

63. *rursum vorsum.* Sic Camerar. Lamb. et Vulg. et Pall. i. e. retrorsum. Vett. *sursum*, *prorsum.* Both. *rursum prorsum.* Ven. *vorsum* omisso *rursum.* Obviam est *sursum vorsum* Capt. III, 4, 123. Cf. et Celsum l. IV. c. 1 fin. *abdomen sursum versus ad praecordia pervenit.* et *deorsum vorsum* Ter. Adelph. IV, 2, 36. et nostrum *rursum vorsum* Epid. II, 2, 65. *vorsum* l. e. q. versus, et abundat. Nam quod alii iudicaverunt dictum pro *retro et prorsum*, rückwärts u. vorwärts, stultum fuerit, si ancilla in anteriorem partem versus angues trusedi cunas. Male igitur Rostius: *rückwärts, vorwärts, hin und her.*

66. Sic vett. et vulg. At Bothius iambico versu: *Citus exsilit e cunis, recta facit in angues impetum*, producto *exilit* in fine.

68. Vett. *praedicas facinus.*

70. B. *Quid fit deinde porro? loquere.* Vulg. et vett. *deinde? porro l.* Ven. nihil distinctionis habet.

73. *clam consuetum cubilibus.* Sic vett. et vulg. et codd. — Bothius transposuit: *clam cubilibus consuetum.* Legendum *c'bilibus*, ut *cubiculo* II, 2, 185. et Asin. IV, 1, 42. *Ita scilicet facturum: verum in cubiculo.* Lind. e coni. *clám consuetum cúbiculo.* Sed fortasse omittendum *clam.*

Scílicet, boní dimidium míhi dividere cúm Iove.
Ábi domum: iube vása pura actútum adornarí mihi,
Út Iovis supplíci multis hóstiis pacem éxpetam.
Égo Tiresiam cóniectorem ádvocabo et cónsulam,
Quíd faciundum cénseat, simul hánc rem, ut facta est, éloquar. 80
Séd quid hoc? quam válide tonuit! Di, óbsecro vostrám fidem!

## ACTUS V. SCENA II.

*IUPITER. AMPHITRUO.*

*Iu.* Bono ánimo es: adsum auxílio, Amphitruo, tíbi ét tuis.
Nihil ést, quod timeas: hériolos, harúspices
Mitte ómnis: quae futúra et quae facta, éloquar,
Multo ádeo melius, quam ílli, quum sim Iúpiter.
Primum ómnium: Alcuménae usuram córporis 5
Cepi, ét concubitu grávidam feci fílio;
Tu grávidam item fecísti, quum in exércitum
Proféctus: uno pártu duo peperít simul.
Eorum álter, nostro qui ést susceptus sémine,
Suis fáctis te immortáli adficiet glória. 10
Tu cum Álcumena uxóre antiquam in grátiam
Redi: haúd promeruit, quámobrem vitio vórteres:
Mea vi subacta est fácere. Ego in coelúm migro.

## ACTUS V. SCENA III.

*AMPHITRUO.*

Fáciam ita, ut iubés, et te oro, prómissa ut servés tua.
Íbo ad uxorem íntro; missum fácio Tiresiám senem.
Núnc, spectatorés, Iovis summi causa clare plaúdite.

76. Lindemannus: *Si licet*, ex V. C. At reliqui Pall. *Scilicet*.

80. B. *censet*, ex Guelf. dein: *simitu*.

*Act. V. Sc. II.* 1. Sic vulg. et vett. atque *tibi*, ut saepe, integrum elidendum. Et Both. tamen et Lind. verba *et tuis* omiserunt, quae ad sensum maximopere videntur necessaria, et in libris plerisque leguntur.

2. De hariolis et haruspicibus saepe contemtim veteres comici sunt locuti. Cf. Cic. de divin.

4. Pro *quum sim* Venata et Pall. *quum sum*, quod et Lind. Illud vulg. et vett. et Both.

8. Lind. *duos*. Nostr. et vett.

# METRORUM IN AMPHITRUONE

## DESCRIPTIO.

Prologus constat senariis iambicis.
Act. I. Sc. I. v. 1—7 sunt tetrametri iambici acatal.
v. 8 tetrameter choriambicus praecedente pyrrhichio.
v. 9 — 11 cretici tetram.
v. 12, 13 dimetri anapaestici.
v. 14 — 18 sotadici.
v. 19 — 24 Bacchii.
v. 25 anapaestus.
v. 26 — 64 iambici tetram. acatal.
v. 65 — 94 cretici, interpositis brevioribus 80, 81, 83 et finali 94.
v. 95 — 109 tetrametri iambici.
v. 110 — 309 trochaici tetrametri catal.
Act. I. Sc. II. iambici senarii.
Act. I. Sc. III. trochaici tetram. catal.
Act. II. Sc. I. v. 1 — 33 bacchici tetr.
v. 34 — 36 dimetri trochaici.
v. 37 monometer trochaicus.
v. 38 — 32 dimetri troch.
v. 33, 34 iambici breviores, tribus singuli pedibus compositi.
v. 35 — 40 anapaestici.
v. 41 — 88 trochaici tetr. catal.
Act. II. Sc. II. v. 1 — 29 bacchici tetrametri, intermixtis brevioribus 2, 7, 9, 13, 16, 20, 24, 30.
v. 31 — 240 trochaici tetram. catal.
Act. III. Sc. I. senarii iambici.
Act. III. Sc. II. senarii iamb.
Act. III. Sc. III. v. 1 — 19 trochaici tetram. catal.
v. 20 — 29 iamb. senar.
Act. III. Sc. IV. v. 1 — 22 iambic. tetr. acatal.
v. 23 — 25 senarii iamb.
Act. IV. Sc. I. trochaici tetram. catal.
Act. IV. Sc. II. trochaici tetram. catal.
Act. IV. Sc. III. troch. tetr. catal.
Act. V. Sc. I. v. 1 — 9 iamb. tetr. acatal.
v. 10 trochaicus tetr. acatal.
v. 11 iamb. tetr. acat.
v. 12, 13 troch. tetr. cat.
v. 14 iamb. tetr. acat.
v. 15 iamb. tetr. hypermeter.
v. 16 troch. tetr. catal.
v. 17 — 19 iamb. tetr. acatal.
v. 20 trochaicus dimeter catalecticus.
v. 21 — 26 iambici dimetri acatal.
v. 27 — 31 iambici tetrametri.
v. 32 — 76 trochaici tetram. catal.
Act. V. Sc. II. senarii iambici.
Act. V. Sc. III. troch. tetr. catal.

# ASINARIA.

## DRAMATIS PERSONAE.

LIBANUS, servus Demaeneti.
DEMAENETUS, senex.
ARGYRIPPUS, eius filius.
CLEAERETA, lena.
LEONIDA, conservus Libani.
PHILENIUM, meretrix.
DIABOLUS, miles.
PARASITUS.
ARTEMONA, uxor Demaeneti.
MERCATOR.
GREX.

## SUMMARIUM.

Iuvenis Argyrippus, Demaeneti filius, amat Philenium, quae est apud Cleaeretam lenam. Cleaereta autem cum milite Diabolo de Philenio pepigerat, ita tamen, ut, si Argyrippus prior afferet viginti minas, Argyrippus eam haberet. Is ergo, quaerens pecuniam, Demaenetum adit patrem, rogans ut viginti sibi minarum faciat potestatem. Demaenetus autem, qui dotatam duxerat, totus ab huius potestate pendet, et ab atriensi Saurea, quem illa dotalem adduxerat. Cupit tamen se beneficum praestare filio, et Libanum servum iubet, quoque modo possit, vel se vel uxorem vel atriensem viginti minis fraudare. Eo ipso tempore advenit mercator, atriensi pro emptis asinis pretium soluturus. Ergo Libanus conservum suum Leonidam subornat, ut is atriensis agat personam, argentumque illud ab mercatore auferat. Idque perficiunt, mercatorque argentum, praesente Demaeneto hero, numerat. Id igitur Argyrippo traditur, ea tamen conditione, ut patiatur, Philenium unum diem cum patre Demaeneto esse. Quod ille iubens concedit. Dum autem epulae fiunt, advenit miles, Demaenetumque cum Philenio accumbentem conspicit. Qua re iratus, Artemonam adducit, quae suum virum male mulcatum, ex lectis abripit. Argyrippus autem ad Philenium introit.

Scena fortasse Athenis.

## ARGUMENTUM.

Amánti argento fílio auxiliárier
Sub império vivens vólt senex uxório.
Itaque ób asinos relátum pretium Saúreae
Numerárier iubet sérvolo Leónidae.
Ad amícam id fertur: cédit noctem fílius. 5
Rivínus amens ób praereptam múlierem;
Is rem ómnem uxori pér parasitum núntiat.
Adcúrrit uxor, ác virum ex lustris rapit.

## PROLOGUS.

oc ágite, sultis, spéctatores, núnc ïam;
ae quídem mihi atque vóbis res vertát bene,
egique huíc et dominis átque conductóribus.
ce iám nunc tu, praeco, ómnem auritúm poplum! —
s, núnc reside! cáve modo, ne grátiis. — 5

um. 3. Sic l. vulg.; pro quo Bo- *Itaque relatum ob as. pr. S.* Sed hythmo occurrit *pro asinis* II, 2, 70. ulg. *Numerarier iussit servolo L.* *Numerarier iussit servo L.* Nemo det, et hic reponendum esse praequod in toto argumento obtinet, autem, ut saepe, una syllaba enun- n. V. C. et Pall. *Numerari iusl* habet Bothe.

*Rivinus*, i. e. *rivalis;* int. Diamilles. Aliae edd. vett. *Rivalis ob ereptam mulierem*, al. *ob tem.* Nostrum Lambinus.

mtt. edd. *ae virum domum triste* al. *trahit.* — Ceterum hoc argua in antiquis libris post prologum

logus 1. *Hoc agite*, i. e. ad hanc Nam iam animos advertite, neque ad attendite, si vultis. Sic Her. I, 19, 88. *Tu dum tua navis in* t, *Hoc age, ne mutata retrorsum* at *aura.* — *Hoc age* enim solem- i locutio, ubi aliquem velunt attent strenue rem propositam agere. t. I, 1, 83. Capt. II, 3, 84. Cas. 49. Curc. V, 2, 36. Cf. Suet. 8. et inprimis Plutarch. Coriolan. 5, med.

3. *Gregique huic*, i. e. histrionibus. B. elecit pron. *huic*, quod in omnibus legitur. At *gregi* correptim pronunciandum, ut saepius. Pseund. Prol. 9. *Domini* autem, (Lamb. legit *domino,*) sunt praefecti gregi histrico, poetae; *conductores* aediles, seu qui exhibebant ludos et conduxerant ornamenta.

4. v. *nunc* al. ut Lamb. post *praeco* collocant. Alii omittunt *tu;* fortasse rectius. Et sic vett. — *auritum.* Cf. Her. Od. I, 12, 11.

5. *cave modo, ne gratiis*, h. e. ne gratis. Duplex subest sensus, primum relatu ad praeconem, deinde ad spectatores. Ad praeconem quidem quod attinet, conferendus est locus in Poen. Prol. v. 11—15. ubi est: *Age nunc reside, duplicem ut mercedem feras*, h. e. et pretium pro praeconio, et licentiam fabulam spectandi. Sic hoc loco: *Age nunc reside et specta, sed cave ne gratiis.* Iocatur enim, se nolle ei concedere gratis licentiam spectandi. Ee ipso autem eos spectatores innuit, qui gratis spectatum accedebant, ut servuli, de quibus cf. Poen. Prol. v. 22—27. et Captiv. prol. v. 11—14. Veneta: *ne gratis.* In Camerarii prima ed. totum verbum *gratiis* desideratur, postaque est

Nunc, quíd processerim húc et quid mihi vóluerim,
Dicam: út sciretis nómen huius fábulae.
Nam quód ad argumentum áttinet, sané breve est.
Nunc, quód me dixi vélle vobis dícere,
Dicám: huic nomen graéce Onagos fábulae; 10
Demóphilus scripsit, Márcus vortit bárbare;
Asináriam volt ésse, si per vós licet.
Inést lepos ludúsque in hac comoédia;
Ridícula res est: dáte benigne operám mihi:
Ut vós item alias, páriter nunc, Mars ádiuvet. 15

## ACTUS I. SCENA I.

*LIBANUS. DEMAENETUS.*

*Li.* Sicút tuum vis únicum gnatúm tuae
Superésse vitae, sóspitem et supérstitem:
Ita téd obtestor pér senectutém tuam,
Perque íllam, quam tu métuis, uxorém tuam:
Si quíd med erga tu hódie falsum díxeris, 5
Ut tíbi superstes úxor aetatém siet,
Atque ílla viva vívus ut pestem óppetas.
*De.* Per deúm fidem! quae quaeris, iurató mihi
Videó necesse esse éloqui, quidquíd roges:
Ita me óbstinate adgréssus, ut non aúdeam 10
Profécto, percontánti quin promam ómnia.

stellula, lacunae signe. V. C. *negratis*, uno verbo.

10. *Onagos*, Gr. ὀναγός, α longa, h. e. asinorum ductor. Libri plerique: *onagrost*. Ven. et quidam Pall. *onagost*. Vett *onagrost*. Nostr. Vulg.

11. *barbare* i. e. Latine. Latini enim quoque ipsi antiquitus sese vocitasse videntur barbaros, i. e. non Graecos. Cf. Curc. I, 2, ad fin. *fite causa mea ludii barbari*, i. e. saltatores Romani. et Mil. II, 2, 58. *poetae barbaro*, i. e. Latino, forte Naevio. Et alibi *barbaricae urbes* vocantur Italae; et *barbarica lex* v. Capt. III, 1, 32. IV, 2, 105. — *Marcus* est ipse Plautus.

14. *ridicula res*, i. e. risus plena.

15. Dousa: *Ut vos ita alias, p. n. M. adi.* Both. *Ut vos, item ut alias, p. n. M. adi.* Nostram Lamb. et vulg. et Veneta et Pall. — Al. et Vett. *Ut vos item alias, pariter nunc me ars adiuvet.* Al. *Vos item ut alias, p.* etc. Sed *item alias, pariter nunc* est i. q. item alias, pariter atque nunc facit, h. e. ut in posterum etiam in bello rem bene geratis. Cf. Liv. I, 54. *Apud milites vero obeundo pericula ac labores, pariter praedam munifice largiundo, tanta caritate esse*, etc. — Similes apprecationes vide Prol. ad Captivos, Casinam, Cistellariam, Poenulum, Rudentem.

*Act. I. Sc. I.* 3. lege: *Ita ted obtestor.* — Quaedam edd. vett. *tum per sen t.*

5. *med erga* i. e. q. *erga me.* In aliis II. abest *tu.*

6. *aetatem* Lambinus intelligit de triginta annis. Sed potest esse acc. absolutus, aetasque, ut saepe, dicta pro *vita.* Id quod sequentia videntur comprobare. Atque eodem sensu accepit Casaubonus ad Athenaeum lib. VII, cap. 1.

8. Vulg. et Pall. *Per deum fidium quaeris; iurato mihi* etc. Vett. *Per deum fidium quae quaeris, iurato mihi.* Sed neque per deum fidium, nec per deorum fidem Libanus obtestatus erat. Igitur ad *Per deúm fidem*, quae est i. Guelph. cod., ponendum sign. exclam. Est enim exclamatio. Deinde ante *quaeris* addendum pron. *quae*, cum vett. — Bothius: *Per deúm fidem, ut tu quaeris, iurato mihi.*

10. *aggressus*, h. e. *aggressus es*, uti v. 2[illegible]. *quae locutus*, solemni usu. V. Indic. v. *es omissum.*

ictutum, istuc quíd sit, quod scire éxpetis,
. Ut ipse scíbo, te faciam út scias.
óbsecro, hercle, sério, quod té rogem.
i mendacii quídquam! *DE.* Quin tu ergó rogas? 15
me illuc ducis, úbi iapis lapidém terit?
l istúc est, aut ubi est istuc terrarúm loci?
flént nequam homines, quí polentam pránsitant.
l istúc sit, aut ubi istúc sit, nequeo nóscere,
nequam homines, quí polentam pránsitant. 20
l fústitudinas férricrepinas ínsulas,
homines mórtui incursánt boves.
o pól percepi, Líbane, quid istuc sít loci:
olenta, té fortasse dícere. *LI.* Ah!
ercle ego istuc díco, neque dictúm volo; 25
secro hercle, ut, quaé locutus, déspuas.
; geratur mós tibi. *LI.* Age, age, usque éxscrea!
mne? *LI.* Age, quaeso hercle; úsque ex penitis faúcibus!
plius! *DE.* Nam quoúsque? *LI.* Usque ad mortém volo.
: sís malam rem! *LI.* Uxóris dico, nón tuam. 30
; te ob istuc díctum, ut expers sís metu.
bi dent, quaecunque óptes! *DE.* Redde operám mihi.
ego ex te quaéram, aut cur minitér tibi,
quod me nón scientem féceris?
postremo filio suscénseam, 35
faciunt céteri? *LI.* Quid istúc novi est?
quid sit, ét, quo evadat, sum ín metu.
idém scio iam, fílius quod amét meus
retricem e próxumo Phílénium.
c, ut dico, Líbane? *LI.* Rectam instás viam; 40

*apis lapidem terit*, i. e. in

terum *est* omisit, quod omnes Ordinem versuum sequentium t Acidalius, et mutavit Bo- Acidalius *pinsitant* tum ad-, pro *pransitant*, quod est us plerisque libris. Hoc aenigmatice positum est; tatim opus est, ut agnoscat . Igitur tuendum censeo or- tum.

*sitant*, i. e. edunt, gustant, am cupiunt esurientes. In a flebat polenta. Non licebat servis inter pinsendum eam sed ubi flebat, flebant, h. e. Polenta autem hoc modo sum aqua hordeum siccaba- igebatur, denique molis tun-

*lae* sunt aedificia rustica, lificia ab aliis separatim po- sita. *fustitudin.* comp. ex *fustis* et *tundere*, ut *ferricr.* ex *ferro* et *crepare*. Al. *ferricrepidinas*.

22. *mortui boves* sunt lora ex pellibus bubulis facta.

27. Hic vs. in codd. legitur post vs. 40. necessario huc reponendus, quidquid obloquatur Pareus.

29. Vulgata v. *Etiam* Demaeneto tribuit. Bothius Libano, at v. *Ex penitis faucibus* Demaeneto. Ego Lambinum sequor Dousamque, et vett. — *Nam quousque*, praeposito *nam* interrogativo, pro: *quonam usque?*

30. *malam rem*, i. e. poenam a me.

33. Sensus: noli existimare, me velle exprobrare aut minari tibi, quod non me feceris scientem de amore filii.

37. *Demiror quid sit* etc. Hunc vs. post v. 69. collocant Vulg. et aliae edd. vett., ibique post eum repetunt vs. 38.

38. Lambinus *filium*, *quod amet*, *meum* ex libris legendum censet, quem-

Ea rés est. Sed eum mórbus invasít gravis.
*De.* Quid mórbi est? *Li.* Quia non súppetunt dictís data.
*De.* Tune és adiutor núnc amanti fílio?
*Li.* Sum véro, et alter nóster est Leónida.
*De.* Bene hércle facis, et á me initis grátiam. 45
Verúm meam uxorem, Líbane, nescis, quális sit.
*Li.* Tu prímus sentis; nós tamen praenóscimus.
*De.* Fateór, eam esse impórtunam atque incómmodam.
*Li.* Postérius istuc dícis, quam credó tibi.
*De.* Omnés parentes, Líbane, liberís suis, 50
Qui mi aúscultabunt, fácient obsequéntiam;
Quippe quí mage amico utántur gnato et bénevolo.
Atque égo me id facere stúdeo: volo amari á meis;
Volo mé patris mei similem, qui causá mea
Nauclério ipse ornátu per falláciam, 55
Quam amábam, abduxit áb lenone múlierem,
Neque púduit eum, id aetátis, sycophántias
Struere, ét beneficiis me émere gnatum súum sibi.
Eos mé decretum est pérsequi morés patris.
Nam me hódie oravit Árgyrippus fílius, 60
Uti sibi amanti eius fácerem argenti cópiam;
Et id égo percupio óbsequi gnató meo:
Volo amóri eius obsecútum, volo amet mé patrem;
Quamquam íllum mater árcte contentéque habet.
Patrés ut consuevérunt, ego mitto ómnia haec; 65
Praesértim, quom is me dignum, quoi concrédéret,
Habuít, me habere honórem eius ingenió decet:

admodum supra v. 13: *te faciam ut scias*, et infra: *Verum meam uxorem* etc. et ita centies, per attractionem. Atqui Palatini omnes nominativum habent. Utut igitur praeplacuerit Lambini lectio, in vulgata tamen acquiescendum duxi.

45. *facis* necessario legendum cum Hermanno. Vett. Vulg. et B. metro claudicante: *facitis*.

46. B. *scis qualis siet*. Aliae edd. *Verum meam uxorem nescit qualis siet?* Cretici, quales: *qualis sit*, et alibi occurrunt, ut II, 2, 20. Ceterum *nescis* omnes habent libri. Itidem Palatini omnes *siet*.

47. Bothius: *nos tamen in pretio sumus*, ex cod. Camerarii et Langiamis. *Praenoscimus* omnes edd. et Pall. 6., sensu bene congruente. Marius enim primus sentit; servi tamen ante alios primi vident, h. e. praenoscunt. Proprie tamen praenoscere est: praevidere futura.

49. H. e. ante tibi credo, quam dicas.

51. Vulg. *obsequelam*, cui quidam addunt *iam*. Both *obsequentiam*, haud improbabili coniectura Scaligeri et Gruteri. Citatur tamen hic versus a Nonio sub ipso verbo *obsequela*. V. C. *obsequellam*.

54. Sic Vulg. et V. C. et Lambinus. Contra vett. et Pall. *Volo mei p. me s.*

55. *ornatu nauclerio*, h. e. vestitu naucleri, i. e. magistri ac domini navis. *Cf.* Mil. IV, 4, 41. et IV, 3, 15. ubi ornatus is ipse describitur. Ceterum Lamb. *Nauclerico*.

63. Vulg. et edd. *Volo amori obsequutum illius, volo a. m. p.* — V. *obsecutum* passive h. l. usurpatum. Suppl. *esse a me*.

64. sc., ut igitur et mihi et uxori possit irasci. Nam cum subsequentibus haec aegre iungi queunt, ut fit in reliquis editionibus.

65. *Patres ut consueverunt*, i. e. quae plerumque patres consuerunt in tali occasione facere, ut increpent natos, si minitentur, ut rus abiegent etc., ea ego omnia omitto. Similem aliquatenus phrasin v. Casin. III, 1, init.

67. *ingenium* i. q. *mores*, Gesinnung, Willensmeinung. V. ind.

ne ádiit, ut pudéntem gnatum aequóm est patrem,
sse amicae quód det argentúm suae.
is íd, quod cupere té nequidquam intéllego. 70
servom Saúream uxór tua
, quoi plus ín manu sit, quám tibi.
géntum accepi: dóte imperium véndidi.
érba in pauca cónferam, quid té velim.
iam usust fílio argentí minis: 75
út paratum iám sit. *Li.* Unde géntium?
défrudato. *Li.* Máxumas nugás agis:
etrahere véstimenta mé iubes.
m te ego? Age, sis, tu sine pennís vola!
go defrudem, quoi ípsi nihil est ín manu, 80
íd tu porro uxórem defrudáveris?
a mé, qua uxorem, quá tu servom Saúream
circumduce! aúfer! promittó tibi
uturum, sí id hodie efféceris.
eás una opera mé piscari in áëre, 85
autem iáculod in medió mari.
i óptionem súmito Leónidam.
re quidvis, quídvis comminiscere:
o, argentum hódie ut habeat fílius,
quod det. *Li.* Quíd sis tu, Demaénete? 90
s, si forte in ínsidias devénero?
imes me, si me hóstea intercéperint?
dimám. *Li.* Tum tu igitur áliud cura, quíd lubet.
o eo ád forum, nisi quíd vis. *Li.* I! etiamne ámbulas?
que aúdin' etiam? *Li.* Écce! *De.* Sí quid té volam, 95
s? *Li.* Ubicunque lúbitum erit animó meo.
o nemo est, quém iam dehinc metuám mihi,
l nocere póssit, quando tú tua

á versus hic in vulg. male inuntur, eos supra posuimus v. quamquam alter eorum ibi quoatur in edd.

n *offuturum* l. e. id tibi non per me. Both. ex Guelph. *firmaturum*, *hodie si id efe-*

g. *Ven. aut. rete iaculo in m.* C. quod et Lamb. — Nostram x cedd. et edd. medd. atque in Pall. aberat v. *rete*.

*tione* in re militari, testibus onio et Varrone, appellabantur sibi centuriones aut decuriones administros vel vicarios rerum m, quo melius publica negotia sive *accensi*, qui dabantur bus a tribunis militum. Conf. Galba, c. 24. Ἐν δὲ τούτοις καὶ Βάρβος, ὁ μὲν ὑπατίων, ἑκάτερος· οὕτω γὰρ καλοῦνται οἱ διαγγέλων καὶ διοπτήρων ὑπηρεσίας τελοῦντες. Tac. Hist. I, 25: *Proculum, tesserarium speculatorum, et Veturium, optionem eorundem.*

89. Both. *Perficitote.*

91. H. v. Both. uncinis inclusit, quippe qui non legatur in edd. Guelf. Menac. Pall. 5., et Helmst. mutilatum habeat. Et sane abesse potest. Certe addendum *sis*, quod in vulg. omittitur, quo versus constet. V. C. habet versum, omisso *sis*.

94. *I! etiamne ambulas?* Vult celerrime eum abire, quo citius ipse rem curet. Aliae edd. antt. *fiesne ambula?* atque V. C. cum Pall. *fiet.* ne *ambula*, teste Parea. Nostr. vulgata. Imperativum *I!* omisit H.

95. Sequor vulgatam, nisi quod verba *Ubi vis* ad sequentem versum traxi, et vs. 96 pro *fuerit* scripsi *erit*, ex edd. vett. et cdd. Pall.

99. Sic edd. vett., nisi quod *mihi* ad-

Orátione omnem ánimum ostendistí tuom;
Quin té quoque ipsum fácio haud magni, si hóc patro. 100
Pergám, quo occepi, atque íbi consilia exórdiar.
*De.* Audín' tu? apud Archibúlum ego ero argentárium.
*Li.* Nempe ín foro? *De.* Ibi, si quíd opus fuerit. *Li.* Méminero.
*De.* Non ésse servus péior hoc quisquám potest,
Nec mágis versutus, néc quo ab caveas aégrius; 105
Eidem hómini, si quid récte curatúm velis,
Mandés; moriri sése misere mávolet,
Quam nón perfectum réddat, quod promíserit.
Nam ego íllud argentum tám paratum fílio
Scio ésse, quam me hunc scípionem cóntui. 110
Sed quíd ego cesso ire ád forum, quo incéperam?
Ibo, átque ibi manébo apud argentárium.

---

## ACTUS I. SCENA II.

*ARGYRIPPUS.*

Síccine hoc fit? foras aédibus me éiici?
Prómerenti óptume hoccín' preti rédditur?
Béne merentí mala es, mále merentí bona es!
Át malo cúm tuo: nám iam ex hóc loco
Íbo ego ad trísviros, vóstraque ibi nómina 5
Fáxo erunt: cápitis te pérdam ego et filiam,
Pérlecebrae, pérnicies, ádulescentum éxitium!
Nám mare haud ést mare; vós mare acérrumum:
Nam ín mari réperi, híc elaví bonis.
Íngrata atque írrita esse ómnia intéllego, 10
Quaé dedi, et quód benefecí. At posthác tibi
Mále, quod potero fácere, faciam, méritoque id faciám tuo.
Égo pol te redigam eódem, unde orta es, ád egestatis términos!
Égo edepol te fáciam, ut, quae sis núnc, et quae fuerís, scias.
Quaé, priusquam istam adii átque amans ego ánimum meum istí dedi, 15

dunt post *Ne quid.* Vulg. *Ne quid noc. possit: cum mihi tua* etc. Lamb. *Ne q. n. mihi possit, quum tu tua.*

103. B. *Nempe in forum?* — Apud argentarios auctiones fiebant, pecuniae solvebantur debitae aliis, et alia negotia gerebantur, quibus interesse multum intererat Romanorum civium. V. Torrent. ad Suet. Ner. c. 5.

110. *contui* pro *contueri.* Sic infra *contuor* II, 3, 23. Cf. Pers. II, 2, 26.

*Act. I. Sc. II.* 1. Loquitur haec Argyrippus electus, ad lenam, quae in domo est, necdum in scenam prodit.

5. *tresviros* sc. rerum capitalium. Cf. Amphitr. I, 1, 3.

6. v. *capitis* de sententia Lambini ad *faxo erunt* (h. e. accusabuntur, deferentur), referenda. B. cum vulg. *Faxo erunt: capitis te p.* etc. Et cf. Mil. 2, 4, 18. *quem pol ego capitis perdam.*

7. Choriambi sunt, quales haud raro interpositi leguntur in Plauto. Cf. Amph. I, 1, 8. Bacch. IV, 3, 39. etc.

9. *reperi.* Nimirum apud antiquos *re* praepositivum in perfecto numquam non producitur; ut igitur non opus sit duplicata consona. Vide quae adnotavi ad Lucanum in Indice sub v. *repulit.* Cf. Schneider's Elementarlehre d. Lat. Spr. II, p. 595.

10. *Ingrata* h. e. ita data, ut vos non habeatis gratiam. Sic Amphitr. prol. 48 *gratum arbitratur esse id a nobis sibi.*

Sórdido vitam óblectabas páne, in pannis, ínopia;
Éa si erant, magnás habebas ómnibus dis grátias:
Éadem nunc, quom est mélius, me, cuius óperà est, ignorás mala.
Réddam ego te ex ferá fame mansuétem; me spectá modo!
Nam ísti, quod suscénseam ipsi, níhil est; nihil quidquám meret: 20
Táo facit iussú, tuo imperio páret: mater tu, éadem hera es:
Té ego ulciscar! té ego, ut digna es, pérdam, atque ut de mé meres!
Át, scelesta, víden', ut ne id quidem mé dignum esse exístumat,
Quém adeat, quem cólloquatur, quoíque irato súpplicet?
Atque, eccam, illecebra éxit tandem. Opínor, hic ante óstium 25
Méo loquar modo, quaé volam, quoniam íntus non licitum ést mihi.

---

## ACTUS I. SCENA III.

*CLEAERETA. ARGYRIPPUS.*

*Cl.* Únumquodque istórum verbûm númis Philippeis aúreis
Nón potest auférre hinc a me, sí quis emtor vénerit.
Néc recte quae tu ín nos dicis, aúrum atque argentúm merum est.
Fíxus hic apud nós est animus túus clavo Cupídinis.
Rémigio velóque, quantum póteris, festina ét fuge: 5
Quám magis te in altúm capessis, tam aéstus te in portúm refert.
*Ar.* Égo pol istum pórtitorem prívabo portório.
Égo te dehinc, ut mérita es de me et méa re, tractare éxsequar,
Quóm tu med, ut méritus sum, non tráctas, quae eiicís domo.
*Cl.* Mágis istuc percípimus lingua díci, quam factís fore. 10
*Ar.* Sólus solitúdine ego te atque áb egestate ábstuli:
Sólus si ductém, referre grátiam nunquám potes.
*Cl.* Sólus ductató, si semper sólus, quae poscám, dabis;
Sémper tibi promíssum habeto hac lége, dum superés datis.
*Ar.* Quí modus dandí? nam nunquam tú quidem explerí potes: 15

16. *in pannis.* Sic V. C. et 5 Pall. Alii: *in panis inopia*, quod probari nequit, propter seq. *ea si erant.* Ceterum *inopia* est l. q. prae inopia.

17. B. et vulg. *Atque ea si er.* quasi tetram. iamb., quum reliqui omnes sint trochaici. Itaque aut eliciendum illud *Atque*, aut l. *magnam — gratiam.* Sed cf. III, 2, 1. *ea* referto ad panem et pannos.

23. *scelesta* appositio est, non vocativus. Nam quasi suum comitem alloquitur, non ipsam lenam. Numquam enim soli actores prodibant.

25. Pleraeque edd. punctum ponunt post *ostium*, quum tamen aperte cohaereant huius versus postrema cum seq. vs. — B., *opinor, huc ante ostium.* Sed *hic* edd. vett.

26. Vulg. *Meo modo loquar.* Sed metrum flagitat transpositionem. *meo modo* l. e. q. meo arbitratu.

*Act. I. Sc. III.* 1. *Philippeis.* Enunciatur hoc verbum plerumque valde correpta aut tantum non elisa syllaba prieri, quasi sit *Ph'lippis.* Cf. Bacch. II, 3, 38. II, 2, 52.

3. *Nec recte in aliquem dicere* est: maledicere alicui, obiurgare aliquem. Cf. II, 4, 65. Bacch. I, 2, 11.

7. *portitorem* int. lenam, cui minatur se nihil porro daturum.

9. Pro *quae eiicis* B. *quae eiicias.* Antiquae edd. *quem eiicis d.* Indicativum omnes.

12. *ductare* est verbum lenonium, significatque versari cum puella, eamque domum secum ducere.

14. *Promissum* habet Vulg. Dousa et aliae edd. antt. At Lambinus: *promissam.* — *dum superes datis*, h. e. dum habeas quae des; dum tibi adhuc supersit, quod des; dum sufficies dandis. Sic *laberi suppeditare*, As. II, 4, 17.

Módo quod accepsti, haúd multo post áliquid, quod poscás, paras.
*Cl.* Quíd modi est ductándo, amando? núnquamne explerí potes?
Módo remisistí: continuo iam, út remittam ad té, rogas.
*Ar.* Dédi equidem, quod mécum egisti. *Cl.* Et tíbi ego mísi múlierem:
Pár pari datum hóstimentum est; ópera pro pecánia.
*Ar.* Mále agis mecum. *Cl.* Quíd me accusas, sí facio officiúm meum?
Nám neque fictum usquám, neque pictum, néc scriptum in poématis,
Ubi lena bene agát cum quiquam amánte, quae frugi ésse volt.
*Ar.* Míhi quidem te párcere aequom est tándem, ut tibi durém dis.
*Cl.* Nón tu scis? quae amánti parcet, éadem sibi parcét parum.
Quási piscis, itidem ést amator lénae: nequam est, nísi recens.
Ís habet succum, is suávitatem; eum quóvis pacto cóndias,
Vél patinariúm, vel assum; vórses, quo pactó lubet.
Ís dare volt; is, se áliquid posci: nam úbi de pleno prómitur,
Néque ille scit, quid dét, quid damni fácist; illi réi studet:
Vólt placere sése amicae, vólt mihi, volt pédisequae,
Vólt famulis, volt étiam ancillis; ét quoque catuló meo
Súbblanditur nóvus amator, se út quom videat gaúdeat.
Véra dico. Ad súom quemque hominem quaéstum esse aequom est cállidum.
*Ar.* Pérdidici istaec ésse vera dámno cum magnó meo.
*Cl.* Si écastor nunc hábeas, quod des, ália verba pérhibeas;
Núnc quia nihil habés, maledictis te éam ductare póstulas.

16. Vulg. et Pall.: *Modo quod accepisti.* Al. *Modo quidem acc.* B. ex edd. mediis: *Modo quum.* Vett. *Modo quum quidem*, id quod significare nostrum potest. Fortasse et, omissa voce interiecta, legendum: *Modo accepisti*, quemadmodum infra v. 18 est: *Modo remisisti.*

20. *hostimentum* est, ut Festus explicat, *beneficii pensatio.* Sic eodem teste *redhostire* est referre gratiam. Omnino *hostire* significasse videtur i. q. *aequare;* unde Nonius (v. *Status dies*) ait *hostes* dictos esse, qui ex aequa causa pugnam inierint. Recurrit v. *hostire* infra II, 2, 110.

22. Vulg. et Nonius et edd. antt. *Nam neque usquam fictum, neque pictum, nec scriptum in poematis,* in qua lectione alterum *neque* foret eliidendum, uti saepe fieri debet. Cf. indic. sub v. *neque, neque.* At in codicibus quaedam varietas reperitur; ac primum V. C. non habet vv. *fictum neque*, quibus omissis versus nullo modo stare poterit. Similiter *neque fictum* in aliis etiam edd. Pall. in textu desiderantur, ad marginem partim adscripta leguntur. Sic enim Pal. 1. *Namque* (adscr. *nec fictum*) *usquam, neque dictum, nec scr. in p.* Pal. 2. *Namque usquam neque pictum, neque scr. i. p* Pal. 3. *Nam* (adscr. *neque fictum*) *usquam, neque pictum, nec scr. in p.* Pal. 5. *officium meum. Neque pictum, neque fictum, neque scriptum usquam in poematis*, omisso *Nam.* Similiterque Pal. 6. At. V. C. *Nam neque usquam fictum, nec scr. in p.* Bothius cum Pal. 3. *Nam neque fictum usquam, neque pictum, neque scriptum in poematis*, quem hic sequendum duxi.

28. *patinarium*, i. e. coctum et cum iure in patina appositum. — *vorses* piscem, i. e. tractare possis et apparare coenae.

29. *nam ubi de pl.* Omnes edd. antt. servant *ubi*, et punctum ponunt post *damni faciat.* Bothius *ibi* ex Ms. Berthii, et ex ed. Helmst. qui habet *ibi.* Quodsi *ubi* retineas, apodosis erit in *neque ille*, ut alterum *neque* supplendum ante *quid damni faciat.*

30. *illi rei studet*, h. e. amori, et si potiatur amica.

31. Vulg. *volt miki, pedissequae.* Sed tertium *volt* in aliis legitur edd. et in Pall.

37. Pro *tu eam*, quod est in hanc paucis antiquis, vulg. *et* B. *te eam*, doctius quam pro lenae ingenio. Habet ita et V. C. et 3 Pall.

n meum est. *CL.* Nec méum quidem edepol, ád te ut mittam grátiis.
aetatis átque honoris grátia hoc fiét tui,
›bis lucró fuisti pótius, quam decorí tibi: 40
dantur dúo talenta argénti numerata ín manum,
ibi noctem honóris causa grátiis donó dabo.
íd, si non est? *CL.* Tibi non esse crédam; illa alio ibít tamen.
i illaec, quae dedi ánte? *CL.* Abusa: nám si ea durarént mihi,
mitterétur ad te; núnquam quidquam póscerem. 45
quam, solem, lúnam, noctem, haéc argento nón emo;
quaeque vólumus uti, Graéca mercamúr fide.
i pistore pánem petimus, vínum ex oenopólio:
habent, dant mércem. Eadem nós disciplina útimur:
oculataé nostrae manús sunt: credunt, quód vident. 50
:st „Nihili cócio est;“ scis, cúius: non dico ámplius.
lam nunc mihi orátionem déspoliato praedicas,
ıliam, inquam, praebes núnc, atque olim, quúm dabam,
ıtque olim, quum illiciebas me ád te blande ac bénedice:
ihi aedes quoque ádridebant, quom ád te veniebám, tuae; 55
:e unum ex ómnibus te atque íllam amare, aibáa mihi;
id dederam, quási columbae púlli in ore ambaé meo
:ratis; méo de studio stúdia erant vostra ómnia;
ıdhaerebátis; quod ego iússeram, quod vólueram,
tis; quód nolebam ac vétueram, de indústria 60
ıtis, néque conari id fácere audebatís prius.

ıa meum *est;* non consuevi eam maledictis, quippe qui multa › ad vos detulerim munera.
*raeca mercamur fide*, h. e. pecunia, quae communis est m fides, h. e. qualis mos est m, h. e. mos hominum. Non perfidia aliqua Graecorum cogi-

*ılatae*, volunt videre argentum; . Oed. Col. 74. *Ὅσ' ἂν λέγωμεν, ὁρῶντα λέξομεν.*
*ihili cocio.* Sic vulg., quum ıabeat: *Nihili coactio* (sive *est. scis cuius? non d. a.* Pal. *est mihi nichili cohactio. scius n. d. a.* Pal. 2 et 4. *Vetus est ili coactio est scis cuius? n. d.* ıantt. *Nihili coaxatio*, ut sen: nihili sunt conquestiones, ubi prodegit. Alii *cotionem* pro dictam habuere. Plerique tamıem pro *arrilatore* (i. e. mercreumferaneo, negotiatore) ac-do quo v. Gellius XVI, 7. et ıai haec habet: *Arrilator, qui ıio appellatur, dictus videtur a voce graeca ἀῖρε, quia sequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli possit tollere.* Quemadmodum igitur talis homo debeat esse oculatus, ita hic significari existimant lenae manus oculatas esse oportere. Lambinusque legit: *nihili cocio est, si est caetus. Non dico amplius.* Verum enimvero ista postrema *Non dico amplius* tum plane otiosa fuerint addita. Codicum autem lectio: *scis cuius?* nullum plane sensum fundit, si *cocio* de mercatore accipiatur. Fortasse igitur legendum: *nihili coctio est* supplendumque: *eius qui nihil habet.* Id quod videntur comprobare glossaria, quae interpretantur: *σιτεία*, *ἡ σίτευσις*, *sagina*, *coccio.*

52. Quod additum legitur in vulg. et Pall., pron. *mihi*, B. cum edd. et Lamb. omisit.

53. *Longe aliam*, sc. *te*, quod Lamb. voluit in textum recipi. Aliae antiquae: *Longe aliam praebes, inquam, nunc* etc. Forte leg. *Longe aliam mihi te praebes nunc atque olim, quum dabam.*

58. *meo de studio* etc., h. e. mihi unice studebatis.

Núnc neque quid velím, neque nolim, fácitis magni, péssumae.
*Cl.* Nón tu scis? hic nóster quaestus aúcupii simíllimus'st.
Aúceps quando cóncinnavit áream, obfundít cibum:
Áves adsuescunt. Necésse est facere súmtum, qui quaerít lucrum. 65
Saépe edunt; semél si captae súnt, rem solvunt aúcupi.
Ítidem hic aqud nos: aédis nobis área est; aucéps sum ego;
Ésca est meretrix; léctus illix ést; amatorés aves:
Béne salutandó consuescunt, cómpellando blánditer,
Ósculando, orátione vínnula, venústula. 70
Sí papillam pértractavit, haúd id est ab re aúcupis;
Sávium si súmsit, sumere éum licet sine rétibus.
Haéccine te esse oblítum, in ludo quí fuisti tám diu?
*Ar.* Túa ista culpa est, quaé discipulum sémidoctum abs te ámoves.
*Cl.* Rémeato audactér, mercedem sí eris nactus; núnc abi. 75
*Ar.* Máne, mane! audi! díc, quid me aequom cénses pro illa tíbi dare,
Ánnum hunc ne cum quíquam alio sit? *Cl.* Téne? viginti minas,
Átque ea lege: si álius ad me príus attulerit, tú vale.
*Ar.* Át ego: est etiam, priúsquam abis, quod vólo loquí. *Cl.* Dic, quód lubet.
*Ar.* Nón omnino lám perivi: est réliquom, quod pereám magis: 80
Hábeo, unde istuc tíbi, quod poscis, dém; sed in legés meas
Dábo, ut scire póssis: perpetuom ánnum hunc mihi uti sérviat,
Néc quemquam interea álium admittat prórsus, quam me, ad sé virum.
*Cl.* Quín, si tu voles, domi servi quí sunt, castrabó viros.
Póstremo, ut volés nos esse, sýngrapham facito ádferas; 85
Út voles, ut tíbi lubebit, nóbis legem impónito:
Módo tecum una argéntum adferto; fácile patiar cétera.
Pórtitorum simíllumae sunt iánuae lenóniae:
Si ádfers, tum patént; si non est, quód des, aedes nón patent.
*Ar.* Ínterii, si nón invenio ego íllas viginti minas; 90
Ét profecto, nísi illud perdo argéntum, pereundum ést mihi.
Núnc pergam ad forum átque experiar ópibus, omni cópia:
Súpplicabo, exóbsecrabo, ut quémque amicum vídero;
Díguos, indignós, adire atque éxperiri cértum est mi:
Nám si mutuás non potero, cértum est, sumam foénore. 95

---

65. *Aves adsuescunt.* Vocabulum *avis* perbreve plerumque legendum, tamquam *av's*, uti plura, quae mediam *v* habent. De qua re vide praef. Sic *avus* Aul. prol. 5. Amph. IV, 3, 17. Similiter *necesse*. Nihil ergo mutandum.

70. *vinnula* apud al. legitur *vinula*, tamquam si descendat a vino. Sed Nonius duplici *n* litera scribit, interpretaturque: sensiloquum, lilecebrum.

80. Pro *quod peream magis*, quod habent Pall. sex, B. cum vulg. et V. C. *quo peream m.* — De locutione *perire* cf. imprimis Trucul. I, 1, 36. IV, 1, 9.

82. *Dabo, ut scire possis*, sc. quae te mihi praestare velim. Al. *possim*. Leges similes scribit miles Act. IV. Sc. I.

88. Libri omnes et editt. *portiterum*, quod probe ferri poterit, modo v. *simillimae* ab initio corripiatur, quod passim faciendum in Plauto. Bothius: *Portuum*. Sed portus potius sunt aedes, iaanae: portitores.

94. Quaedam antt. *experire*. Bothius: *adire certum mi est atque experiri*, contra libros omnes.

## ACTUS II. SCENA I.

*LIBANUS.*

ero, Líbane, nunc te méliust expergíscier!
rgento cómparando fíngere falláciam.]
factum est, quóm discesti áb hero atque abiisti ád forum:
eniúndo argento ut fíngeres falláciam,
hoc diéi tempus dórmitasti in ótio. 5
abs te socórdiam omnem réicis, segnitiem ámoves,
l ingeniúm vetus vorsútum te recipís tuom?
rum: cave tu ídem faxis, álii quod serví solent,
eri fraudationem cállidum ingeniúm gerunt. —
umam? quem íntervortam? quo hánc celocem cónferam? 10
m, inaúguratum est; quóvis admittúnt aves;
rnix ést ab laeva, córvus, parra ab déxtera.
nt. Certum hércle est, vostram cónsequi senténtiam.
hoc, quod pícus ulmum túndit? Haud temerárium est.
rcle, ego quantum éx augurio aúspicii intéllego, 15
in mundó sunt virgae, aut átriensi Saúreae.
illuc, quod éxanimatus cúrrit hic Leónida?
uod illic óbscaevavit méae falsae falláciae.

---

## ACTUS II. SCENA II.

*LEONIDA. LIBANUS.*

ego nunc Libanúm requiram aut fámiliarem fílium,
llos lubéntiores fáciam, quam Lubéntia est?

*Sc I.* 2. Sic vulg. et aliae ae. Lamb. *fingere te falla-* blum vero non est, intrusum versum, certe non una cum e h. l. legi; potius credendum, b histrionibus illatum esse; ut s ita habuerit: *Hercle vero, unc te meliust expergiscier! ctumst, quom discesti ab hero, sti ad forum; Ibi tu ad hoc s dormitasti in otio* etc. — *forum* non nimis sunt urgen- antque, abiisse a scena, quod vel domum fiebat vel ad forum, mi domum.

*tu idem faxis.* Potest *idem* d, ut sit masc. referaturque n. Unde non opus transpo- nam instituit Bothius: *cave idem* i si *idem* neutro genere accl- m vero legendum: *tú idem* ctus sit in tu pron.

*e celocem*, i. e. hoc meum Celox genus navigii brevioris uo.

*ás* ab sinistra si erat, bonum erat omen; item, si corvus ab dextra. Post *picus* V. C. et Pall. addunt *et*, quod omittit Lamb. Deinde pleraeque edd. anti. *corvos*, *parrha ab dextera*, quod alii relecerunt, propter unicum Horatii locum: *Impios parrae recinentis omen*, unde existimarunt, parram per se fuisse avem pessimi ominis. V. C. *parra*.

14. *ulmum*. Nimirum ulmeae plerumque erant virgae, quibus vapulabant servi. *Haud temer.* reposui ex anti. et Nonio pro *Non temerar.* vulg. et B.

16. *in mundo* esse i. e. q. in ornatu esse, i. e. *paratum esse*. Cf. Cas. III, 3, 3. Pseud. I, 5, 85. Poen. III, 5, 38. Nihil audiendus Rostius, qui, in Capedilis de dictione hac disserens, mundum non de ornatu, sed de universo (Weil) interpretatur; perperam, ut alia multa.

18. *obscaevavit*. Scaeva vel bonum vel malum omen significabat, teste Festo in h. v. Sed h. l. malo sensu. Vett. edd. *Metuo*, *ne ille obscaevarit*, *meae falsae fall.*

*Act. II. Sc. II.* 1. *familiarem filium*, h. e. filium heri mei, Argyrippum. —

Máxumam praedam ét triumphum eis ádfero adventú meo.
Quándo mecum páriter potant, páriter scortarí solent,
Hánc quidem, quam náctus, praedam páriter cum illis pártiam. 5
*Li.* Íllic homo aedis cómpilavit, móre si fecít suo.
Vaé illi, qui tam indíligenter óbservavit iánuam!
*Le.* Aétatem velím servire, Líbanum ut conveniám modo.
*Li.* Méa quidem hercle ópera liber núnquam fies ócius.
*Le.* Étiam de tergó ducentas plágas praegnantés dabo. 10
*Li.* Lárgitur pecúlium omne: in térgo thesaurúm gerit.
*Le.* Nám si huic occásioni témpus subterdúxerit,
Núnquam edepol quadrígis albis índipiscet póstea;
Hérum in obsidióne linquet, ínimicûm animos súxerit.
Séd si mecum occásionem opprímere hanc, quae obvenít, atudet, 15
Máxumas opímitates gaúdio effertíssumas
Súis heris ille úna mecum páriet, gnatoque ét patri:
Ádeo ut aetatem ámbo ambobus nóbis sint obnóxii,
Nóstro devinctí beneficio. *Li.* Vínctos nescio quós ait.
Nón placet: metuo, ín commune né quam fraudem fraúsus sit. 20
*Le.* Périi ego oppidó, nisi Libanum invénio iam, ubiubi est géntium.
*Li.* Íllic homo socium ád malam rem quaérit quem adiungát sibi.
Nón placet: pro mónstro extemplo est, quándo, qui sudát, tremit.

Compererat autem Leonidas, advenisse nuncium a mercatore quodam, qui afferret viginti minas pro asinis, quos ille emerit ab atriensi Saurea. Eas ut interverterent, faciendum esse.

7. *observavit* edd. vett. et Lamb., probavitque Camerarius. Alii tamen et B. cum vulg. et Pall. *observavit*.

8. *aetatem*, i. e. vitam omnem. Cf. v. 18. — B. addidit *ego*.

10. *praegnantes*, i. e. intumentes, turgidas.

11. Vulg. V. C. et B. *Largitur peculium: omnem in tergo thesaurum gerit*. Nostr. Pall. vett. et Lamb. Atque *omne* hic i. q. unicum, quod habet.

12. Apertum est, sensum hunc esse debere: nam si Libanus passus fuerit, ut haec occasio aufugiat, nunquam eam postea adipiscetur, si vel quadrigis albis vectus eam persequatur (Cf. Mil. II, 3, 72. *Ne tibi clam se subterducat istinc, atque huc transeat*, sc. puella). Edd. plerasque et V. C. Pall. que: *Nam si huic occasioni tempus sese* (al. *se*) *subterduxerit*. Bothius: *Nam si se huic occasioni tempus subterduxerit*. — *Tempus* incertum, an sit pars capitis, an abstractum. Sin capitis pars, an occasionis an Libani. Libani autem esse, suadent sequentia. Bothius de tempore videtur accepisse, non parte capitis. Sed quid sibi velit: *tempus se subterducit occasioni*, ego non assequor. Itaque aut, omissa voce *tempus*, legendum: *Nam si huic occasioni sese subterduxerit*, sc. Libanus, quasi quaerente ipsum occasione; aut, omisso *se* aut *sese*: *Nam si huic occasioni tempus subterduxerit*, eo sensu, ut tempus sit pars capitis, quasi esset dictum: Nam si Libanus nunc, quum ipsa occasio eum quaerit et saepe quasi eius apprehendere conatur, tempus suum ei subterduxerit. Atque postrema equidem probo.

13. *quadrigis albis*. Cf. Amph. I, 1, 297. *quadrigas si nunc inscendas Iovis*.

15. *opprimere*, i. e. fortiter arripere, apprehendere.

18. *aetatem*, i. e. per omnem vitam. Cf. v. 8.

20. Haec est l. codicum et vulg., quae tamen comma ponit post *commune*, et in fine habet *siet*. — Fortasse melius sic: *metuo, in commune quam fraudem frausus siet*. — Creticum similem, qualis *frausus sit*, vide I, 1, 46. Ceterum *frausus sit* est neutro-passivum.

23. Pro *extemplo*, quod legitur in omnibus editionibus et pleraque edd., Bath. habet: *exemplum* ex quibusdam libris. *Extemplo* autem est verbum augurale, quoniam augures statim, augurio viso, surgebant. Hinc *extemplo* i. e. q. statim. Ad sequentia explicanda Lambinus affert locum ex Hippocrate: ἐπὶ ἰδρῶτι φρίκη, οὐ χρηστόν. Ego hunc versum [illegible] nullius sensus, neque aptum aut neces-

quid ego hic, properáns, concesso pédibus, lingua lárgior?
hanc iubeó tacere, quaé loquens lacerát diem? 25
ol hominem ínfelicem, quí patronam cómprimat!
uid sceléste fecit, lingua pro illo péierat.
operabo: né post tempus praédae praesidiúm parem.
illaec praeda est? Íbo advorsum atque électabo, quídquid est.
salvére voce súmma, quoad virés valent. 30
nasium flagrí, salveto. *Li.* Quíd agis, custos cárceris?
tenarúm colone! *Li.* O vírgarum lascívia!
pondo ted ésse censes núdum? *Li.* Non edepól scio.
m ego, te nescíre; at pol ego, quí ted expendí, scio:
nctus céntum pondo es, quándo pendes pér pedes. 35
árgumento istúc? *Le.* Ego dicam, quo árgumento et quó modo:
quando ádligatumst aéquom centupóndium;
is manicaé complexae súnt atque adductae ád trabem,
ndes, néc propendes, quín — malus nequámque sis.
libi! *Le.* Istoc téstamento Sérvitus legát tibi. 40
ivelitátionem fieri compendí volo.
o est negóti? *Le.* Certum est crédere? *Li.* Audactér.
*Le.* Licet,
iti súbvenire fámiliari filio:
adest boni ímproviso; vérum commistám malo.

: loco; inprimis propter illud
s *placet* v. 20 et nostro.
*bus concesso, lingua largior.*
pedibus est: remittere cur-
Poen. I, 2, 9. *Largior* vero
ntivus est, vel verbum. Si
ve acceperis, sensus: dum
lingua. Sin pro verbo: lin-
on parcus sum. Quod rectius.
l.
*rat*, ergo eum protegit; eius
.
*abo* i. e. q. eliciam rem ex eo.
.
*nasium fl.*, quippe in quo se
assidue flagra. *custos carc.*,
assidue in carcere es, quasi

*narum col.*, i. e. qui assidue
as, ut agrum colonus. *virga-*
*ia*, i. e. in cuius tergo lasci-
virgae, et exsultare.
*pedes*, h. e. ita ut pedes de-
Nam alligabantur servis manus
lein manicae adducebantur ad
ut penderet corpus. Ad pe-
adligabantur pondera, vel ut
oena, vel ne calcitrarent, cum

*pedes — centupondium*, h. e.
rum centupondium tibi ad pe-
um est, tum scilicet centum
pondo es; id quod supplevi debet ex antecedentibus. Vulg. *alligatus's seq. cent.* Nostrum edd. vett. Lamb. Both.

38. *Ubi m. — trabem:* post haec verba debebat exspectare Libanus, secuturum esse, se aliquanto maloris fore ponderis; cupidusque esse audiendi, quanti tum esset. Sequitur tamen, eum, quantusquantus vel dependeat vel propendeat, malum nequamque esse.

39. Vulg. V. C. Pall. et B. *Nec dependis, nec propendis.* Nostrum vett., Lamb., Dousa.

40. B. cum vulg. *Hoc test.* Lamb. Dous. *Hocce.* — Sensus: illud *vos tibi* quasi testamento tibi legat servitus. Notum *vos vistis.*

41. Vulg. Lamb. V. C. Pall. et al. edd. vett. *Verbis velitationem.* Nostrum ex Meursio Bothius. — *fieri compendi volo*, i. e. abrumpi volo, cessare volo, nolo amplius fieri. *Compendifieri* passivum est verbi *compendifacere.* Cf. Bacch. II, 2, 6. Most. I, 1, 56. Mil. III, 1, 183. Cas. III, 1, 3. sqq.

42. *Certum est credere?* i. e. anne ego tuto tuae fidei rem committere possum? — In sequentibus sequor Lambinum, qui recte, ut videtur, vidit, orationem Leonidae a v. *Licet* ordiri, quum in vulg. et apud B. ordiatur a *Sic am.* In codd. scriptum erat: *licet sis — Si vis am.*

Ómnes de nobis carnuficum cóncelebrabuntúr dies. 45
Líbane, nunc audácia usust nóbis inventa ét dolis:
Tántum facinus módo inveni ego, út nos dicamúr duo
Ómnium digníssumi esse, quó cruciatus cónfluant.
*Li.* Érgo mirabár, quod dudum scápulae gestibánt mihi,
Háriolari quae óccoeperunt, síbi esse in mundó malum. 50
Quídquid est, elóquere. *Le.* Magna est praéda cum magnó malo.
*Li.* Sí quidem omnes cóniurati crúciamenta cónferant:
Hábeo, opinor, fámiliarem térgum, ne quaerám foris.
*Le.* Si ístanc firmitúdinem animi óbtines, salví sumus.
*Li.* Quín, si tergo rés solvenda est, rápere cupio públicum: 55
Pérnegabo atque óbdurabo, périurabo dénique.
*Le.* Hém, ista virtus ést, quando usust, quí malum fert fórtiter.
Fórtiter malúm qui patitur, ídem post patitúr bonum.
*Li.* Quín rem actutum edísseris? Cupió malum nanciscier.
*Le.* Plácide ergo unumquídque erogita; ut ácquiescam. Nón vides, 60
Me éx cursura anhélitum etiam dúcere? *Li.* Age age, mánsero
Tuo árbitratu, vél adeo usque dúm peris. *Le.* Ubinam ést herus?
*Li.* Máior apud forum ést, minor hic íntus est. *Le.* Iam satis ést mihi.
*Li.* Túm igitur tu es díves factus? *Le.* Mítte ridiculária.
*Li.* Mítto igitur. Istúc, quod adfers, aúres exspectánt meae. 65
*Le.* Ánimum advorte: ut aéque mecum haéc scias. *Li.* Taceó.
*Le.* Beas.
Méministin', asinós Arcadicos mércatori Péllaeo
Nóstrum vendere átriensem? *Li.* Mémini. Quid tum póstea?
*Le.* Hem érgo is argentum húc remisit, quód daretur Saúreae
Pró asinis. Aduléscens venit módo, qui id argentum áttulit. 70
*Li.* Úbi is homo est? *Le.* Iam dévorandum cénses, si conspéxeris?
*Li.* Íta enimvero. Séd tamen tu némpe eos asinos praédicas,

45. H. e. carnifices per omnes dies in nobis caedendis erunt occupati.

50. Haec respiciunt ad II, 1, 16. *ariolari* antiquitus dictum pro *divinare*, praedicere, vaticinari. — *in mundo*, paratum. Cf. Indicem sub v. *mundus*. — *malum*, poenam, supplicium.

53. *familiarem tergum* duplicem videtur habere sensum, vel ut sit: tergum, qualem decet habere servum, h. e. paratum ad plagas, vel: domi apud me habeo ipse tergum. — Sic autem Nonius citat locum. Nam V. C. et Pall. habent *familiare tergum*.

56. B. ex Guelph. *Pernegabo ac perdurabo*.

59. Both. *Quin actutum rem edissertas? Cupio malum nanciscier*, ex Gull. et codd. Langg. — Nostr. vulg. V. C. Pall.

60. Vulg. *unumquidque derogita*. Lamb. *unumquidque rogita*. V. *erogitare* occurrit Capt. V, 1, 29.

65. Addidi *igitur*, quo versus integer fieret; nam excidisse aliquid liquet. Sive malis post *istuc* addere *boni*. Sed *igitur* apte videtur repeti posse. Both. vulg. *Mitto, istuc quod affers, aures exspectant meae*, pro senario iambico habet!

67. Sic omnes edd. antiquae. Lamb. *Pelleo*. Nomen descendit ab oppido Maced. *Pella*. Both. *mercatori vendere — Pellaeo nostrum atriensem*. Sed usus est poeta more Graeco, ex quo in huiusmodi verbis penultima saepius corripitur, ut in v. ὀσίλαιος Arist. Equit. 139. et Soph. Antig. 1307. in v. ἀνταίαν, et Oed. Col. 117. *valsi*. Similiter Ovid. Trist. III, 12, 2. corripitur *Maeotis* ab initio. Quare nihil mutandum.

70. *adulescens* non est *ein Jüngling*, sed: vir quidam, ut saepe apud veteres. Cf. Epidic. I, 1, 1. Mostell. III, 1, 120. Pers. IV, 4, 109. Pseud. II, 3, 21.

72. Bothius: *Ita enimvero, sed temetum. Nempe eos asinos pr.*, alle-

os, claudos, quíbus subtritae ad fémina lam erant úngulae?
osos, qui tibi súbvectabant rúre huc virgas úlmeas.
éneo: atque iidem te hínc vexerunt vínctum rus. *Le.* Memorás probe. 75
i, in tonstrina út sedebam, me ínfit percontárier,
m filiúm Stratonis nóverim Demaénetum.
ne novísse extemplo, et me éius servom praédico
et aedis démonstravi nóstras. *Li.* Quid tum póstea?
it, se ob asinos férre argentum átriensi Saúreae, 80
i mnas, séd eum se non nóvisse hominem, quí siet;
vero sé novisse cállide Demaénetum.
am ille elocútus haec sic ... *Li.* Quíd tum? *Le.* Ausculta ergó: scies.
plo fació facetum me átque magnificúm virum;
med esse átriensem. Síc hoc respondít mihi: 85
ol Saureám non novi, néque, qua facie sít, scio:
n sequom est súccensere. Sí herum vís Demaénetum,
ego novi, addúce: argentum nón morabor quín feras.
ne dixeram áddúcturum et mé domi praestó fore;
balineás iturust; índe huc veniet póstea. 90
nunc consilí captandum cénses? dic. *Li.* Hem, istúc ago,
ido argento íntervortam et ádventorem et Saúream.
ic opus est exásciatum. Nám si ille argentúm prius
huc adfért, continuo nós ambo exclusí sumus.
ne hodie senéx seduxit sólum seorsum ab aédibus, 95
ibique intérminatus, nós futuros úlmeos,
lie Argyríppo viginti éssent argentí minae;
vel nós átriensem, vél nos uxorém suam
dare; díxit sese óperam promissám dare.
tu abi ad forum ád herum, et narra, haec út nos acturí sumus: 100
Leonidá futurum esse átriensem Saúream,
rgentum adferát mercator pró asinis. *Le.* Faciam, út iubes.
o illum interea hic óblectabo, príus si forte advénerit.
id ais? *Li.* Quid vis? *Le.* Púgno malam sí tibi percússero,

3, vs. 34. Edd. antiq. *sed tainepte eos a. pr.* Lamb. et vulg. *m tu nempe.* Forte leg. *sed tu N. e. a. pr.*
*subtritae* hyperbolice dictum. *ltritae.* Nostr. vulg. et V. C. l. 3.
*tonstrina.* Cf. Ter. Phorm. I,

lg. *argentum*, Both. cum V. C. et pro *adventorem* idem: *ad*, uti habent Pall. De v. *ad*. Truc. I, 2, 2. Atque ita ha.
ethius: *exasciato* ex Acidalio. st utrumque aeque bene. Sic est re, et: opus est res. Quod enim Lamb. intellexit de opere, errasse videtur. *Exasciare* autem est, ascia aliquod lignum perdolare, antequam poliatur; igitur: inchoare rem, aggredi rem et fabricari.

99. *operam promissam* i. e. paciam. Atque sic omnes Pall. Bothius tamen ex Palmerio: *promiscam*, h. e. indiscriminatim, sive atriensem sive uxorem defraudare instituerint.

103. *oblectabo*, i. e. dictis detinebo. Cf. Truc. 1, 2, 11. Pseud. 1, 5, 151. Poen. 5, 4, 102.

104. *Quid ais?* quasi dicat: Sed heus tu, est aliud, quod ex te quaeram. V. Ind.

Móx quom Saureán imitabor, cavéto ne succénseas. 105
*Li.* Hércle vero tú cavebis, né me attingas, si sapis,
Né hodie maló cum auspicio nómen commutáveris.
*Le.* Quaéso aequo animo pátitor. *Li.* Patitor tú item, quom ego te réferiam.
*Le.* Díco, ut usus fieri. *Li.* Dico hercle égo quoque, ut factúrus sum.
*Le.* Né nega. *Li.* Quin prómitto, inquam, hostíre contra, ut mérueris. 110
*Le.* Égo abeo; tu, iám scio, patiére. Sed quis hic ést? Is est!
Ílle est ipsus! Iam égo recurro huc: tú hunc interea híc tene:
Vólo seni narráre. *Li.* Quin tuum offícium facis ergo, ác fugis?

---

## ACTUS II. SCENA III.

*MERCATOR. LIBANUS.*

*Mer.* Ut démonstratae súnt mihi, hasce aédis esse opórtet,
Demaénetus ubi dícitur habitáre. I, puere, púlta,
Atque átriensem Saúream, si est íntus, evocáto huc.
*Li.* Quis nóstras sic frangít foris? Ohe, inquam, si quid aúdis!
*Mer.* Nemo étiam tetigit: sánun' es? *Li.* At oénsebam attigísse, 5
Proptérea, huc quia habebás iter: nolo égo fores, conserves
Meas, á te verberárier: sane égo sum amicus nóstris.
*Mer.* Pol haúd periclum est, cárdines ne fóribus effringántur,
Si istóc exemplo tu ómnibus, qui quaérunt, respondébis.
*Li.* Ita haéc morata est iánua: extémplo ianitórem 10
Clamát, procul si quém videt ire ád se calcitrónem.
Sed quíd venis? quid quaéritas? *Mer.* Demaénetum volébam.
*Li.* Si sít domi, dicám tibi. *Mer.* Quid? éius atriénsis?
*Li.* Nihiló mage intus ést. *Mer.* Ubi est? *Li.* Ad tónsorem ire díxit.

105. *caveto* correptim legendum, ut plura in quibus media est litera *v*, ut *aviditas* Merc. prol. 29. et supra *aves* I, 3, 65. *avus* Aul. prol. 5. Men. V, 9, 71. Cf. Ind. *cave*.

106. Sic hunc et seq. vs. antiquae edd. et Pall. nisi quod quidam eorum *si me sapis*, uti et V. C. Male vulg. cum Grutero: *Hercle vero tu cavebis, ne me attigas: si mę tagis, Nae hodie* etc. Non enim sensus est: si me tetigeris, tum commutabis nomen et ex Leonida fies Saurea; sed potius: tu cavebis ne me attingas, ne forte infortunio tuo magno ita a nobis hodie institutum sit, tu ut Saureae in te susciperes personam. Neque interpretandum nomen Saureae, cuius ad etymologiam plane hic non respicitur. Perperam enim omnem locum accepit Gruterus.

107. *nomen commutaveris*, sc. Leonidae nomen in Saureae. Ceterum Saureae nomen in edd. aliis antt. per *i* scriptum legitur ubique: *Sauria*.

110. *hostire contra*, par pari referre. Cf. I, 3, 20. not.

113. *ac fugis*, sc. ut servi solent, hinc fugitivi interdum dicti. Cf. Sall. Cat. 56. fin.

*Act. II. Sc. III.* 2. Vulg. *puer*, quam ubi sequaris, non elidendum est *habitare*. Aliae tamen antiquae: *I, puere, pulta*, uti et Both., ἀρχαϊκῶς.

6. B. *huc quod habebas iter*, ut et aliae.

7. Vulg. et V. C. et Pall. *sane ego sum amicus nostris aedibus*, quod et est in Lamb. edit. expressum. Nostr. et aliae antiquae, et Bothius; supplendumque *conservis* aut *familiaribus*, neuiquam vero *aedibus*.

11. Vulg. *ad sese*. B. cum Pall. *ad se*, et recte *videt* in fine producitur

*MER.* Quom vénisset, post nón rediit? *LI.* Non édepol. Quid volébas?
*MER.* Argénti viginti minas, si adésset, accepísset.
*LI.* Qui pro ístuc? *MER.* Asinos véndidit Pellaéo mercatóri
Mercátu. *LI.* Scio. Tu id núnc refers? Iam hic crédo eum adfutúrum.
*MER.* Qua fácie voster Saúrea est? Si is ést, iam scire pótero.
*LI.* Maciléntis malis, rúfulus, aliquántum ventriósus,
Truculéntis oculis, cómmoda statúra, tristi frónte.
*MER.* Non pótuit pictor réctius describére eius fórmam.
*LI.* Atque hércle ipsum adeo cóntuor; quassánti capite incédit.
Quisque óbviam huic occésserit iráto, vapulábit.
*MER.* Si quidem hércle Aeacidinís minis animísque expletus cédit:
Si méd iratus tétigerit, irátus vapulábit.

---

## ACTUS II. SCENA IV.

*LEONIDA. MERCATOR. LIBANUS.*

*LI.* Quid hoc sít negoti? néminem meum díctum magni fácere?
Libanum ín tonstrinam ut iússeram veníre, is nullus vénit.
Nae ille édepol tergo et crúribus consúluit haud decóre!
*MER.* Nimis ímperiosust. *LI.* Vaé mihi hodié! *LE.* Salvere iússi
Libanúm libertum! iám manu emíssus? *LI.* Obsecró te.
*LE.* Nae tu hércle cum magnó malo mihi óbviam occessísti!
Cur nón venisti, ut iússeram, in tonstrínam? *LI.* Hic me morátust.
*LE.* Si quidem hércle nunc summúm Iovem te dícas detinuísse,
Atque ís precator ádsiet, malám rem effugies núnquam.
Tu, vérbero, imperiúm meum contémsti? *LI.* Perii, hóspes!
*MER.* Quaeso hércle, noli, Saúrea, mea caúsa hunc verberáre.
*LE.* Utinám nunc stimulus ín manu mihi sít ... *MER.* Quiesce, quaéso.
*LE.* Qui látera conterám tua, quae occálluere plágis. —
Abscéde, ne sine me hunc pérdere, qui sémper me ira incéndit,

Nam dactylus hoc loco vix potest ferri. Cf. Herm. Metr.

15. *Quum venisset*, sc. eo, sc. ad tonsorem. Cf. Virg. Aen. V, 504. *venit sagitta* sc. eo, quo tetenderat, ad scopum. Ovid. Met. VIII, 354. *lignum sine acumine venit.* Sic autem vulg. et codd. Sed alise edd. *ivisset*, quod habet Bothius. Lamb. *abiisset.*

17. *Qui pro istuc*, i. e. q. pro quo istuc.

19. Editiones vett. pleraeque: *noster Saurea.* Sed edd. *voster.*

23. *contuor*, Cf. I, 1, 108. — *quassanti capite.* Negat Lambinus posse dici *quassanti capite*, quoniam *quassare* sit activum, mavultque legi *casanti*, i. e. tristi, demisso, vel ebrio. Sed occurrit *capitibus quassantibus* Bacch. II, 3, 71. significaturque eo verbo nil nisi indignatio atque ira.

25. *Aeacidinae minae* sunt minae, quales Achillis erant. *incedit* edd.; Both. *cedit.* Et cf. Men. 5, 7, 31. Pseud. 4, 1, 54. Pro *expletus* vulg. *repletus.*

26. Lamb. *hic iratus vapulabit.* Verum aberat *hic* a Pall.

*Act. II. Sc. IV.* 1. *Quid hoc sit negotii?* Sic V. C. et Pall. Vulg. *Quid hoc est n.* ut Cist. V, 1. Lamb. *Quid est negotii*, in notis: *Quid hoc negotii.* — Similiter Amph. II, 1, 27. *Quid hoc sit hominis?* Sensus coniunctivi: *Was soll das sein?* — Al. edd. *meum magni facere dictum.*

7. Edd. *Ilic me remoratust.* Vulg. *moratu'st.*

14. Vulg. *Abscede et s.* Antiquae edd.

Quoi núnquam unam rem mé licet semél praecipere fúri, 15
Quin cénties eadem ímperem atque obgánniam; itaque iam hércle
Clamóre ac stomacho nón queo labóri suppeditáre.
Iussín', sceleste, ab iánua hoc stércus hinc auférri?
Iussín' columnis déiici operás araneárum?
Iussín' in splendorém dari bullás has foribus nóstris? 20
Nihil ést: tamquam si claúdus sim, cum fústi est ambulándum.
Quia tríduum hoc unúm modo foro óperam adsiduam déderim,
Dum réperiam, qui quaéritet argéntum in foenus: híc vos
Dormítis intereá domi, atque herus ín hara, haud aedibus, hábitat.
Hem ergo hóc tibi! *Li.* Hospes, te óbsecro, defénde! *Mer.* Saurea, óro, 25
Meá causa ut mittás. *Le.* Eho, ecquis pró vectura olívi
Rem sólvit? *Li.* Solvit. *Le.* Quói datum est? *Li.* Stichó vicario ípsi
Tuo. *Le.* Váh, delenire ádparas! Scio, míhi vicarium ésse,
Neque eo ésse servom in aédibus heri, quí sit pluris, quam íle est.
Sed vína, quae here véndidi vinário Exaerámbo, 30
Iam pro íis satisfecít Sticho? *Li.* Fecísse satis opínor:
Nam vídi hunc ipsum abdúcere et trapézitam Exaerámbum.
*Le.* Sic dédero. Prius quae crédidi, vix ánno post exégi;
Nunc sátagit: abducít domum etiam últro et scribit númos.
Dromó mercedem rétulit? *Li.* Dimídio minus, opínor. 35
*Le.* Quid, réliqüom? *Li.* Aibat réddere, quam extémplo redditum ésset:
Nam rétineri, ut, quod sít sibi operís locatum, effíceret.
*Le.* Scyphós, quos utendós dedi Philodámo, retulítne?
*Li.* Non étiam. *Le.* Hem, non? Sí velis, da, cómmoda, homini amíco!
*Mer.* Perii hércle, iam hic me abégerit suo ódio! *Li.* Heus iam satís tu. 40

*Abscede hac*, *sine* m. Both. *Abscede ac s.*

19. *operas aranearum.* Cf. Stich. II, 3, 24. *Ut operam omnem aranearum perdam et texturam improbem.*

20. *bullas*, ornamenta ex auro aut aere. Cf. Cic. Verr. IV.

22. Vulg. *operam assiduam dedi.* B. *dedi operam assiduam.* Lamb. *op. ass. dedi absens.* Bene nostrum edd. anti.

24. Pro *aedibus*, quod est in antiquis, probatumque Hermanno, B. *aede.*

27. Pro *rem solvit*, quod B., libri atque edd. *Resolvit.*

28. *delenire apparas*, sc. me, quoniam loqueris de vicario meo. Nimirum id honori ducit, quod sibi sit vicarius, qui prae reliquis omnibus servis honoretur.

29. Vulg. *quam ille sit*, quod aeque potest, modo *ille* una syllaba pronunciatur.

32. *et trapezitam.* Sic legendum, et sic fuit in V. C. Nam Exaerambus et Stichum et trapezitam secum abduxit domum suam; quod patet ex vs. 34. Al. *ad trap.*

33. *Sic dedero*, proverbialis locutio, redit Poen. V, 5, 7. Cf. Capt. 3, 1, 35. Atque sensus videtur esse: sic factum gaudeo; hoc probo. Cf. Ter. Phorm. V, 9, 38. *Sic dabo: age nunc, Phormionem qui volet lacessito.* Cf. Men. IV, 2, 46. 70. ubi praesens pass. *sic datur.* Hoc nota, futurum exactum simpliciter esse loco futuri indicativi. Cf. indic. sub: *futurum exactum.*

35. Cogitandus est Dromo opus aliquod suscepisse efficiendum, locatum sibi ab aliquo cive, et mercedem praeceptisse a Saurea, seu parem pecuniae summam ab eo mutuam accepisse, quam statim redderet, ubi dominus illius rei sibi mercedem solverit.

Audín', quae loquitur? *LE.* Aúdio et quiésco. *MER.* Tandem, opínor,
Contícuit: nunc adeam óptumum est, priusquam íncipit tinnire.
Quam móx mi operam das? *LE.* Hem óptume, quamdúdum tu advenísti?
Non hércle te províderam. Quaesó, ne vitio vórtas:
Ita íracundia óbstitit oculís. *MER.* Non mirum fáctum est. 45
Sed, sí domi est, Demaénetum volébam. *LI.* Negat esse íntus;
Verum ístuc argentúm tamen mihi sí vis denumeráre,
Reprómittam, istoc nómine solútam rem futúram.
*MER.* Sic pótius, ut Demaéneto tibi heró praesente réddam.
*LI.* Herus ístunc novit, átque herum hic. *MER.* Hero huíc praesente réddam. 50
*LI.* Da módo meo perículo: rem sálvam ego exhibébo:
Nam sí sciat nostér senex, fidém non esse huic hábitam,
Succénseat, quoi ómnium rerum ípsus semper crédit.
*LE.* Non mágni pendo, né duit: si nón volt, sic sine ádstet.
*LI.* Da, inquám! Vah, formidó miser, ne hic mé tibi arbitrétur 55
Suasísse, sibi ne créderes. Da, quaéso, ac ne formída.
Salvom hércle erit. *MER.* Credám fore, dum quidem ín manu ipse habébo.
Peregrínus ego sum; Saúream non nóvi. *LI.* At nosce sáne.
*MER.* Sit, nón sit, non edepól scio; si is ést, eum esse oppórtet.
Ego cérte me incertó scio hoc datúrum nemini hómini. 60
*LE.* Hercle ístum di ómnes pérduint! — Verbó cave supplicéssis!
Ferox est, viginti minas meás tractare sése.
Nemo áccipit: aufer té domum! abscede híuc! molestus né sis!
*MER.* Nimis íracunde! Nón decet supérbum esse hominem sérvom.
*LI.* Malo hércle iam magnó tuo nae istí nec recte dícis! 65
Impúre, nihili, nón vides irásci? *LE.* Perge pórro!
*LI.* Flagítium hominis, da, óbsecro, argentum huíc, ne male loquátur.
*MER.* Malum hércle vobis quaéritis. *LE.* Crura hércle diffringéntur,

46. *Negat esse intus.* Lambinus suppiendum ad *negat esse Libanus* censet. Sed est dictio solemnis, cuius sensus: *non est intus.* Sic Bacch. IV, 1, 20. *negat esse iturum* pro *non itura est.* Sic enim ibi legendum. Cf. indicem sub hac ipsa dictione.

49. Bothius omisso v. *hero*, quod habent codd.

53. V. *credere* construitur passim cum genitivo. Sic Trucul. II, 2, 52: *Numquam edepol mihi Quisquam homo mortalis posthac duarum rerum creduit*, etc. Ceterum edd. antt. habent: *Succenseat, quoi omnium rerum ipsus summam credit*, versu perbono. Lamb. *Succenseat, cui omnium summam rerum ipsus semper credit.* Nostrum B. et vulg.

54. *ne duit* i. e. dederit.

57. Vulg. *dum quidém ipse in manu hábeo*, atque sic aliae edd. vett. Sed *habebo* cod. Camer. et Pal. 3. et Guelf. Acid. Reiz. Unde retinui. Transposui autem *ipse in manu.*

59. *Si is est, eum esse oportet.* Sic vulg. cuius qui sensus, non statim apparet; legitur tamen in omnibus libris. Fortasse leg. *eum scisse* aut *scire.* Nam videtur ludere in v. *scio.*

62. Tam ferox est, quod illas viginti minas, quae iam meae sunt, ei licet manibus tractare. Falso h. versum Mercatori tribuit Bothius.

65. Bothius de sententia Guilelmi h. v. Leonidae tribuit; ita autem legit ac interpungit: *Malo hercle iam magno tuo; ni istí nec recte dicis!* vultque dicta ad Libanum, quo ille maledicat mercatori. Sed tum minime apta foret locutio: *nec recte dicere*, cuius sensus est: inique aliquem obiurgare; deinde ad priora (*malo — tuo*) supplendum esset: *fiet*, quod aeque inusitatum. Itaque versum

Ni istum impudicum pércies. *Li.* Perii hércle! *Le.* Age, impudice!
Sceléste! *Li.* Non audés mihi scelésto subvenire? 70
*Le.* Pergín' precari péssumo? *Mer.* Quae rés? tun' libero hómini
Male, sérvos, loquere? *Le.* Vápula! *Mer.* Id quidém tibi hercle fiet,
Ut vápules, Demaénetum simulác conspexero hódie.
In iús voco te. *Le.* Nón eo. *Mer.* Non ís? — Memento.
*Li.* Méminí.
*Mer.* Dabitúr pol suppliciúm mihi de térgo vostro. *Le.* Vaé te! 75
Tibí quidem supplícium, carnuféx, de nobis détur?
*Mer.* Atque étiam pro istis máledictis poenaé pendentur mi hódie.
*Le.* Quid, vérbero? ain' tu, fúrcifer? herum nós fugitare cénses?
I núnc ïam ad herum, quó vocas iamdúdum, quo volébas.
Nunc démum! *Mer.* Tamen nunquam híne feres argénti numum, nísi me 80
Dare iússerit Demaénetus. *Le.* Ita fácito: age ambula érgo.
Tu cóntumeliam álteri faciás, tibi non dicátur?
Tam ego hómo sum, quam tu. *Mer.* Scílicet ita rés est. *Le.* Sequere hac érgo.
Praefíscini hoc nunc díxerim: nemo étiam me adcusávit
Meritó meo, neque mé Athenis est álter hodie quísquam, 85
Cui crédi recte aequé putent. *Mer.* Fortássis; sed tamén me
Nunquam hódie induces, út tibi credam hóc argentum ignóto.
Lupus ést homo homini, nón homo, quom, quális sit, non nóvit.
*Le.* Iam núnc secunda míhi facis? Scibam, huíc te capitulo hódie
Factúrum satis pro iniúria. Quamquam égo sum sordidátus, 90
Frugí tamen sum, néc potest pecúlium enumerárí.
*Mer.* Fortásse. *Le.* Etiam nunc díco: Periphanés, Rhodo mereátur

Libano restituo, et pro *nunc*, quod est in Pall. et vulgata, lego *nae;* id quod probare videtur V. C. qui habet: *ni isti nec r. d.* Nam minari Libano incipit Leonidas v. demum 68.

69. *percies*, i. e. obtundes, permovebis, seu subiges. Videtur enim esse futurum tempus v. *percio*, de quo cf. Lucr. III, 29. Sic *concio* Amph. I, 2, 14. Vulg. verba *Age impudice*, quae in antl. edd. ab initio versus praec. collocata sunt, eidem Libano tribuit, quae Leonidae potius tribuenda, una cum sq. *Sceleste*, ut reliqua Libano.

70. *scelesto*, i. e. infelici. Cf. Amph. II, 1, 2. et ibi notata. Haec autem Libanus ad Mercatorem, dum vapulat a Leonida.

72. *male loquere*, videlicet quia dixerat Leonidas: *precari pessimo*, i. e. invocare hominem pessimum, ut fecerat vs. 25.

74. *Non eo.* Servi enim non ibant in ius. — In verbo *Memento* credunt alludi ad antestationem. Cf. Pers. IV, 9, 10.

77. B. *Tibi quidem de nobis, carnufex, detur supplicium? Mer. Atque etiam? — Pro dictis vestris maledictis poen.* etc. In vulg. enim et codd. ante *maledictis* additur *dictis*. Aliae tamen antiquae habent: *Atque etiam pro istis maledictis poenae pendentur mihi hodie*, versu optimo. — In seqq. sequor vulgatam.

83. *Sequere hac*, sc. ad herum. Eo enim iam tendunt inter colloquendum in postrema scenae parte.

84. *Praefiscini* (al. l. *Proficiscini*) seu *praefiscine* dicebant veteres, cum praefabantur, ut abesset verbo invidia, quasi ut depelleretur a se fascinum, imprimis ubi se suosve laudabant. Similiter Rud. II, 5, 4. et apud Charisium Titinius in Setina: *Mea Paulla, amabo, pol tu ad laudem addito praefiscini, ne puella fascinetur.*

89. Both. *secundas*, quod interpr. *secundas partes*. — Sed codd. omnes habent *secunda facis*, idque dictum videtur pro: *obsequeris*, quoniam dixerat Mercator vs. 83. *Scilicet ita res est*, et v. 86. *Fortassis*. Alii dictum putant pro: secundâ hostiâ mihi litare instituis. — *huic capitulo*, i. e. huic servulo, i. e. mihi.

'és, absente heró, mihi solús talentum argénti
li ánnumeravit, ét mihi credidít, neque est decéptus.
RE. Fortásse. LE. Atque etiam tú quoque ipse, si ésses percontátus 95
: ex álliis, scio pol, créderes nunc, quód fers. MER. Haud negássim.

---

# ACTUS III. SCENA I.

*CLEAERETA. PHILENIUM.*

:. Néqueon' ego ted ínterdictis fácere mansuetám meis?
ı ita tu es animáta, ut quae expers mátris imperií sies?
HI. Úbi piem pietátem, si istoc móre moratám tibi
istulem placére, máter, míhi quo pacto praécipis?
:. Án decorum est ádvorsari méis te praeceptís? PHI. Quid est? 5
:. Hóccine est pietátem colere, impérium matris mínuere?
HI. Néque, quae recte fáciunt, culpo; néque, quae delinquúnt, amo.
:. Sátis dicacula és amatrix. PHI. Máter, is quaestúst mihi:
ingua poscit, córpus quaerit: ánimus orat, rés monet.
:. Égo te vólui castigare: tú mi adcusatrix ades. 10
HI. Néque edepol te adcúso, neque id me fácere fas exístumo;
érum ego meas querór fortunas, quom íllo, quem amo, próhibeor.
:. Érgo pars orátionis dé die dabitúr mihi?
HI. Ét meam partém loquendi ét tuam tradó tibi.
d loquendum atque ád tacendum túte habeas portísculum. 15

92—94. ex vulgata et aliis edd. antt. ıdi, nisi quod transposui *solus mihi*, postrema *in eo*, quae post *deceptus* illa legebantur, omisi. *Est* addendum : Lamb. et Reis. Deest enim in II. et ılg. Omnes autem libri legunt *annumeravit*, et habent: *dico*. Eiusmodi ıtem versus, quales nostri, veterum in ımoediis frequentes occurrunt, inprimis ıl interserta sunt nomina propria. ostremus tamen forsan 'et sic potest: *eli ánnumeravit, crédidit, neque ést ıceptus in eo.*

96. nunc, *quod fers*, sc. argentum.

*Act. III. Sc. I.* 1. Increpat lena ıeliam, quod nolit abscedere ab Arrippo.

2. Al. *ut qui* pro *ut quae*. Atque ıed vulg. et Pall. quemadmodum *quis* . *quisquis* de foeminiis usurpatur. ostr. Both. et alii codd. — B. *matris ıperiis*, quasi genitivus sit inusitatus ı hac dictione aevo Plauti. Et sane ınstruitur cum abl., ut I, 1. 31, *ut ıpers sis metu*; Pers. IV, 3, 40. *ea ıs me domo expertem facit.* Atqui em in Amphitruone I, 1, 16 habet: *et ıboris expers*. Ergo non dubium.

3. *ubi piem pietatem*, h. e. ubi colam pietatem. Declinatum est quale: *facinus facere*.

6. Vulg. *matris imperium minuere*. Sed quia omnes huius scenae versus sunt catalectici, transpositio hic necessario fuit admittenda.

7. Sensus: non vituperо eas, quae matres colunt; non tamen eas amo, quae amatores suos produnt.

9. Pro *animus orat* B. ex Acidalio et quibusdam II.: *animus hortat*, ut respondeat v. *monet*. Fortasse sensus: et res et animus erat monetque seu impellit, ut corpus quaerat, i. e. quaestum faciat, lingua autem poscat.

13. Vulg. *Ergo una pars or. de die d. m.* V. C. habet *Egoua pars* etc. Vett. *Ergo una orationis pars de die d. m.?* Et fortasse omittendum *Ergo*, retinendum *una*.

14. B. et hunc et sequentum versum lenae tribuit, et interrogationes existimat, uti vs. 13. Mihi tamen apertum videtur, v. 14. esse responsionem Philenii ad v. 13. quare et reliqua eidem mittenda existimo, quo lena spiritum colligat ad longiorem orationem capessendam vs. 18—31.

15. *portisculus* erat malleus, quo gu-

Quíu pol si reposívi remum sóla ego, in castéria,
Ubi quiesco, omnís familiae caúsa consistít tibi.
*Cl.* Quíd ais tu, quam ego únam vidi múlierem audacíssumam?
Quótiens te vetui Árgyrippum, fílium Demaéneti,
Cómpellare aut cóntrectare, cólloquive aut cóntui? 20
Quíd dedit? quid déportari iússit ad nos? Tú tibi
Vérba blanda esse aúrum rere; dícta docta pró datis.
Últro amas, ultro éxpetessis, últro ad te arcessí iubes.
Íllos, qui dant, eós derides; quí deludunt, déperis.
Án te id expectáre oportet, sí quis promittát tibi, 25
Té facturum dívitem esse, sí moritur matér sua?
Écastor nobís periclum et fámiliae porténditur,
Dúm eius expectámus mortem, né nos moriamúr fame.
Núnc adeo nisi mi húc argenti ádfert viginti minas,
Naé ille ecastor híne trudetur lárgus lacrumarúm foras. 30
Híc dies summús'st apud med ínopiae excusátio.
*Phi.* Pátiar, si cibó carere mé iubess, matér mea.
*Cl.* Nón veto te amáre, qui dant, quád amentur grátia.
*Phi.* Quíd, si hic animus óccupatust, máter, quid faciam? mone.
*Cl.* Hem!
Méum caput contémples, si quidem éx re consultás tua. 35
*Phi.* Étiam opilió, qui pascit, máter, alienás oves,
Áliquam habet pecúliarem, quí spem soletúr suam:
Síne me amare unum Árgyrippum ánimi causa, quém volo.
*Cl.* Íntro abi: nam té quidem edepol níhil est impudéntius.
*Phi.* Aúdientem dícto, mater, próduxisti fíliam. 40

---

bernator navis signum dabat, quando remigandum esset, quando non. Hinc recte doctissimus Ainsworthus nostrum ita vertit: *do you direct me, when to speak, and when to be silent.*

16. *Casteria* erat locus, ubi remi et gubernacula reponebantur. Veteres non interpungunt post h. v.; eo magis inducor, ut verba *in casteria* ad apodosin trahenda esse censeam. Inest autem in his exprobratio quaedam. Quasi enim ait: Ceterum ego sola tibi sum familia, ego sola tibi quaestum facio. Ergo mihi etiam aliquando licebit amare quem volo. — Eoque respicit versu 18 quod ait lena *audacissimam.*

21. *quid deportari.* Legatur Trucul. II, 1. ubi Geta dona heri ad Phronesium deportat. — Vulg. *An tu tibi.* B. *An tibi tu.*

25. *id expectare oportet*, sc. dum ea, mater obierit.

26. v. *esse*, quod abest in vulg. et Lamb., recte additur in antt. edd. — Deinde codd. habent: *si moritur mater sua*, non *moriatur*, ut habet vulg. — Innuitur autem Argyrippus.

27. In vulg. post *periculum* additur: *magnum.*

30. *largus lacrumarum*, i. e. qui praeter lacrumas nihil largitur.

31. Sic vulg. et V. C. At Pall. *summae est.* Both. *summa est.* Dubio procul pari iure *summus*, quo *hic* ab init. vs. Sensus autem: Ab hoc die nihil amplius audiam Argyrippi excusationes inopiae. Respondet Philenium: Permitte mihi hunc amorem; ego contra patiar me cibo carere.

34. *occupatus*, sc. amore Argyrippi.

35. *meum caput*, sc. quod canum est. Igitur cogita, tibi idem futurum, atque utere tempore tuo, ad rem parandam.

37. *peculiarem*, sc. ovem. Cf. Capt. prol. 20.

40. *produxisti*, educasti, institutisti.

# ACTUS III. SCENA II.

*LEONIDA. LIBANUS.*

*Le.* Perfídiae laudes grátiasque habémus merito mágnas,
Quum nóstris sycophántiis, dolís astutiísque,
Scapulárum confidéntia, virtúte ulmorum fréti,
Advórsum stimulos, láminas, crucésque, compedésque,
Nervós, catenas, cárceres, numéllas, pedicas, bóias, 5
Indúctoresque acérrumos, gnarósque nostri térgi,
[Qui saépe ante in nostrás scapulas cicátrices dedérunt,]
Eas núnc legiones, cópias, exércitusque, fúrum
Vi púgnando, periúriis nostrís, euge! potíti.
Id vírtute huius cóllegae meáque comitáte 10
Factúmst. *Li.* Qui me est vir fórtior ad súfferendas plágas?
*Le.* Edepól virtutes quí tuas nunc póssit collaudáre,
Sicút ego possum, quaé domi duellíque male fecísti!
Nae illa édepol pro meritó tuo memorári multa póssunt:
Ubi fidentem fraudáveris; ubi hero infidelis fúeris; 15
Ubi vérbis conceptís sciens lubénter periuráris;
Ubi párietes perfóderis; in fúrto ubi sis prehénsus;
Ubi saépe cansam díxeris pendéns adversus ócto
Artítos, audacés viros, valéntes virgatóres.
*Li.* Fateór, prófecto, ut praédicas, Leónida, esse véra: 20
Veram édepol nae etiam tú quoque malefácta iterari múlta

*Act. III. Sc. II.* 1. Interim Leonidas Libanusque intus ope heri sui a mercatore argentum abstulere. Fert id in crumena Leonidas, et triumphat: Merito gratias habemus Perfidiae, quia nostris dolis, freti scapulis nostris, potiti sumus his copiis (sc. pecunia) adversus stimulos, laminas et ceteras poenas, quae servis sunt patiendae. Quippe ob hanc rem libertate donandi. Cf. III, 3, 61. Sic autem locum constituit Bothius, quum vulgata habeat vs. 4. *Qui advorsum*, v. 6. *indoctores* et v. 8. *eae nunc legiones*, *copiae*, *exercitusque eorum*, *Vi pugn.*

3. *virtute ulmorum freti*, comica permutatione *ulmorum* pro *armorum* aut *humererum*, quod et maluit legi Lamb.

4. *laminae* erant tenues aeris tabulae, quae candentes admovebantur corpori. Cf Cic. Verr. 5, 63.

5. *numella* erat, Nonio teste, machinae genus ligneum ad discruciandos noxios paratum, que et collum et pedes immittebantur. *boias* genus vinculorum tam ligneorum, quam ferreorum, uti idem expl. Nonius.

6. *indoctores*. Sic Langiani codd. — Vulg. et al. edd. vett. *indoctores*. Sed *industores* Int., qui tergum rubro colore inducebant, tamquam parietem pictores.

7. Hunc versum uncinis includit B., ut glossema ad v. *inductores*. Et sane ἄμετρος, nisi correptim legas *scap'las dederunt* pro *indiderunt*, quod habet vulg. aliaeque.

8. *eas nunc l.* Accusativi pro ablativis positi pendent a verbo *potiti*. Sic Amph. I, 1, 23. *eum nunc potivit pater servitutis*. — *eas* pro *has*. Legiones autem et copiae, quas dicit, sunt numuli in crumena, quorum ope libertatem nanciscentur. Cf. scenae seq. v. 61. Similiter alibi pecunia vocatur *commeatus* Epid. III, 2, 7. *equus Troianus* Bacch. IV, 9, 21. *copiae regiae* Bacch. IV, 4, 6. *furum* recte est in edd. antt. (sicut et accusativi *eas n.*,) et ad *vi pugnando* trahendum, i. e. fraudando. — Ad *potiti* suppl. *simus*, uti saepe omittitur auxiliare.

10. *meaque comitate*, κατ' αντίφρασιν scilicet. Neutiquam enim comem se exhibuerat erga Libanum Act. II. Sc. IV. v. 10. sq. et 69. sq. ubi eum verberarat. Eodem spectat Libani *virtus* quam ab init. versus laudat, quatenus ille nimirum passus est se caedi a Leonida. Eo enim factum, ut crederet Mercator, esse Sauream.

19. *artitos*. Sic Turnebus (lib. 24, 31.) scribendum censuit, i. e. bonis ar-

Et véra possunt: úbi sciens fidéli infidus fúeris:
Ubi prénsus in furtó sies manufésto, et verberátus;
Ubi périuraris; úbi sacro manús sis admolítus;
Ubi heríș damno et moléstiae et dedécori saepe fúeris; 25
Ubi, créditum tibi quód sit, tibi datum ésse pernegáris;
Ubi amícae, quam amicó tuo, fueríș magis fidélis;
Ubi saépe ad languorém tua durítia dederis ócto
Validós lictores úlmeis afféctos lentis vírgis.
Num mále relata est grátia? ut collégam collaudávi? 30
*Le.* Ut méque teque máxume atque ingénio nostro décuit.
*Li.* Iam omítte ista, atque hoc, quód rogo, respónde. *Le.* Regita, quód vis.
*Li.* Argénti vigintí minas habésne? *Le.* Harioláre.
Edepól senem Demaénetum lepidúm fuisse nóbis!
Ut ádsimulabat, Saúream med ésse, quam facéte! 35
Nimis aégre risu mé continui, ubi hóspitem inclamávit,
Quod sé absente míhi fidem habére noluísset.
Ut mémoriter me Saúream vocábat atriénsem!
*Li* Manedúm! *Le.* Quid est? *Li.* Philénium estne haéc, quae intus éxit,
Atque Árgyrippus? *Le.* Opprime os! Is ést: subausculténmus. 40
*Li.* Lacrumántem laciniá tenet lacrumáns. Quidnam esse díceam?
*Le.* Tacite aúscultemus. *Li.* Áttate, modo hércle in mentem vénit;
Nimis véllem habere pérticam. *Le.* Quoi réi? *Li.* Qui verberárem
Asinós, si forte occéperint clamáre hinc ex cruména.

---

## ACTUS III. SCENA III.

*ARGYRIPPUS. PHILENIUM. LIBANUS. LEONIDA.*

*Ar.* Cur mé retentas? *Phi.* Quía tui amáns abeuntis égeo.
*Ar.* Valé! *Phi.* Aliquanto ámplius valérem, si hic manéres.
*Ar.* Salvé! *Phi.* Salvere mé iubes, quoi tu ábiens adfers mórbum?
*Ar.* Matér supremum míhi tua dixít: domum ire iússit.
*Phi.* Acérbum funus fíliae faciét, si te caréndum est. 5
*Li.* Homo hércle hinc exclusúst foras. *Le.* Ita rés est. *Ar.* Mitte, quaéso.

tubus instructos, ut interpr. Festus, (ita enim legendum, non *artibus* in Festo). — Vett. *articos*, Vulg. *astutos*.

22. Pro *et vera*, quod habent edd. vett., in vulg. et reliquis leg. *et vero*.

29. *affectos*, i. e. instructos. Ita autem omnes legunt libri. B. tamen recepit *affectus* ex Bosii coni.

36. Sic leg. ex Hermanni sententia, p. 154. Beth. *Nimis aegre risum contini.* Edd. vett. *Aegre nimis risum continui.* Vulg. *Nimis aegre risum continui.*

40. Edd. vett. *Atq. Arg. una. Le. Opprime os, is est, subausc.* Pall. *os opprime.*

41. Videlicet Philenium tenet seu retinet Argyrippum abeuntem.

44. *asinos*, i. e. nummos pro asinis venditis solutos, unde nomen fabulae.

*Act. III. Sc. III.* 3. *Salve.* Et *vale* enim et *salve* dicebant in discessu. Curc. 4, 4, 32.

4. *supremum.* Sic in Stiche II, 2, ad fin. *Defessus sum pultando: hoc est postremum vobis.* Donat malult *supremam*, quia Varro L. L. V. ait, praetorem in comitio *supremam* pronunciasse, demumque ire cives iussisse. Cf. Isidor. Orig. V. *Partes dici tres sunt: Manc.*

núnc abis? quin tu hic manes? *An.* Nox, si voles, manébo.
n' tu hunc, opera ut largus est noctúrna? nunc enim hic est
is intérdius. *Le.* Vidélicet Solón est,
conscribát, quibus se pópulus teneat. *Li.* Gérrae! 10
parere ápparent huius légibus, profécto
bonae frugi sient; diés noctesque pótent.
iste hércle ab ista nón pedem discédat, si licéssit,
festinat, átque ab hac minátur sese abíre.
óni iam finém face tuo: huiús sermonem accípiam. 15
*Phi.* Quo properas? *An.* Béne vale: apud Órcum te vidébo:
idém me iam, quantúm potest, ab víta abiudicábo.
tu, óbsecro, immeritó meo me mórti dedere óptas?
te? quam si intéllegam defícere vita, iam ípse
eam tibi lárgiar et dé mea ad tuam áddam. 20
érgo minitaris, tibi te vítam esse amissúrum?
l me facturám putas, si istúc, quod dicis, fáxis?
tum efficere in me ómnia eadém, quae tu in te fáxis.
éille dulci dúlcior mihi tu és. *Phi.* Certe enim tu víta es
nplectere. *An.* Fació lubens. *Phi.* Utinám sic efferámur! 25
ane, Libane, ut míser homo est, qui amát! *Li.* Imo hercle véro,
et, multo est míserior. *Le.* Scio, quí periclum féci.
stamus, álter hinc, hinc álter: adpellémus.
, sálve! Sed num fúmus est haec múlier, quam amplexáre?
dúm? *Li.* Quia oculi súnt tibi lacruméntes, eo rogávi. 30
ónus qui vobis fuit futúrus, perdidístis.
dem hércle nullum pérdidi, ideó quia nunquam ullum hábui.
énium, salvé! *Phi.* Dabunt di, quae velitis, vóbis!
ém tuam et viní cadum velím, si optata fiant.
úm cave faxis, vérbero! *Li.* Tibi équidem, non mihi, ópto. 35
i tu ígitur loquere, quód lubet. *Li.* Hunc hércle verberáre.
nam istuc accredát tibi, cinaéde calamistráte?
beres, qui pró cibo habeás te verberári?
véstrae fortunae meis praecédunt, Libane, lónge,

*suprema.* V. C. et Pall.
.
*si voles, manebo.* Videlicet Argyrippus ad Philenium, et citur. *Nox* antique, ex diaecim tabularum, pro *noctem*, Hinc forte et in seqq. Libaone legislatore loquitur, quamsecure. — Codd. omnes: *mox.* tuit Lipsius et probat I. Scaett. In al. deest *tu* et *hic.*
essit, l. e. si licuerit.
. *facturum* pro *facturam*, ut id antiquos. Sic Cas. III, V. *ait*, pro occisuram. De qua 1, 7. Hic vero omnes Pall. teste quidem Pareo.
. edd. *Mihi certust, efficere*

31. Servi enim heros habent, nec patronos, nisi liberti facti.

36. *verberare*, sc. mihi lubet; quoniam Argyrippus ei veniam dederat dicendi, quod luberet.

37. *accredat*, probet, assentiatur, tribuat. — *cinaede;* hoc nomine imprimis saltatores scenici vocabantur, ut expl. Nonius, ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὸ σῶμα. — *calamistrum* erat instrumentum cirris faciendis.

38. Verbum *verberare* et obscoenum sensum videtur hoc loco involvere. — Ceterum personarum nomina ita dedi, uti leguntur in edd. vett. et vulg. Certe verba: *hunc hercle verberare*, Libano sunt tribuenda, irato adhuc, quod vapulaverat ante a Leonida. — Both. enim mutavit nomina.

Hodié qui nunquam ad vésperum vivám! *Li.* Quapropter, quaéso? 40
*Ar.* Quia ego hánc amo, et haec méd amat; huic quód dem, nusquam quídquam est:
Hinc méd amantem ex aédibus abégit huius máter.
Argénti vigintí minae med ád mortem adpulérunt,
Quas hódie adulescens Díabolus ipsí daturus díxit,
Ut hánc ne quoquam mítteret, nisi ád se, hunc annum tótum. 45
Vidétin', vigintí minae quid póllent, quidve pássunt?
Ille, qui íllas perdit, sálvos est; ego, quí non perdo, péreo.
*Li.* Iam dédit argentum? *Ar.* Nón dedit. *Li.* Bono ánimo es! ne formída!
*Le.* Secéde huc, Libane: té volo. *Li.* Si quíd vis. *Ar.* Obsecró vos,
Eadem ístac opera suáviust compléxos fabulári. 50
*Li.* Non ómnia eadem aeque ómnibus, here, suávia esse scíto.
Vobís est suave amántibus compléxos fabulári;
Ego cómplexum huius níhil moror: meum aútem hic adspernátur.
Proindo ístuc facias ípse, quod faciámus nobis suádes.
*Ar.* Ego véro, et quidem edepól lubens. Intérea, si vidétur, 55
Concédite istuc. *Le.* Vín', herum delúdi? *Li.* Dignust sáne.
*Le.* Vin fáciam, ut me Philénium praesénte hoc amplexétur?
*Li.* Cupio hércle. *Le.* Sequere hac. *Ar.* Écquid est salútis? satis locúti?
*Le.* Auscúltate atque operám date et mea dícta devoráte.
Primum ómnium servós tuos nos ésse non negámus; 60
Sed sí tibi argentí minae vigínti proferentur:
Quo nós vocabis nómine? *Ar.* Libértos. *Le.* Non patrónos?
*Ar.* Id pótius. *Le.* Vigintí minae hic ínsunt in cruména;
Has égo, si vis, tibí dabo. *Ar.* Di té servassint sémper,
Custós herilis, décus popli, thesaúrus copiárum, 65
Salús interior córporis, amórisque imperátor!
Hic póne, hic istam cólloca cruménam in collo pláne!
*Le.* Nolo égo te, qui herus sís mihi, onus ístuc sustinére.
*Ar.* Quin tú labore líberas te, atque ístam imponis ín me?

41. Post *quod* edd. addunt *ego*, quod abest a V. C. et Pall.

42. Edd. vett. *Hinc me clamantem ex aedibus abegit huius mater.* Vulg. *Hinc med am. ex aed. delegit huius mater*, quod retinuit B. — Pal. 5. *exegit.*

44. *ipsi daturus d.* h. e. dixit se ei daturum esse. Ita Lipsius ex vetere cod. restituit, habetque vulg. — v. 45, suppl. *ea lege, ut hanc ne q.*

47. *qui non perdo*, i. e. non prodigere possum, ut amori meo obsequár.

49. Dictio *Si quid vis* redit Trin. 2, 4, 116. Aul. 2, 2, 32. Capt. 5, 3, 1. Amph. 1, 1, 236. 300. Suppl. *dicere, dicas.*

50. Deludens Argyrippus hortatur eos, ut sese invicem complectantur, quemadmodum ipse facit cum Philenio; quippe quod illi capita conferrent, et secrete inter se loquerentur. Hoc ipso autem eos irritat, ut postea ipsum deludere aggrediantur; cf. v. 56. — Pro *istac* Bell. *istaec.*

53. Vulg. *meum autem haec aspernatur*, quae verba Leonidae tribuit. Atque sic codd. omnes. Primus Aldus dedit *hic*, quod deinde alii receperunt. Sed sive *hic* sive *haec* legas, semper intelligendus Leonidas; quemadmodum Amph. II, 2, 191. *hic iam mulier facta est ex viro*, de Amphitruone.

66. Edd. vett. et Pall. *Salus interioris corporis amorisque imperator.* Vulg. *Salus interioris hominis* etc. ut V. C. — Nostr. B.

r. Ego báiulabo; tu, út decet dominum, ánte me ito inánis! 70
s. Quid núnc? quid est? quin trádis huc cruménam herum pressátum?
r. Hanc, quoí daturus hánc, iube petere átque orare mécum:
ım istúc proclive est, quód iubes, me pláne collocáre.
PH. Da, méus ocellus, méa rosa, da, mi ánime, mea volúptas,
ónida, argentúm mihi! ne nós deiunge amántis! 75
r. Dic ígitur me passérculum, gallínam, coturnícem,
gnéllum, hoedillum mé tuum dic ésse, vel vitéllum!
rehénde auriculis! compara labélla cum labéllis!
B. Ten' ósculetur, vérbero? LE. Quam véro indignum vísum est?
tquí pol hodie nón feres, ni génua confricántur. 80
B. Quidvís egestas ímperat: fricéntur. PHI. Da nunc, óro.
ge, mí Leonida, óbsecro; fer amánti hero salútem!
edime istoc benefició te ab hoc, et tíbi eme hunc isto argénto!
B. Nimis bélla es atque amábilis; et si hóc esset meum, hódie
unquám me orares, quín darem! Illúnc te orare, méliust: 85
lic hánc mihi servandám dedit. I sáne, bella, bélle! —
ape hóc sis, Libane! AE. Fúrcifer, etiám me delusísti?
B. Nunquam hércle facerem, génua ni tam néquiter fricáres.
ge sís tu in partem núnc ïam hunc delúde, atque amplexáre hanc.
I. Taceás! me spectes. AE. Quín ad hunc, Philénium, adgredímur, 90
irám quidem pol óptumum, et non símilem furis húius?
I. Inámbulandum est. Núnc mihi vicíssim supplicábunt.
'B. Quaeso hércle, Libane, sís herum tuis fáctis sospitári:
a mi ístas viginti minas! Vidés me amantem egére.
I. Vidébitur; factúm volo; redíto huc conticínio. 95
unc ístam tantispér iube petere átque orare mécum.
'HI. Amándone exorárier vis téd, an osculándo?
I. Enimvéro utrumque. PHI. Ergo óbsecro te, utrumque nostrùm sérva.
'B. O Líbane, mi patróne, mihi trade ístuc. LI. Magis decórum est, ibértum potius quám patronum onus ín via portáre. 100

71. Vett. edd. *crumena impressatum* rum. V. C. *pressatum erum*. Lamb. *uminam aere pressatum*. Both. *crumenam pressatum aerum* antiquo genere. Dubium non est, recipiendam esse suasae lectionem, quam nos dedimus: *rum pressatum*, h. e. ut herum, i. e. e premat.

72. *orare mecum*, i. e. orare me, ut epe. Cf. v. 96. *Hanc*, i. e. Philenam, cui daturus es crumenam.

73. *plane*, vide v. 67., ubi iusserat m Argyrippus crumenam *in collo* sae collocare. — *Nam istuc procl.*, m si haec me oraverit, tum statim fiet, crumenam exhibeam.

74. Lambinus quater habet v. *da* hoc rsu, quod vett. edd. nonnisi semel, et vulg. et edd. Pall.

83. *beneficio* saepius simili rhythmo legendum. Cf. II, 2, 19. V, 1, 15.

84. *Nimis bella*, i. e. valde bella. Sic Amph. I, 1, 64. *nimis pulcris armis praeditas*.

85. *Illunc*, sc. Libanum.

87. *Cape hoc*, sc. crumenam, quam iam versus Libanum conlicit, ut ille eam arripiat.

88. *fricares*. Alloquitur Philenium. In sequentibus autem Libanum.

95. *conticinio*, i. e. cum nox venerit, redito huc, Argyrippe. *Conticinium* enim, ut Nonius docet, *est primum noctis tempus, quo omnia quiescendi gratia conticescunt*. Cf. Macrob. Sat. I, 3. ubi tamen potius significat *primum mane;* quod et hic potest.

96. *tantisper*, i. e. usque dum venerit nox.

*Phi.* Mi Líbane, ocellus aúreus, donúm decusque amóris,
Amábo! faciam, quód voles: da istúc argentum nóbis!
*Li.* Dic ígitur me tuam anáticulam, colúmbam, vel catéllum,
Hirúndinem, monédulam, passérculum, putíllum!
Fac próserpentem béstiam me, dúplicem ut habeam línguam! 105
Circúmdato me bráchiis! meum cóllum circumpléete!
*Ar.* Ten' cómplectatur, cárnufex? *Li.* Quam véro indignus vídeor?
Ne istúc nequidquam díxeris tam indígnum dictum ín me,
Vehés pol me hodie, sí quidem hoc argéntum ferre spéres.
*Ar.* Ten' égo veham? *Li.* Tun' hóc feras argéntum hinc aliter á me? 110
*Ar.* Perii hércle! Verum sí quidem est decórum, herum vehere sérvum,
Inscénde. *Li.* Sic istí solent supérbi subdomári.
Adsta ígitur, ut consuétus es puer ólim. Scin' ut dícam?
Hem, síc! — Abi, laudo; néc te equo magis ést equus ullus sápiens.
*Ar.* Inscénde actutum! *Li.* Ego fécero. — Hem quid istác est? ut tu incédis? 115
Demam hércle iam tibi de hórdeo, tolútim ni badízas!
*Ar.* Amábo, Libane, iám sat est. *Li.* Nunquam hércle hodie exorábis:
Nam iám calcari quádrupedem agitábo advorsum clívom;
Postídea ad pistorés dabo, ut ibí cruciere cúrrens.
Adsta, út descendam núnc ïam in proclívi, quamquam néquam es. 120
*Ar.* Quid núnc? quoniam ambo vós, ut est lubitúm, nos delusístis:
Datísne argentum? *Li.* Sí quidem mihi státuam et aram státuis,
Atque, út deo, mi hic ímmolas bovém: nam ego tibi Salús sum.
*Le.* Etiám tu here, istunc ámoves abs te, átque me aggredíre,
Atque ílla, sibi quae hic iússerat, mihi státuis, supplicásque? 125
*Ar.* Quem te aútem nominém deum? *Le.* Fortúnam, atque Obsequéntem.
*Ar.* Iam istóc es melior. *Li.* Án quid est hominí Salute mélius?

103. *tuam*. Edd. vett. *Dic igitur me tibi anat*. Pareus: *Dic igitur mihi te anaticulam*. At *tuam* codd. Langg. et B.; in vulg. deest; quae tamen v. 75. habet: *Dic igitur me tuum p.* ubi necessario fuit omittendum. Potest ergo et hic abesse, legique: *Dic igitur med an.*

104. *putillum*, l. e. nanum, parvum hominem.

105. *proserpens bestia* l. e. q. serpens. Cf. Stich. V, 4, 42. Poen. V, 2, 74.

106. Vett. edd. *tam indignum in me dictum*. Vulg. *tam ind. dictum in me*, uti cdd. Pall.

111. Libri et edd. *si verum quidem est decorum herum veh. s.* Bothius: *sid herum quidem est dec. veh. serv.*

113. *Adsta* etc. Hic versus abest in edd. vett. restituit Lambinus ex codd. et habent eum Palatini cum V. C. Sed forsan et hic et sequens serius est illatus. Nam v. 115. demum eum iubet inscendere.

114. *Abi, laudo* solemnis laudantis formula, quam v. Trin. IV, 1, 11. Ter. Adelph. 5, 1, 3. Hor. Epist. II, 2, 205.

116. *tolutim ni badizas*, h. e. nisi incedis volubiliter. V. *tolutim* occurrit et apud Varronem, et in Cicerone ex antiquis citatur *tolutiloquentia*.

124. Sic versus legitur in edd. vett. et vulg., nisi quod addunt *ipse* post *atque*. Codd. *aggredere*.

125. *sibi quae hic iusserat*, sc. statui, sc. aram statuamque.

126. Vett. edd. *Fortunam atque obsequelam*. Nostrum vulg. Colebatur enim Romae Fortuna obsequens.

127. *Iam istoc es melior*. Iam fit; voco te Fortunam. Sed tum melior edis Libano, qui se voluit Salutem vocari.

ı. Licét laudem Fortúnam: tamen, ut né Salutem cúlpem.
ıı. Ecástor ambae súnt bonae. *Ar.* Sciam, úbi boni quid déderint.
:. Opta íd, quod ut contíngat tibi vis. *Ar.* Quíd, si optaro?
*Le.* Evéniet. 130
ı. Opto ánnum hunc perpetuúm mihi huius óperas. *Le.* Impetrásti.
ı. Ain' véro? *Le.* Certe, inquam. *Li.* Ád me adi vicíssim, atque experíre.
:ópta id, quod vis máxume tibi évenire: fiet.
ı. Quid ego áliud exoptem ámplius, nisi illud quoius inópia est,
gínti argenti cómmodas minás, huius qui dem mátri. 135
. Dabúntur. Animo sís bono face: éxoptata obtíngent.
ı. Ut cónsuevere, hominés Salus frustrátur et Fortúna.
:. Egó caput argentó fui huic hódie reperiúndo.
:. Ego pés fui. *Ar.* Quin néc caput nec pés sermonum adpáret.
:c, quíd dicatis, néc, me cur ludátis, scire póssum. 140
. Satis iám delusum cénseo: rem, ut ést, nunc eloquámur.
ímum, Árgyrippe, advórte sis. Patér nos ferre hoc iússit
:géntum ad te. *Ar.* Ut témpore opportúneque attulístis!
:. Hic ínerunt viginti minae bonae, mala opera pártae:
ıs tíbi nos pactis légibus dare iússit. *Ar.* Quid id est, quaéso? 145
:. Noctem húius et coenam sibi út dares. *Ar.* Iube ádvenire, quaéso.
eritíssumo eius, quae volet, faciémus, qui hosce amóres
ostrós dispulsos cómpulit. *Le.* Patiéris, Argyríppe,
ıtrem háne amplexarí tuom? *Ar.* Haec fáciet, facile ut pátiar,
eónida. Curre, óbsecro: patrem húc orato ut véniat. 150
r. Iamdúdum est intus. *Ar.* Hác quidem non vénit. *Li.* Angipórto
lác per hortum círcuit clam: né quis se vidéret
uc íre familiárium: ne uxór resciscat, métuit.
e argénto si matér tua sciat út sit factum .... *Ar.* Heía,
enedícito! Ite intró cito! Valéte. *Le.* Et vos amáte! 155

---

## ACTUS IV. SCENA I.

*DIABOLUS. PARASITUS.*

'ı. Agedum, ístum ostende, quém conscripsti, sýngraphum
ıtér me et amicam et iénam; et leges pérlege:

130. B. emisit coni. *ut*, quam omnes
bent.
135. Vett. edd. *huius quidem matri*,
e. *huius qui dem m.* i. e. ut huius
m matri. Sic: *qui spem soletur suam*
, 1, 37. Vulg. *quas dem m.*, uti et
. — *Commodae minae sunt*: integrae,
ae, iusti ponderis, non adulterinae.
. Merc. II, 3, 100.
137. Uterque vestrum, quos Salutem
Fortunam vocavi, me deluditis, ut
ne dono solent facere.
138. Vulg. *Ego caput huic arg. fui*
die reperiundo. Nostr. Both.

147. *Meritissimo eius*, h. e. summo eius merito.
149. *Haec faciet*, sc. quippe quam postea tuto possim amare.
151. *hac quidem non venit*, i. e. hac via non venit.
155. B. Leonidae nomen ante *Valete* posuit.

*Act. IV. Sc. I.* 1. Mandaverat miles parasito, ut conscriberet leges inter se et lenam.

2. B. *Inter me, amicam et lenam. Leges perlege.* Cf. Priec., 2.

Nam tú poëta es prórsus ad eam rem únicus.
*Pa.* Horréscet faxo léna, leges quom aúdiet.
*Di.* Age, quaéso, mi hercle tránslege. *Pa.* Audin? *Di.* Aúdio. 5
*Pa.* Diábolus, Glauci fílius, Cleaéretae
Lenaé dedit dono argénti viginti minas,
Philénium ut secum ésset noctis ét dies
Hunc ánnum totum. *Di.* Néque cum quiquam alió quidem.
*Pa.* Addóne? *Di.* Adde; et scríbas, vide, plane ét probe! 10
*Pa.* Aliénum hominem íntromittat néminem.
Quod illa aút amicum aút patronum nóminet,
Aut quód illa amicae súae amatorem praédicet:
Forés occlusae ómnibus sient, nísi tibi.
In fóribus scribat: Óccupatam ésse se. 15
Aut quód illa dicat, péregre allatam epístolam:
Ne epístola quidem úlla siet in aédibus,
Nec cérata adeo tábula; et si qua inútilis
Pictúra sit, eam véndat. Ni quatríduo
Abálienarit, quo éx argentum accéperit, 20
Tuus árbitratus sít: comburas, sí velis.
Ne illí sit cera, ubi fácere possit lítteras.
Vocét convivam néminem illa; tú voces.
Ad eórum ne quem óculos adiiciát suos.
Si quem álium adspexit, caéca continuó siet. 25
Tecum úna postea aéque pocula pótitet,
Abs téd accipiat, tíbi propinet, tú bibaś.
Ne illá minus aut plus, quám tu, sapiat. *Di.* Sátis placet.
*Pa.* Suspíciones ómnes abs se ségreget:
Neque íllaec ulli péde pedem hominí premat, 30
Quom súrgat: neque in léctum inscendat próxumum;
Neque, quóm descendat, índe det quoiquám manum.
Spectándum ne quoi ánulum det, néque roget.
Talós ne quoiquam hómini admoveat, nísi tibi;
Quom iáciet, Te, ne dícat: nomen nóminet. 35

7. B. v. *dono* elecit, quod in omnibus libris legitur. *Dedit* correptim pronuntiandum, ut *dedisti* Bacch. IV, 3, 51. *Istoc dicto dedisti hodie in cruciatum Chrysalum.* Men. IV, 3, 15. *Túte ultro ad me détulisti. Dedisti eam donó mihi.* — *Dono* autem est arrogantiae militis.

10. Vett. *ut scribas.* Nostr. Pall. edd. et vulg.

12. *Quod illa* etc. Sic coni. *quod* saepius adhibetur de rebus, casu quae possint forte evenire futuro tempore. Nostrum: *Sollte sie einen solchen ihren Bekannten oder Sachwalter nennen.* Cf. v. 16. 51. Aulul. I, 2, 13. *Quod quispiam ignem quaerat, Wenn Jemand Feuer haben will.* Notandum autem, ubicunque hoc sensu adhibeatur coni. *quod*, semper construi cum coniunctivo. — Ceterum *nominet* Pal. 5, vett. edd. et Lamb. — Vulg. *Di. Neminem*, quasi referenda haec sint ad versum praecedentem.

20. Vett. edd. *quo ex te arg. acc.*, unde bene Bothius: *quo ex arg. acc.* h. e. *ex quo arg. acc.* Vulg. *quo abs te.*

24. *illa* ante *oculos* habent vett. et Lamb.; deest in vulg.; B. *ne quemquam ocul.*

26. *postea*, sc. in convivio, ubi accubuerint convivae. *aeque* i. e. perpetuo.

27. *tu bibas.* B. *tum bibat.* Sed suppl. neque quisquam alius, cui propinarit.

33. Sic. vulg.

34. *talos* sc. lusorios.

35. *Cum iaciet*, sc. talos. *Te*, h. e. non pronomine te solum personali invocet, sed *Diabolum!* dicat, ne videatur aliquem convivarum clanculum intelligere.

'eam ínvocet sibi, quám lubebit, própitiam;
eum núllum. Si magis réligiosa fúverit,
'ibi dícat: tu pro illa óres, ut sit própitius.
'eque ílla ulli homini nútet, nictet, ádnuat.
ost sí lucerna extíncta sit, ne quíd sui 40
[embrí commoveat quídquam in tenebris. *Dr.* Óptumum est,
a scílicet factúram; verum in cubículo ...
eme ístuc! equidem illánc moveri géstio.
olo íllam habere caúsam, et vetítam dícere.
'*A.* Scio, cáptiones métuis. *Dr.* Verum. *Pa.* Ergo, út lubes. 45
'ollám? *Dr.* Quidni? *Pa.* Audi réliqüa. *Dr.* Loquere, aúdio.
'*A.* Neque úllum verbum fáciat perplexábile;
'eque úlla lingua scíat loqui, nisi Áttica.
orte sí tussire occépsit, ne sic tússiat,
't quoíquam linguam in tússiendo próferat. 50
nod illa aútem simulet, quási gravedo prófluat:
loc né sic faciat: tú labellum abstérgeas
otiús, quam quoíquam sávium faciát palam.
'ec máter lena ad vínum accedat ínterim,
'eque úlli verbo mále dicat. Si díxerit, 55
aec múlta ei esto: víno viginti dies
't cáreat. *Dr.* Pulcre scrípsti! scitum sýngraphum!
'*A.* Tum sí coronas, sérta, unguenta iússerit
ncíllam ferre Véneri aut Cupídini:
nus sérvus servet, Vénerine eas det, án viro. 60
i fórte pure vélle habere díxerit,
'ot nóctes reddat spúrcas, quot pure hábuerit.
aec súnt non nugae: nón enim mortuália.
'*Dr.* Placént profecto léges. Sequere intró. *Pa.* Sequor.

---

nferendus est locus V, 2, 54 et 55. i haec: *Iace, pater, talos, ut porro* e *iaciamus. Dr. Maxume. Te, Phi*nium, *mihi, atque uxori mortem!* ec *Venerium est.* etc.

37. *si magis* etc. si existimarit se m satisfacere posse religioni, nisi deo eque invocato.

40. Ita edd. vett. — Bothius: *Post id, cerna si extincta est, ne q. s.* Vulg. est, *si l. ext. est*, uti Pall.

42. *Ita scilicet facturam*, ita omnino m oportet facere.

43. Forte illatus hic versus a seriori is, perspicuitatis causa. Sensus enim ullus constabit, illo electo.

49. Bothius: *Fors si.*

52. *sic faciat*, sc. ut quoiquam os um quasi ad basiandum proferat.

53. Vett. edd. *salivium* pro *savium*, sed vulg. et V. C. Savium hic sunt labra, ut Mil. 2, 1, 16. Rud. 2, 4, 10. *palam facere* autem est: porrigere.

60. *an viro*, i. e. Cupidini. Cf. v. 36 et 37.

61. Festo Isidis Cererisque moris erat, ut seiunctae mulieres cubarent per 10 noctes a maribus, h. e. *pure haberent.* Cf. Propert. II, 32. Et omnino, cum sacrificio se parabant, pure se habebant. Poen. I, 2, 140. Edd. vett. *Si forte puras velle habere dixerit, Tot reddat spurcas, quot puras habuerit*, lege *habuverit.*

63. *mortualia;* non sunt naeniae, quae mortuis canantur. Imo ad vivos quammaxime pertinent, et serio sunt conscripta.

64. *sequere intro*, sc. ad lenam, ad quam introierant iam Demaenetus et Argyrippus cum Philenio.

## ACTUS IV. SCENA II.

*DIABOLUS. PARASITUS.*

*Di.* Sequere hác. Egon' haec pátiar, aut taceam? Émori
Me málim, quam haec non élus uxori índicem.
Ain' tu? ápud amicam múnus adulescéntuli
Fungáre? uxori excúses te et dicás senem?
Praerípias scortum amánti, atque argentum óbicias 5
Lenaé? suppiles clám domi uxorém tuam?
Suspéndas potius mé, quam tacita haec tu aúferas.
Iam quidem hércle ad illam hinc íbo, quam tu própediem,
Ni quidem ílla ante occupássit te, effligés scio,
Luxúriae sumtus súppeditare ut póssies. 10
*Pa.* Ego síc faciundum cénseo: me honéstiust,
Quam té, palam hanc rem fácere: ne illa exístumet,
Amóris causa pércitum id fecísse te
Magis, quám sua causa. *Di.* At pól quin dixti réctius.
Tu ergó face, ut illi túrbas, lites cóncias: 15
Cum súo sibi gnato úna ad amicam dé die
Potáre; illam expiláre clam. *Pa.* Ne mé mone:
Ego istúc curabo. *Di.* At égo ted opperiár domi.

---

## ACTUS V. SCENA I.

*ARGYRIPPUS. DEMAENETUS.*

[*Ar.* Age, décumbamus, sís, pater. *De.* Ut iússeris,
Mi gnáte, ita fiat. *Ar.* Púeri, mensam adpónite.]
*De.* Numquídnam tibi moléstum est, mi gnáte, si haec mecum ádcubat?
*Ar.* Pietás, pater, oculís dolorem próhibet. Quamquam ego istánc amo,
Possum équidem inducere ánimum, ne aegre pátiar, quod tecum ádcubat. 5
*De.* Decét verecundum ésse adulescentem, Árgyrippe. *Ar.* Edepól, pater,

*Act. IV. Sc. II.* Conspexit Diabolus convivium sive apparantes, sive iam celebrantes, iratusque ob illud iurat, se eam rem uxori Demaeneti esse indicaturum.

3. Alloquitur quasi praesentem Demaenetum.

7. Vett. edd. et vulg. *suspendas potius me.* B. *Suspendam p. m.*

9. Sensus: quam tu certo propediem furando et spoliando ad terram delicies, ut possis etc., nisi illa te praeverterit.

16. Vett. edd. *Cum suo sibi gnato una ad amicam de die — Hunc potitare, illam expilare iam. Pa. Ne me mone.* Fortasse legendum: *Hunc potitare, illam expilare. Pa. Ne mone.* — V. *una* cf. V, 2, 13.

*Act. V. Sc. I.* 1. Omnes edd. vett. *Agedum, decumbamus, sis, pater*, etc. Scenam quidem quod attinet, consentaneum est, Diabolum iam spectasse istos convivantes. Unde credendum, post scenam superiorem (IV, II.) factam esse mutationem scenae in altera parte, apertamque domum Ionae, ita ut conspiciantur iam decumbentes, potantesque et coronati. Hinc nihil opus duco esse his duobus senarliis, a seriori forte manu profectis, ubi vellent nihil mutari in scena. Aptissime enim ordietur scena a versu: *Numquidnam tibi m.* etc. — Vett. *Agedum, dec.*

3. Sic legitur in antt. edd., nisi quod habent: *molestust*, quod divisim legendum. — Al. *gnate mi, si haec nunc mecum una accubat.*

5. *quod tec. adc.* Sic vett. — Vulg. et B. *quia tec. acc.*

tó tue facere póssum. *DE.* Age ergo, agitémus hoc convívium
ét sermone suávi. Nolo ego métui, amari mávolo,
náte, me abs te. *AR.* Pói ego utrumque fácio, ut aequom est filium.
Credam ístuc, si esse te hílarum videro. *AR.* Án tu esse me tristém putas? 10
Putem égo? quem videam aeque ésse moestum, ut quási dies si dícta sit.
Ne díxis istuc. *DE.* Né sic fueris: ílico ego non díxero.
Hem, adspécta: rideo. *DE.* Útinam, male qui míhi volunt, sic rídeant!
Scio équidem, quamobrem mé, pater, tu trístem credas nánc tibi:
istaéc est tecum. Atque égo quidem, hercle, ut vérum tibi dicám, pater: 15
és me male habet; át non eo, quia tíbi non cupiam, quaé velis:
m ístam amo. Aliam técum esse, equidem fácile possim pérpeti.
At ego hánc volo. *AR.* Ergo súnt, quae exoptas. Míhi, quae ego exoptém, volo.
Unum húnc diem perpétere: quoniam tíbi potestatém dedi,
hac ánnum ut esses, átque amanti argénti feci cópiam. 20
Hem, istóc me facto tíbi devinxti. *DE.* Quín te ergo hilarum dás mihi?

---

## ACTUS V. SCENA II.

*ARTEMONA. PARASITUS. DEMAENETUS. ARGYRIPPUS. PHILENIUM.*

Áin' tu, meum virum híc potare, óbsecro, cum fílio,
l amicam détulisse argénti vigintí minas,
ue filió sciente id fácere flagitiúm patrem?
iéque divini néque mi humani pósthac quidquam accréduas,
nona, si húius rei med ésse mendacem invéneris. 5
Át sceiesta ego praéter alios méum virum fuví rata
m, frugi, cóntinentem, amántem uxoris máxume.
At nunc dehinc scito, íllum ante omnis mínimi mortalés preti,
lum, nihili, incóntinentem atque ósorem uxoris suae.

erito tuo; sic III, 3, 146: *meso eius*, quia meruerat, propter istas viginti minas.

Bothius ante *me trist. p.* verbum nisit, quod, ut saepius, *μονοσυλ-* pronunciandum.

B. *quamobrem me, parens, tu* Monac. cod.

B. ex Guelph.: *ut verum tibi patri.*

Edd. vett. *Ea res me male ha-* l V. C. et Pall. Vulg. omittit *me.* g. *ac non eo;* sed non eam ob rem e male habet, quia tibi etc. Forte : *at non eo*, ut Lamb.

18. *Mihi, quae ego ex., volo.* Haec in vett. edd. Demaeneto, non Argyrippo tribuuntur.

*Act. V. Sc. II.* 4. *Neque divini neque* etc. Similis locutio occurrit Amph. II, 2, 48. *Nunquam mihi divini quidquam creduis post hunc diem;* ubi v. n.

5. Edd. vett. omittunt *med.* Vulg. *me.* Vox *esse* monosyllaba pronunciandа.

6. *scelesta*, i. e. infelix. Amph. II, 1, 2.

7. *Siccum* i. e. sobrium. Oppositum in sequ. *madido*, v. 9.

8. *mortales.* B. et vulg. *mortalem.* Nostrum edd. vett. et quidam Pall.

*Art.* Pól ni vera ista éssent, nunquam fáceret ea, quae nún facit. 10
*Pa.* Égo quoque hercle illum ántehac hominem sémper sum frugi ratus;
Vérum hoc facto sése ostendit, quí quidem cum fílio
Pótet una, atque úna amicam dúctet, decrepitús senex.
*Art.* Hóc ecastor ést, quod ille it ád coenam cotídie.
Áit sese ire ad Árchidemum, Chaéream, Chaeréstratum, 15
Clíniam, Chremém, Cratinum, Díniam, Demósthenem:
Ís apud scortum córrupteiae et líberis lustrís studet.
*Pa.* Quín tu illum iubés ancillas rápere sublimém domum?
*Art.* Táce modo. Nae illúm mecastor míserum habebo! *Pa.* Ego istúc scio
Íta fore illi, dúm quidem cum ilio núpta eris. *Art.* Ego cénseo 20
Éum etiam hominem ín senatu dáre operam, aut cliéntibus;
Íbi labore délassatum nóctem totam stértere:
Ílle opere foris faciundo lássus noctud ádvenit;
Fúndum alienum arát, incultum fámiliarem déserit.
Ís etiam, corrúptus, porro súom corrumpit fílium. 25
*Pa.* Séquere hac me modó: iam faxo ipsum hóminem manufesto ópprimas.
*Art.* Níhil ecastor ést, quod facere mávelim. *Pa.* Manedúm.
*Art.* Quid est?
*Pa.* Póssis, si forte ádcubantem túom virum conspéxeris,
Cúm corona, ampléxum amicam, sí videas, cognóscere?
*Art.* Póssum ecastor. *Pa.* Hém tibi hominem! *Art.* Périi!
*Pa.* Paulispér mane: 30
Aúcupemus éx insidiis clánculum, quam rém gerant.
*Arg.* Quíd modi, pater, ámplexando fácies? *De.* Fateor, gnáte mi...
*Ar.* Quíd fatere? *De.* Me éx amore húius corruptum óppido.
*Pa.* Aúdin', quid ait? *Art.* Aúdio. *De.* Egon' ut nón domo uxorí meae
Súbripiam in delíciis pallam quam hábet, atque ad te déferam? 35
Nón edepol condúci possim víta uxoris ánnua.
*Pa.* Cénsen', tu illunc hódie primum ire ádsuetum esse in gáneum?
*Art.* Ílle ecastor súppilabat mé, quod ancillás meas
Súspicabar, átque insontes míseras cruciabám. *Ar.* Pater,

14. *quod ille it ad c.* Sic vulg. et edd. vett. — B. *quod illic ad coenam ait cotidie — Ire sese ad Arch.*

19. *mecastor*, sic V. C. et edd. vett. — B. et vulg. *ecastor.*

21. Edd. vett. *Eum etiam hominem senatui dare operam, aut clientibus.* Unde forte scribendum: *Eum etiam hominem óperam dare senatui aut clientibus.* Nostrum vulg. et B.

23. 24. Sequor in his vulg. et edd.

32. *amplexando* debetur Acidalio. Vulg. et edd. vett. *amplexandi.*

35. Constr. subripiam pallam, quam in deliciis habet.

36. *Possim* edd. vett. — Vulg. B. *possum.* Sensus: non conduci possim, quin tibi pallam dem, si vel annuam eo nanciscar uxoris vitam, sc. praeter eos quos vivet annos. Vel potius: si uxor non esset mea uxor, egoque possem emere eius vitam annuam, h. e. ut mecum annum vivat, nisi tibi darem pallam, tamen ego potius tibi pallam darem, et vitam annuam uxoris nollem.

37. Veteres omittunt v. *esse*, quod habet vulg. et B. Hinc scribi possit: *Cénsen tu illunc hódie primum ire adsuetum in gáneum?*

Iábe dari vinúm: iamdudum factum est, quom primúm bibi. 40
*De.* Dá, puere, ab summo. Áge, tu interibi ab ínfumo da sávium.
*Art.* Périi, misera, ut ósculatur cárnufex, capulí decus!
*De.* Édepol animam suáviorem aliquánto, quam uxoris meae!
*Phi.* Díc, amabo, an foétet anima úxoris tuae? *De.* Naúteam
Bíbere malim, sí necessum ést, quam illam osculárier. 45
*Art.* Áiin' tandem? Edepól nae tu istuc cúm malo magnó tuo
In me dixistí! Sine venias módo domum: faxo út scias,
Quíd pericli sít, dotatae uxóri vitium dícere.
*Phi.* Míser ecastor és! *Art.* Ecastor dígnus est. *Ar.* Quid aís, pater?
Écquid matrem amás? *De.* Egóne? illam núnc amo, quia nón adest. 50
*Ar.* Quíd, quom adest? *De.* Periísse cupio. *Pa.* Ámat homo hic te, ut praédicat.
*Art.* Naé ille ecastor foénerato fúnditat: nam sí domum
Rédierit hodie, ósculando ego úlciscar potíssumum.
*Ar.* Iáce, pater, talós: ut porro nós iaciamus. *De.* Máxume.
Té, Phileniúm, mihi, atque uxóri mortem! — Hoc Vénerium est! 55
Púeri, plaudite, ét mi ob iactum cántharo mulsúm date!
*Art.* Nón queo duráre. *Pa.* [Si non didicisti fullonicam:
Non mirandum est.] In oculos núnc invadi est óptumum.
*Art.* Égo pol vivam, et tu ístanc hodie cúm tuo magnó malo
Ínvocavisti! *Pa.* Écquis currit póllinctorem accérsere? 60
*Ar.* Máter, salve! *Art.* Sát salutist. *Pa.* Mórtuost Demaénetus!
Témpus est subdúcere hinc me; púlcre hoc gliscit proélium.

40. Vulg. *Iube dare vinum*, ut et aliae vett. Sed passivum et sensus et metrum flagitat.

41. *ab summo*, ab summo loco ad infimum, ut omnes aeque bibant. Similiter Most. I, 4. vs. ult. *da ab Delphio cito cantharum circum.* — *age tu*, sc. Philenium.

42. *capuli decus;* dubium non est, capulum h. l. significare feretrum, seu, ut Nonius expl., sarcophagum, a *capiendo*, quia capit mortuos. *capuli decus* est qui aptus est ornando feretro, *συμβογέρων*.

44. Sic vulg. atque in v. *anima* non elidenda postrema. Ceterum horum ordinem versuum olim constituerat Acidalius, quem secutus est Bothius, et nos illum.

48. Pro *vitium* edd. et vulg. *convicium*, quod syllabam *vi* habet longam. Nostr. V. C. et B.

55. *Te, Phil., mihi* etc. sc. exopto, idque confirmari velo felici iactu. — Pro *uxori* B. *uxoris*, uti V. C. et quidam Pall. — Dum autem ita loquitur, iacit, et iacit *Venerium*, sc. iactum, qui erat felicissimus. Venus enim vocabatur iactus, quum tali quatuor diverse omnes erant numero.

56. *cantharo*, i. e. e cantharo, quod erat poculi genus. *mulsum*, *οἰνόμελι*, vinum melle conditum.

57. Vulg. *Non nequeo.* Nostr. Both. Dictio: *Durare nequeo in aedibus* occurrit Amph. III, 2, 1. Quae sequuntur: *Si non didicisti fullonicam, Non mirandum est*, inficetum esse centonem, assutum a seriori manu, certo non ab ipso poeta profectum, quivis perspiciet, qui non destitutus sit sensu poetice. Sensum enim nullum habet. Versus erat Plauti: *Non queo durare. Pa. In oculos nunc invadi est optumum*, sive: *nunc invadere optumum.*

59. *et tu istanc*, sc. Philenium. Dixerat enim ille: *Te, Philenium, mihi, et uxori mortem.*

60. *pollinctorem accersere*, sc. ut iam Demaenetum sepeliat, quia actum nunc de eo est.

61. *sat salutist*, i. e. sat hic vobis est potatum. Veteres tamen edd. *sic salutas?* uti Pall. 6. Nostrum B. et vulg. et V. C.

Íbo ad Diabolúm; mandata dícam facta, ut vóluerit,
Átque interea ut décumbamus suádebo, hi dum lítigant;
Póst eum demum huc crás adducam ad lénam, ut viginti minas
Éi det, in parte hác amanti ut líceat ei potírier.
Árgyrippus éxorari, spéro, poterit, út sinat
Sése alternas cum íllo noctes hác frui: nam ni ímpetro,
Régem perdidi: éx amore tántum est homini incéndium.
*Art.* Quíd tibi huc recéptio ad te est méum virum? *Phi.* Pol mé quidem
Míseram odio énicavit. *Art.* Súrge, amator! í domum!
*De.* Núllus sum! *Art.* Imo es (né nega) pol ómnium nequíssumus!
Át etiam cubát cuculus! Súrge, amator! í domum!
*De.* Vaé mihi! *Art.* Vera hárioiare. Súrge, amator! í domum!
*De.* Ábscede ergo paúlulum istuc. *Art.* Súrge, amator: í domum!
*De.* Iam, óbsecro, uxor ... *Art.* Núnc uxorem me ésse meminisí tuam?
Módo quom dicta in me íngerebas, ódium, non uxór, eram.
*De.* Tótus perii! *Art.* Quíd tandem? anima foétetne uxoris tuae?
*De.* Múrrham olet. *Art.* Iam súbripuisti pállam, quam scortó dares?
*Phi.* Écastor, quin súbrepturum pállam promisít tibi.
*De.* Nón taces? *Ar.* Ego díssuadebam, máter. *Art.* Bellum fílium!
Ístoscine patrem aéquom'st mores líberis largírier?
Níine te pudét? *De.* Pol, si aliud níl sit, tui me, uxór, pudet.
*Art.* Cáno capite té cuculum úxor ex lustris rapit!
*De.* Nón licet manére (coena cóquitur) dum coeném modo?
*Art.* Écastor coenábis hodie, ut dígnus es, magnúm malum.
*De.* Mále cubandum est: iúdicatum me úxor adducít domum.

62. *pulcre* ex vett. edd. distinctione referendum est ad *subducere*, uti in Ter. Phorm. *Imo vero pulcre discedo, et probe.*

65. Vett. *Post domum hunc cras add.* Nostram vulg. et Pall. 6.

66. Vett. et vulg. et edd. Pall. *in parte.* Lamb. B. *in partem.*

69. *regem.* Reges enim parasiti suos patronos vocare solebant.

70. *Quid tibi huc r.* i. e. Quid tu hic recipis ad te meum virum? Sic Amph. II, 1, 21. *Quid tibi hanc curatio est rem, verbero, aut muttitio?*

71. B. *Mis. od. en. hodie.* Sed in vett. edd. abest illud *hodie.*

72. Vett. *ne negato, omnium pol nequissimus*, uti et Lamb. — Vulg. *ne nega, omn. pol neq.* — Sensus: non est verum, quod modo dixisti, te *nullum esse;* nam et es, et omnium es nequissimus.

73. *At etiam cub. c.* Pergit enim decumbere, neque dum surrexit Demaenetus. *etiam* i. e. q. perro, longius, amplius, adhuc, *immer noch.* Vide Iudicem. Cuculum autem eum vocat, quia haec avis aliarum avium nidos possidere amat. Atque sic solemni vocabulo libidinosi *cuculi* vocantur. Cf. Hor. Serm. I, 7.

75. Pro vulg. *istuc* vett. *istinc.*

80. Vulg. et vett. totum hunc v. tribuunt Argyrippo, vett. tamen in fine signo interrogandi pesito, vulg. puncto. B. v. *ecastor* Artemonae tribuit, dein habet: *Ar. Quam subr. p. pr. tibi* ... ut cohaereant haec cum: *ego dissuadebam* in seqq. Ego Philenio integrum tribuo, ideo quia *Ecastor* mulierum est obtestatio, non virorum.

82. Sic vett. Vulg. *aequum mores est.*

86. *ut dignum est* vett. — Vulg. *ut te dignum est.* B. *ut dignus es* ex Guelph.

87. *iudicatum*, i. e. ut de me iudicium habeat. vett. *indicatum me uxor*

*AR.* Dícebam, patér, tibi, ne mátri consulerés male.
*PHI.* Dé palla meménto, amabo. *DE.* Iúben' hanc hinc abscédere?
*PHI.* Ímo intus potiús sequere hac me, mí anime! *AR.* Ego veró sequor.
*ART.* Í domum! *PHI.* Da sávium etiam, priúsquam abis. *DE.* I ín crucem!

*CREX.*

Híc senex si quíd clam uxorem súo animo fecít volup,
Néque novom neque mírum fecit, néc secus, quam alíi solent;
Néc quisquam est tam ingénio duro, néque tam firmo péctore,
Quín, ubi quidquam occásionis sít, sibi faciát bene.
Núnc si voltis déprecari huíc seni, ne vápulet,
Rémur impetrári posse, sí plausum hic clarúm datis.

*adducit domum.* Dousa, et cum eo Bothius: *abducit*, contra libros.

88. B. *Dicebamne, pater* etc. Sed illud *ne* in vett. abest.

89. *Iuben' hanc hinc abscedere*, sc. Philenium. Alloquitur autem Argyrippum.

90. Vulg. et vett. interpungunt post *potius*.

*CREX. Hic senex.* Cf. Bacch. in fine.

6. B. *plausum si clarum datis.* Nostrum vulg. et edd. vett. V. C. *si plausum si clarum datis.* Al. *si plaus. sic cl. d.*

# METRORUM IN ASINARIA

## DESCRIPTIO.

Prologus et Act. I. Sc. I. constant versibus senariis iambicis.
Act. I. Sc. II. v. 1—6 sunt cretici tetrametri.
v. 7 tetrameter choriambicus.
v. 8—11 rursus cretici.
v. 12 — Act. II. Sc. II. fin. tetrametri trochaici catal.
Act. II. Sc. III. — Sc. IV. fin. tetr. iamb. catal.
Act. III. Sc. I. tetr. troch. catal.
Act. III. Sc. II. et III. tetram. iamb. acatal.
Act. IV. Sc. I. et II. senarii iambici.
Act. V. Sc. I. v. 1 et 2 senarii iambici.
v. 3—21 tetram. iamb. catal.
Act. V. Sc. II. usque ad fin. tetr. troch. catal.

# AULULARIA.

## DRAMATIS PERSONAE.

LAR.
EUCLIO, senex.
STAPHYLA, eius serva.
EUNOMIA, soror Megadori.
MEGADORUS, senex, patruus Lyconidis.
STROBILUS GEMINUS, h. e. servus Megadori et Lyconidis.
ANTHRAX, coquus.
CONGRIO, coquus.
PYTHODICUS, servus Megadori.
LYCONIDES, Megadori nepos.
PHAEDRA, Euclionis filia.

## SUMMARIUM.

Senex est avarus Euclio, qui habet filiam, quam Cereris vigiliis compressam adolescens Lyconides, ignaram non ignarus, cuius esset. Is Lyconides habet avunculum Megadorum, qui omnium ignarus, prolis procreandae causa filiam ipsam Euclionis filiam in matrimonium ducere decrevit. Repetenti autem Euclio thesaurum domi suae, eumque auxio custodit. Impetrat Megadorus filiam; dumque nuptiae apparantur, Euclio thesaurum inter turbas alio atque alio loco condit. Speculatur eam rem Strobilus, Lyconidis servus, thesaurumque furatur. Lamentantem ea de re Euclionem Lyconides convenit, confessurus de filia (dum Euclio credit de furto thesauro confessurum), et repudium remissum ab avunculo nuntians. Ergo aperiuntur omnia; Strobilum adigit Lyconides, ut thesaurum reddat; ipse vero filiam Euclionis in matrimonium ducit. Egregia prorsus fabula nomen habet ex aula i. e. olla, in qua reconditum gestat Euclio thesaurum.

Scena Athenis.

## ARGUMENTUM.

Senéx avarus, vix sibi credens, Eúclio,
Domi suae defóssam multis cúm opibus
Aulam invenit, rursúmque penitus cónditam
Exsánguis, amens, sérvat. Eius filiam
Lycónides vitiárat. Intereá senex 5
Megadórus, a soróre suasus dúcere
Uxórem, avari gnátam deposcit sibi.
Durús senex vix promittit, atque, aulaé timens,
Domó sublatam váriis abstrudit locis.
Insídias servus fácit huius Lycónidis, 10
Qui virginem vitiárat; atque ipse óbsecrat
Avónculum Megadórum sibimet cédere
Uxórem amanti. Pér dolum mox Eúclio
Quum pérdidisset aúlam, insperato invenit,
Laetúsque natam cóllocat Lycónidi. 15

ARGUMENTUM ACROSTICHUM.

Aulám repertam aúri plenam Eúclio
Vi súmma servat, míseris affectús modís.
Lycónides istius vitiat filiam.
Volt hánc Megadorus indotatam dúcere,
Lubénsque ut faciat, dát coquos cum obsónio. 5
Auró formidat Eúclio: abstrudit foras;
Reque ómni inspecta cómpressoris sérvulus
Id súrpit. Illic Eúclioni rém refert:
Ab eó donatur aúro, uxore, et fílio.

---

# PROLOGUS.

## *LAR FAMILIARIS.*

Ne quís miretur quí sim, paucis éloquar.
go Lár sum familiáris, ex hac fámilia,

*ovum. I.* 2. *cum opibus* non liquesic vulg. et aliae edd. vett.; caeet v. 1. *vix sibi*, et *domi suae.*

*Durus senex.* B. *Senex durus.* *mox* corripiendum in enunciatione, *iam* monosyllabum.

B. *huius facit.*

*ovum. II.* 1. Bothius: *Aulam repertam avarus plenam auri Euclio.* Edd. vett. *Aulam repertam auri plenam domi Euclio.* Vulg. omittit v. *domi*, uti et V. C. et Pall.

*Prol.* 1. *Ne quis miretur, qui sim,* teste Donato ad Ter. Andr. IV, 5., i. e. q. ne ignoretis qui sim; nam admiratio ab ignorantia proficiscitur.

2. Prisc. VI, 6. sic: *Ego sum Lar.*

Unde éxeuntem me ádspexistis. Hánc domum
Iam múltos annos ést quum possideo ét colo,
Patri ávoque amicus húius, qui nunc híc habet. 5
Sed míhi avos huius óbsecrans concrédidit
Aurí thesaurum clam ómnes; in medió foco
Defódit, venerans mé, ut id servarém sibi.
Is quóniam moritur (íta avido ingenió fuit,),
Nunquam índicare id fílio voluít suo, 10
Inopémque optavit pótius eum relínquere,
Quam éum thesaurum cómmonstraret fílio.
Agrí reliquit éii non magnúm modum,
Qui cúm labore mágno et misere víveret.
Ubi is óbiit mortem, quí mihi id aurum crédidit: 15
Coepi óbservare, ecquí maiorem fílius
Mi honórem haberet, quam éius habuissét pater.
Atque ílle vero mínus minusque impéndio
Curáre, minusque me ímpartire honóribus.
Item á me contra fáctum est: nam item obiít diem. 20
Is ex se húnc reliquit, qui híc nunc habitat, fílium
Paritér moratum, ut páter avosque huiús fuit.
Huic fília una est; éa mihi cotídie
Aut túre aut vino aut áliqui semper súpplicat;
Dat míhi coronas. Éius honoris grátia 25
Fecí, thesaurum ut híc reperiret Eúclio,
Quo illám facilius núptam, si vellét, daret:
Nam cómpressit eam dé summo adulescéns loco:

5. Vett. *Patrique avoque amicus huius, qui nunc hic habet.* V. C. *Patri avoque iam huius, qui nunc hic habet.* Nonius in v. *habere*, ubi citat h. v., sic: *Patri avove huius, qui nunc hic habet*, omisso *iam*. Vulg. *Patrique avoque iam huius, qui nunc hic habet.* Difficilior tamen dictio videtur et insolentior: *possideo et colo domum patri avoque*, quamvis dativum commendatitium nuncuparint. Unde haud absona vett. lectio, quae pro *iam* habent *amicus*. Quod si restitueris in vulgatam, versus perquam bonus existet: *Patri ávoque amicus húius, qui nunc híc habet.* Nam *avo* contractim legendum, ut alia in quibus *v* intermedium legitur, ut *navis*, *aves*, *aviditas*, *avunculus*; cf. IV, 7, 4. ubi huiusmodi versus occurrit: *Fac méntionem cum ávunculo, matér mea.* — Unum obstat, quod non videatur dici posse amicus Lar eorum, qui ipsum neglexissent; cf. vs. 16—22. nisi amicum in universum pro tutelari genio accipias.

6. B. *Sed avus mihi.*

7. *Auri thes.* Vulg. *Thesaurum auri.* Illud vett.

9. Pro vulg. *Is quoniam* vett. edd. et Pall. 5. *Is quando*, quod et habet Goellerus. Sensus: Is quum extremum vitae suae tempus ageret. Nam *quoniam* passim pro *quum* aut *postquam* positum legitur. Cf. As. 2, 2, 83. Poen. 3, 3, 52. Cist. 1, 3, 16. Bacch. 2, 3, 56. 58. 65. — In sequentibus vett. edd. signa parenthesis habent, quae delevit Bothius.

12. Goeller: *commonstrare*, ex quibusdam libris.

14. *Qui cum lab.* Sic B. ex Lagianis. Vulg. et vett. *quo cum l.*; utrumque significat i. q. *ut*.

16. Vett. edd. *ecquid.* Nostrum vulg. et V. C.

18. *impendio*, i. e. multo. Sic Ter. Eun. III, 5, 39. *impendio magis animus gaudebat mihi.*

20. *item obiit diem*, sc. ignarus ubi ille thesaurus esset reconditus.

21. Sequor vulg. et edd. — B. *Reliquit is ex se h.* Verum liquescit pron. *is.*

24. *aut aliqui.* Sic B. cum vulg. et Lamb. — Veteres: *aliquo.*

27. *illam* B. ex codd. et V. C. — Vulg. *eam.*

28. *Nam compressit eam.* B. *Nam*

Is scít adulescens, quaé sit, quam compréssérit;
Illa íllum nescit, néque compressam autém pater. 30
Eam ego hódie faciam ut híc senex de próxumo
Sibi uxórem poscat: íd ea faciam grátia,
Quo ille éam facilius dúcat, qui compréssérat:
Et híc, qui poscet éam sibi uxorém senex,
Is ádulescentis íllius est avónculus, 35
Quid illánc stupravit nóctu, Cereris vígiliis.
Sed híc senex iam clámat intus, út solet;
Anúm foras extrúdit, ne sit cónscia.
Credo, aúrum inspicere vólt, ne subreptúm siet.

---

## ACTUS I. SCENA I.

*EUCLIO. STAPHYLA.*

*Eu.* Exi, ínquam! age, exi! exeúndum hercle tibi hinc ést foras,
Circúmspectatrix cum óculis emissítiis!
*Sta.* Nam cúr me miseram vérberas? *Eu.* Ut mísera sis,
Atque út te dignam mála malam aetatem éxigas.
*Sta.* Nam quá me nunc causa éxtrusisti ex aédibus? 5
*Eu.* Tibi egó rationem réddam, stimulorúm seges?
Illúc regredere ab óstio! illuc, sís. Vide, ut
Incédit! At scin', quómodo tibi rés se habet?
Si hodie hércle fustem cépero aut stimulum ín manum,
Testúdineum istum tíbi ego grandibó gradum. 10
*Sta.* Utinám me divi adáxint ad suspéndium
Potiús quidem, quam hoc pácto apud te sérviam!
*Eu.* At út scelesta sóla secum múrmurat!
Oculós hercle ego istos, ímproba, effodiám tibi,
Ne me óbservare póssis, quid rerúm geram. 15
Abscéde! etiam nunc! étiam nunc! etiám! ohe,
Istíc adstato! Si hércle tu ex istóc loco
Digitúm transvorsum aut únguem latum excésseris,
Aut sí respexis, dónicum ego te iússero:
Contínuo hercle ego te dédam discipulám cruci. 20
Sceléstiorem me hác anu certé scio
Vidísse nunquam, nímisque ego hanc metuó male,

cum compr. Idem v. 32: *Sibi poscat uxorem.*

34. B. ex Acidalio: *Etenim, qui p.*

*Act. I. Sc. I.* 1. Goell. cum Both.: *exeundum hercle est tibi*, omissis *hinc* et *foras*. Nostr. vulg. et cdd.

3. *Nam cur me* l. e. q. *Curnam me*, ut paulo infra: *Nam qua me causa* pro: *Quanam me causa;* et sic saepius. Cf. Amph. II, 1, 35. II, 2, 37. Cist. IV, 1, 16. Cas. II, 3, 51. III, 5, 10. IV, 3, 10. Curc. I, 1, 12. III, 25. Epid. III, 2, 13. Merc. II, 3, 75. Men. II, 1, 8.

7. B. *illuc, sis, vide, — Ut cedit,* ex coniectura. Nostrum vulg., nisi quod interpunximus post *sis*. Goeller: *illuc: sis vide, ut — Incedit!*

10. *grandibo*, grandiorem reddam. Nonius in v. *grandire* locum affert ex Varrone: *Cum aut humus seminari incipere non possit, aut recepta non reddat, aut edita grandire nequeat.*

11. *adaxint:* adegerint.

16. Bothius: *Abscede — etiam nunc! — etiam nunc! Sta. Etiamne? Eu. Ohe, Istuc adesto!* Goell.: *Abscéde: etiam nunc, étiam nunc, etiam: óhe, nunc — Istic adstato.* Nos secuti su-

Ne mi éx insidiis vérba imprudentí duit,
Neu pérsentiscat, aúrum ubi est abscónditum;
Quae in óccipitio quóque habet oculos, péssuma. 25
Nunc íbo, ut visam, éstne ita aurum, ut cóndidi,
Quod mé sollicitat plúrimis miserúm modis.

---

## ACTUS I. SCENA II.

*STAPHYLA.*

Nec núnc mecastor, quíd hero ego dicám meo
Malaé rei evenísse, quamve insániam,
Queo cómminisci: íta me miseram ad húnc modum
Deciés die uno saépe extrudit aédibus.
Nescío pol, quae illunc hóminem intemperiaé tenent: 5
Pervígilat noctis tótas; tum autem intérdius
Quasi claúdus sutor dómi sedet totós dies.
Neque iám, quo pacto célem herilis fíliae
Probrúm, propinqua pártitudo quoi áppetit,
Queo cómminisci; néque quidquam meliús est mihi, 10
Ut opínor, quam ex me ut únam faciam lítteram
Longám, meum laqueo cóllum quando obstrínxero.

---

## ACTUS I. SCENA III.

*EUCLIO. STAPHYLA.*

*Eu.* Nunc défaecato démum animo egrediór domo,
Postquám perspexi, sálva esse intus ómnia.
Redi núnc iam intro atque íntus serva. *Sta.* Quíppini!
Ego íntus servem? An, né quis aedis aúferat?
Nam hic ápud nos nihil est áliud quaesti fúribus: 5
Ita inániis sunt óppletae, atque aráneis.

mus vulgatam; atque *oke* h. l. videtur corripi. — *etiam* postremum lege: *etiamd.* — Pro *adstato* vett. *adesto.* V. C. *atasto.*

26. *estne* pro *sitne.* V. Indic. v. *Indicativus pro conjunctivo.* Sic Bacch. IV, 7, 60: *I, vise, estne ibi.*

*Act. I. Sc. II.* 1. *Nec nunc.* Sic vulg. edd. antt., et Lamb.; pro quo B. *Ne nunc.* Goeller: *Nenum.* V. C. *Noc num.* Pareus: *Non enim mecastor*, ex edd. Langg.

3. *ita me miseram.* Sic edd. vett. — Vulg. *ita miseram me.*

11. *ut unam faciam literam longam.* Vox *unam* pleonastice adiecta, ut saepius in Plauto. Cf. Amph. II, 2, 74. Cist. IV, 2, 70. As. III, 1, 13. Truc. 2, 1, 39. *Litteram longam* alii interpretantur de litera I, quae longior scribebatur ubi significaret *ii*, alii, ut Lambinus, de litteris maioribus, quibus utebantur in inscriptionibus. Sic Rud. V, 2, 7. *Cubitum hercle longis literis signabo iam usquequaque;* et Poen. IV, 2, 15: *nomina insunt cubitum longis literis.*

*Act. I. Sc. III.* 1. *defaecato*, i. e. pacato, quietiore; imagine a vina desumta.

3. Bothius: *Quippe nil — Ego intus servem!* ex suis, ut ait, co[illegible] vett. eumque sequitur Goeller et vulg. et quotquot ego in[illegible] et Lamb. habent: *Quip[illegible] tus servem?* L[illegible] punctum posuit *servem* com[illegible]

*Eu.* Mirúm, quin tua me caúsa faciat Iúpiter
Philíppum regem aut Dárium, trivenéfica!
Iráneas mihi ego íllas servarí volo.
Paupér sum, fateor; pátior. Quod di dánt, fero.
Ibi íntro! occlude iánuam! Iam ego híc ero.
Cave quémquam alienum in aédis intromíseris.
Quod quíspiam ignem quaérat: extinguí volo,
Ne caúsae quid sit, quód te quisquam quaéritet.
Nam si ígnis vivet, tu éxstinguére extémpulo.
Tum aquam aúfugisse dícito, si quís petet.
Cultrúm, securim, pístillum, mortárium,
Quae uténda vasa sémper viciní rogant,
Furés venisse, atque ábstulisse dícito.
Profécto in aedis méas me absente néminem
Volo íntromitti; atque étiam hoc praedicó tibi:
Si Bóna Fortuna véniat, ne intromíseris.
*Sta.* Pol ea ípsa, credo, ne íntromittatúr, cavet:
Nam ad aédis nostras núsquam adit, quanquám prope est.
*Eu.* Tace átque abi intro. *Sta.* Táceo atque abeo. *Eu.* Occlúde, sis,
Forés ambobus péssulis. Iam ego híc ero. —
Discrúcior animi, quia áb domo abeundúm est mihi.
Nimis hércle invitus ábeo; sed, quid agám, scio:
Nam nóster nostrae qui ést magister cúriae,
Divídere argenti díxit numos ín viros;
Id sí relinquo ac nón peto, omnes íllico
Me súspicentur, crédo, habere aurúm domi:
Nam nón est verisímile, hominem paúperem
Pauxíllum parvi fácere, quin numúm petat.
Nam núnc, quom celo sédulo omnis, né sciant,

*pini* est affirmandi particula, quae hic ironice accipienda est; nostrum: *freilich! Warum denn nicht?* Plerumque autem nihil additur. Cf. Bacch. IV, 7, 41. *Meretricemne esse censes?* N. *Quippini.* et Men. V, 5, 45: *Ad me face uti deferatur.* Sx. *Itane censes?* Med. *Quippini.* Ubi vulg. *Quippe ni;* ex quo facile fingi potuerit *Quippe nil*, quod vidit Bothius in cdd. — Porro autem *Ego intus servem* interrogatio est, utpote quae saepe a pron. [illegible] diatur.

7. Vulg. *quin tua m* [illegible] *usa f.* I. Sed aliae vett. omn [illegible] *Mirum quin* [illegible] *strum* [illegible] *noch, dafs etc.* [illegible] *mph.* II, 2, 12 [illegible]

11. [illegible]

13. [illegible]

phylae tribuit, in tanen, ut *quisquam* scripserit pro *quispiam.* Gellerus: *Sr. Quid, si quispiam ignem quarit?* Nostrum V. C. et al. cdd.

24. *quanquam prope est.* Sic vulg. et Lamb. et V. C. cogitandumque sacellum aut signum Bonae Fortunae prope aedes Euclionis fuisse. Quaedam tamen vett. *Nam ad aedes nostras nusquam adiit quanquam prope*, ut Pall. Hinc Bothius: *Nam ad aedes nostras nusquam adit quanquam prope.* — *Adiit* et vulg. et Lamb.

27. [illegible] *labum*, integrum [illegible] *monogll.* [illegible] *rgenti* [illegible] *favere*, [illegible]

9, on et, ra-

Nonio De-getur. m.

Omnés vídentur scíre, et me benígnius
Omnés salutant, quám salutabánt prius;
Adeúnt, consistunt, cópulantur déxteras;
Rogitánt me, ut valeam, quíd agam, quid rerúm geram.
Nunc, quó profectus sum, íbo; postideá domum 40
Me rúrsum, quantum pótero, tantum récipiam.

## ACTUS II. SCENA I.

*EUNOMIA. MEGADORUS.*

*Eun.* Velím, te arbitrári, med haéc verba, fráter,
Meái fidéi tuáique réii
Causá facere, ut aéquom est germánam sorórem.
Quamquam haúd falsa súm, nos odiósas habéri.
Nam múltum loquáces merito ómnes habémur: 5
Nec mútam profécto repértam ullam ésse
Hodié mulierém dicunt úllo in saéclo.
Verum hóc, frater, únum tamén cogitáto,
Tibí proximám me, mihíque esse itém te:
Ita aéquum est, quod ín rem esse utríque arbitrémur, 10
Et míhi te, et tibí me consúlere et monére;
Neque óccultum id habéri, neque pér metum mussári,
Quín participém te paritér, et tu me ut fácias.
Eó nunc ego sécreto te húc foras sedúxi,

36. *benignius*, i. e. liberalius.

38. *copulantur dexteras*, passivum, ut ait Nonius, pro activo.

41. B. *Me rursus*. Nostr. vulg. et edd.

*Act. II. Sc. I.* 1. Versus sunt Bacchici, quo metro plerumque in canticis utitur poeta, ubi, sicut hic, seniores personae loquentes introducuntur. Immixti autem sunt Sotadici seu Ionici a maiore, quorum hoc metrum est: — — ◡◡ — — ◡◡ — — ◡◡ — — seu: — — ◡◡ — — ◡◡ — ◡ — ◡ — — seu: — — ◡◡ — ◡ — ◡ — ◡ — ◡ — —; ut v. 38—40. et 13—15. A versu autem 28—34 sunt dimetri anapaestici. Locum omnem a v. 16 ad v. 25. non esse Plautinum duco, quamquam fortasse mature iam invectum, uti saepenumero sine dubio factum in canticis, vel ab histrionibus, vel ab aedilibus, qui redimebant fabulas a poetis, sicubi aut suas facetias in scenam vellent inferre, aut nulla habita artis ratione, vulgi risum captare. Optime enim procedet oratio, si post verba vs. 15. *Ut tuam rem ego tecum loquerer familiarem;* sequatur v. 26. *Mne. Quid est id soror?* etc. Inserta autem quod attinet, ineptius nihil, aut inficetius turbatiusque est his: *Da mihi, optima foemina, manum*, aut: *ubi ea est?* etc. aut: *si negas, nego*, deinde: *da mihi operam, amabo — Soror, more tuo facis. — Facta volo.* Ego, praeter hunc locum fortiter relectum et inclusum, in reliquis sequor Reizium Hermannumque; Bothii, ut qui nimium a vulgata recesserit, nullam in hac scena rationem habere potui.

2. Post *rei* vulg. et vett. habent *hoc*, quod equidem spurium iudico. Nam cohaerent: *me haec verba* (*tecum*) *facere*. Evocaverat enim fratrem, ut cum eo loqueretur non de sua aliqua re, sed de ipsius.

4. *Haud falsa sum*, i. e. haud ignoro. — *odiosas*, i. e. molestas, garrulas.

7. Vulg. *Hodie dicunt mulierem*. Goellerus, Hermannum secutus, haec sic ordinata habet: *Nec mútam profécto repértam ullam esse hódie — Dicúnt úllo in séclo.*

9. Vulg. *mihique item esse te*, uti et edd. vett.

10. G. *Ut aequomst.*

11. Sic vulg. Forte melius: *monére et consúlere.*

13. Vulg. *Quin participem pariter ego te, et tu me ut facias.*

14. Goell. c. Herm. *Eó nunc secréto forás te huc sedúxi.*

Út tuam rem ego técum hic loquerér familiárem. 15
[*Me.* Da mihi, optuma femina, manum. *Eun.* Ubi ea est? quis ea est nam optuma?
*Me.* Tu. *Eun.* Tune ais? *Me.* Si negas, nego. *Eun.* Decet equidem vera proloqui.
Nam optima nulla potest eligi; alia alia peior, frater, est.
*Me.* Idem ego arbitror, nec tibi adversari
Certum est de istac re umquam, soror. 20
*Eun.* Da mihi operam, amabo.
*Me.* Tua est. Utere, atque impera, si quid vis.
*Eun.* Id quod in rem tuam optumum esse arbitror,
Te id admonitum advento.
*Me.* Soror, more tuo facis. *Eun.* Facta volo.] 25
*Me.* Quid ést id sorór? *Eun.* Quod tibí sempitérnum
Salútare sít liberís procreándis.
*Me.* Ita dí faxint! *Eun.* Volo te úxorem
Domum dúcere. *Me.* Hei, occidís! *Eun.* Quid ita?
*Me.* Quia mí misero cerebrum éxcutiunt 30
Tua dícta, soror; lapidés loqueris.
*Eun.* Heia, hóc face, quod te iússit soror.
*Me.* Si lúbeat, faciam. *Eun.* In rém tuam hoc est.
*Me.* Ut quidem emoriar, priusquám ducam.
Sed his legibus si quam dare vis, ducam, 35
Quae cras veniat, perendie foras feratur.
His legibus quam dare vis, cedo, nuptias adorna.]
*Eun.* Quám maxima póssum tibi, fráter, dare dóte:
Séd es grandior nátu, media ést mulieris aétas.
Sám si iubes, fráter, tibi mé poscere, póscam. 40
*Me.* Námnam vis me intérrogare te? *Eun.* Ímo si quid vís, roga.
*Me.* Pést mediam aetatém qui mediam dúcit uxorém domum,
Si éam senex anúm praegnantem fórtuitu fécerit,
Quid dubitas, quin sít paratum nómen puero Póstumus?
Iúnc ego istum, sóror, laborem démam et deminuám tibi. 45

27. Vulg. *procreandis liberis.* Senec: ad liberos procreandos.

29. Vulg. *Volo te uxorem domum ducere. Me. Hei occidi!* Sed vett. ed. *domum.* Eaedem verba: *ita di faxint* Megadoro tribuunt, vulgata Eunuchoe. Goellerus: *Ita di faxint — Volo te uxorem domum dúcere. Meg. Hei occidi. — Eun. Quid ita? —* uti norm.

32. *quod te iussit soror.* Vulg. et ed. *quod te iubet soror.*

33. *Si lubeat, faciam.* Sic vulg., ne quo vett. edd. *si iubeat, faciam.* Ne: *in rem tuam hoc est,* quod metrum nosit, vulg. et edd. *in rem hoc tuam est,* uti et Goell.

34. Locum hem omnem ab hoc vs. 37. et ob metrum et sensum et constructionem non a Plauto esse profectum iudico.

35. Vulg. *Sed his legibus si quam dare vis, ducam* et 37. *His legibus quam dare vis, cedo, n. a.* ut et Lamb. — Aliae edd. vett. omittunt versum 35. uti et codd. Helmst. et Guelph.

39. Vulg. et edd. *Sed est gr.*

42. B. *qui media,* uti et Goell. Nostr. vulg.

43. *fortuitu.* Al edd. vett. *fortuito,* uti et habet Festus in v. *Postumus,* non *fortuitu.* Prosodiam autem quod attinet, pariter vox *i* longâ legenda, atque *gratuita* Cist. IV, 2, 74.

44. Festus l. c. *pueris Postumi.*

45. Pro vulg. *demam* vett. ex Nonio *degam,* uti eaedem Epid. I, 1, 63. *Degetur,* ubi tamen vulg. vocte *detegetur.* Sed retinuit B. *degam* l. e. abigam.

Égo virtute deûm ét maiorum nóstrûm dives súm satis:
Istas magnas fáctiones, ánimos, dotes dápsiles,
Clámores, impéria, eburata vehícla, pallas, púrpuram,
Níl moror, quae in sérvitutem súmtibus redigánt viros.
*Eun.* Díc mihi, quaeso, quís ea est, quam vis dúcere uxorem?
*Me.* Éloquar. 50
Nóvisti hunc senem Eúclionem ex próxumo paupérculum?
*Eun.* Nóvi, hominem haud malúm mecastor. *Me.* Éius cupio filiam
Vírginem mihi désponderi. Vérba ne faciás, soror.
Scío, quid dictura és: hanc esse paúperem. Haec paupér placet.
*Eun.* Dí bene vortant! *Me.* Ídem ego spero. *Eun.* Quíd? Me numquid vís? *Me.* Vale. 55
*Eun.* Ét tu, frater. *Me.* Égo conveniam Eúclionem, sí domi est.
Séd eccum; nescio únde sese núnc homo recipít domum.

---

## ACTUS II. SCENA II.

*EUCLIO. MEGADORUS.*

*Eu.* Praésagibat mi ánimus, frustra me íre, quom exibám domo:
Ítaque abibam invítus: nam neque quísquam curiálium
Vénit, neque magíster, quem divídere argentum opórtuit.
Núnc domum properáre propero: nam égomet sum hic, animus domi est.
*Me.* Sálvos atque fórtunatus, Eúclio, sempér sies. 5
*Eu.* Dí te ament, Megadóre. *Me.* Quid tu? récten' atque, ut vís, vales?
*Eu.* Nón temerarium ést, ubi dives blánde adpellat paúperem:
Iam íllic homo aurum scít me habere: eo mé salutat blándius.
*Me.* Aín' tu, te valére? *Eu.* Pol ego haud pérbene a pecúnia.
*Me.* Pól si est animus aéquos, satis habés, qui bene vitám colas. 10
*Eu.* Ánus hercle huic indícium fecit de aúro; perspicué palam est;
Quói ego iam linguám praecidam atque óculos effodiám domi.
*Me.* Quíd tu solus técum loquere? *Eu.* Méam pauperiem cónqueror:
Vírginem habeo grándem, dote cássam atque inlocábilem;

46. *Ego virt.* etc. Idem versus iisdem verbis recurrit Capt. II, 2, 74.

51. *Novisti hunc.* Sic edd. vett. — Vulg. *Novistin' hunc.* Pall. 1 et 2. *Nosti hunc.*

57. Vett. edd. *Sed eccum nescio unde nunc sese homo recipiat domum.* Vulg. *Est* (ex praec. versu). *Sed eccum. Nescio unde sese homo recipit domum* ut Goell. et Both.

*Act. II. Sc. II.* 1. *Praesagibat.* Citatur hic versus ab Cicerone de Divinat. I, 31.

2. *Curiales* sunt, qui eiusdem sunt curiae, ut Gr. δημόται.

7. *Non temerarium est:* non sine causa fit.

8. Vett. omittunt v. *homo.* Goellerus cum vulg. *Iam íllic homo aurum mé scít habere, eo mé* etc. Fortasse et sic poterit: *Iám illic homo me scít habere.* Nam *habere* interdum est idem quod: divitem esse. Cf. III, 6, 6. *Qui habent, meminerint sese, unde oriundi sint.* Cf. Truc. 4, 2, 3.

9. Vulg. et vett. *haud a pecunia perbene*, ut et Goell. — Nostr. Both.

10. Vulg. et vett. post *aequus* addunt *tibi.* — *qui bene*, i. e. ut bene vitam possis degere. — Goell. *aequus tibi, habes sat.*

11. Vett. edd. *Anus hercle hoc indicium.* Nostr. vulg. Lamb. B.

eam queo locáre quoíquam. *Me.* Táce; bonam habe animum, Eúclio: 15
ır: adiuvábere a me. Díc, si quid opust; ímpera.
úne petit, quom pólliceetur; ínhiat aurum, ut dévoret;
manú fert lapidem, pánem ostentat áltera.
i eredó, qui large blándust dives paúperi:
anum iniicít benigne, ibi óneraf aliquam sámiam. 20
ıtos novi pólypos, qui, úbi quid tetigerínt, tenent.
á mi operam parúmper: paucis, Eúclio, est quod té volo
nmuni re áppellare mea ét tua. *Eu.* Hei miseró mihi!
ı mi intus hárpagatum est: núnc hic eam rem vólt, scio,
ı adire ad páctionem: vérum intervisám domum. 25
uó abis? *Eu.* Iamiam ad té revortar: námque est, quod visám domum.
rédo edepol, ubi méntionem ego fécero de fília,
despondeát, sese a me dérideri rébitur.
illo quisquam est álter hodie ex paúpertate párcior.
f me servant: sálva res est! sálvom est, si quid nón perit. 30
male timuí, priusquam intro rédii: exanimatús fui. —
ad te, Megadóre, si quid mé vis. *Me.* Habeo grátiam.
), quod te pércontabor, ne íd te pigeat próloqui.
ím quidem ne quid pérconteris, quód non lubeat próloqui.
íc mihi: quali me árbitraris génere prognatúm? *Eu.* Bono. 35
uíd fide? *Eu.* Boná. *Me.* Quid factis? *Eu.* Néque malis, neque ímprobis.
ıétatem meam scís? *Eu.* Scio, esse grándem, itidem ut pecúniam.
érte edepol equidém te civem síne mala omni málitia
r sum arbitrátus, et nunc árbitror. *Eu.* Aurum huíc olet.
inc me vis? *Me.* Quóniam tu me et égo te, qualis sís, scio: 40

sib. ut videtur tautologia, *Neque locare quouquam* ... quasi quid. Sed omnes consentiunt in ; et similes tautologiae in Plauto s. Cf. Ind. v. *tautologia.*

*pidem*, sc. quo memet occidat.

*mum iniicit* sc. humero tuo, vel, lant dextras tecum, ut I, 3, 38. *rt aliquam samiam*, ζημίαν, mmum infert; quasi pro: onerat damno.

*os polypos.* Polypi enim, ubi ll sunt fibris suis aut brachiis, ec amittunt. Vett. edd. uti nos, ro *istos novi polypos*, *qui sibi tetigerint*, *tenent*, ut et Goel- dd. pro *sibi* habent *uibi*, *ubi*, ducitur autem *polypus*. Hor. I, 5. Satyr. I, 3, 40.

*rem* i. e. ob eam rem.

*mm intervisam domum*, vett. edd. *domi*, idque fortasse rectius; quamquam sq. vs. *visam domum*.

26. Goell. *Quónam abis?* *Eu. Iam ad te.*

29. *Neque illo quisquam* etc. Contemplatur quasi omnes mores Euclionis, et eius meminit avaritiae, quia haec est, quam depingi voluit poeta. *ex paupertate*, h. e propterea quod est pauper.

31. Vulg. interpungit post *timui*, et ex reliquis unam facit periodum. — *exanimatus fui.* Cf. Bacch. 2, 3, 64.

34. Vulg. et edd. vett. *quod mihi non lubeat prol.* Abiiciendum dubio procul v. *mihi*, aut leg. *quod mihi non lubet proloqui.* Goell. *Dum quidem ne perconteris*, *quod non l. pr.*

36. *Quid fide?* i. e. quid porro existimas, quali sim fide, et quibus factis?

38. Adnotandum vett. edd. hic legere: *sine omni malitia mala etiam Semper sum ratus.* Atque sic saepius scandendum *omni*. Nos secuti vulg. et Lamb.

Quaé res recte vórtat mihique tíbique tuaeque fíliae,
Fíliam tuám mi uxorem pósco. Promitte hóc fore.
*Eu.* Heía, Megadore, haúd decorum fácinus tuis factís facis,
Ut inopem atque innóxium abs te atque ábs tuis me irrídeas:
Nám de te neque ré neque verbis mérui, ut faceres quód facis. 45
*Me.* Néque edepol ego té derisum vénio, neque derídeo,
Néque dignum arbitrór. *Eu.* Cur igitur póscis meam gnatám tibi?
*Me.* Út propter me tíbi sit melius, míhique propter te ét tuos.
*Eu.* Vénit hoc mihi in mentém, Megadore, téd esse hominem dívitem,
Fáctiosum; mé item esse hominem paúperum paupérrumum: 50
Núnc si filiám locassim méam tibi, in mentém venit,
Té bovem esse, et me ésse asellum: ubi técum coniunctús siem,
Úbi onus nequeam férre pariter, iáceam ego asinus ín luto;
Tú me bos haud mágis respicias, gnátus quasi nunquám siem;
Ét te utar iníquiore, et méus med ordo irrídeat; 55
Neútrubi habeam stábile stabulum, sí quid divortí fuat:
Ásini me mordícibus scindant, bóves incursent córnibus.
Hóc magnum est perículum, me ab asinís ad boves transcéndere.
*Me.* Quam ád probos propínquitate próxume te adiúnxeris,
Tam óptumum est. Tu cónditionem hanc áccipe, auscultá mihi, 60
Átque eam despondé mi. *Eu.* At nil est dótis quod dem. *Me.* Né duis,

43. *haud decorum tuis factis* i. e. quod non deceat reliqua tua facta.

44. *innoxium abs te atque abs tuis*, h. e. qui neque tibi nec tuis est obnoxius, qui plane non pendet aut abs te aut abs tuorum quoquam. Sic Sall. Cat. 39. *ipsi* (potentes) *innoxii*, *florentes*, *sine metu aetatem agere*. Lambinus tamen ita explicat: *qui nec tibi*, *nec tuis nocuit: vel sic*, *qui innoxius vel innocens est*, *quod ad te et ad tuos attinet*. Ac sane *innoxius* saepius i. e. q. innocens, ut in eodem Sall. Cat. 40. Iug. 85. sed nusquam tum additur *ab aliquo*, ut hic *abs te*, quo significetur persona, quae non laesa fuerit ab homine innoxio. Potius *innoxius ab iniuria pecorum* occurrit apud Columellam, ut sit: non expositus, liber, non subiectus. Contrarium *obnoxius* vide As. II, 2, 18. *Adeo ut aetatem ambo ambobus nobis sint obnoxii*, *Nostro devincti beneficio*. Qui autem pendent ab alicuius iussu, ii, etiam si neque re neque verbis meruerint, ut derideantur ab eo fieri quit. Eam ob rem non dici potest repugnare versus sequens nostrae interpretationi.

46. Vett. edd. *Neque edepol te ego der.*

49. Sic edd. vett. et edd. Pall. idque aptius est versui, quam i. V. C. et vulgatae: *Venit hoc mihi*, *Megadore*, *in mentem*, quod Bothius, et Goellerus, qui tamen omittit *esse*, et *venit* pro perfecto habet, quod esse praesens, versus 51. aperte arguit.

50. Recte B. ex edd. vett. recepit v. *esse*, quod deest in vulg.

54. *haud magis*. Sic vett., pro quo vulg. *magis haud*, ut et B. et Goell.

55. *iniquiore* sc. quam antea to mihi praestiteris, quum iungeremus amicitiam. — *meus me ordo*, i. e. homines mei ordinis atque conditionis.

56. *divorti* i. e. divortii, sc. inter me et te.

57. *mordicibus*, abl. a *mordices*, i. e. dentes. Nam ablativum esse positum, facile perspicitur ex parallelo *cornibus*. Atque sic vulg. et edd. vett. et Both. At Goellerus: *mordicitus*. — Ceterum Both. *cornibus incursent boves*. Sed *boves* crebro monosyllabum in Plauto, et pleraque, quae post vocalem habent Vau literam, ut oves, aves, avus, una syllaba sunt legenda. V. vers. seq.

58. Vulg. et edd. *me ab as. ad b.* tr. Both. *ab as. me ad boves tr.* Sed iste rhythmus solemnis est Plauto; cf. Asin. Argum. v. 3. ubi vide n. et ib. II, 2, 70.

60. *conditionem*, hoc pactum nuptiale, *diese Verbindung*, diese Parthie. Cf. III, 5, 2. *de conditione hac Euclionis filiae*.

61. *Ne duis*, i. e. ne dederis, h. e. imo si vel nullam dotem dederis, dum-

Dúmmodo moráta recte véniat, dotata ést satis.
*Eu.* Eó dico, ne mé thesauros réperisse cénseas.
*Me.* Nóvi: ne doceás. Desponde. *Eu.* Fíat. Sed pro Iúpiter!
Nón ego disperíi? *Me.* Quid est? *Eu.* Quid? crépuit quasi ferrúm modo. 65
*Me.* Hic apud me hortúm confodere iússi. Sed ubi hic ést homo?
Ábiit, neque me cértiorem fécit: fastidít mei.
Quía videt me súam amicitiam vélle, more hominúm facit.
Nám si opulentus ít petitum paúperioris grátiam,
Paúper metuit cóngrediri; pér metum male rém gerit; 70
Ídem, quando illaéc occasio périit, post seró cupit.
*Eu.* Si hércle ego te non élinguandam dédero usque ab radícibus:
Impero, auctórque sum, ut me quóivis castrandúm loces.
*Me.* Vídeo hercle ego te me árbitrari, Eúclio, hominem idóneum,
Quém senecta aetáte ludos fácias, haud meritó meo. 75
*Eu.* Néque edepol, Megadóre, facio, néque, si cupiam, cópia est.
*Me.* Quíd nunc? etiam míhi despondes filiam? *Eu.* Illis légibus,
Cum ílla dote, quám tibi dixi. *Me.* Spónden' ergo? *Eu.* Spóndeo.
*Me.* Dí bene vortant! *Eu.* Íta di faxint! Íllud facito ut mémineris
Cónvenisse, ut né quid dotis méa ad te afferret fília. 80
*Me.* Mémini. *Eu.* At scio, quo vós soleatis pácto perplexárier:
Páctum non pactum ést, non pactum páctum est, quod vobís lubet.
*Me.* Núlla controvérsia mihi técum erit. Sed, núptias
Hódie quin faciámus, num quae caúsa? *Eu.* Imo edepol óptume.
*Me.* Íbo igitur; parábo. Numquid mé vis? *Eu.* Istuc. *Me.* Fiét.
Vale. 85
Heús, Strobile, séquere propere me ád macellum strénue.
*Eu.* Íllic hinc abiit. Di immortales, óbsecro, aurum quíd valet!

modo etc., satis dotata erit. Cf. Capt. II, 2, 81. Sic saepius ne construitur; ut apud Ciceronem: *ne sit sane, videri certe potest;* et apud Livium: *Ne sint vera, quae dixerunt:* Geneizt, es sei nicht etc. Goellerus: *dique eam despondé mihi. Eucl. at nihil est dótis qui dem. Mne Né duis. Dummodo* etc.

63. Pro *thesauros*, quod habet vulg. et B., vett. edd. *thesaurum*. — Verbi *reperisse* prima producitur, uti semper *re* compositivum in perfecto.

65. *disperii* tribus syllabis enunciandum. In sequentibus vett. edd. *quid tibi'st? Eu. Crepuit quasi ferrum modo.* Vulg. *quid tibi est? Eu. Quid crepuit quasi ferrum modo*, quod ob versum ferri nequit. Itaque aut eliciendum *tibi*, aut alterum *quid*. — His autem dictis Euclio in aedes irrumpit.

70. *male rem gerit*, non ex usu suo, non ex sua utilitate agit, non utitur ea occasione, quae suae rei consulat.

72. Loquitur adversus Staphylam, quae est intus in domo. — *elinguandam dedero*, i. e. tradidero carnifici, qui tibi linguam exscindat.

73. Vulg. *Impero, auctorque sum, ut tu me.* Edd. vett. *Impero, auctorque sum, ut me.* Possit ita: *Impero auctor sumque, ut tu me.* Goellerus: *Auctor sum, imperoque, ut tu me.* — Ex nostra l. non elidendum in Impero.

77. Vett. edd. *Quid? nunc etiam*, signo interrogationis ante *nunc* posito, quod vulg. postpositum habet. Sensus: Quid nunc? iterum iterumque te interrogo, an mihi filium despondere velis. Hic enim sensus est coni. *etiam*.

79. Vulg. *Istuc di bene vortant.* Vett. edd. *Di bene vortant. Me. Ita faxint.*

81. Vett. edd. et Lamb. *quo vos pacto soleatis perplexarier*, i. e. astute agere et captiose. Nostr. V. C. et Pall.

84. Edd. vett. *Hodie quin facimus, num quae causa est? Eu. Immo optume.* Vulg. *Hodie quin faciamus*, (ut V. C. et Pall.) *num quae causa est? Eu. imo edepol optuma*, ut et Capt. II, 2, 104. Neutrum horum potest. Ceterum *optuma* non habet sensum, neque

Crédo ego illum iam inaúdivisse, mi ésse thesaurúm domi:
Id inhiat; eâ affínitatem hanc óbstinavit grátiâ.

## ACTUS II. SCENA III.

*EUCLIO. STAPHYLA.*

*Eu.* Úbi tu es, quae déblaterasti iám vicinis ómnibus,
Méae me filiaé daturum dótem? Heus, Staphyla, té voco!
Écquid audis? Váscula intus púre propera atque élue!
Fíliam despóndi ego; hodie núptum huic Megadoró dabo.
*Sta.* Dí bene vortant! Vérum ecastor nón potest: subitúm est nimis. 5
*Eu.* Táce atque abi! Curáta fac sint, quom á foro redeám domum;
Átque occlude aédis. Iam ego hic ádero. *Sta.* Quid ego núnc agam?
Núnc nobis prope adést exitium, mi átque herili filiae:
Nám probrum atque pártitudo própe adest ut fiát palam;
Quód celatum est átque occultatum úsque adhuc, nunc nón potest. 10
Íbo intro, ut, herus quae ímperavit, fácta, quom veniát, sient.
Nam écastor malúm moerore métuo ne mistúm bibam.

## ACTUS II. SCENA IV.

*SSROBILUS. ANTHRAX. CONGRIO.*

*Str.* Postquam ópsonavit hérus et conduxít cocos
Tibícinasque hasce ápud forum, edixít mihi,
Ut díspartirem opsónium hic bifáriam.

lta habet Lambinus. Aut igitur *est* aut *Imo* eliciendum, et leg. *optume*. Goell. *num qua causa est? E. imo pol optuma.*

88. *illum* una syllaba enunciandum.

89. *obstinavit*, pertinaciter petiit. Liv. XXIII, 29. *Obstinaverant animis, vincere aut mori.* — *ea gratia*, i. e. eam ob rem.

*Act. II. Sc. III.* 3. Both. *pura propere a. e.* ex Palmerio et Acidalio. Nostram vulg. et omnes edd. vett.; quam Lamb. ita explicat: aqua pura lavare (eluere) propera. Turnebus sic: tu ipsa ante pure lauta, vasa propere expedi atque elue. — *Pure propera atque elue* i. e. q. propera atque elue pure.

4. Sic vulg. et B. Contra vett. et Lamb. *Filiam despondi ego hodie, huic nuptum Megadoro dabo.*

7. *Iam adero* i. e. q. brevi adero, brevi redibo.

12. *malum moerore mistum.* Sic B. ex emendatione Gronovii, quum vulg. et omnes edd. habeant: *malum moerorem.* Malum cum servi metuunt, aut heri servis minitantur, intelligenda est poena, verbera, vapulatio. Sic Asin. I, 1, 30. *cave sis malam rem!* Eam igitur hic metuit Staphyla, comparatque eam peculio amaro, quod ebibendum sibi sit, et in quo mista sit poena cum moerore, i. e. eiulatione.

*Act. II. Sc. IV.* Prodit in scenam Strobilus, servus Megadori, cum duobus coquis, Strabace et Congrione, duobusque simul agnis, altero pingui, altero macro, et duabus tibicinis, altera item macra, altera pingui, ad parandam coenam in Megadori et in Euclionis aedibus, quarum atria in scena conspiciuntur. Divisio fit, et Strabax cum pinguiore agno et macriore tibicina introit ad Megadorum, Congrio autem cum agno marcido et tibicina crassiore ad Euclionem. Praeterea alii adsunt servi.

1. *Postquam opsonavit*, i. e. emit obsonium. *Opsonare* enim et *opsonari* (v. vs. 16.) est, parare opsonium aut convivium. Cf. Bacch. I, 1, 62. *Tu facito opsonátum nobis sit opulentum opsonium.* et ib. I, 2, 36. *An hóc ad eas res opsonatum est, obsecro?*

3. Pro vulg. *hic* Both. *hinc.*

Me tú quidem hercle, dícam palam, non dívides.
quó tu totum me íre vis, operám dabo. 5
Bellum ét pudicum véro prostibulúm popli!
st, sí quis vellet, te haúd nevelles dívidi.
R. Atqui égo istuc, Anthrax, álioversum díxeram,
n ístuc, quo tu insímulas. Sed herus núptias
ıus hódie faciet. *A.* Quóius ducit fíliam? 10
R. Vicíni huius Eucliónis senis e próxumo.
ádeo opsoni hinc dímidium iussít dari,
cum áiterum, itidemque álteram tibícinam.
Nempe huíc dimidium dúcis, dimidiúm domi?
R. Nempe, sícut dicis. *C.* Quíd? hic non poterat dé suo 15
nex ópsonari fíliai in núptiis?
R. Vah! *C.* Quíd negoti est? *STR.* Quíd negoti sít, rogas?
méx non aeque est áridus atque hic ést senex.
Ain' tándem, ita esse, ut dícis? *STR.* Tute exístuma.
in dívûm atque hominum clámat continuó fidem, 20
am rém periisse, séque eradicárier,
suó tigillo fúmus si qua exít foras.

. Haec recte Congrioni tribuuntur in g. et edd. vett. Is enim omnino le-orem se praestat Anthrace et in hac sequentibus scenis. Deinde v. 6—7 uendi Anthraci, et v. 8. demum Stro-. Nam et Anthrax, quem alloquitur, em insimulaverat Strobili orationem v. Porro v. 10. *Quoius* etc. et 14. mpe etc. recte tribui possunt Anaci. Contra v. 15 videtur variatio senarum esse facienda, ut verba id etc. Congrio loquatur, et quae uuntur, v. 35 autem Anthrax. In g. enim pleraque haec Congrioni tri-ıntur, Anthraci autem haec tantum: 5. 7. dein 44. *Sic sum, ut vides* et 47. *Tun'* — *trifurcifer*. Paullo er in fine vett. edd., quae v. 44. ba: *Quid tu ais?* item vs. 45. et vs. verba *Fur* etc. Anthraci tribuunt. — hius Congrioni haec: 6. 7. 36. 43. *Cocum* etc. 45. 47. *Fur! e. f. tr.* qua Anthraci. Goellerus 4. 5. tri-ı Anthraci; 6. 7. Congrioni, deinde raque Congrioni, praeter 44. *Sic* s etc. et 46. *Tun'* — *trifurcifer*. — : *tu quidem*. Sic Lamb. In vulg. n et edd. vett. abest tu, unde B. de-*propalam* ex coniectura, ut videtur. bil. *hic tam palam*, ex Lipsio. f. Sensus obscoenus. *Post*, int. etsi eris, te nolle dividi, tamen post, si s etc. Vulg. *haud non velles*.

1. Sequor Lambinum. Vulg. *Vicini ius Euclionis e proximo*. Edd. vett. n. — Both. *Vicini Euclionis huius proximo*, ut et G.

14. *huic* sc. Euclioni. *domi*, sc. Megadori. Pro *dicis*, quod habet vulg. et vett. edd., Lambinus: *ducis*, uti ait in omnibus se vidisse codd., et habent Camerarius. Bothius: *Nempe huc dimidium dicis, dimidium domum?* ex Aeldallo. — Langg. *domui*. Ego praefero vulg., nisi quod probo *ducis* (quod habent et Pall.), sensumque existimo esse: nempe tu ducis iam (quasi pompam) dimidium opsonium Euclioni, dimidium vero, ut apud vos demi vestrae apparetur? — *Dicis* autem ex sequenti versu in praecedentem videtur assumptum esse. — Goell. *ducis* et *domum*.

15. *Nempe* correptim proferendum, ut Epid. III, 4, 13. Trin. II, 2, 51. Mil. III, 3, 32. et 48. II, 3, 66.

20. Non omittendum, in vett. edd. et apud Lambinum ita hos versus ordinatos esse: *Suam rem p.* etc. *Quin divûm* etc. *De suo ligillo* etc. Sic enim legitur fol: *ligillo* aut *ligello*, hoc est, exiguo ligno, pro quo vulg. B. G. *tigillo*. Atque illud etiam probat Lambinus cum Simeone Boslo, atque, *ligillum* similiter formatum esse a poeta, ut *sigillum* a signo, et ipsum *tigillum* a tigno. Nonius autem *ligello* legit, interpretaturque: *tuguriolum et domicilium breve*. Verum *tigillum* est pertica, longurius, e quis tectum componitur. Sic Tibull. II, 1, 39. *Illic compositis primum docuere tigillis Exiguum viridi fronde operire domum*. Similiter Petronius: *Praeterea quae fumoso suspensa*

Quin, quom ít dormitum, fóllem [sibi] obstringit ób gulam.
*C.* Cur? *Str.* Né quid animae fórte amittat dórmiens.
*C.* Etiámne obturat ínferiorem gútturem, 25
Ne quíd animai fórte amittat dórmiens?
*Str.* Haec míhi ted, ut tibí med, aequom est crédere.
*C.* Imo équidem credo. *Str.* Át scin' etiam, quómodo?
Aquam hércle plorat, quóm lavat, profúndere.
*C.* Censén' talentum mágnum exorarí potesse 30
Ab istóc sene ut det, quí fiamus líberi?
*Str.* Famem hércle utendam, sí roges, nunquám dabit.
Quin ípsi pridem tónsor unguis démserat:
Collégit omnia, ábstulit, praeségmina.
*A.* Edepól mortalem párce parcum praédicas. 35
*C.* Censén' vero, adeo esse párcum et misere vívere?
*Str.* Pulméntum pridem éii eripuit milüos;
Homo ád praetorem plórabundus dévenit;
Infít ibi postuláre, plorans, éiulans,
Ut síbi liceret mílüom vadárier. 40
Sexcénta sunt, quae mémorem, si sit ótium.
Sed utér vostrorum est célerior, memorá mihi.
*C.* Ego, ut múlto melior. *Str.* Cócum ego, non furém, rogo.
*C.* Cocúm ego dico. *Str.* Quíd tu ais? *A.* Sic sum, út vides.
*C.* Cocus ílle nundinálist: in nonúm diem 45
Solet íre coctum. *A.* Tún', trium litterárum homo,
Me vítuperas? fur! étiam fur! trifúrcifer! ....

---

*tigillo Conservabat opes humilis casa.* II, 16.

23. Vulg. habet *sibi* post *follem*, non habent vett. nec Pareus in textu. — *gula* est ipsius Euclionis gula; *follis* autem saccus coriaceus maior, oppositus perae, quae minor erat. Cf. Epid. III, 2, 15. *Peratim ductitare: at ego follitim ductitabo.* Pugiles utebantur eiusmodi follibus foeno fortasse expletis in formam humanae figurae, adversus quos ictus ferrent. Cf. Rud. III, 4, 16. *extemplo hercle ego te follem pugilatorium faciam et incursabo pugnis.*

25. *inferiorem gutturem*, int. podicem. Guttur autem masc. gen. hic usurpari, notarunt et Nonius et Prisc. V, 4.

26. Hunc versum inclusit B., quoniam abest a cod. Guelpherb. perperam; nam est literatio, hoc certe nexu haud sane illepida.

30. *exorari potesse.* Sic edd. vett. et Pal. 6. et 3., item Lambini codd. 2. pro quo B. ex conl. *exorarier*, omisso v. *potesse.* — *qui fiamus liberi*; ergo servi sunt isti coqui suntque sub domino aliquo coquo. — Goellerus: — *exor. potesse Ab hoc sene, ut det, qui f. l.*

36. Verbum *esse*, quod μονοσυλλάβως proferendum, sustulit Bothius, et cum eo Goellerus. Sensus: vix credat aliquis, tam parce et misere eum vivere posse. Sive: an tu re vera censes eum ita esse parcum? an non tu mentiris? an serio censes, etc.

37. *Pulmentum* descendit a pulte, estque cibus, quo diu veteres Romani pro pane utebantur. Constabat ex farina, aqua, melle aut caseo et ovis inter se mixtis. Differt autem a pulpamento, quod est cibus ex carne, imprimis ferina. Patet pulmenti non nisi minutam particulam miluum potuisse auferre. — Goell. *pridem eidem er. m.*

38. Hunc v. vett. et Pall. sic: *Homo ad praetorem plorabundus devenit.* Vulg. *deplor. venit.* Lamb. quoque: *plorab. devenit.* Et recte, ut existimo, quamvis vs. seq. dicatur *plorans.*

42. Edd. signum interrogandi post *celerior.* Verum *est* videtur pro *sit* positum. Cf. ind. v. *Indicativus pro conjunctivo.*

43. *Ego ut multo melior* et vulg. et vett. edd. Sed B. omisit *ut*, scripsitque: *Ego, multo melior*, ex codd. Langg.

44. Goell. *Cocum ergo dico.*

45. *nundinalis*, non nisi nono quoque die conducitur, i. e. raro, non quotidie, quia nequam est. — *coctum*, ad coquendum.

# ACTUS II. SCENA V.

*STROBILUS. ANTHRAX. CONGRIO.*

'R. Tace núnc ïam tu, atque ágnûm horum uter est pínguior, ...
Licét. *STR.* Tu, Congrio, éum sume actutúm tibi,
que íntro abi illuc, ét vos illum séquimini.
s céteri illuc ád nos! *C.* Hercle iniúria
spártivisti: pínguiorem agnum ísti habent. 5
R. At tíbi nunc dabitur pínguior tibícina.
áne cum illo, Phrýgia. Tu autem, Eleúsium,
c íntro abi ad nos. *C.* Ó Strobile súbdole,
ccíne detrusti me ád senem parcíssumum,
i, sí quid poscam, usque ád ravim poscám prius 10
mm quídquam detur? *STR.* Stúltus et sine grátia es.
i récte facere, quándo, quod faciás, perit.]
Qui véro? *STR.* Rogitas? Iám principio in aédibus
rba ístic nulla tíbi erit. Si qui utí voles,
mo ábs te afferto, ne óperam pérdas póscere. 15
c ápud nos magna túrba ac magna fámilia est,
ppéllex, aurum, véstes, vasa argéntea:
sí perierit quídpiam (quod té scio
cile ábstinere pósse, si nihil óbviam est),

*ter. II. Sc. V.* 1. *agnûm horum.* vett. et Lamb. atque Pal. 6. *agnum c horum, uter e. p.* — Vulg. et B. *um hinc uter est p.* — *uter est* vi- r positum pro: *qui est*, quoniam ne quaestio de ea re esse possit. In ne autem habet Strobilus, Congrionem idere, ita ut pro pinguiore macriorem pint agnum, ob ridiculum, quod atur comoedia. Omissa apodosis: *e tibi, Anthrax.*

. Hunc et seq. versum ita scripsi, habet Lambinus. Vulg. *eum sume, se abi* — *Intro illuc, et vos illum ámini.* Vulg. verbum *Licet* Congri- tribuit; edd. vett. Anthraci. *Licet* m est formula approbandi, quasi l. ist. — *eum sume* Dum hoc dicit, pingui macilentam protrudit Congrioni. *illuc*, sc. ad Euclionem. — *et vos*, nili servi. Nam personas loquentes nmque aliae etiam mutae personae itabantur in veterum comoedias, cuius et alia in Plauto occurrunt exempla, ere in Aristophane crebra. Vide seq. 1, 4. ubi eos vocat discipulos suos prio. Similiter Anthrax II, 9. habet nonem, Machaerionem.

Vett. edd. *Huc intro abi dum ad* quod recepit Bothius.

Vulg. *detrusisti.*

. Vett. cum V. C. et Pall. 4. *Stul- st sine gr. es;* atque hoc metrum rit. Nam quod vulg. habet: *Stul- et sine gr. est, Ibi recte f.* ferri plane nequit per versum. Igitur quoniam illud unice rectum probandumque, et quia optimi codd. ita habent, versus, qui sequitur, quia neque cum illis, neque cum his quae sequuntur, quoad sensum, recte conciliari potest, pro insititio et supposititio habendus et ex hoc loco expungendus esse videtur. *Stultus et sine gratia es*, h. e. tu, Congrio, stultus es, quod non vides, tibi bene prospectum esse eo, quod apud Euclionem es ceturus; et ingratus es erga me, qui te illuc ire iussi. Quam bene autem ei hac re sit prospectum, statim decet v. 13. *Iam princ.* Quivis igitur videt, versum 12 huc esse illatum ab aliquo, qui verba *Stultum et sine gratia est* in alia aliqua vetere vel tragoedia vel comoedia legere se meminisset. Goellerus: *Stultum est et sine gratia — Te ibi r. f.*

13. *Iam principio* i. e. q. *primum.*

14. *Turba* sc. vel serverum, vel nimis copiosae supellectilis. — *si qui uti voles*, pro: *si qua re uti voles.* Sic Lamb. et B. — Vulg. *Si quod uti.* Vett. *Si quid*, uti V. C. et Pall.; quod Goellerus.

16. Vett. *Hic autem apud nos m. t. ac magna fam. est.* Vulg. et Lamb. omittunt *autem*, quod B. retinuit, qui alterum *magno* omisit, quemadmodum omittitur in V. C. et Pall. in quibus nec *autem* legitur.

Dicánt: coci abstulérunt: comprehéndite, 20
Vincíte, verberáte, in puteum cóndite!
Horúnc tibi istic níhil eveniet: quíppe qui,
Ubi quíd subripias, níhil est. Sequere hac mé. *C.* Sequor.

## ACTUS II. SCENA VI.

*STROBILUS. STAPHYLA. CONGRIO.*

*Str.* Heus, Stáphyla, prodi atque óstium aperi! *Sta.* Quí vocat?
*Str.* Strobílus. *Sta.* Quid vis? *Str.* Hós ut accipiás cocos
Tibícinamque opsóniumque in núptias.
Megadórus iussit Eúclioni haec míttere.
*Sta.* Cererín', Strobile, hás facturi núptias? 5
*Str.* Qui? *Sta.* Quía temeti níhil allatum intéllego.
*Str.* At iam áfferetur, si á foro ipsus redierit.
*Sta.* Ligna híc apud nos núlla sunt. *C.* Sunt ásseres?
*Sta.* Sunt pól. *C.* Sunt igitur lígna: ne quaerás foris.
*Sta.* Quid, ímpurate? quámquam Volcanó studes, 10
Coenaéne causa aut túae mercedis grátia
Nos nóstras aedis póstulas combúrere?
*C.* Haud póstulo. *Str.* Duc ístos intro. *Sta.* Séquimini.

## ACTUS II. SCENA VII.

*PYTHODICUS.*

Curáte; ego intervísam, quid faciánt coci;
Quos pól ut ego hodie sérvem, cura máxuma est.
Nisi únum hoc faciam, ut ín puteo coenám coquant;
Inde cóctam sursum súbducemus córbulis;
Si autém deorsum cómedent, si quid cóxerint; 5

21. *in puteum condite*, h. e. in locum subterraneum, non in quo aqua esset, sed barathrum, λάκκον, quo detrudebantur coqui rapaces. Cf. sc. 7. v. 3.

23. *sequere hac me*, sc. Congrio. Nam Anthrax cum suis dudum vs. 3. in domum Megadori introierat. Hinc recte postremum *Sequor* in vulg. et edd. vett. Congrioni tribuitur, quod perperam B. Anthraci.

*Act. II. Sc. VI.* 5. Sic vulg. et edd. vett. Nimirum non elidendum, supplendum autem, ut saepe, auxiliare verbum *estis*. Macrobius tamen, qui citat h. l. Lib. III, c. 11., videtur legisse: *hi sunt facturi nuptias*. — In sacris Cereris autem non adhibebatur vinum apud Graecos.

7. *ipsus*, sc. Megadorus.

8. *asseres*, i. e. tabulae ligneae, parietibus etc. inductae.

10. Pro *quamquam*, quod habet vulg. et B. et G., vett. *quidquid*. Ceterum v. 8. *Sunt asseres?* et 9. *Sunt igitur* etc. et 13. *Haud postulo*, quae omnia vulgo Strobile tribuuntur, Congrionis esse, ex contextu patet.

*Act. II. Sc. VII.* 1. *Pythodicus*, servus Megadori, atriensis, vel ex hoste (Cf. II, 2, 66.) vel ex aedificio alio prodit, et eo versus adhuc loquitur ad servos, quibus de opere aliquo praeceperat.

3. *ut in puteo*. Sic edd. vett. et vulg. — B. *in puteo ut*. — *puteus* autem est cella subterranea. Cf. Sc. V, 21.

4. *inde coctam sursum*. Sic vulg. et V. C. Pall. que; quod si probes, *inde* corripiendum, ut Amph. I, 1, 4. *Inde crás e promtuária*. Sed vett. et Lamb. *Coctam inde sursum*. Both. *Inde c. subducemus sursum corbulis*.

5. *Si autem*. Sic vett. vulg. Lamb. — Both. *Sin autem*.

Superi íncoenati súnt et coenati inferi.
Sed vérba hic facio, quási negoti níi siet,
Rapácidarum ubi tántum siet in aédibus.

---

## ACTUS II. SCENA VIII.

*EUCLIO. CONGRIO.*

Eu. Volui ánimum tandem cónfirmare hodié meum,
Ut béne me haberem filiai núptiis:
Venio ád macellum, rógito piscis; índicant
Caróa, agninam cáram, caram búbulam,
Vitulínam, cetum, pórcinam, cara ómnia; 5
Atque éo fuerunt cáriora: aes nón erat.
Abeo íllinc iratus, quóniam nihil est, quí emam;
Ita íllis impuris ómnibus adiví manum.
Deinde égomet mecum cógitare intér vias
Occépi: festo díe si quid prodégeris, 10
Profésto egere líceat, nisi pepérceris.
Postquam hánc rationem córdi ventrique édidi,
Accéssit animus ád meam senténtiam,
Quam mínumo sumtu fíliam ut nuptúm darem.
Nunc túsculum emi et hás coronas flóreas; 15
Haec ímponentur ín foco nostró Lari,
Ut fórtunatas fáciat gnatae núptias.
Sed quíd ego apertas aédis nostras cónspicor?
Et strépitus est intus! númnam ego compilór miser?
O. Aulám maiorem, sí pote, ex vicínia 20

6. Vett. et B. *sint*; vulg. et codd. *erat*.

8. *Rapacidarum*. Cusum verbum a iaste ad formam patronymicorum: Atridarum, Priamidarum, Tyndaridarum, Tantalidarum etc.

*Act. II. Sc. VIII.* Redit Euclio ab ro, quo se contulerat, ut emeret opsonium. Ibi autem quoniam omnia cara mis fuerant, nihil emit, praeter parvam portionem thuris ad sacra Lari ponenda, et floreas coronas; quae iam secum affert.

1. *confirmare*, i. e. fortiter consilium pere, erigere animum tanquam ad agnum factum. Similiter *offirmare* ímum, Merc. Prol. 81.

2. Vulg. *Ut bene haberem filiae nuptiis*. Vett. edd. *Ut bene haberem me me filiae in nuptiis*, ut et Lamb. *nuptiis* occurrit II, 4, 16. et *me* ante *ime* legebatur in eod. Camerarii. Hinc thius: *Ut bene me hab. filiai in ptiis*.

6. *aes non erat* sc. mihi; non erat omnia.

7. Versus malae scansionis, utut eum effinxeris. Vulg. et edd. vett. *Abeo iratus illinc, quoniam nihil est, qui emam*. Quem sequor, ut *illinc* sit monosyllabum, *qui* autem ne elidatur. Atque de illo cf. Most. 2, 2, 36. Omnino et hic versus et qui sequitur, videntur insiticii. Nam *manum adire alicui*, est male tractare, decipere aliquem, male mulcare, fraudare. Goellerus: *Irátus abeo illinc, quoniam nihil ést, qui emam*.

13. *accessit ad* i. e. animus meus hanc meam sententiam approbavit.

15. *tusculum* a thure diminutivum. — Both. *Nunc tusculum emi hoc et cor. fl.* — Vulg. etc. *hasce*.

17. Both. *Ut fort. gnatae faciat nuptias*.

19. B. *Et strepitus intus*.

20. Secutus sum Lambinum et Dousam. Vulg. *si potes, vicinia*, quod Goellerus. Both. *si potest, vic.* Cf. II, 9, 4. *ex proxumo*.

Pete: haéc est parva; cápere non quit. *Ev.* Heí mihi!
Perii hércle! aurum rápitur: aula quaéritur.
Nimírum occidor, nisi égo intro huc propero cúrrere.
[Apóllo, quaeso, súbveni mi atque ádiuva:
Confíge sagittis fúres thesaurários!
Quoi ín re tali iám subvenisti ántidhac.
Sed césso prius, quam prórsus perii, cúrrere?]

## ACTUS II. SCENA IX.

*ANTHRAX.*

Dromó, desquama píscis. Tu, Machaério,
Congrúm, muraenam exdórsua, quantúm potes.
[Atque omnia, dum absum hinc, exossata fac sient.]
Ego híne artoptam ex próxumo utendám peto
A Cóngrione. Tu ístum gallum, sí sapis,
Glabriórem reddes míhi, quam volsus ládiust.
Sed quid hóc clamoris óritur hinc ex próxumo?
Coci hércle, credo, fáciunt officiúm suom.
Fugiam íntro, ne quid túrbae hic itidém fuat.

21. Pro *haec est parva*, quod habent Lamb. et vulg., edd. vett. *haec pravast.*

23. Goell. *ni intro huc.* Both. *propere propero* versu tetrametro tr.

26. *Quoi in re tali* etc. Hunc versum ita habet vulg. et edd. antt., Both. post 24. collocavit. Sed quonam tempore, quaeso, Euclioni iam antehac subvenit Apollo? Quid multa? quatuor postremi versus spurii. Non enim otium erat post v. 23. plura etiam adjicere. Atque ipsum duplex *currere* rem aperte prodit.

*Act. II. Sc. IX.* Prodit Anthrax coquus ex aedibus Megadori, artoptam a Congrione petitum. Dum autem prodit, in limine stans, intus iubet coquos suos pisces interim curare et apparare.

2. *exdorsua*, pro: exdorsa, i. e. dorsum confringe, aut exime, ut explicat Festus. Nonius: dorso nuda. — *quantum potes*, i. e. quam citissime. B. *potest.* Nostr. et Nonius, qui citat h. vs. in voce *exdorsuare.*

3. Hunc versum, quem habent vulg. vett. Lamb., Bothius elecit. Codd. Palat., liber Camerarianus et Monac. hunc locum sic habent uno versu: *Congrum muraenam exossata fac sient.* Verba *Atque omnia, dum absum hinc* Camerario debentur. Exossare est, ut ait Nonius, ossa detrahere, lisque detractis, purgare. Verbum saepius obvium, ut Ter. Adelph. III, 3, 25. ubi Syrus: *pisces ceteros purga*, *Dromo: Congrum istum maximum in aqua sinito lodet Tantisper: ubi ego venero, exossabitur.* Et Amph. I, 1, 166. *Hic me, quasi muraenam, exossare cogitat.* et 189: *qui pugnis os exossas hominibus;* cf. v. 165. Cf. Lucr. IV, 1264.

4. *artopta* vas erat, in quo panis torrebatur. Vide de hac re Plinium Hist. Nat. VIII, 11. ubi hunc locum adducit, et memorat, tostum panem lautioribus coqui solitum apud antiquos ipsosque panem sibi fecisse Quirites.

6. *Glabriorem*, i. e. laeviorem, impluviorem, minutissimis etiam pilis nudatum. — *quam volsus ludiust.* Ludii seu ludiones erant saltatores, forte a Lydis sic appellati, qui hac arte dicuntur excelluisse. Sic Curc. I, 2, ad fin. Phaedromus de pessulis: *Fite cetus mea ludii barbari*, i. e. Latini saltatores; *Subsilite*, *obsecro.*

9. Vulg. *Fugiam intro, ne quid hic turbae fiat itidem.* Edd. vett. *ne quid turbae hic fiat itidem.* Lamb. cum vulgata facit. Both. *ne quid turbai hic itidem fuat.* Pall. teste Pareo: *ne quid turbae hic itidem fiat.* — Non eliendum in v. *turbae.*

## ACTUS III. SCENA I.

*CONGRIO.*

Óptati civés, populares, íncolae, adcolae, ádvenae omnes,
Dáte viam, qua fúgere liceat: fácite totae pláteae pateant.
Néque ego unquam, nisi hódie, ad Bacchas véni in Bacchanál coquinatum:
Íta me miserum et méos discipulos fústibus male cóntuderunt.
Tótus doleo atque óppido perii: íta me iste habuit sénex gymnasium; 5
Neque lígna ego usquam géntium praebéri vidi púlcrius.
Itaque ómnis exegít foras, me atque hós, onustos fústibus:
Attát, perii hercle egó miser: aperítur Bacchanál; adest,
Sequitúr! Scio, quam rém geram: hoc ipsús magister mé docet.

---

## ACTUS III. SCENA II.

*EUCLIO. CONGRIO.*

*Eu.* Redi! quó fugis nunc? téne, tene! *C.* Quíd, stolide, clámas?
*Eu.* Quia ad Trísviros iam ego déferam tuóm nomen. *C.* Quamóbrem?
*Eu.* Quia cúltrum habes. *C.* Cocúm decet. *Eu.* Quía comminátu's Mihi. *C.* Ístuc malefactum árbitror, quía non latus fódi.

*Act. III. Sc. I.* Prorumpit ex aedibus Congrio, male mulcatus ab Euclione, petitque ut sibi via detur ad fugiendum, quemadmodum saepe viam petunt properantes in comoedias.

1. *optati*, l. e. q. imploratl, ut quidam explicant. Lamb. cari cives, vel a me invocati et imploratl. Forte idem quod: optimi. — *populares*, qui eiusdem estis tribus, δημόται.

3. *Neque* l. e. q. Neque enim l. e. Non enim. — *coquinatum* l. e. ad coquendum. Supina enim frequentia apud Plautum. Verbum autem *coquinare* corripitur in Plauto, uti et *inquino*, *deruncino* corripiuntur. Cf. Pseud. 3, 2, 85. 64. ubi pariter atque hic codd. omnes *coquinare* habent, non *coquitare*, quod editores et hic et illic voluere substituere. Quod autem *coquinus* producitur, nihil impedit. — Pro *in bacchanal* legerim *bacchanal*, omissa praepositione. Verum ea tamen in omnibus legitur edd.

4. *meos discipulos*, servos coquos, quibuscum una prorupit in scenam.

5. *gymnasium*, in quo fustem exerceret. Sic Asin. II, 2, 31. *Gymnasium fagri* vocat Libanum Leonidas.

6. *Ligna praeberi.* Respiciunt haec ad II, 6, 8. ubi de lignis praebendis verba fuit. — Ab hoc versu iambici sequuntur, qui apte transitum faciunt ad scenam sequentem.

8. Edd. vett. Vulg. B. habent *aperit*. Unus Lambinus: *aperitur*, quod metrum requirit.

9. *quam rem geram.* Cultrum innuit, quem manu tenet, et quo ut se ab Euclione defendat, sese apparat. — *ipsus magister*, h. e. ipse Euclio tamquam magister, quoniam is vim intulit. Igitur vis vi repellenda. — Pro *me docuit* scripsi cum Goellero: *me docet*. Ceterum in vett. edit. hi versus ita sese excipiunt: *Attat* etc. *Sequitur* etc. *Neque* etc. *Itaque* etc.

*Act. III. Sc. II.* Prorumpit Euclio, fuste armatus cum suis, ad insequendum Congrionem, quem ad Trisviros deferre minitatur, quod absente se aedes suas intraverit. Metrum: ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — — — ⏑ — | ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — Sive, ut v. 1.: ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ — | — ⏑ — ⏑ ⏑ — — etc. Versus sunt Saturnii. Paene autem similes cf. Ar. Lys. 319. et Eccl. 969. 970. 973. 974.

1. *tene, tene!* Alloquitur aliquem de suis.

2. *Trisviros*, rerum capitalium. Amph. I, 1, init.

3. Pro *Quia comminatus*, quod Both. scripsit, vulg. et vett. edd. *Quid comminatus's mihi?* uti et Goellerus. Al. *quin comm.* Al. *quid*, *quod minatus*.

4. *Istuc* m. l. e. in eo sum vituperandus, quod minatus tantum sum tibi, nec interfeci.

*Eu.* Homo núllust, te sceléstior quí vivat hódie, 5
Neque quoi égo de industria ámplius malí plus lubens fáxim.
*C.* Pol etsí taceas, palam íd quidem est: rés ipsa téstis 'st:
Ita fústibus sum móllior miser mágis quam ullus cinaédus.
Sed quíd tibi, mendíce homo, nós tactio est? quaé res?
*Eu.* Etiám rogas? an, quía minus, quám aequom erat, féci? 10
Sine! *C.* At hércle cum magnó malo tuó, si hoc caput séntit!
*Eu.* Pol ego haúd scio, quid póst fuat: tuóm nunc caput séntit!
Sed in aédibus quid tíbi meis nám erat negóti
Me absénte, nisi ego iússeram? Voló scire. *C.* Tace érgo:
Quia vénimus coctum ad núptias. *Eu.* Quíd tu, malum, cúras, 15
Ego utrúm crudum an cóctum edim, nísi tu mi es tútor?
*C.* Volo scíre, sinas, an nón sinas, nós coquere hic coénam?
*Eu.* Volo scíre item ego, meaé domi méan' salva futúra?
*C.* Utinám mea mihi modo aúferam, quaé attuli, sálva!
*Eu.* Me haud poénitet: tua ne éxpetam. *C.* Sció: ne doce! nóvi. 20
Quid est, quá prohibes nunc grátia nós coquere hic coénam?
Quid fécimus, quid díximus tibí, secus quam vélles?
*Eu.* Etiám rogas, sceléste homo? quí angulos ómnis
Mearum aédium et conclávium mihí perviam fácitis.
Id úbi tibi erat negótium, ád focum si adésses, 25
Non físsile haberés caput. Mérito id tibi fáctum est.
Adeo út meam senténtiam iám noscere póssis:
Si ad iánuam huc accésseris, nísi iussero, própius,
Ego té faciam, misérrumus mórtalis utí sis.

6. Vulg. et vett. edd. *amplius male plus l. f.* Goell. *N. q. amplius de ind. male plus l. f.* Scripsi *mali.*

7. Bothius hunc quoque versum cum sequenti Euclioni tribuit; omittit autem v. 8. *sum.*

8. *cinaedus*, saltator; saltatores autem saeplus tamquam molles et effeminati a poeta commemorantur. V. supra II, 9, 6. Goell. omisso *miser.*

9. *quid tibi nos tactio est?* quo iure tu nos tangere audes? Substantivum *tactio* regit accus. *nos*, ut saeplus. Cf. Amph. I, 3, 21. *Quid tibi hanc curatio est rem? — Quae res?* interrogatio valde usitata, ubi aliquid mirantur. Asin. I, 1, 8.

10. leg. *quamde aequum erat.*

11. Vulg. *Sine* Congrioni tribuit; vett. edd. *Sine hercle cum malo magno tuo si hoc caput sentiet.* Vulg. *Sine at hercle.* Sed recte B. v. *Sine* Euclioni tribuit, quasi percussuro fuste Congrionem: mane quietus, ut tibi plagam ingeram. — *si hoc caput sentit*, i. e. si ego abs te feriar in caput. Lambinus tamen sic int. si quid ego sapio, si quid in me sensus est, non sine magno malo tuo me verberasti. Verberabatur autem caput potissimum apud antiquos. Cf. Amph. I, 1, 165. n.

12. Vulg. *quid post fiat;* vett. edd. *qui post fiat.* Sensus: ego poi non curo, quid postea sit futurum. Hoc certum est, tuum caput nunc sentire dolorem ex ictibus.

18. Sic edd. vett. — B. *meaes' domi mea s. f.* Sensus: an nihil mihi aseretis mearum rerum.

19. Sequor vett. edd. et vulg., quarum lectionem B. sine causa mutavit.

20. *Me haud poenitet*, verba sunt Euclionis, quemadmodum recte in edd. vett. distribuuntur. Goellerus tamen cum Bothio eidem Congrioni tribuit. Sensus: nihil tibi a me obstabit, quin tua vasa hinc auferas; neque enim in mentem mihi venit, tua expetere. — Bothius Congrioni haec tribuit, legitque: *Me haud poenitet: tuane expetam? Eu. Scio, ne doce! novi! C. Quid est?* etc. — *ne doce* autem ait, quia fuste imminet Euclio.

25. *Id ubi tibi erat negotium* etc. Construe: Tu si ad focum adfuisses, ubi tibi illud negotium erat, nunc non haberes fissile caput.

27. Vulg. et B. *Adeo ut tu meam s.* Sed in vett. abest *tu.*

Scis iám meam senténtiam? *C.* Quó abis? redi rúrsum! 30
Ita mé bene Lavérna amet, té iam, nisi réddi
Mihi vása iubes, pípulo híc differam ante aédis.
Quíd ego nunc agám? Nae ego edepol véni huc auspició malo:
Númo sum condúctus; plus iam médico mercedést opus.

---

## ACTUS III. SCENA III.

*EUCLIO. CONGRIO.*

*Eu.* Hóc quidem hercle, quóquod ibo, mécum erit, mecúm feram,
Néque istuc in tantís periclis únquam committam út siet.
Íte sane núnc iam intro omnes ét coci, et tibícinae.
Étiam introdúce, si vis, vél gregem venálium.
Cóquite, facite, féstinate núnc ïam, quantúm lubet. 5
*C.* Témperi: postquam ímplevisti fústi fissorúm caput.
*Eu.* Íntro abi: opera húc conducta est vóstra, non orátio.
*C.* Heú, senex, pro vápulando hercle égo abs te mercedém petam:
Cóctum ego, non vápulatum, dúdum conductús fui.
*Eu.* Lége agito mecúm! molestus né sis! I et coenám coque, 10
Aút abi in malúm cruciatum ab aédibus! *C.* Abi tú modo.

---

## ACTUS III. SCENA IV.

*EUCLIO.*

Íllic hinc abiit. Di immortales, fácinus audax íncipit,

30. *Scis iam meam sententiam?* Iis dictis, introit Euclio in aedes, ut inde aulam suam proferat, quacum statim scena seq. prodit.

31. *Laverna*, dea furum. Cf. Hor. Ep. I, 16, 60.

32. *pipulo differam*, i. e. conviciis exagitabo. Hoc enim licebat ex lege XII. tabularum iis, quibus iniuria facta erat, cum testes adhibere non poterant. Id appellabatur *vagulatio*; v. Festum sub hac voce et in v. *portus*, quod i. e. q. domus.

34. *Numo.* Lambinus intelligit hic nummum aureum (non sesterium), qui valuerit aliquanto plus duobus aureis suae aetatis. Numus Philippeus, Asin. I, 3, 1. — *plus iam* etc. i. e. sed mihi iam plus opus est, quod dem medico, qui me curet.

*Act. III. Sc. III.* 1. *Hoc quidem*, sc. olla mea. Eam autem ita eum manu oportet tenere, ut videant spectatores, ignoret Congrio. — *quoquod*, d ἐφελκυστικῶς, ut saepe, pronunciandum.

4. B. *Etiam huc*, ut et Lamb. Sed *huc* deest et in vulg. et in edd. vett. Goell. *Etiam*, *si vis*, *introduce*. — *gregem venalium*; occurrit idem in Cistell. IV, 2, 68. *Mirum*, *quin grex venalium in cistella infuerit una.* Cf. Cic. or. post reditum: *Cappadocem aliquem modo abreptum de grege venalium diceres*; et Sueton. de claris rhet. 1. Tacit. Hist. III, 13. fin. *Venales* igitur sunt servi.

6. *Temperi*, seu *tempori*, i. e. q. mature, et ironice accipiendum pro: *sero nimis* tu hoc nobis iam concedis. Hinc comparativus *temporius*, Ovid. Met. IV, 198. — Vett. tamen edd. hic legunt: *Hem perii*, *postquam implevisti fustibus istorum caput.* Nostrum vulg. et B. Similem locum v. Cas. II, 7, 60. *Temperi*, *postquam oppugnatum est os.* — *fissorum* sc. vulnerum plenum fecisti caput fusti tuo. *Fissa vulnera* cf. Val. Flacc. I, 479.

11. *abi tu modo.* Metuit enim recentes plagas ab Euclione.

*Act. III. Sc. IV.* 1. Credit Euclio, Congrionem a Megadoro sibi esse immissum, qui aurum auferret. — *facinus audax incipit.* Sensus: quicunque pauper cum homine opulento consuetudinem inire coepit, audax is incipit facinus.

Quí cum opulento paúper coepit rém habere aut negótium.
Véluti Megadorús tentat med ómnibus miserúm modis,
Quí simulavit, méi honoris míttere huc causá cocos;
Ís ea causa mísit, hoc qui súrriperent miseró mihi. 5
Cóndigne etiam méus med intus gállus gallináceus,
Qui ánui erat pecúliaris, pérdidit penissume:
Úbi erat haec defóssa, occepit scálpturire ibi úngulis
Círcumcirca. Quíd opust verbis? íta mi pectus péracuit:
Cápio fustem, obtrúnco gallum, fúrem manifestárium. 10
Crédo ego edepol ílli mercedem gállo pollicitós cocos,
Si íd palam fecísset: exemi éx manu manúbrium.
Quíd opust verbis? fácta est pugna in gállo gallináceo.
Séd Megadorus, méus affinis, éccum incedit á foro.
Iam húnc non ausim praéterire, quín consistam et cólloquar. 15

---

## ACTUS III. SCENA V.

*MEGADORUS. EUCLIO.*

*Me.* Narrávi amicis múltis consiliúm meum
De cónditione hac Eúclionis filiae.
Laudánt; sapienter fáctum et consilió bono.
Nam, méo quidem animo, sí idem faciant céteri,
Opuléntiores paúperiorum filias 5
Ut índotatas dúcant uxorés domum:
Et múito fiat cívitas concórdior,
Et invídia nos minóre utamur, quam útimur;
Et illaé malam rem métuant, quam metuónt, magis;
Et nós minore súmtu simus, quám sumus. 10
In máxumam illuc pópuli partem est óptumum.

2. Sic vett. omisso *homine*, quod post *pauper* addunt Vulg. Lamb. — Both. *homine pauper.* — *rem* non elidatur.

3. Both. et Goell. transp. *Veluti me Meg. tentat.* Sed *me* lege *med.*

6. *Condigne.* V. Capt. I, 1, 39. et Bacch. III, 2, 8. Adhibetur haec particula, ubi merita duorum inter se erga tertium comparantur. Sic hoc loco fides galli gallinacei cum amicitia Megadori erga Euclionem. Igitur sensus: Similiter et mihi gallus egregie praestitit fidem, qui me perdidit *penissume*, i. e. penitissume. — Goell. *me meus intus.*

7. Vulg. *Qui erat anui.*

8. Vulg. vett. Lamb. *ibi scalpurire ungulis*, ut et Nonius, qui tamen habet *unguibus.* Goell. *ibi scalpturire ungulis.* Fortasse *ibi* plane omittendum.

12. *exemi ex manu manubrium*, h. e. interfeci instrumentum illud, i. e. gallum, cuius ope coci voluerunt invenire thesaurum.

*Act. III. Sc. V.* 2. *Euclionis filiae.* Sic Both. ex emendatione Rittershusii apud Scioppium Susp. Lectt. 4, 3. Mirum *conditio* est quod nos dicimus *Partie*, et solennis formula repudii erat: *Conditione tua non utor.* Conventio autem conditio dicebatur, quum primus sermo de nuptiis et earum conditione habebatur. Cf. Festus v. Conventio. Editiones omnes interpungunt post *hac.* Deinde habent: *Euclionis filiam Laudant.* Quidam etiam maluerunt sic: *De conditione hac Euclionis. Filiam Laudant.* Goellerus: *filiae. Laudant sapienter factum et consilio bono*, uno tenore.

3. *sapienter factum;* sensus: et revera ego sapienter hoc ita institui, et consilio bono. Nam rationes statim affert.

9. *Et illae*, h. e. uxores, quas duxerimus, pauperiores. — *malam rem*, i. e. castigationem a viris, poenam. Cf. Asin. I, 1, 30. *Cave sis malam rem.* Forsitan tamen hi duo versus supposititi.

ciores ávidos altercátio est;
m ánimis avidis átque insatietátibus
léx neque tutor cápere est qui possít modum.
ie hóc qui dicat: Quo fílae nubent dívites 15
e, si istud iús pauperibus pónitur?
ibeat, nubant, dúm dos ne fiát comes.
a si fiat, móres meliorés sibi
:, pro dote quós ferant, quam núnc ferunt.
ixim, muli, prétio qui superánt equos, 20
liores Gállicis canthériis.
a mé di amabunt, út ego hunc auscultó lubens:
lépide fecit vérba ad parsimóniam.
lulla érgo dicat: Équidem dotem ad te áttuli
em multo, quám tibi erat pecúnia: 25
míhi quidem aequom est púrpuram atque aurúm dari,
is, mulos, múliones, pédisequos,
gerulos púeros, vehicla, quí vehar.
t mátronarum hic fácta pernovít probe!
is praefectum múlierum hunc factúm velim. 30
unc quóquo veniss, plús plaustrorum in aédibus
, quam ruri, quándo ad villam véneris.
oc étiam pulcrum est, praé quam ubi sumtús petunt:
illo, phrygio, súrifex, lanárius,
nes, patagiárii, indusiárii, 35

*hi maximam* etc. h. e. talibus nibus incundis sine dubio pro- maximae populi parti.

*hi paucioreś:* sed ei, qui hoc altercatio erit subeunda cum pau- opulentis, qui, quoniam plura capiunt, divites divitibus potius malunt.

*Quorum* etc. Verum eorum ani- lis qui modum facere possit, ne- er nec lex est aut invenietur. *ere* Lamb. maluit *facere*.

emovet aliam obiectionem, quam es faciant: quid? si pauperes scentur, cui nubent opulentae? ehin?

*Hoc ita si.* Sic vett. edd. — vulg. *Hoc si ita*, ut et Goell.; praec. *dum ne dos*, cum eo-

*nrent*, sc. virgines opulentiores.

*igo faxim* etc. Sensus: Quodsi m consilium alii etiam sequantur, , ut muli, qui nunc supt carisi- pote quibus vehi se velint dota- illiores fiant Gallicis cantheriis; t villissimum genus iumentorum. nulla vs. 27. Ceterum dictio *ego* lerumque in fine demonstrationis let. Quare moveor, ut ea omnia, guantur, spuria ducam, praeter vs. 63, qui post v. 21. statim adjungendus.

23. *parsimoniam.* B. *pareimoniam.*

24. *Nulla ergo dicat*, scil. si hoc ita fiat. Sic vett. edd. Lamb. Dous. — Vulg. et B. *Nulla igitur dicat*, ut Goell. queque.

26. *Enim mihi qu.* V. *enim* ab initio positum idem est, quod *enimvero.* Bacch. IV, 3, 65. *Mne. Nunc quid nos vis facere? Ch. Enim nil, nisi ut ametis, impero.* et Trin. V, 2, 10. *Enim me nominat.* Quemadmodum saepe simplicia ab antiquis pro compositis ponuntur. V. nos ad Lucanum IV, 484. VI, 823. VIII, 641.

27. *Pedisequos* correptim ab initio proferendum, ut *pedem*, *pedes* saepius. Cf. Amph. II, 2, 109. Mil. II, 3, 73.

28. *salutigerulos*, qui salutem perferant ad aliquem.

30. Goell. *Praefectum moribus.*

33. *Sed hoc* etc. i. e. Sed hoc, sc. quod tot tantique sunt servi, tantaque copia est emenda, ferendum, adeoque pulcrum est, prae quam cum venit dies, quo artificibus reliquisque merces est solvenda.

34. *phrygio.* Cf. Mem. III, 2, 4. IV, 1, 5. Nonius: *Phrygia vestis* picta est; eius artifices phrygiones sunt appellati.

35. Pro vulg. *caupones*, quod B. et

Flammeárii, violárii, cerinárii,
Aut mánulearii, aút murobrechárii;
Propólae linteónes, calceolárii,
Sedentárii sutóres, diabathrárii,
Soleárii adstant, ádstant molochinárii; 40
Petúnt fullones, sárcinatorés petunt;
Strophiárii astant, ástant semizonárii.
Iam hosce ábsolutos cénseas: cedúnt, petunt
Trecénti; circumstánt phylacistae in átriis,
Textóres, limbulárii, arculárii. 45
Ducúntur; datur aes. Iam hósce absolutos cénseas:
Quom incédunt infectóres crocotulárii,
Aut áliqua mala crux sémper est, quae aliquíd petat.
*Eu.* Compéllarem ego illum, ní metuam, ne désinat
Memoráre mores múlierum: nunc sic sinam. 50
*Me.* Ubi núgivendis rés soluta est ómnibus
[Pro illís crocotis, stróphiis, sumtu uxório:]
Ibi ád postremum cédit miles, aés petit.

Goell., vett. edd. *ciniflones*, quod unice probandum duco. Cf. Hor. Sat. I, 2, 97. Sunt autem *ciniflones* artifices crinium ornandorum. Cf. ad vs. 41. — *patagiarii*, qui faciunt *patagia*. Patagium autem, teste Nonio, aureus clavus, vesti immissus.

36. *flammearii*. Goell. *Flammarii*. Flammeum erat velamen lutei coloris, quo caput tegebatur. Lucr. II, 361. — *violarii*, qui vestes violae colore inducunt. — *cerinarii*, qui cera inducunt aut tingunt. Sic autem legit Lamb. pro *carinarii*, quod habent edd. vulg. B.

37. *manulearii*. Manuleae, tunicarum manicae. — *myrobrecharii*, unguentarii.

38. *propolae*, al. *propalae*, qui vestes palam vendunt.

39. *sedentarii*, qui sedendo operantur, βάνανσοι. Pro *sutores* edd. vett. *sutades*. — *diabathra*, inquit Festus, genus solearum Graecanicarum.

40. *molochinum*, Festo teste, color flori malvae similis. Igitur qui eo colore tingunt.

41. *Petunt fullones*. Sic edd. vett. et Vulg. — B. et Goell. *Petunt ciniflones*. Videlicet quia *fullo* jam adfuit vs. 34. Veruntamen ita omnes habent edd.

42. Nonius: *strophium* fascia brevis, quae virginalem tumorem continet papillarum. Vid. Catull. in Epith. Pelei et Teth. — *semizonarii*, qui semicingula faciunt. Versus autem a metro male habet. Hinc Bothius: *Strophiarii stant, stant semizonarii.*

43. *cedunt*, *petunt*, i. e. accedunt alii petuntque, trecenti.

44. Vulg. et edd. *Trecenti cum stant*. Both. *treceni constant*, *stant*. — *phylacistae*, pecuniae exactores, artifices.

45. *limbularii*, qui limbos, i. e. oras vestimentorum contexunt. — *arcularii*, qui arculas vendunt.

46. Scripsi, ut est in vulg. et edd. vett. codd. que. Bothius omittit v. *hosce*.

47. *crocotularii*. Sic vett. edd.; Vulg. *crocotarii*. Bothius: *Quum incedit infector crocotularius*. Crŏcōta erat vestis genus crocei coloris. Possit legi: *Cum infectores cedunt crocotularii.*

49. Goell. *Compellem*.

50. *Nunc sic sinam*, sc. eum pergere.

51. *Ubi nugivendis*. Sic et habent edd. vett., et duo habuerunt codices Lambini: (quamquam li dim. *nugivendulis*) et legit Nonius. *Nugivendi* sunt, qui nugas vendunt. Vulg. B. *Nugigerulis*.

52. *pro illis crocotis*. Hic versus illatus huc est ex Nonio v. *Strophium*, a Bothio, monente Acidalio, cum Gulielmus mallet eum inseri post 57, ubi et habet Goellerus. In editionibus omnibus desideratur; legitur in fragmentis.

53. *cedit* i. e. venit, advenit. *miles*. Hic conferendus locus Varr. de Ling. Lat. IV. ad fin. ubi et hic locus ipse citatur. Nimirum petit miles aes, quod militibus attributum erat ex redditibus publicis, qui a singulis civibus pro ratione census exigebantur. Sed fortasse est ejusmodi miles intelligendus, qualis Chalinus in Casina, qui armiger erat filii familias.

Itúr, putatur rátio cum argentário;
Impránsus miles ádstat, aes censét dari. 55
Ubi dísputata est rátio cum argentário,
Etiám plus ipsus débet argentário.
Spes prórogatur míliti in aliúm diem.
Hae súnt atque aliae múltae in magnis dótibus
Incómmoditates súmtusque intolerábiles. 60
Nam quae índotata est, éa in potestate ést viri;
Dotátae mactant ét malo et damnó viros.
Sed éccum affinem ante aédis. Quid agis, Eúclio?

---

## ACTUS III. SCENA VI.

*EUCLIO. MEGADORUS.*

*Eu.* Nimiúm lubenter édi sermoném tuom.
*Me.* Ain'? súdivisti? *Eu.* Úsque a principio ómnia.
*Me.* Tamen méo quidem animo aliquánto facias réctius,
Si nítidior sis filiai núptiis.
*Eu.* Pro ré nitorem et glóriam pro cópia. 5
Qui habént, meminerint sése, unde oriundí sient;
Neque pól, Megadore, míhi nec quoiquam paúperi
Opínione mélius res structa ést domi.
*Me.* Imo, Eúclio, est. *Eu.* Est? *Me.* Ét di faciant, út siet:
Plus plúsque istuc sóspitent, quod núnc habes. 10
*Eu.* Illúd mihi verbum nón placet: Quod núnc habes.
Tam hic scít me habere, quam égomet: anus fecít palam.

55. vett. edd. *Miles impransus.*
57. Sic edd. vett. — Vulg. *Etiam plus ipsus ultro debet argentario.*
59. *Hae* edd. vett. et Lamb. — Vulg. et Both. *Haec*, quod et pro femin. in Plauto positum legitur.
63. Vulg. et Lamb. *Quid ais, Euclio.* Vett. edd. *Quid agitur, Euclio?* Both. V. C. et Pall. nostr.
*Act. III. Sc. VI.* 1. *edi.* Sic legendum ex V. C. et Nonio. Libri: *audivi*, uti et vett. edd. — Goell. *audi.* — Sic *gustare sermonem* Most. V, 1, 15. et *verare* Poen. 5, 2, 8.
2. *Ain'? audivisti?* Sic B. cum vulg. et V. C. — Vett. edd., Lamb., Dousa: *An audivisti?* — Deinde vulg. eodem versu: *Me. Tamen* — seq. *E meo qu.* item V. C. et Dousa. Sed vett. edd. et Lambinus versu 3: *Tamen e meo q. an. d. f. r.* Goell. *E tamen Meo*, et deinde pro *aliquanto* habet *paullo.*
4. Lamb. *Si nitidior sies in filiae nuptiis*, quod si probes, *filiae* duabus syllabis legendum sit. Nostrum vulg. dixi quod ea *filiae.* Vett. edd. *Si nitidior sis nuptiis filiae.* Goell. uti nos. V. C. *ni filiae.* Both. *Si nit. sis filiai in nupt.*
5. *Pro re*, i. e. uti mihi est res familiaris, ita nitorem quaero, et uti copia, ita gloriam. Goell. *Prae re nit. et gl. prae copia Qui h.* At codd. *pro.*
6. *Qui habent*, i. e. qui opulenti sunt. Cf. 12.
7, 8. *Neque pol* etc. Noli existimare, aut mihi, aut ulli pauperi, ampliorem esse rem, quam qualem vulgus opinatur; h. e. nullum me domi reconditum habere thesaurum.
9. Hunc vs. vett. edd. et Vulg. sic: *Imo est, et dii faciant uti siet.* Lambinus et Dousa: *Imo est, et dii faciant uti siet diu.* Bothius: *Imo est. Eu. Est? Me. Est, et divi faciant, ut siet.* Ego vix crediderim, his repetitum esse idem vocabulum hoc loco. Semel crediderim. Deesse autem aliquid, metrum prodit. Itaque dedi, quod legitur.
10. Hic versus deest apud Lambinum, legitur in vulg. et Pall. et edd. vett. — Meursius inseruit ex codd. — Ego putaverim, apte abesse posse, imprimis si illud *Est?* v. 8. locum recte occupet.

*Me.* Quid tú te solus é senatu sévocas?
*Eu.* Pol ego, út te accusem, mérito meditabár. *Me.* Quid est?
*Eu.* Quid sít, me rogitas? quí mihi omnis ángulos 15
Furum ímplevisti in aédibus miseró mihi;
Qui intrómisisti in aédis quingentós cocos
Cum sénis manibus, génere Geryonáceo;
Quos si Árgus servet, qui óculeus totús fuit,
Quem quóndam Ioni Iúno custodem áddidit, 20
Is núnquam servet; praéterea tibícinam,
Quae mi ínterbibere sóla, si vinó scatat,
Coríinthiensem fóntem Pirenén potest.
Tum obsónium autem ... *Me.* Pól vel legioní sat est.
Etiam ágnum misi. *Eu.* Quó quidem agno sát scio 25
Magis cúrionem núsquam esse ullam béluam.
*Me.* Volo ego éx te scire, quí sit agnus cúrio.
*Eu.* Qui ossa átque pellis tótust: ita curá macet;
Quin éxta inspicere in sóle etiam vivó licet:
Ita ís pellucet, quási laterna Púnica. 30
*Me.* Caedúndum illum ego condúxi. *Eu.* Tum tu idem óptumum est
Loces éfferundum: nám iam, credo, mórtuost.
*Me.* Potáre ego hodie, Eúclio, tecúm volo.
*Eu.* Non pótem ego quidem hércle. *Me.* At ego iússero
Cadum únum vini véteris a me afférrier. 35
*Eu.* Nolo hércle: nam mihi bíbere decretúm est aquam.
*Me.* Ego te hódie reddam mádidum, si vivó, probe,
Tibi quói decretum est bíbere aquam. *Eu.* Scio, quám rem agat:
Ut mé deponat víno, eam affectát viam:

12. *Tam hic scit.* Sic vett. edd. et Lamb. et Pall. 3. 5. — Vulg. *Tam hoc sc.* — *habere* l. q. divitem esse. Cf. 6.

13. Edd. vett. et Lamb. *Quid tu te solus de sen.* Vulg. B. *e sen.* Langg. *solum e senatu evocas.* — Senatus est colloquium.

16. Repetitum in vulg. *mihi* deest in edd. vett. Eius loco B.: *M. Tibi?* et seq. vs. *Qui? Eu. Introm.* Sed eiusmodi pleonasmus non rarus in Plauto.

17. Edd. vett. Pall. et Lamb. *Qui mihi intromisisti.* Vulg. *in aedibus*, ut et Lamb. et. V. C. Pall. Atque sic occurrit *in aedibus* in Amphitruone pro *in aedes*, uti saepe apud veteres casus sunt permutati. At non congruere metrum, quivis videt. Goellerus: *Qui mihi intromisti.*

22. *si vino scatat*, coni. a v. *scato, is, it*, pro *scateo.* Sic autem leg. Lamb., et Mss. Langg. habuere *scateat.* Vulg. V. C. et vett. edd. *scatet.* Sensus: si fons Pirene scatent vino, h. e. pro aqua vinum emittat. — De Pirene fonte apud Acrocorinthum cf. Plin. H. N. IV, 4. Persium prologo et Strabonem.

26. Vett. edd. *nusquam ullam esse bestiam.* Ceterum *curionem* dedit Bothe et recepit Goeller. Nam ita legi debere prodit seq. versus. Vulg. et vett. *curiosam.* Curiones erant sacerdotes curiarum apud Romanos; et praecones ita vocabantur.

28. Pro *macet* vett. *macer.*

30. *laterna Punica*, forte e vitro facta.

31. *Caedundum* etc. suppl. neque adspiciendum aut admirandum. Pro *conduxi* Lambinus mavult: *locavi.* Verum Nonius, qui h. l. citat, aperte legit *conduxi*, idque interpr. *emere.*

32. Pro *loces* vett. edd. *loca*, quod Bothius, qui parenthesi inclusit verba *optumum est.*

37. *si vivo.* Vulg. *sed vino.* Nostram V. C. Pall. edd. vett. Lamb. Both. Goeller, et saepius occurrit apud Plautum, ut Cas. I, 1, 28. Men. V, 5, 5. Bacch. IV, 5, 6.

38. Vulg. *Te, cui.* Vett. *Tibi an*, ut sit interrogatio. Nostrum V. C. Lamb. Both. Goeller. Est enim attractio.

Post hóc, quod habeo, ut cómmutet colóniam. 40
Ego íd cavebo: nam álicubi abstrudám foras.
Ego fáxo et operam et vínum perdiderít simul.
*Me.* Ego, nísi quid me vis, éo lavatum, ut sácruficem.
*Eu.* Edepól nae tu, aula, múltos inimicós habes,
Atque ístuc aurum, quód tibi concréditum est. 45
Nunc hóc mihi factu est óptumum, ut ted aúferam,
Aula, ín Fidei fánum: ibi abstrudám probe.
Fidés, novisti me ét ego te: cave sís tibi,
Ne in mé mutassis nómen, si hoc concréduo!
Ibo ád te, fretus túa, Fides, fidúcia. 50

---

## ACTUS IV. SCENA I.

*STROBILUS.*

Hóc est servi fácinus frugi, fácere, quod ego pérsequor;
Néc morae moléstiaeque impérium herile habeát sibi.
Nám qui hero ex senténtia servíre servus póstulat:
Ín herum matura, ín se sera, cóndecet capéssere;
Sín dormitet, íta dormitet, sérvom sese ut cógitet. 5
Nám qui amanti hero sérvitutem sérvit, quasi ego sérvio,
Si hérum videt superáre amorem, hoc sérvi esse officiúm reor:
Rétinere ad salútem; non eum, quo íncumbat, eo impéllere.
Quási pueris, qui náre discunt, scírpea induitúr ratis,
Quí laborent mínus: facilius út nent et moveánt manus: 10
Eódem modo servóm ratem esse amánti hero aequom cénseo,
Út toleret, ne péssum abeat, tanquam ****

40. *hoc* sc. thesaurus. *coloniam commutet*, i. e. ad sese transeat.

49. Vulg. edd. vett. Lamb. et V. C. cum Pall. *Ne tu in me mutassis.* Goellerus ex Acidalio: *Ne tu immutassis.*

*Act. IV. Sc. I.* Missus a Lyconide, hero suo, adest Strobilus, speculatum, quid agatur de filia Euclionis, quam ille audiverat desponsatam esse avunculo suo Megadoro. Profitetur servus fidem suam et obsequium in perficiendis heri iussis.

2. Sensus: nec iussa heri sibi pro mora aut molestia ducat. — Hunc autem versum post duo sequentes collocavit Goellerus.

4. eum decet ea quae heri sunt, mature perficere, quae sua, serius. Sic *iussa capessere* pro: perficere, apud Virg.

5. Sensus: imo in ipso somno servum se esse meminerit. Ita noctu quoque paratus erit ad mandata domini perficienda.

6. Goellerus: *Nam qui hero amanti*, Both. omisit *hero*. Nostrum Pall. vulg. vett. Lamb.

7. Hic quoque *herum* omisit B., quod in omnibus legitur. Sensus: si animadvertit, herum amore aliquo captum esse.

8. *retinere ad salutem*, h. e. eum adiuvare, sublevare, ei auxilio esse. Imago de nautibus desumpta. — *non eum, quo inc., eo imp.*, non committere, ut pessum eat, sed ut victor evadat efficere.

9. *pueris* vett. edd. Lamb. Both. et pars Pall. — Vulg. *pueri*, cum V. C. — *scirpea ratis*, i. e. scirpi in ratem connexi. Utebantur in eum finem et cortice seu subere. Cf. Hor. Sat. I, 4, 120. — Pro vulg. et V. C. *induitur* vett. et Pall. *inducitur*.

10. Goellerus h. l. sic: *Quasi puer, qui n. discit, sc. induitur rati, Qui laboret minus, f. ut not et moveat manus.* Nostram V. C. Pall. vulg. — Bothius: *Ut tolerent, ne pessum abeant, et uti facilius moveant manus*, dein 11 et 13, electo 12.

12. *Ut toleret.* Versum mancum ex-

Héri imperium edíscat, ut, quod fróns velit, oculí sciant;
Quód iubeat, citís quadrigis cítius properet pérsequi.
Qui éa curabit, ábstinebit cénsione búbula, . 15
Néque sua opera rédiget unquam ín splendorem cómpedes.
Núnc herus meus amat fíliam huius Eúclionis paúperis;
Éam hero nunc renúnciatum est núptum huic Megadoró dari:
Ís speculatum huc mísit me, ut, quae fierent, fieret párticeps.
Núnc sine omni suspícione in ára hic adsidám sacra: 20
Hínc ego et huc et illuc potero, quíd agant, arbitrárier.

---

## ACTUS IV. SCENA II.

*EUCLIO. STROBILUS.*

*Eu.* Tú modo cave quoiquam índicassis, aurum meum esse istíc, Fides:
Nón metuo, ne quísquam inveniat: íta probe in latebrís situm est.
Édepol nae illic púlcram praedam agát, si qui illam invénerit
Aúlam onustam aurí. Verum id te quaéso ut prohibessís, Fides.
Núnc lavabo, ut rém divinam fáciam; ne affinêm morer, 5
Quín, ubi arcessát, meam extemplo fíliam ducát domum.
Víde, Fides, etiam átque etiam nunc, sálvam ut aulam abs te aúferam!
Túae fidei concrédidi aurum; in tuó luco et fano ést situm. —
*Str.* Di ímmortales, quód ego hunc hominem fácinus audio éloqui,
Se aúlam onustam auri ábstrusisse hic íntus in fanó! Fides, 10
Cáve tu illi fidélis, quaeso, pótius fueris, quám míhi!
Átque hic pater est, út ego opinor, húius, herus meús quam amat.
Íbo hinc intro: pérscrutabor fánum, si inveniam úspiam
Aúrum, dum hic est óccupatus. Séd si reperero, ó Fides,
Múlsi congiálem plenam fáciam tibi fidéliam; 15
Íd adeo tibi fáciam: verum ego míhi bibam, id ubi fécero. —

---

plet Lambinus, adiectis: *catapirates maris*, vel: *catapirateria*, quod erat plumbum seu instrumentum quo explorabant altitudinem maris, catapirater etiam dictus ab Lucilio in fragmentis. Occurrit καταπειρητηρίη in Herodoto Euterpae initio, et Isidorus quoque commemorat.

13. Iterum redit ad praecepta servis danda. Edd. vett. *Imperium herile.* Vulg. et Pall. *Herile imperium.* Goeller: *Heri imperium.* — *quod frons*, sc. heri.

15. *censione bubula*, non caedetur loris bubulis.

16. non vincietur compedibus, quae gestando splendidiores fiunt.

19. *Is*, sc. herus meus. Both. *Id.*

*Act. IV. Sc. II.* Abscondidit interim Euclio aurum in Fidei fano; ex eoque progrediens alloquitur deam.

6. Vulg. et vett. edd. *Quin ubi arcessat me, meam.* Omittunt *me* B. et Goell.

12. Secutus sum Lambinum. Vulg. et vett. et edd. omittunt *meus*, ut saepius hoc vel omittitur vel additur perperam in vulgatis. Goellerus cum Bothio: *Atque pater hic, ut ego opinor, huius est, herus quam amat* Pareus: *Atque hic pater est, ut opinor hpius, erus* meus *quam amat.*

15. Sensus: sacrificabo tibi fideliam, i. e. vasculum fictile, mulsi plenum, quod capiat integrum congium. Apte utitur vocabulo *fidelia* in sacrificio Fidei offerendo. Occurrit verbum et apud Persium 3, 73. et 5, 183.

16. *Id adeo tibi faciam*, sc. id mulsum. — In fine vulg. et vett. *ubi id fecero.*

## ACTUS IV. SCENA III.

*EUCLIO.*

Nón temere est, quod córvos cantat míhi nunc ab laevá manu;
Símul radebat pédibus terram et vóce crocibát sua.
Cóntinuo meum cór coepit ártem facere lúdicram
Átque in pectus émicare. Séd ego cesso cúrrere. —

---

## ACTUS IV. SCENA IV.

*EUCLIO. STROBILUS.*

*Eu.* Fóras, foras, lumbríce, qui sub térra erepsistí modo!
Quí modo nusquam cómparebas, núnc quom comparés, peris.
Égo edepol te, praéstigiator, míseris iam accipiám modis.
*Str.* Quaé te mala crux ágitat? quid tibi mécum est commercí, senex?
Quíd me afflictas? quíd me raptas? quá me causa vérberas? 5
*Eu.* Vérberabilíssume! etiam rógitas, non fur, séd trifur?
*Str.* Quíd tibi subripuí? *Eu.* Redde huc, sis! *Str.* Quíd tibi vis reddám? *Eu.* Rogas?
*Str.* Níl equidem tibi ábstuli. *Eu.* At illud, quód tibi abstulerás, cedo!
Écquid agis? *Str.* Quid agám? *Eu.* Auferre nón potes. *Str.* Quid vís tibi?
*Eu.* Póne! *Str.* Equidem pol té datare crédo consuetúm, senex. 10
*Eu.* Póne hoc, sis! aufér cavillam: nón ego nunc nugás ago.
*Str.* Quíd ego ponam? Quín tu eloquere, quídquid est, suo nómine.
Nón hercle equidem quídquam sumsi néc tetigi. *Eu.* Ostende húc manus!
*Str.* Hém tibi! *Eu.* Ostende. *Str.* Éccas! *Eu.* Video. Age, óstende etiam tértiam.
*Str.* Láruae hunc atque íntemperiae insániaeque agitánt senem. 15

*Act. IV. Sc. III.* Prodit ex domo sua Euclio, curritque in Fidei fanum, visum, an adhuc salvum sit aurum. *Cervus* dexter boni erat ominis, laevus mali. Cf. As. II, 1, 12.

2. *Simul* vett. Lamb. Dous. B. G. — Vulgata: *Semel.* — Pro *sua* Bothius et Goell. *fera.* — Pro *crocibat*, quod est in vulg., vett. *crocitabat.* At *crocibat* et Nonius legisse videtur.

3. *coëpit* per divisionem legendum, ut et *coenam* Capt. I, 2, 64.

*Act. IV. Sc. IV.* Protrahit Euclio Strobilum e Fidei fano, qui nondum eruerat aurum, perquiritque an habeat. Deinde eum abigit, aulamque effert ex Fidei fano, eamque in Sylvani fano absconditum abit.

1. Duplex *foras* legitur in cod. Guelph. Lambinus maluit *I foras.* Vett. edd. semel tantum *foras*, uti Pall.

8. *quod tibi abstuleras.* Quod dixerat Strobilus: *Nil tibi abstuli*, ita iam capit Euclio, ut *tibi* accipiat pro: in tuum usum. Igitur ait: at illud, quod tibi, h. e. *in tuum usum* abstulisti. Plane simile occurrit Men. IV, 2, 82. *huic surrepta est, non tibi.* Et sic alibi etiam in his pronominibus luditur.

10. *pone*, i. e. depone aurum de manibus. Strobilus autem pro adverbio accipit. — In vett. tamen edd. et Lambino hic versus plane desideratur. Habet vulg. et codd. Pall. — *Datare* verbum obscoenum, ut *dare*, Cas. II, 6, 10.

11. *Cavillam.* Sic vulg. V. C. Pall. vett. Both. Goell. At Lambinus *cavillum.*

14. Vett. edd. et Lamb. *Str. Hem tibi ostendi, eccas.* Both. *Hem tibi ostendo, eccas.* Nostram vulg. et Goeller. Cf. vs. 22. 23.

Fácin' iniuriam, án non? *Eu.* Fateor, quía non pendes, máxumam.
Átque id quoque iam fíet, nisi fatére. *Str.* Quid fateár tibi?
*Eu.* Quíd abstulisti hinc? *Str.* Dí me perdant, si égo tui quidquam ábstuli, —
Níve adeo abstulísse vellem. *Eu.* Ágedum, excutedum pállium ...
*Str.* Tuo árbitratu. *Eu.* Ne ínter tunicas hábeas. *Str.* Tenta, quá lubet.
*Eu.* Váh, scelestus quám benigne, ut ne ábstulisse intéllegam!
Nóvi sycophántias. Age, rúrsum ostende húc manum
Déxteram! *Str.* Hem! *Eu.* Nunc laévam ostende. *Str.* Quín equidem ambas prófero.
*Eu.* Iám scrutari mítto. Redde huc! *Str.* Quid reddam? *Eu.* Ah, nugás agis.
Cérte habes. *Str.* Habeo égo? quid habeo? *Eu.* Nón dico: audire éxpetis.
Íd meum quidquíd habes, redde! *Str.* Insánis: perscrutátus es
Tuo árbitratu, néque tui me quídquam invenistí penes.
*Eu.* Máne, mane: quis ille ést, qui hic intus álter erat tecúm simul?
Périi hercle: ille nunc íntus turbat; húnc si amitto, hic ábierit.
Póstremo hunc iam pérscrutavi; hic níhil habet. Abi, quó lubet.
Iúpiter te díque perdant! *Str.* Haúd agit male grátias.
*Eu.* Íbo hinc intro atque íllí socienno tuó iam interstringám gulam.
Fúgin' hinc ab oculís? abin', an non? *Str.* Ábeo. *Eu.* Cave, sis, révideam! —

---

## ACTUS IV. SCENA V.

*STROBILUS.*

Emórtuom ego me mávelim letó malo,
Quam nón ego illi dém hodie insidiás seni.
Nam híc iam non audébit aurum abstrúdere:
Credo, éfferet iam sécum et mutabít locum.

15. *Larvae* semper trisyllabum in Plauto.

16. Vulg. post *iniuriam* habet *mihi*, quod et edd. et Goellerus; Both. *Facin' mi ini.* — pro *pendes* vett. *perdo.* Sed servi cruciatus causa suspendebantur vincti a trabe. Cf. Asin. III, 2, 18. Atque sic Pall. 1 et 2.

19. *Nive adeo abstulisse vellem;* haec ait aversus ab Euclione, ut ne audiat.

28. Goellerus omittit *hic*, legitque: *quis illic est, qui intus.*

31. Vett. edd. *Iupiter te dique omnes perdant. Str. Haud male agit gratias.* Vulg. item omisso *omnes*, quod et omittunt edd. Pall.

32. Vett. *Ibo intro atque illi tuo socienno iam interstringam gulam*, qui versus est optimus, si legas *iamde*, et *illi* ut monosyllabum pronuncies. Nostr. vulg. et Pall.

33. Vett. omittunt alterum *hinc*, quod habet vulg. et Lamb. post *abin.* — in fine omnes: *cave sis te videam.* Goellerus: *Fúgin' hinc ab oculís? abin' hinc an nón? S. Abeo. E. Cave révideam.* — De omisso pronomine *te* cf. Merc. 2, 4, 30. *Ergo actutum face cum praeda recipias.*

*Act. IV. Sc. V.* Abscondidit sese Strobilus, atque sic observat, quid sit facturus Euclio.

3. *Nam* vett. et vulg. et omnes Pall. — Lamb. Dousa, Both. Goeller: *Namque.*

4. Vulg. *referet.* Lamb. *refert.* At *eeferet* Bothius ex Pareo et libro Cam-

it, foris crepuit! sénex eccum aurum ecférť foras! 5
tísper hic ego ab iánua concéssero.

## ACTUS IV. SCENA IV.

*EUCLIO. STROBILUS.*

Fidéi censebam máxumam multó fidem
:: éa sublevit ós mihi peníssume.
úbvenisset córvos, periissém miser.
is hércle ego illum córvom, ad me veniát, velim,
indícium fecit: út ego illi aliquíd boni 5
m: nam quod edit, tám duim, quam pérduim.
c, hóc ubi abstrudam, cógito solúm locum.
ini lucus éxtra murum est ávius,
ɔró salicto opplétus: ibi sumám locum.
um ést: Silvano pótius credam, quám Fidei. — 10
. Euge, eúge, di me sálvom et servatúm volunt!
ego íllúc praecurram atque ínscendam aliquam in árborem:
óbservabo, aúrum ubi abstrudát senex.
nquam híc manere mé herus sese iússerat:
um ést, malam rem pótius quaeram cúm lucro. 15

## ACTUS IV. SCENA VII.

*LYCONIDES. EUNOMIA. PHAEDRA.*

ɔixí tibi, mater; iúxta rem mecúm tenes
:r Eúclionis fília: nunc te óbsecro
:cróque, mater, quód dudum obsecráveram:

abuit *hecferet*. Langg. *hoc feret*. *fert* statim sequitur versu seq.
Vulg. edd. vett. Lamb. Pareus: *isper hic ego ad ianuam conces-* Lamb. mavult *Tantisper huc.* ıs: *Tantisper ego hinc ab ianua* ecro. Goellerus: *Tantisper hinc* ıua *conc.* uterque ex emendatione Hi, qui ait, abeundum longius fuisse ie ab ianua, ne revideretur ab ıno. Et verbum *concedere* saepius rentio quoque longitur cum *ex oculo ere* et similibus. Cf. Pers. I, 1, – Nisi quis dicat, latere Strobilum ianuam, cuius valvae plerumque ıus vertebantur.
r. *IV. Sc. VI.* 6. *quod edit* pro ut saepius. Cf. Poen. V. 5, 5. — *duim*, *quam perduim*, h. e. tam m, quam perdiderim, h. e. si de-, perinde foret, ac si perdiderim.,
*Quamquam* etc. Hunc versum runt vulg. et Goellerus, operarum etur errore. — Cf. Sc. seq. vs. 16.

15. *malam rem*, i. e. supplicium seu poenam ab hero.
*Act. IV. Sc. VII.* Lyconides abierat ad Eunomiam, ut ei confiteretur de Euclionis filia, eamque commoveret ad colloquendum eam ob rem cum Megadoro avunculo, ut ille illi renunciaret repudium. Cf. IV, 10, 57. Accedunt igitur iam ad domum Megadori, introitque Eunomia.
3. *resecroque.* Hic versus in vulg. edd. vett. Lamb. Dousae legitur post sequentem demum: *Fac mentionem* etc. De locutione *obsecro resecroque* vid. Pers. I, 1, 48. *Obsecro, resecro te, operam da hanc mihi fidelem*, ubi est i. q. iterum iterumque obsecro. Sic et hoc loco. — *quod dudum obsecraveram*, i. e. quod modo (cf. Sc. seq. vs. 5.), dum te huc adducebam, te obsecravi. Nam plusquamperfecta pro perfectis aut imperfectis saepenumero ab antiquis usurpata sunt, sicuti et Sallustio Cat. 50. et alibi. — Sed illud *resecro* secus interpr.

Fac méntionem cum avónculo, matér mea!
*Eun.* Scis túte, facta vélle me, quae tú velis. 5
Et istúc confido a frátre me impetrássere,
Et caúsa iusta est: síquidem ita est, ut praédicas,
Te eam cómpressisse vínolentum vírginem.
*L.* Egone út te advorsum méntiar, matér mea?
*P.* Perií, mea nutrix! óbsecro te, uterúm dolet! 10
Iunó Lucina, tuám fidem! *L.* Hem, matér mea,
Tibi rém potiorem vídeo: clamat, párturit.
*Eun.* I hac íntro mecum, gnáte mi, ad fratrém meum:
[Ut istuc, quod tu me oras, efficiam tibi.]
Ut istúc, quod me oras, ímpetratum ab eo aúferam. 15
*L.* I; iám sequor te, máter. — Sed servóm meum
Strobílum miror, úbi sit, quem ego me iússeram
Hic ópperiri. Núnc ego mecum cógito:
Si míhi dat operam, me íllí irasci iniúrium est.
Ibo íntro, ubi de cápite meo sunt cómitia. 20

---

## ACTUS IV. SCENA VIII.

*STROBILUS.*

Picés divitiis, qui aúreos montés colunt,
Ego sólus supero. Nam ístos reges céteros
Memoráre nolo, hóminum mendicábula:
Ego sum ílle rex Philíppus! O lepidúm diem!
Nam ut dúdum hinc abii: múlto illuc advení prior, 5
Multóque prius me cóllocavi in árborem;
Inde éxspectabam, ubi aúrum abstrudebát senex.

Lambinus: *et tamen te, si forte hoc facere noles, iurisiurandi religione statim solvo;* quod modestiae fuerit apud veteres, eum resecrare, quem obtestati fuerint, in his formulis. Cf. Corn. Alcib. VI, §. 5. Vecum hic secus est.

4. *mentionem facere cum aliquo;* v. ind. et similes sunt dictiones: *orare cum aliquo*, et *osculari cum aliquo*, de quibus vide item in Indice.

5. *facta* l. e. fieri. Sic *factum volo* pro: fieri cupio.

10. *uterum* neutro genere h. l usurpasse poëtam, Nonius testatur, qui hunc ipsum locum adducit. Edd. vett. *uterus.*

12. *tibi rem potiorem video.* Lambinus ad haec: „Video rem faciliorem esse factam ex eo, quod puella paritura sit; vel sic: video te maiorem impetrandi facultatem habituram ex eo, quod puella iamiam paritura sit".

14. Utrumque horum versuum non posse una legi, per se patet. Quem inclusi, omisit Bothius, et omittunt vett. edd., habet Lamb., et vulg. asterisco notavit.

*Act. IV. Sc. VIII.* Venit Strobilus cum aula ex Sylvani luco effossa, gratulaturque sibi.

1. V. C. *Picis.* Lamb. *Picos*, uti et Dous. — Both. et Goell. *Picis*, qui est accusativus v. *pix* seu phix, φίξ, apud Hesychium βίξ, i. e. gryphus, de que vide Pomponium Melan II, 1. Nimirum crediderunt veteres, prope montes Riphaeos esse regionem, ubi gryphi sibi custodirent aurum. Cf. Plin. H. N. VII. 1. — Al. l. *dites.* Vett. *Pici.* Cf. Hes. Theog. v. 326. ubi Φίξ l. e. q. Σφίγγξ.

3. *hominum mendicabula*, pro homines mendicos, prae quam ego sum. Sic alibi *flagitium hominis.*

5. *dudum*, l. e. paullo ante, modo. Cf. Amphitr. II, 2, 59.

7. Vulg. *Indeque exspectabam*, ubi *aurum abstr.* Vett. edd. *Inde expectabam aurum ubi abstrudebat senex.* Lamb. *Inde exp. ubi aurum a. s.* in

ille ábiit, ego me deórsum duco de árbore;
idio aulam auri plénam. Inde ex eó loco
eó recipere sé senem; ille me nón videt: 10
ı ego módo declinaví paulum me extrá viam.
t, eccum ipsum! Íbo, ut hoc condám, domum.

---

## ACTUS IV. SCENA IX.

*EUCLIO.*

i! ínterii! occidi! Quó curram? quo nón curram? Tene, téne!
— Quem quis? —
cío: nil video: coécus eo, atque equidém, quo eam, aut ubi sim, aút qui sim,
ueó cum animo certum ínvestigare. Óbsecro vos ego, míhi auxilio,
, obtestor, sítis et hominem démonstretis, quí eam abstulerit.
uíd est? quid ridetís? Novi omnis: scío, fures esse híc compluris, 5
vestitu et créta occultant sése atque sedent, quási sint frugi.
uíd ais tu? Tibi crédere certum est: nam ésse bonum, e voltú cognosco.
ı, nemo habet horum? — Óccidisti! Díc igitur, quis éam habet! Nescis?
mé miserum! miseré perii! Male pérditu', pessume ornátus eo:
túm gemiti et malaé moestitiae híc dies mihi óbtulit, 10
ıem ét pauperiem. Pérditus penissume sum ego ómnium
érra. Nam quid mihi ópus est vita, quí tantum auri pérdidi,
d cústodivi sédulo? Egomét me defraudávi

. In notis tamen vult: *Inde spe-*
*ım.* Bothe: *Inde espectabam.* Goel-
*Inde eespectabam.* Quidam libri
*aspectabam;* alii *Indeque specta-*
Mihi duplicem sententiam videtur
ıssisse poëta, et exspectandi notio-
et aspectandi. Unde retineri probe
it *exspectabam*, quod pariter a *spe-*
*le* deducendum, ac *adspectare.*
Goellerus ex Scioppio: *ego me*
*deorsum.*
pro *effodio* vett. *Fodio.* Illud
Lamb. — Vulg. *Inde ex eo loco.*
ıs ex Gulielmo: *inde exeo. Eloco*
Apparet et haec esse praesentia
ıca, pro: *vidi* — *vidit*, ut paullo
*declinavi.*
Sic vulg. vett. Lamb. Dous. —
ırus: *Nam ego decl. modo me*
*e.* ὁ. Both. *Nam ego non me*
*paullum extra v.* addita nota: Sic
libri. *non paullum*, multum.
r. *IV. Sc. IX.* Accurrit Euclio ex
Sylvani, ubi sublatum vidit aurum
, implorataque omnes homines, et
spectatores etiam, ut sibi furem indicent.
De hac scena cf. Herm. de re metrica
pag. 411.

6. *Qui vestitu et creta occultant sese.*
Vett. *cretta.* Lambinus: qui vestitu obsoleto, neque sumtuoso, et facie cretata seu fuco candefacta, simulant se esse viros probos. Alii sic: vestitu candido seu toga candida simulant se esse viros bonos et magistratu dignos. Alii: qui cum sint nigri, i. e. scelerati, simulant se esse candidos.

7. Alloquitur aliquem ex spectatoribus.
— 8. *occidisti*, sc. me, quod negasti habere aliquem horum.

9. Vett. edd. *misere perii* atque V. C. *misere* habet supra lineas additum, in textu idem quod Vulg. *Heu me miserum, miserum! perii*, quod Goellerus.

10. Vett. edd. Lamb. *Tantum gemiti et mali moestitiaeque.* Nonius: *Tantum gemiti mali, moestitiaeque.* Priscianus autem libro VI. *Tantum gem. et malae moestitiae.* Item Langg.

Animúmque meum Geniúmque meum. Nunc meo álii laetificántur
Damno ét malo! Pati nequeo. 15

## ACTUS IV. SCENA X.

*LYCONIDES. EUCLIO.*

*L.* Quínam homo hic ante aédis nostras éiulans conquéritur moerens?
Át hic quidem Euclio ést, ut opinor. — Óppido ego interii! palam est res:
Scít peperisse iam, út ego opinor, filiam suam. Núne mi incertum est,
Quíd agam; abeam an máneam? an adeam? an fúgiam? Quid agam, néscio.
*Eu.* Quís homo hic loquitur? *L.* Égo sum miser. *Eu.* Imo égo sum et misere pérditus, 5
Quói tanta mala, moéstitudoque óbtigit. *L.* Animó bono es.
*Eu.* Quo, óbsecro, pacto ésse possum? *L.* Quía istuc facinus, quód tuom
Sóllicitat animum, íd ego feci et fáteor. *Eu.* Quid ego ex te aúdio?
*L.* Íd, quod verum est. *Eu.* Quíd ego de te mérui, adulescéns, mali,
Quamóbrem ita faceres, méque meosque pérditum ires líberos? 10
*L.* Déus impulsor míhi fuit; is me ád illam illexit. *Eu.* Quó modo?
*L.* Fáteor me peccávisse et me cúlpam commeritúm scio:
Íd adeo te orátum advenio, ut ánimo sequo ignoscás mihi.
*Eu.*. Cúr id ausus's fácere, ut id, quod nón tuom esset, tángeres?
*L.* Quíd vis fieri? Fáctum est illud: fieri infectum nón potest. 15
Deós credo voluísse: nam ni véllent, non fierét, scio.
*Eu.* Át ego deos credó voluisse, ut ápud te me in nervo énicem.
*L.* Ne ístuc dixis! *Eu.* Quíd tibi ergo méam me invito táctio est?
*L.* Quía vini vitio átque amoris féci. *Eu.* Homo audacíssume,
Cum ístacin' te orátione huc ád me adire ausum, ímpudens! 20

15. 16. Vulg. et edd. vett. *nunc eo alii laetificantur — Meo malo et damno, pati nequeo*, quod Goellerus.

*Act. IV. Sc. X.* Prodit Lyconides ex domo avuncuii sui, qui ei iam mandaverat ut repudium ferret Euclioni, ipseque eius filiam duceret. Is igitur in eo est, ut Euclioni confiteatur de filia a se compressa; quod Euclio de rapto sibi thesauro interpretatus incundissima scena cum iuvene expostulat.

2. Vett. vulg. Lamb. *Atque hic.* Both. *At.* Goeller. plane omittit. Duplex *est* habet vulg. et Lamb. — Vett. *ut opinor.* Goell. omittit *ut.* Et sane recurrit idem vs. seq.

4. Sic plane vett. et vulg. nisi quod ante *nescio* addunt *edepol*, quemadmodum Pall.

5. Vett. *Eu. Quis hic loquitur? Ly. ego sum miser. Eu. immo ego sum miser, et misere perditus.* Vulg. *Quis homo hic loquitur? Ly. ego sum. Eu. imo ego sum miser, et misere perditus.* Sic et Lambinus. Nostrum Bothius et Goellerus.

6. Sic vulg. et vett. et Lamb. et etiam Nonius. Nam Bothius: *Quoi mala tanta.* In al. deest *que.*

9. *quid ego de te merui.* Sic vett. edd. et Lamb. — Vulg. *quid ego emerui*, uti V. C. et Pall.

17. Vulg. edd. vett. Lamb. *ut apud te me in nervo enicem*, quod Lambinus ita interpretatur: ut apud te mihi laqueo, seu potius ferreo vinculo interstringam gulam. — Transposuit cum Bothio Goellerus, *ut apud me te in n. e.* Sed si vel serves vulgatam, tamen *me* ad praepositionem erit trahendum, quemadmodum eiusmodi distractiones haud rare sunt in Plauto obviae. Minatur autem ei sup-

Iám si istuc ius ést, ut tu istuc éxcusare póssies:
úce claro deripiamus aúrum matronís palam;
'ót id si prehénsi simus, éxcusemus, ébrios
Ios fecisse amóris causa. Nímis vile est vinum átque amor,
i ébrio atque amánti impune fácere, quod lubeát, licet. 25
. Quín tibi ultro súpplicatum vénio ob stultitiám meam.
Eu. Nón mihi homines placént, qui, quando mále fecerunt, púrgitant.
Tu íllam scibas nón tuam esse: nón attactam oportuit.
. Érgo quia sum tángere ausus: haúd causificor, quín eam
ego habeam potíssumum. Eu. Tun' hábeas me invitó meam? 30
. Haúd te invito póstulo; sed meam ésse oportere árbitror.
Quín tu eam inveniés, inquam, meam illam ésse oportere, Eúclio.
Eu. Iám quidem hercle te ád praetorem rápiam et tibi scribám dicam,
Nísi refers. L. Quid tíbi ego referam? Eu. Quód subripuistí meum.
L. Súbripui ego tuom? únde? aut quid id est? Eu. Íta te amabit Iúpiter, 35
Ut tu nescis. L. Nísi quidem tu míhi, quid quaeras, díxeris.
Eu. Aúlam auri, inquam, té reposco, quám tu confessús's mihi
Te ábstulisse. L. Néque edepol ego díxi, neque fecí. Eu. Negas?
L. Pérnego imo: nám neque ego aurum, néque istaec aula quaé siet,
Scío nec novi. Eu. Illam, éx Silvani lúco quam abstulerás, cedo! 40
, refer! dimídiam tecum pótius partem dívidam.
Támetsi fur mihi és: molestus nón ero. Fur, í, refer.
L. Sánus tu non és, qui furem mé voces; ego te, Eúclio,
De ália re rescísse censuí, quod ad med áttinet.
Mágna est [res], quam ego tecum ótiose, si ótium est, cupió loqui. 45
Eu. Díc bona fidé: tu id aurum nón subripuistí? L. Bona.
Eu. Néque scis, quis id abstúlerit? L. Istuc quóque bona. Eu. Atque id sí scies,
Quí abstulerit, mihi índicabis? L. Fáciam. Eu. Neque partém tibi
Áb eo, quiqui est, índipisces, néque furem excipiés? L. Ita.
Eu. Quíd, si fallis? L. Túm me faciat, quód volt, magnus Iúpiter! 50

dicium, et antea Strobilo. Non enim novit eum; cf. v. 51.

22. Vett. edd. et cedd. *Luce clara.* Sed Nonius in verbo *Lux* ait, hoc vocabulum masculino genere usurpatum esse, adducto sic loco nostro: *Luce claro* etc. Goellerus: *Luci claro.* Cf. Bentlei. ad Ter. Ad. V, 3, 55.

24. *Nimis vile est* etc. i. e. Si hoc liceret, ut per vinum et amorem omnia excusaremus flagitia, profecto maiori etiam pretio, imo maximo vinum dignum foret.

26. Edd. vett. *advenio.* At V. C. *venio.*

29. Vett. *Pernego, immo neque aurum*, etc. Nostrum vulg.

42. Vett. edd. *non ero. Fur i, refer.* Hinc Goellerus: *mol. non ero furi. Refer*, ex Bothio. Vulg. et Lamb. *I vero, refer.*

45. *Magna est res* omnes habent edd. vett. et recc., quod si retineas, *otiose* tribus syllabis erit legendum, uti videtur velle Goellerus. Verum eleganter abesse potest, quum supplenda sit ex praecedenti versu.

46. Vett. edd. in fine versus; *Non, bona.* Al. *Bona. non* Vulg. et V. C. omittunt *non.*

47. vett. *aesque id si scies.* Vulg. *Atque.*

48. Both. *indicassis* ex Guelph. Illud omnes edd.

49. Vulg. *Ab eo, quiqui est, inde posces.* Vett. edd. *Ab eo, quoi est, indipisces.* Utrumque in bonis codd. —

*Eu.* Sát habeo. Age nunc, lóquere, quid vis. *L.* Sí me novistí minus,
Génere qui sim gnátus: hic mihi ést Megadorus avónculus;
Méus fuit patér Antimachus; égo vocor Lycónides;
Máter est Eunómia. *Eu.* Novi génus: nunc, quid vis, íd volo
Nóscere. *L.* Ex te fíliam tu habés. *Eu.* Imo ecclíam domi. 55
*L.* Éam tu despondísti, opinor, meo avónculo. *Eu.* Omnem rém teneo.
*L.* Ís me nunc renúntiare répudium iussít tibi.
*Eu.* Répudium, rebús paratis, éxornatis núptiis?
Út illum di immortáles omnes deaéque, quantum est, pérduint,
Quém propter hodie aúri tantum pérdidi, infelíx, miser! 60
*L.* Bóno animo es, benedíce! Nunc, quae rés tibi et gnatae tuae
Béne felicitérque vortat .... Íta di faxint, inquito.
*Eu.* Íta di faciant! *L.* Ét mihi ita di fáciant! Audi núnc iam.
Quí homo culpam admísit in se, núllust tam parví preti,
Quín pudeat, quin púrget sese: núnc te obtestor, Eúclio, 65
Út, quod ego arga téd imprudens péccavi aut gnatám tuam,
Míhi ignoscas, éamque uxorem míhi des, ut legés iubent.
Égo me iniuriám fecisse filiae fateór tuae
Céreris vigiliís, per vinum atque ímpulsu adulescéntiae.
*Eu.* Heí mihi, quod fácinus ex te ego audio? *L.* Cur éiulas, 70
Quém ego avom fecí iam ut esses filiai núptiis?
Nám tua gnata péperit decumo ménse post (numerúm cape):
Eá re repudiúm remisit avónculus causá mea.
Í intro: exquaere, sítne ita, ut ego praédico. *Eu.* Perii óppido:
Íta mihi ad malúm malae res plúrimae se adglútinant. 75
Íbo intro: ut, quid húius reii sít, sciam. *L.* Iam té sequor.
Haec própemodum iam esse ín vado salútis res vidétur.
Nunc sérvom esse ubi dicám meum Strobílum, non repério;
Nisi étiam hic opperiár tamen paulísper; postea íntro
Hunc súbsequar: nunc ínterim spatium éi dabo exquiréndi 80
Meum fáctum ex gnatae pédisequa nutríce anu: ea rem nóvit.

---

*Quiqui* i. e. q. quisquis. *Indipisces*, usurpabis, sumes, auferes.

51. *si minus* pro: si non.

52. Vett. *Genere quo sim gn.* Illud vulg.

55. Edd. vett. Lamb. vulg. *Noscere.* *Ly. Filiam ex te tu habes.* Bothius: *Noscere ex te.* *Ly. Filiam tu habes*, ex Helmst., qui habeat: *Noscere e te filiam t. h.* Idem probavit Goellerus.

57. *repudium* renunciabatur sponsae; divortium fiebat inter coniuges; uti distinguunt veteres iurisconsulti, Paullus de verborum et rerum sign., et Modestinus libro VIII. Differentiarum.

61. *benedice*, εὐφήμει, bona verba quaeso. Cf. Cas. II, 5, 38. Vulg. habet *et* ante *benedice*, quod omittit Goell.

65. *Quin pudeat*, *quin p. s.* Ita edd. vett. Lamb. Vulg. Goell. — Bothius: *Quum pudet*, *quum purgat sese*, illud sensu carere iudicans. Sed saepius in Plauto similes occurrunt sententiae, in quibus non nimium sit argutandum. Non enim istic poëta factus fuit ad sententias eloquendas.

66. Vett. edd. *Ut quod ego erga* etc. Dein: *Mihi ignoscas* etc. Vulg. *Si quid* — *Ut mihi ign.*, uti et Lamb. Beth. Goell.

74. Vett. cum Pall. 3. et 4. *exquaere.* Vulg. cum V. C. *exquire.* Illud Prisclanus libro I.

# ACTUS V. SCENA I.

*STROBILUS. LYCONIDES.*

Str. Di immortales, quibus et quantis mé donatis gaúdiis!
Quádrilibrem aulam aúro onustam ego hábeo: quis me est diúitior?
Quís me Athenis núnc magis quisquam est hómo quoi di sint própitii?
L. Cérto enim ego vocem híc loquentis módo me audire visus sum.
Str. Hem!
Hérumne adspicio méum? L. Videon' Strobílum ego hunc, servóm meum? 5
Str. Ípsus est. L. Haud álius est. Str. Congrédiar. L. Contollám gradum.
Crédo ego illum, ut iussi, eámpse anum adiisse, húius nutricem vírginis.
Str. Quín ego illi me ínvenisse díco hanc praedam atque éloquor?
Igitur orabo, út manu me míttat. Ibo atque éloquar.
Réperi .... L. Quid réperisti? Str. Nón, quod pueri clámitant 10
In faba se réperisse. L. Iámne autem, ut solés, deludis?
Str. Hére, mane; eloquár: iam ausculta. L. Age érgo loquere.
Str. Réperi hodie,
Hére, divitias nímias .... L. Ubinam? Str. Quádrilibrem [inquam,] aulam aúri plenam.
L. Quód ego facinus audio ex te? Str. Eúclioni huic séni subripui.
L. Úbi id est aurum? Str. In árca apud me: núnc volo manú me emitti. 15
L. Égone te manú emittam, scélerum cumulatíssume?
Str. Ábi, here! scio, quam rém geras: lepide hércle animum túom tentavi.
Iám, ut eriperes, ádparabas: quíd faceres, si réperissem?
L. Nón potes probásse nugas. Í, redde aurum! Str. Réddam ego aurum?
L. Réddas, inquam, ut huíc reddatur. Str. Ah, únde? L. Modo quod fássus esse 20
És in arca. Str. Sóleo hercle ego garríre nugas: íta loquor. L. Scin,
Quómodo? Str. Vel hércule enicá me: nunquam a mé feres hinc.

. . . . . .

(Imperfecta fabula.)

*Act. V. Sc. I.* Redit iam domo Strobilus, ubi abscondidit aulam Euclionis ex Sylvani luco abreptam, beatumque se praedicat ob eam rem.

5. In Guelpherbitano codice deerat *ego* post *Herumne*, quod habet vulg. — Vett. *Videon Strobilum servum meum?* Vulg. *Video ego hunc Str. s. m.* Both. *Strobilum video ego hunc, servom meum?*

10. *non quod pueri clamitant*, sc. se reperisse curculionem aut vermiculum. Cf. Iuvenal. Sat. 8, vs. 29.

13. Nemo non videt, v. *inquam* abundare, versumque illud respuere; unde merito exclusit Goellerus. Cf. vs. 2.

15. Vulg. *me emitti manu.* Nostrum et Goellerus.

20. Vulg. Both. *Redde, inquam.* — Vulg. *Quod modo fassus es esse — In arca.* Transposuit Goellerus.

21. Vulg. *ita loquor.* — *at scin.* — *Scin' quomodo?* formula minandi. Cf. I, 1, 8. Amph. I, 1, 203.

Quae iam sequuntur in ed. vulg. supposita, ea legebantur in Ms. Meursii, et extant in ed. Mediol. 1500 et Carpentar. 1513 et Gryph. 1540. Desunt in V. C. et Pall. omnibus, uti et apud Lambinum et in aliis bonis editionibus, et merito elicienda; quemadmodum et elecit Goellerus. Nam illata sunt media aetate, composita tum ab scholasticis, cum et Terentii et Plauti fabulae in ludis literariis agerentur, scenaeque deperditae in usum illum necessario essent supplendae. Cf. quae de ea re ad Amphitruonem diximus.

# METRORUM IN AULULARIA

## DESCRIPTIO.

Prologus et Act. I. Sc. I. II. III. versibus sunt compositae iambicis senariis.

Act. II. Sc. I. v. 1—12 versus sunt bacchiaci tetram.
v. 13—15 Sotadici.
v. 16—25 locus suppositus Plauto.
v. 26, 27 bacchiaci.
v. 28—33 dimetri anapaestici.
v. 34—37 locus supposititius.
v. 38—40 Sotadei.
v. 41 — Act. II. Sc. III. tetrametri troch. catal.

Act. II. Sc. IV. — Sc. IX. senarii iambici.

Act. III. Sc. I. v. 1 - 5 tetrametri trochaici acatal.
v. 6—9 tetr. iamb. acatal.

Act. III. Sc. II. v. 1—32 versus similes Saturniis hoc metro compositi:
⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — — — ⏑ ⏑ — | ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —
sive: ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ ⏑ — | — ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ — —, ut fere v. 1.
sive: ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑ — | — ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ut 3. etc.
Alii pro Sotadeis habent.
v. 33, 34 tetr. troch. cat.

Act. III. Sc. III. IV. tetrametri trochaici catal.

Act. III. Sc. V. VI. senarii iambici.

Act. IV. Sc. I. — Sc. IV. trochaici tetram. catal.

Act. IV. Sc. V. — Sc. VIII. Senarii iambici.

Act. IV. Sc. IX. 1—3 tetrametri anapaestici.
v. 4—8 tetr. troch. acatal.
v. 9—12 tetr. iambici acatal.
v. 13 tetr. iamb. catal.
v. 14 tetr. anapaest. catal. Aristophaneus.
v. 15 paroemiacus.

Act. IV. Sc. X. v. 1—3 tetr. troch. acatal.
v. 4—76 tetr. troch. catal.
v. 77—81 tetr. iamb. catal.

Act. V. Sc. I. v. 1—10 tetr. troch. catal.
v. 11—22 tetr. troch. acatal.

# BACCHIDES.

## DRAMATIS PERSONAE.

PISTOCLERUS, filius Philoxeni.
LYDUS, Pistocleri paedagogus.
BACCHIDES, meretrices duae.
CHRYSALUS, servus Pistocleri.
NICOBULUS, senex, pater Mnesilochi.
PHILOXENUS, pater Pistocleri.
MNESILOCHUS, Pistocleri amicus.
PARASITUS.
CLEOMACHUS, miles.
MILITIS PUER.
GREX.

## SUMMARIUM.

Mnesilochus absens ab amico suo Pistoclero petierat ut sibi amicam suam Bacchidem quaereret, a milite quodam sibi ablatam. Is, ea inventa, eius sororem, alteram Bacchidem, amat; eamque ob rem a paedagogo suo Lyde acerbe castigatur. Advenit Mnesilochus et comperit ex Lyde, Pistoclerum Bacchidem aliquam amare. Ergo ille credit, eum amare suam, iratusque hanc ob rem, statuit patri exhibere argentum, quod repetitum ab aliquo mandatu patris Ephesum profectus fuerat, cuiusque partem quantam vellet ad redimendam Bacchidem si ei liceret sumere, Chrysalus effecerat. Re autem, ut erat, comperta, poenitet eum facti; miles enim adest, abducturus Bacchidem, nisi pretium reddatur. Ergo Chrysalus alium dolum struit Nicobulo patri, efficitque ut ille, metu militis, sponte pecuniam numeret; qua accepta iuvenes unaque Lydus apud Bacchides petant. Quos evocaturi dum senes Nicobulus et Philoxenus ad aedes Bacchidum accedunt, ipsi, amore earum illecti, compelluntur, ut introeant unaque cum illis petant.

Scena est Athenis.

# ACTUS I. SCENA I.

*BACCHIS. SOROR BACCHIDIS. PISTOCLERUS.*

*Ba.* Quíd, si hoc potis ést, ut taceas, égo loquar? *So.* Lepidé licet.
*Ba.* Úbi me fugiet mémoria, ibi tu fácito ut subveniás, soror.
*So.* Pól magis metuo, mihi ín monendo né defuat orátio.
*Ba.* Pól ego quoque metuó, lusciniolaé ne defuat cántio.
*Pi.* Séquere hac. Quid agunt dúae germanae méretrices cognómines? 5
Quíd in concilio cónsuluistis? *Ba.* Béne pol. *Pi.* Haud meretrícium est.
*Ba.* Míserius nihil ést, quam mulier. *Pi.* Quíd esse dicis dígnius?
*Ba.* Haéc ita me orat, sibi qui caveat, álíquem ut hominem réperiam,
Ab istoc milite: út, ubi emeritum sibi sit, se revehát domum.
I, amabo te, huic cáveas. *Pi.* Quid isti cáveam? *Ba.* Ut revehatúr domum, 10

*Act. I. Sc. I.* Colloquuntur inter se duae sorores Bacchides, quarum altera, nam amat Mnesilochus, mode advecta ex navi cum milite, qui eam conduxerat certum tempus pretio. Illa autem cupit liberari ab istoc milite, si possit pretium ei quod restet rependi; sin minus fieri posuit, ut saltem, praeterlapso tempore, tuto sibi ab illo discedere liceat, pro ancilla habeat. Itaque, quoniam opportune advenit Pistoclerus, hunc ieunt, ut is eam quasi in tutelam suam cipiat. Ille, paratus ad eam rem, abit aonium emtum, quod deinde ad Bacchides deportari iubeat. — Quae in vulta leguntur supposita in fabulae principio, in nullo extant codice, adiecta a holasticis medii aevi, cum fabulae agentur in ludis literariis. Verum neque ima haec scena videtur esse genuina, d serius adiecta, quo Bacchides et ab hic fabulae comparerent. Nam genuum drama a secunda demum scena orsum videtur.

1. *Quid si hoc potis est, ut t.* Sic ll. et vulgata; et occurrit *si* produm ante vocalem cum saepius, tum e ipsa scena v. 12. Cf. Asin. I, 1, . II, 2, 12. V, 2, 81. *Potis est* tem cum neutro construitur Lucr. I, 3. *Coniunctum est id, quod nunam sine perniciali Discidio potis est ungi.* Cf. Amph. III, 2, 22. Vett. tamen: *Quid si hoc potiust, ut t.* Both. *Quid, si hoc potius est, ut t.* Male Ritschelius: *ut tu taceas.* — *Lepide licet.* Sic vett. et Pall. — Vulg. *Lepide: licet.*

3. Vulg. *defuerit.* Sed *defuat* vett. et Lamb. Item vs. seq.

5. *Sequere hac.* Tribuenda haec Pistoclero, ut is ea ad servum dicat qui sequitur. Nimirum in vulgata aliisque Bacchidi tribuuntur. Sorores autem quare locum mutent, nulla ratio est. Et cf. Cas. 2, 6, 6. Rud. V, 3, 1.

6. Vett. *Bene pol.* ut et Lamb., idque aptius mihi visum, quam quod vulg. habet: *Ba. Bene. Pi. Pol haud m. c.*

7. *dignius*, sc. quam mulierem, quae misera sit, quippe quae adulescentulos in perniciem adducat. Cf. v. 21. Ceterum omnes edd. *dicis*, quum alibi coniunctivus ponatur in hac locutione. Cf. Pers. III, 2, 1.

9. *ab istoc milite.* Sic Lipsiensis cd. et vulg. — Pall. *ut istock militem*, e quo Ritschelius cudit: *Ut istunc militem emat*, i. e. auro conciliet. Perperam. Non enim de emendo milite, sed de tutanda Bacchide agitur. — Vulg. *se ut rev. d.*, v. *ut* pleonastice repetita, uti sane haud raro solent repeti particulae. Sed vett. aliae non habent *ut*, neque B.

10. Vett. iterum hic: *ut revehat do-*

Úbi ei dederit óperas: ne hanc ille hábeat pro ancillá sibi.
Nam haéc si habeat aúrum, quod illi rénumeret: faciát lubens.
*Pi.* Úbi nunc is homo est? *Ba.* Iam híc, credo, aderit. Séd hoc idem apud nos réctius
Póteris agere; atque, ís dum veniat, sédens hic opperíbere.
Eádem biberis; eádem dedero tíbi, ubi biberis, sávium. 15
*Pi.* Víscus merus vostra ést blanditia. *Ba.* Quíd iam? *Pi.* Quia enim intéllego:
Dúae unum expetitís palumbem. Périi, arundo [alas] vérberat!
Nón ego istuc facinús mihi, mulier, cónducibile esse árbitror.
*Ba.* Quí, amabo? *Pi.* Quia, Bácchis, Bacchas métuo et Bacchanál tuum.
*Ba.* Quíd est, quod metuis? né tibi lectus málitiam apud me suádeat? 20
*Pi.* Mágis illectum túom quam lectum métuo: mala tu es béstia.
Nam huíc aetati nón conducit, múlier, latebrosús locus.
*Ba.* Égomet, apud me sí quid stulte fácere cupias, próhibeam.
Séd ego apud me te ésse ob eam rem, míles quom veniát, volo:
Quía, quom tu aderis, huíc mihique haud fáciet quisquam iniúriam: 25
Tú prohibebis; ét eadem opera túo sodali operám dabis;
Ét ille adveniens túam med esse amícam suspicábitur.
Quíd, amabo, obticuísti? *Pi.* Quia istaec lépida sunt memorátu;
Éadem in usu, atque úbi periclum fácias, aculeáta sunt,
Ánimum fodicant, bóna distimulant, fácta et famam saúciant. 30
Ápage a me, apage! *So.* Ah, nímium ferus es. *Pi.* Míhi sum. *So.* Malacissándus es.
Quíd ab hac metuis? *Pi.* Quíd ego metuam, rógas? Homo adulescéntulus
Pénetrem huiusmodi ín palaestram, ubi dámnia desudáscitur;
Úbi pro disco dámnum capiam, pró cursura dédecus?

*mum*, sc. miles eam. Sed *revehatur* Pall. vulg. et Lamb.

11. *dederit*. Sic vett. et Lamb. At vulg. et Both. *dediderit*.

13. Vett. et Lamb. omittunt *nunc*. Habent Pall.

14. Volunt igitur, ut Pistoclerus quasi paciscat cum milite de revehenda Bacchide, militatus illi, nisi revehat. — Vett. et Lamb. cum cd. Lips. *sedens hic*. Vulg. et B. *s. ibi* ut Pall.

15. *eádem biberis*, i. e. eodem tempore, simul, suppl. *operâ*. Cf. v. 26. et III, 4, 26. Cas. II, 5, 1.

16. Vett. *viscus meus*. Sed *merus* vulg. et Lamb. et Pall.

17. Omnes: *Perii*, *arundo alas v.* sensusque: iam captus sum, iam sagitta ictus, tamquam avicula. Scansionem quod attinet, vel *perii* disyllabum est legendum elidendaque postrema, vel *alas* monosyllabum. Sed fortasse v. *alas* ut additamentum includendum. Non enim eo opus ad sensum. Pariter *alae* monosyllabum legi possit et Poen. 4, 2, 49.

20. Pro *malitiam*, quod habent libri et edd., Lamb. malit legere *malaciam*, idque in textum recepit. Cf. v. 31. et 38. ubi occurrunt *malacus*, et *malacissandus*.

26. *tuo sodali*, i. e. Mnesilocho, qui te sibi iussit suam Bacchidem quaerere et tutari.

27. *et ille*, sc. miles.

30. Vett. et cd. Decurt. *distimulant*. Vulg. et V. C. *destimulant*.

31. Repetitur hic versus v. 40.; quare eum hic expungit Bothius, de Acidalii sententia.

32. Vulg. *Et quid ab h. m. Pi. Quid ego metuam, rogitas? homo adulescentulus*. — Vett. *Quid ab h. m.? Pi. Quid ego metuam, rogitas? homo adulescens*, uti Pall. Cf. 59. et 55.

33. *Penetrem*. Sic vett. et Donatus. — Vulg. Both. Pall. Lamb. *penetrare*. —

. Lépide memoras. *Pi.* Ubi ego capiam pró machaera túrturem, 35
ique imponat ía manum alius míhi pro cestu cántharum;
5 galea scaphiúm, pro insigni sít corolla pléctilis,
) hásta talus; pró lorica málacum capiam pállium;
i mihi pro equo léctus detur, scórtum pro scuto ádcubet?
age a me, apage! *Ba.* Ah, nímium ferus es! *Pi.* Míhi sum.
*Ba.* Malacissándus es. 40
uidem tibi do hanc óperam. *Pi.* Ah, nimium prétiosa es operária.
. Símulato me amáre. *Pi.* Utrum ego istuc iócon' adsimulem, an sério?
. Héia, hoc agere méliust: miles quom húc adveniat, té volo
) ámplexari. *Pi.* Quíd eo opus est? *Ba.* Út ille te videát, volo.
lo, quid ago. *Pi.* Et pól ego scio, quid métuo. Sed quid aís?
*Ba.* Quid est? 45
. Quíd? si apud te eveniát desubito prándium aut potátio
rte, aut coena, ut sóiet in istis fieri conciliábulis:
i ego tum adcubem? *Ba.* Ápud me, mi anime: ut lépidus cum lepida ádcubet.
cus hic apud nos, quámvis subito vénias, semper líber est.
i tu lepide vóles esse tibi, méa rosa, mihi dícito. 50
to, qui bene sit; égo, ubi bene sit, tíbi locum lepidúm dabo.
. Rápidus fluvius ést hic: non hac témere transirí potest.
. Átque ecastor ápud hunc fluvium áliquid perdundúm est tibi.
inum da et sequere. *Pi.* Ah, mínime! *Ba.* Quid ita? *Pi.* Quía istoc illecebrósius
eri nil potést: nox, mulier, vínum, homini adulescéntulo. 55
. Áge igitur: equidém pol nihili fácio, nisi causá tua.
e quidem hanc abdúcet; tu nullus ádfueris, si nón lubet.
. Súmne autem nihilí, qui nequeam ingénio moderarí meo?
. Quíd est, quod metuas? *Pi.* Níhil est. Nunc ego, múlier, tibi me emáncupo;

mnis i. e. perdundae pecuniae; quod faciunt, *damnosi* vocantur.

35. *turturem*, ad ludendum, quasi tur.

37. *pro insigni*, i. e. pro crista galae.

41. *Ah n. pret.* scripsi ex vett. et Lamb. — Vulg. et B. *At n. pr.* Cf. v. 40.

44. Vett. *Quid eo opus est?* Vulg. Pall. et B. *Quid eo mi opus est?*

46. Sic. vett. et Lamb. — Vulg. et B. *veniat.*

50. Bothius apodosin fecit verba: *mihi dicito.* Contra Lambinus sic construit: *te mihi dicito: mea rosa*, i. e. me mea appelles. — Cf. tamen Asin. III, 3, 74. ubi Leonidam vocat puella rosam suam.

51. *qui bene sit*, i. e. pecuniam. Cf. Ter. 4, 2. 33.

53. *aliquid perdundum*, h. e. aliqua impensa facienda.

55. *Nox*, *Mulier*, *Vinum*, in vulg. maiusculis ab initio scripta, ut et a Bothio. In vett. et Lamb. minusculis; in iisdem non interpungitur post *vinum*, et colon ponitur post *potest;* ut ad *nox*, *m.*, *v. hom. ad.* supplentur tale quid, quale est apud Ovidium Amor. I, 6, 59. *Nox et amor vinumque nihil moderabile suadent.* Bothius cum vulgata et post *potest* et post *vinum* comma habet. Videtur autem quasi proverbium fuisse, ut reliqua non esset opus addi. Ter. Adelph. III, 5, 24. *Persuasit nox, amor, vinum, adulescentia.*

56. Absistere iam se fingit Bacchis, et mittere velle iuvenem. *nihili facio*, sc. te cavere sororí meae. *nisi causa tua*, sc. ut tu hic apud nos assis, teque lepide habeas.

Túos sum; tibi dedo óperam. *Ba.* Lepidu's. Nánc ego te facere
hóc volo: 60
Égo sorori méae coenam hodie dáre volo viátícam:
Égo tibi argentúm iubebo iam íntus efferrí foras:
Tú facito opsonátum nobis sít opulentum opsónium.
Égo opsonabo: nam íd flagitium méum sit, mea te grátia et
Óperam dare mihi, ét ad eam operam fácere sumtum dé tuo. 65
*Ba.* Át ego nolo dáre te quidquam. *Pi.* Síne. *Ba.* Sino equidem,
sí lubet.
Própera, amabo! *Pi.* Príus hic adero, quám te amare désinam.
*So.* Béne med accipis ádvenientem, méa soror. *Ba.* Quid ita,
obsecro?
*So.* Quía piscatus méo quidem animo hic tíbi hodie evenít bonus.
*Ba.* Méus ille quidem est; tíbi nunc operam dábo de Mnesilochó,
soror: 70
Út hic accipias pótius aurum, quam híne eas cum mílite.
*So.* Cúpio. *Ba.* Dabitur ópera. — Aqua calet. Eámus hinc intro,
út laves:
Nám ut in navi vécta es, crédo, tímida es. *So.* Aliquantúm, soror.
Símul hinc nesció qui turbat, qui húc it. Decedámus nos.
*Ba.* Séquere hac igitur me íntro in lectum, ut sédes lassitúdinem. 75

---

## ACTUS I. SCENA II.

*LYDUS. PISTOCLERUS.*

*Ly.* Iamdúdum, Pistoclére, tacitus té sequor,
Spectáns, quas tute rés hoc ornatú geras:
Nam íta me di ament, út Lycurgus míhi quidem
Vidétur posse hic ád nequitiam addúcier.

58. Pro vulg. *Sumne autem nihili*, vett. *Sumne ego nihili.*

59. Both. ex Pal. *Nihil est, nugae. Mul.* Nostr. cd. Lips. Cf. v. seq.

60. Vett. *tibi do operam.* — *Lepidu's.* Vulg. *Lepidus.* Vett. *Lepidus es.* Both. *Lepidus!*

62. *Ego tibi arg. iubebo.* Sic vett. et Charisius. — Vulg. et Pall. *iubeo.* Both. *Ergo — iubebo.*

63. *obsonatum*, h. e. emtum, procuratum.

64. *Ego obsonabo*, h. e. ego sumtum faciam. — *Meum sit* Palatt. — Vulg. *sit meum.*

65. Vett. *Operam dare mihi*, omisso *Et* ante *operam*, quod vulg. et B. et Lamb. et Pall. Vide vs. praec.

66. Both. cum vulg. sic: *Ba. At ego nolo, dare te quidquam. Pi. Sine.* Vett. *Pi. At ego nolo dare te quidquam, sine.*

72. Vett. *Eamus intro ut laves.*

73. *timida es*, i. e. aegra es et perturbata ex timore navigationis.

74. Vett. *Simul hic nescio, quid turbae est: quin hinc decedimus?* Vulg. *Simul hinc nescio qui turbat, qui huc it. decedamus.* Item Lamb. adiecto in fine *soror.* Both. *Sim. hinc nescio quis turbare, qui huc it. Decedamus.* Ego addidi *nos*, quod saepius sic in fine additum legitur. — Ex vett. legi possit: *Simul hic nesció, quid turbai ést. Quin hinc decédimus?* — Turbas autem faciunt servi et coqui Pistocleri, qui iam opsonium adportant. Sane cito. Verum ipse dixerat supra: *Prius hic adero, quam te amare desinam.*

*Act. I. Sc. II.* Advenit Pistoclerus cum insigni pompa, adducens opsonium ad Bacchides, ipse coronatus. Accedit ad eum Lydus, eius paedagogus servus.

2. *tute* Camer. Lamb. — Vulg. *tu.* Fortasse l. *Expectans, quas tu res h. o. g.*

Quo núnc capessis téd hinc advorsá via 5
Cum tánta pompa? *Pi.* Húc. *Ly.* Quid huc? quis istíc habet?
*Pi.* Amór, voluptas, Vénus, venustas, gaúdium,
locus, lúdus, sermo, suávis saviátio.
*Ly.* Quid tíbi commerci est cúm dis damnosissumis?
*Pi.* Malí sunt homines, quí bonis dicúnt male. 10
Tu dís nec recte dícis: non aequóm facis.
*Ly.* An déus est ullus suávis saviátio?
*Pi.* An nón putasti esse únquam? O Lyde, es bárbarus,
Quem ego sápere nimio cénsui plus quám Thalem.
Il stúltior ea bárbaro Potítio, 15
Qui, tántus natu, deórum nescis nómina.
*Ly.* Non híc placet mi ornátus. *Pi.* Nemo ergó tibi
Hoc ádparavit; míhi paratum'st, quoí placet.
*Ly.* Etiám me advorsus éxordire argútias,
Qui sí decem habeas línguas, mutum esse áddecet? 20
*Pi.* Non ómnis aetas, Lýde, ludo cónvenit.
Magis únum in mente est míhi nunc, satis ut cómmode
Pro dignitate opsóni haec concurét cocus.
*Ly.* Iam pérdidisti te átque me atque operam meam,
Qui tíbi nequidquam saépe monstraví bene. 25
*Pi.* Ibidem égo meam operam pérdidi, ubi tú tuam:
Tua dísciplina néc mihi prodest néc tibi.
*Ly.* O praéligatum péctus! *Pi.* Odiosús mihi es.
Tace átque sequere, Lýde, me! *Ly.* Illuc, sís, vide:
Non paédagogum iám me, sed Lydúm, vocat! 30
*Pi.* Non pár videtur néque sit consentáneum,
Quom hérus hic intus siet et cum amica ádcubet,

3. Both. *Namque* ex Pal. Sed *Nam* pleraeque edd. vett. et ed. princeps.

5. *advorsa via*, i. e. transverse transgrediens trans viam, versus domum, in qua Bacchides habitabant.

8. Recurrit idem versus Pseud. I, 1, 63.

9. *damnosissimis*, h. e. qui faciunt, ut pecunia ait nimia impendenda.

11. *nec recte dicere*, solennis locutio pro: maledicere, inclementer loqui adversus aliquem. Cf. Asin. I, 3, 3.

13. Sic Vett. et Lamb. et Pall. — Vulg. *An non putasti esse? Nimium quam, o Lyde, es barbarus.*

15. Vett. et Lamb. *Idem stultior.* Sed *idem* hoc obtinere nequit hoc loco, quoniam corripiendum. *I* vulg. et V. C. — *Potitius.* Pinarius Potitiusque erant sacerdotes Herculis. Accidit autem aliquando, ut Pinarius sero veniret ad sacrificium, quum intestina iam essent consumta. Unde deus praecepit, ut Potitii posteri soli ederent sacrificium, Pinarii autem adsisterent et exspectarent inceneati. Cf. Liv. I, 7. Macrob. Sat. I, 12. Virg. Aen. VIII, 270. Potitii autem post, auctore Ap. Claudio censore, servos publicos solemnia horum sacrorum edocuere; unde factum, ut omne paene eorum genus interiret. Cf. Liv. IX, 29. — *barbarus* in Plauto plerumque significat hominem Latinum, non Graeci generis.

19. Notandum eorum causa, qui Plautine nesciunt, *Etiam* hic esse i. q. *Iterumne?* aut: *Pergisne contra me argutari?* Vide indicem.

21. *ludo.* Sine dubio intelligendus ludus, in quo discunt pueri; dicitque Pistoclerus, se iam malorem esse, quam qui nunc quoque praeceptis Lydi adsident.

26. h. e. in ludo, sc. ego audiendo, tu docendo.

31. Hic inserit Bothius versum 40: *Iam excessit* etc. Mihi tamen vulgata ratio praeferenda esse visa est.

32. *herus*, i. e. minor. Non legitur tamen in quibusdam edd., qui habent duplex *intus*. Hinc Both. *Quum hic ipsus intus siet.* Edd. omnes habent. Pall. *Cum haec intus.*

Quomque ósculetur, ét convivae alii ádcubent:
Praesénte paedagógus illis una út siet.
*Ly*. An hóc ad eas res ópsonatum est, óbsecro? 35
*Pi*. Sperát quidem animus; quo éveniat, dis ín manu est.
*Ly*. Tu amícam habebis? *Pi*. Quóm videbis, túm scies.
*Ly*. Imó neque habebis, nec sínam. Iturus súm domum.
*Pi*. Omítte, Lyde, ac cáve malo! *Ly*. Quid? cáve malo?
*Pi*. Iam excéssit mi aetas éx magisterió tuo. 40
*Ly*. O bárathrum, ubi es? út ego te usurpém lubens!
Videó nimio iam múlto plus, quam vólueram:
Vixísse nimio sátiust iam, quam vívere!
Magístron' quemquam díscipulum minitárier?
Nihil móror, discipulos mihi ésse tam plenos sánguinis. 45
Valéns afflictet mé vacivom vírium.
*Pi*. Fiam, út ego opinor, Hércules, tu autém Linus.
*Ly*. Pol métuo magis, ne Phoénix tuis factís fuam,
Teque ád patrem esse mórtuom renúntiem.
*Pi*. Satis históriarum est! *Ly*. Híc vereri pérdidit. 50
Compéndium edepol haúd aetati optábile
Fecísti, quom istanc náctus's impudéntiam. —
Occísus hic homo est. — Écquid in mentem ést tibi,
Patrém tibi esse? *Pi*. Tíbi ego, aut tu mihi sérvos es?
*Ly*. Peiór magister te ístaec docuit, nón ego. 55
Nimio és tu ad istas rés discipulus dócilior,
Quam ad illa, quae te dócui, ubi operam pérdidi.
*Pi*. Istáctenus tibi, Lýde, libertás data est.

34. Vett. et Pall. et vulg. et Lamb. *Praesentibus illis paedagogus una ut siet*, contra metrum. Quare Both. *Praesente et paedagogus una illis siet*. De v. *praesente* cf. Donatum ad Ter. Eunuch. IV, 3, 7. Cf. Amph. II, 2, 202. Est enim numeri enallage. *Illis*, ut saepe, monosyllabum: *ill's*. Ritschelius: *Praesentibus illis paedagogus ut siet*, quod foret: ut praesentes illi habeant paedagogum. — Cogitando addendum: ergo hic tu mihi non paedagogus, sed Lydus eris vocandus.

38. Sic plane cdd. edd. vett., vulg., Lamb. Legendus autem versus ita, ut quasi liquescat alterum *nec*, uti saepius fieri necesse in Plauto. Cf. quae diximus ad Amph. I, 1, 5. Ceterum Bothius omisit *sum*, quod in omnibus libris legitur.

39. *cave malo*, i. e. cave tibi a poena, cave ne vapules a me. Dictio est minitantis servo.

40. Hunc versum supra habet Bothius v. 30.

41. *barathrum* i. e. q. Orcus. Cf. Rud. 2, 7, 12. Claudian. rapt. Pros. I, 37. — *ubi es*. Vulg. et vett. et B. *ubi nunc es*. Lamb. *ubi tu es?* Ego putavi *nunc* omittendum. Non autem elidas in v. *barathrum*.

42. Sic apud Cic. de Sen. c. 8. Caecilius poeta: *quod diu vivendo multa, quae non vult, videt*.

43. V. *iam*, quod habet vulg., deest in vett. et Lamb., legitur in Pall.

45. Vett. et B. *tam plenos*. Vulg. *iam pl.* Lamb. in textu *iam*, in notis videtur legere *tam*. — *plenos sanguinis*, i. e. tam animosos, tam adultos, tam fervidos.

46. Ubi enim nimis valens est discipulus, facile fiet, ut ille me humum deiciat, viribus vacuum.

47. Hercules lyra Linum, praeceptorem musicum, interfecit, quod ille eum correxisset. — Phoenix est ille Achillis praeceptor, de quo Homerus libro IX.

52. Vett. *nactus es*. Vulg. et B. *nactus*.

53. *in mentem* pro: *in mente*, ut Amphitr. I, 1, 26.: *Numero mihi in mentem fuit*. At vett. edd. hic: *in mente*, uti Decurt. — Vulg. cum V. C. *in mentem*, quod B.

58. *Istactenus*, pro: hactenus, hac

is sátis est. Sequere hac me, ác tace.
epól fecisti fúrtum in aetatém malum, 60
staéc flagitia mé celavisti ét patrem!

## ACTUS II. SCENA I.

*CHRYSALUS.*

patria, sálve, quam ego biénnio,
m hínc in Ephesum ábii, conspició lubens!
te, vicíne Apollo, qui aédibus
uus nostris ádcolis, venerórque te,
obulum mé sinas, nostrúm senem, 5
ónvenire, quám sodalem víderim
chi Pistoclérum, quem ad epístolam
chus misit súper amica Bácchide.

## ACTUS II. SCENA II.

*PISTOCLERUS. CHRYSALUS.*

rum ést, me, ut redeam, te ópere tanto quaésere,
re hinc nullo pácto possim, sí velim:
vadatum amóre vinctumque áttines.
oh di ímmortales, Pístoclerum cónspicor!
clere, sálve! *Pr.* Salve, Chrýsale! 5
mpéndii verba múlta iam faciám tibi.
tu me gaúdes: ego credó tibi;
um et coenam póllicere, ut cónvenit,
ádvenienti: ego aútem venturum ádnuo.

– Vulg. interpungit post *data* *rationis* coniunctum habet cum Vett. contra sic: *libertas data ionis. Satis est*, *seq. me hac*, — Vulg. *Sequere me, ac tace.* *rtum in aetatem.* Sic Both. urt. et vulg. — Vett. *furtum* t supra 51. Lamb. cum V. C. . Atque hic sensus est. Nam em ἀρχαϊκῶς dictum, ut *in* r. 53. Aetas autem hic i. e. q. tia.

*sec flagitia*, istas cum Bacchide lones. — Iam introeunt Pistoydusque ad illas. Nam inde Lydus Act. III. Sc. I.

*II. Sc. I.* Advenit Chrysalus quem una cum filio Mnesilocho nte Ephesum miserat Nicobulus, um repoterent ab amico quodam. erum; Mnesilochus autem ivit, icosque salutatum, misitque n ad Pistoclerum.

2. Sic vulg. et Lamb. — Vett. *Postquam hinc Ephesum abii nunc conspicio lubens.*

4. Vett. et Lamb. *venerorque.* Vulg. et B. *veneroque*, uti habet Decurt. Sed V. C. literam *r* habet superimpositam.

5. Vett. *Ne Nic. sinas nostr. senem Prius me c.* Nostr. vulg.

7. *quem ad epist.* i. e. ad quem epistolam misit.

*Act. II. Sc. II.* Prodit Pistoclerus a Bacchide, quacum adhuc loquitur in limine.

1. Sensus: Non opus est profecto, Bacchis, ut me tantopere roges oresque, ut redeam ad te, etc. *Quaesere* vulg. Lamb. Pall. — Vett. *quaerere.*

3. *vadatum* passive a deponenti: *vadari* aliquem, i. e. obstringere, ut in ius veniat. Sic et *convadari* Curc. I, 3, 5. *Ubi tu es, qui me convadatus's Veneriis vadimoniis?*

6. Sensus: nolo, te multa verba fa-

Salútem tibi ab sodáli solidam núntio. 10
Rogábis me, ubi sit. *Pi.* Vívit? nempe recté valet?
*Ch.* Istúc volebam ego éx te percontárier.
*Pi.* Qui scíre possum? *Ch.* Núllus plus. *Pi.* Quemnam ád modum?
*Ch.* Quia si ílla inventa est, quám amat, vivit ét valet;
Si nón inventa est, mínus valet, moribúndus est. 15
Anima ést amica amánti; si abest, núllus est;
Si adést, res nulla est, ípsus est nequam ét miser.
Sed tú quid factitásti mandatís super?
*Pi.* Egón' ut, quod ab illo áttigisset núntius,
Non ímpetratum id ádvenienti ei rédderem? 20
Regiónes colere mávellem Acherúnticas.
*Ch.* Eho, an ínvenisti Bácchidem? *Pi.* Samiám quidem.
*Ch.* Vide, quaéso, ne quis tráctet illam indíligens:
Scis tu, út confringi vás cito Samiúm solet.
*Pi.* Iamne, út soles? *Ch.* Dic, úbi ea nunc est, óbsecro!. 25
*Pi.* Hic, éxeuntem me únde adspexisti modo.
*Ch.* Ut istúc est lepidum: próxumae vicíniae
Habitát! Ecquidnam méminit Mnesilochí? *Pi.* Rogas?
Imo únice unum plúrimi pendit. *Ch.* Papae!
*Pi.* Imo út eam credis? mísere amans desíderat. 30
*Ch.* Scitum ístuc! *Pi.* Imo, Chrýsale .... *Ch.* Hem! *Pi.* Non tántulum
Unquam íntermittit témpus, quin eum nóminet.

core. Vett. *Compendio.* Vulg. et Pall. *Compendii.* Both. *Compendi.* Vide Asin. II, 2, 41.

10. Pron. *tibi* non habet Lambinus.

11. Vett. et Both. *Rogabis me ubi sit? vivit. Pi. Nempe recte valet.* Vulg. *Rogabis me ubi sit? Pi. Vivit. nempe recte valet?* Mihi ineptum videtur, ad quaestionem, *ubi sit?* ipsum Chrysalum respondere: *vivit.* Quaerendam enim potius fuisset: *quid agit?* Cf. II. 3, 12. Curc. 2, 1, 20.

14. Vett. et Lamb. *Quia illa inventa est, quam ille amat, vivit, recte et valet.* Vulg. eadem, nisi quod *si* addit, quod habent Pall. Lambinus in notis videtur legisse: *Quia illa inventa, quam ille amat*, ablativo absoluto. Possit igitur legi: *Quia illa inventa, quam ille amat, vivit et valet.* Bothius: *Quia, si illa inventa est, quam ille amat, recte valet.* Ego suspicor, serius addita *ille* et *recte* ex vs. 17. et *quam amat* non esse eiiciendum.

17. *res nulla est*, h. e. res familiaris periit: ipse autem — pariter nequam est et miser.

19. Vulg. Pall. et Both. *quod ab illo attigisset nuntius*, h. e. quod nuncius, nuntium sibi ab illo, mihi verbotio tantum attigisset. Vett. Lamb. Dous. *attulisset.*

20. pron. *ei* cum vett. omittit B.

21. Vett. et Lamb. addunt *ego ante Acherunticas*, quod omiserunt vulg. Pall. et Both. Notandum autem v. *Acherunt* apud veteres modo *a* longa, modo correpta usurpari; in Plauto tamen plerumque producta. V. Ind.

22. *Samiam quidem*, h. e. et quidem veram, quam quaerebamus, non quamlibet.

23. Quoniam summa fabulae in eo versatur, ut suspicetur Mnesilochus, suam Bacchidem a Pistoclero amari, mature iam hic, ut debet in bono opere, ad eam rem quasi praeluditur, uti et vs. 35.

27. *proxumae viciniae.* Sic Pall. vulg. Lamb. Both. Dousa. Cf. Mil. 2, 3, 2. At vett. *proxume viciniae.*

30. Vett. post *credis* habent comma, vulg. signum interrogationis. *Eum* omnes edd. et edd.; at bene Bothius ex Acidalio: *eum*, signo interr. ad *credis* posito. Cf. Curc. 1. 1. 59. *Imo ut illam cerises?*

31. Vulg. Vett. Lamb. uno tenore: *Pi. Immo Chrysale hem non tantulum.* Nos cum Bothio distinximus.

nto hércle melior Bácchis. *PI.* Imo ... *CH.* Imo áhiero
*PI.* Num invitus rém bene gestam audís heri?
n rés, sed actor míhi cor odio saúciat. 35
Ŝpidicum, quam ego fábulam aeque ac me ípsum amo,
aéque invitus spécto, si agit Péllio.
:chis etiam fórtis tibi visa ést? *PI.* Rogas?
ns Venerem essem, hánc Iunonem dícerem.
:pól, Mnesiloche, ut rem hánc natam esse intéllego, 40
nés, paratum est: quód des, invento ést opus.
íc fortasse auro ópus est. *PI.* Philippeó quidem.
ıue éo fortasse iám opust? *PI.* Imo etiám prius:
n húc adveniet míles ... *CH.* Et milés quidem!
de ámittunda Bácchide aurum hic éxigit. 45
niát, quando volt, átque ita, ne mihi sít morae!
t: non metuo néc cuiquam súpplico,
idem hóc valebit péctus perfidiá meum.
o: ego hic curábo; tu intus dícito,
chum adesse, Bácchidi. *PI.* Faciam, út iubes. 50
gótium hoc ad me áttinet aurárium.
; ducentos Philíppos attulimus aúreos,
quos hospes débuit nostró seni:
) hodie aliquam máchinabor máchinam,
irum efficiam amánti herili fílio. 55
s concrepuit nóstra: quinam exít foras?

---

lg. *CH. Tanto hercle melior Bacchis. PI. Imo. CH. Imo hercle abi-* ett. omittunt alterum *hercle*, ut cum Iuntina et Aldo.

*ro potius*, sc. quam te porro acchidem tantopere laudantem.

lg. et vett. omnes: *Non erus*, Both. *Non res*, ex coni. bene. *llio* omnes antiquae. Sed B. se: *Pollio*, qui fuerit eo tem- r minus probatus. — Ceterum in causis fuit, quare in vul- Bacchides post Epidicum col-

*is*, i. e. formosa, uti et expli- a. Similiter Mil. IV, 3, 12.: *rtis visa est?* Nimirum Re- ortitudinem summam iudicabant ita summam vel in viro vel irtutem fortitudinem videntur recte potuisse. — Sensus: ie tibi etiam placuit Bacchis

g. Pall. et vett. *dicerem*. Bo- Lips. cod. *ducerem*, quemad- mbinus quoque scribit nonnul- malle. Verum utut legatur certum est, non accipi debere o in matrimonium.

tus ſt in poesi. Oportebat enim antea expositum esse de milite. — Both. ex Bentleio ad Ter. Ad. 3, 1, 8. *ut hanc rem natam intelligo*. Nostrum vulg. et edd. vett. — Pall. *hanc rem n. esse int.*

42. Sic vett. et ed. Lips. — Vulg. *Nam istoc fortasse aurum est opus.* ut Pall. Both. *Nam istoc fortasse opus auro est.*

43. *iam opus est.* iam, i. e. nunc iam, hoc ipso temporis momento.

44. Verba: *et miles quidem* vett. Lamb. Dousa eidem Pistoclero tribuunt, commatibus inclusa. Vulg. et B. interlocuentem haec faciunt Chrysalum, ut rem tremendam, quod miles, non alius quispiam, venerit.

45. B. *hinc exiget.* At *hic* omnes edd., hem *exigit.*

47. *domi est*, sc. aurum; paratum est. — *nec cuiquam s.* Both. *neque ego cuiq.*

51. Sic vulg. — Vett. *Neg. h. ad me nunc att. aur.* Both. *Neg. ad med attinet hoc aurarium.*

52. Vulg. et vett. recte *Philippos*, quod verbum plerumque admodum correptim pronunciabatur. Cf. V, 2, 68.

53. Bothius, secutus Guilelmum Miscell. Quaest. cap. III, comma ponit post

## ACTUS II. SCENA III.

*NICOBULUS. CHRYSALUS.*

*Ni.* Ibo ín Piraeum; vísam, ecquae advénerit
In pórtum ex Epheso návis mercatória:
Nam méus formidat ánimus, nostrum tám diu
Ibi désidere néque redire fílium.
*Ch.* Extéxam ego illum púlcre iam, si dí volunt. 5
Haud dórmitandum est: ópus est χρυσῷ, Chrýsale!
Adíbo hunc, quem quidem ego hódie faciam hic árietem
Phryxi: ítaque tondebo aúro usque ad vivám cutem.
Servós salutat Nícobulum Chrýsalus.
*Ni.* Proh di ímmortales, Chrýsale, ubi mi est fílius? 10
*Ch.* Quin tú primum salútem reddis, quám dedi?
*Ni.* Salvé. Sed ubinam est Mnésilochus? *Ch.* Vivít; valet.
*Ni.* Venítne? *Ch.* Venit. *Ni.* Eúax, adspersísti aquam!
Benene úsque valuit? *Ch.* Páncratice atque athlétice.
*Ni.* Quid hóc, qua causa eum hínc in Ephesum míseram? 15
Accépitne aurum ab hóspite Archidémide?
*Ch.* Heu, cór meum et cerebrum, Nícobule, fínditur,
Istíus hominis úbi fit quaque méntio.
Tun' hóspitem illum nóminas, hostém tuom?
*Ni.* Quid ita, óbsecro, hercle? *Ch.* Quía edepol certó scio, 20
Volcánus, Sol, Luná, Dies, dei quátuor,
Sceléstiorem núllum illuxere álterum ...
*Ni.* Quamne Árchidemidém? *Ch.* Quam, inquam, Archidémidem.
*Ni.* Quid fécit? *Ch.* Quid non fécit? quin tu id mé rogas?
Primúmdum inficias íre coepit fílio; 25
Negáre, se debére tibi trióbulum:
Contínuo antiquom hóspitem nostrúm sibi

*aureos*, et v. *Epheso* coniungit cum *hospes*, ut sit idem quod: *hospes Ephesinus*. Vett. tamen et vulg. *Epheso* ad praecedentia trahunt.

*Act. II. Sc. III.* Prodit ex domo sua pater Mnesilochi, Nicobulus, ad portum iturus, visum, an Epheso navis advenerit.

1. *Piraeum*. Sic vett., atque Romani hoc verbum plerumque tribus syllabis videntur pronunciasse. Vulg. Lamb. Both. *Piraeeum*. De dictione cf. Cic. Epist. ad Att. VII, 3. — *visam* non elidendum.

5. *Extexere* est telam lana nudare; hinc met. spoliare. Cf. *detexere*, Amph. I, 1, 141.

6. Vulg. et vett. *est opus* — *Chrysale*. Pall. *opus est* — *Chrysalo*.

8. Both. *ita tond.*

11. B. *Quin tu salutem primum r.*

13. *adspersisti aquam*, i. e. recreasti me. Sic Trucul. II, 4, 15. *Ah! aspersisti aquam; Iam rediit animus.*

15. Vett. *qua ego causa.*

18. Pro *quaque* Lamb. malit: *quamque*, ut sit pro: *ubicumque*.

20. *certo* V. C. et vett. — Decurtatus, Vulg. et B. *certe*.

21. Vett. Lamb. B. *Luna et Dies*. Sed vulgata omittit *et*; item edd. Pall. et recte. Nam *Luna* in fine producendum, ut IV, 7, 51. *Minérva*, *Latoná*, *Spes*, *Ops*, *Virtús*, *Venus*. — Ceterum vett. *Vulcanus*, *Sol*, *dies*, *et Luna*, *dei qu.*; unde possit legi: *Vulcanus*, *Sol*, *Dies*, *Luna*, *dei quattuor*. Quod paene suadere videtur forma hic adhibita: *dei*. Nam nusquam legitur *divi*, quod novitius editor inferre hic conatus est.

24. *Quid non fecit?* etc. i. e. Cur is non potius ex me quaeris, quid non fecerit, quam quid fecerit? Nam potius non faciendo ille male egit, h. e. non reddendo pecuniam.

27. Vett. *antiquom ibi hospitem.*

chus advocávit Pelagoném senem:
sente homini extémplo ostendit sýmbolum,
íte dederas, ád eum ut ferret, fílio. 30
d, úbi ei ostendit sýmbolum? *Ch.* Infit dícere,
num et nón eum esse sýmbolum;
: ínnocenti díxit contumélias!
ıre eum aíbat rebus céteris.
ıétin' aurum? Id míhi primum dicí volo. 35
tquám quidem praetor récuperatorés dedit,
ıs demum ví coactus réddidit
: ducentos Philíppum. *Ni.* Tantum débuit.
·ro étiam ausculta púgnam, quam voluít dare.
imne est quid porro? *Ch.* Hem, áccipe: trina haec núnc erit. 40
éptus sum: Autolyco hóspiti aurum crédidi.
in tu aúdi. *Ni.* Ingenium ávidi haud pernoram hóspitis.
ıtquam aúrum abstulimus, ín navem conscéndimus,
cupientes. Fórte ut adsedi ín stega,
cumspecto, átque ego lembum cónspicor. 45
ı ést, rigorem máleficum exornárier.]
ii hércle! lembus ílle mihi laedit latus!
frat communis cum hóspite et praedónibus.
ón' me fuisse fúngum, ut qui illi créderem,
ı ípsum nomen éius Archidémidis 50
t, demturum ésse, si quid créderem!
nóstrae navi lémbus insidiás dabat.
ego observáre eos, quam rém gerant.
e portu nóstra navis sólvitur.
tu exiimus, hómines remigió sequi; 55

ulterare eum aibat. Sic vulg. – Both. ex conl. *Ad. etiam* Post hunc versum Bothius in-ıgum est, *triconem maleficum* r. V. vs. 47.

imum legitur in V. C., deest et Lips. Pareus habet in textu, uam adnotat.

bium esse nullum debet, recte ıihil emendationem, quam dedi-n vulg. et edd. habeant pessum-ro: *Ducentos et mille Phi-*

ıa, i. e. triplex, sc. pugna seu us. Primum enim negaverat hi Nicobulum argentum tradi-nde dixerat coram teste, sym-ıe adulterinum. Tertio pugnam ıvit.

utolycus avus erat maternus de quo Homerus Od. XX. ὃς ισι κέκαστο κλεπτοσύνῃ θ', θεὸς δέ οἱ αὐτὸς ἔδωκεν Igitur hoc loco proverbialiter m adhibetur.

42. Omnes edd. *Imo ingenium avidi.* Both. *Imo avidi ing.;* adnotat tamen, *imo* non esse huius loci; legendumque putat: *enim.* At oratio optime procedet, plane omisso.

44. *stega* navis erat tabulatum e locus in quo nautae ambulabant.

45. Vett. habent *tum* post *ego;* omittunt Pall. vulg. et Both. — *atque* ex sententia grammaticorum h. l. l. e. q. continuo, statim, facíque apodosin.

46. Vett. vulg. Lamb. Dousa: *Longum est rigorem maleficum exornarier,* quod explicat Lambinus: „longus sim, si velim rigorem, id est metum maleficum, hoc est noxium, describere atque amplificare". Alii legerunt *strigonem,* quod de navi interpr. Salmasius. Both. *triconem,* atque hunc versum habet post v. 34. Omnino videtur eliciendus aut certe includendus. Nam sensum, utut torseris, nullum idoneum praebet.

52. Sic vett. et Both., quum vulg. et edd. *Is lembus nostrae navi insidias dabat.*

Neque aves neque venti citius. Quoniam séntio,
Quae res gereretur: návem extemplo státuimus.
Quoniam vident nos stáre, occeperúnt ratem
Turbare in portu. *Ni.* Heu édepol mortalís malos!
Quid dénique agitis? *Ch.* Rúrsum in portum récipimus. 60
*Ni.* Sapiénter factum a vóbis! Quid illi póstea?
*Ch.* Revórsionem ad térram faciunt vésperi.
*Ni.* Aurum hércle auferre vóluere! *Ch.* Ei rei operám dabant!
*Ni.* Non mé fefellit; sénsi. Eo exanimatús fui.
*Ch.* Quoniám videmus, aúro insidias fieri: 65
Capimús consilium cóntinuo: postrídie
Auférimus inde aurum ómne, illis praeséntibus,
Palam átque aperte: ut illi id factum sciscerent.
*Ni.* Scite hércle! Cedo, quid illi? *Ch.* Tristes íllico,
Quom extémplo a portu íre nos cum auró vident, 70
Subdúcunt lembum cápitibus quassántibus.
Nos ápud Theotimum omne aúrum deposívimus,
Qui illíc sacerdos ést in Dianae Éphesiae.
*Ni.* Qui istíc Theotimust? *Ch.* Mégalobyzi fílius,
Qui núnc in Epheso est Éphesiis caríssumus. 75
*Ni.* Nae ille hércle mihi sit múlto tanto cárior,

55. *exiimus* vulg. et vett. — Both. *eximus.*

57. *Quae res gereretur.* Lambinus maluit: *geratur.*

58. *ratem turbare*, i. e. in portu circumagere in gyrum, nunc huc nunc illuc navigare. Nam praedones cogitandi sunt adhuc esse in portu, Mnesilochi autem navis in exitu portus. — Both. *turbare importune*, ex coniectura. — Idem cum vulg. et edd. omittit *Heu*, quod habent vett.

64. Vulg. vett. Lamb. hunc versum totum Nicobulo tribuunt. Sequentem vulg. et vett. totum Chrysalo. Bothius: *Ch. Non me fefellit: sensi. Ni. Ego exanimus fui. Ch. Quon.* ex coni. Nam *eo exanimatus fui* in omnibus legitur; atque *eo* elidendum.

65. Sic vulg. et B. — Vett. *Quoniam nos vidimus.* Mpti: *Quum vidimus.*

67. In vett. deest *inde.* Habet Pareus, nec quidquam adnotat.

70. Vett. *Quando extemplo.* Cdd. *Quum extemplo.* Sensus: *simulatque, statim quum.* Non autem elidatur *portu.* — Both. *extempulo.*

71. *quassantibus.* Sic vulg. vett. Pall. Both. At Lambinus et hic legendum *ducit cassantibus*, i. e. delectis, demissis. Sed cf. Asin. II, 3, 23. Trin. V, 2, 45. In universum tali capitis quassatione videtur significari indignatio, ira, perturbatio animi.

72. Vett. *Nos apud Theotimum omne aurum deponimus*, ut et Lamb. — Bothius cum vulgata: *deposuimus*, ut habent cdd. Verum longior forma saepenumero in libris in solemniorem commutata est.

73. Revocavi praep. *in* ex vett., suppl. *aede.* Bothius cum vulg. omittit. Habet Pareus, nulla nota adiecta.

74. *Megalobyzi.* Libri editionesque *Megalobuli.* Quidam *Megalobusi*, ut Pall. Sed Megabyzi aut Megalobyzi appellati sunt Dianae Ephesiae sacerdotes. Cf. Hemsterh. ad Lucian. Timon. §. 22. Meurs. Exercitt. critt. p. 128. De more thesauros deponendi in eo templo Lamb. adducit locum ex Chrysostomi oratione Rhodiaca: *Ἴστε που τοὺς Ἐφεσίους ὅτι πολλὰ χρήματα παρ' αὐτοῖς ἐστι, τὰ μὲν ἴδια αὐτῶν ἀποκείμενα ἐν τῷ νεῷ τῆς Ἀρτέμιδος, οὐκ Ἐφεσίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ξένων καὶ τῶν ὁπόθεν ἀνθρώπων, τὰ δὲ καὶ δήμων καὶ βασιλέων. Τιθέασι δὲ πάντες οἱ τιθέντες ἀσφαλείας χάριν, οὐδενὸς οὐδεπώποτε τολμήσαντος ἀδικῆσαι τὸν τόπον, καίτοι καὶ πολέμων ἤδη μυρίων γεγονότων, καὶ πολλάκις ἀλούσης τῆς πόλεως.* Atque iste mos, thesauros in templis deponendi ubique apud veteres obtinuit.

76. Edit. fere omnes: *Nae.* Sed et si legas *Ne*, quod habent codd., nil scient, suppleasque: *metuo ne*, sensus bene constabit. Passim enim sic ac usurpata occurrit, ut eiusmodi quid antea

Si me illoc auro tánto circumdúxerit!
*CH.* Quin ípsa in aede Díanai cónditum est;
Ibidém publicitus sérvant. *NI.* Occidísti' me!
Nimio híc privatim sérvaretur réctius. 80
Sed vós nilne attulístis inde aurí domum?
*CH.* Imo étiam. Verum, quántum attulerit, néscio.
*NI.* Quid? néscis? *CH.* Quia Mnesílochus noctu clánculum
Devénit ad Theotímum, nec mihi crédere
Nec quoíquam in navi vóluit: eo ego néscio, 85
Quantíllum attulerit; vérum haud permultum áttulit.
*NI.* Etiám dimidium cénses? *CH.* Non edepól scio;
Verum haúd opinor. *NI.* Férne partem tértiam?
*CH.* Non hércle opinor; vérum verum néscio.
Profécto de auro níl scio, nisi néscio. 90
Nunc tíbimet illuc návi capiundum ést iter,
Ut illúd reportes aúrum ab Theotimó domum.
Atque heús tu! *NI.* Quid vis? *CH.* Ánulum gnatí tui
Facito út memineris férre. *NI.* Quid opust ánulo?
*CH.* Quia id signum est cum Theotímo: qui eum illi áfferet, 95
Ei aúrum ut reddat. *NI.* Méminero: et recté mones.
Sed istíc Theotimus dívesne est? *CH.* Etiám rogas,
Qui sóccis habeat aúro suppactúm solum?
*NI.* Cur íta fastidit? *CH.* Tántas divitiás habet:
Nescít, quid faciat aúro. *NI.* Mihi dederít velim. 100
Sed quí praesente id aúrum Theotimó datum est?
*CH.* Populó praesente; núllust Ephesi, quin sciat.
*NI.* Istúc sapienter sáltem fecit filius,
Quom díviti homini id aúrum servandúm dedit:
Ab eó licebit quámvis subito súmere. 105
*CH.* Imo hém tantisper núnquam te morábitur,
Quin hábeas illud, quó die illuc véneris.

sit supplendum, quemadmodum in Graecorum μή similiter posita, ut Hom. Odyss. J, 386. 403. IV, 684. Sall. Cat. 52. *ne illi sanguinem nostrum largiantur.* et ibidem ex lectione cod. Vat. *Ne ista vobis mansuetudo in miseriam convertat.*

78. 79. Vulg. cum Pall. *Quin in ipsa aede Dianae c. est. Ibidem p. s.* Vett. *Quin ipsa in aede D. c. est ibi, Ibidem p. s.* Lamb. *Quin ipsa in ae. D. cond. est, ibi — Demum publ. s.* ex codd. — Both. *Quin indu ipsa.* — *Occidisti'.* Pall. Vulg. Lamb. *occidistis.* At vett. *occidisti me.* Versus tamen requirit brevem syllabam.

81. Both. omittit *vos*, ex cod. Pal. Habent vulg. vett. Pareus.

83. B. *Qui nescis?* e coni. ob seq. *Quia.* Nostr. vulg.

86. Vett. Lamb. *Quantillum.* Vulg. Both. *Quantulum*, ut cdd.; quae est forma solentior, pro insolentiore reposita, ut crebro factum in cdd.

91. Vulg. B. *Nunc tibimet.* Vett. Lamb. *Nae tibimet.* Orta diversitas ex compendio scribendi.

94. B. *Quid opus anulo?*

96. B. omisit *et.*

97. Pall. Vett. Vulg. Lamb. *Sed divesne est istic Theotimus?* — *Etiam rogas?* Nostr. Both. optime.

98. Sic vett. bene. — Vulg. Both. Pall. *Qui auro habeat socc. s. s.* Sensus: quum ille adeo sub soccorum soleis aurum gerat suppactum. Nam dat. *soccis* ponitur pro genitivo *soccorum.* Vide Indicem v. *Dativus pro genitivo.* Cf. Virg. Aen. VI, 704. XII, 522.

101. *qui praesente* l. e. *quonam praesente?*

106. Vett. vulg. Lamb. *Immo hem tantisper.* Both. *Imo enim t.* ex coni.

*Ni.* Censébam, me effugísse a vita máritima,
Ne návigarem tándem hoc aetatís senex;
Id mi haúd, utrum velím, licere intéllego: 110
Ita béllus hospes fécit Archidémides.
Ubi núnc est ergo méus Mnesilochus fílius?
*Ch.* Deos átque amicos íit salutatum ád forum.
*Ni.* At ego hínc ad illum, ut cónvenam, quantúm potest. —
*Ch.* Ille ést oneratus récte, et plus iustó vehit. 115
Exórsa haec tela nón male omninó mihi est,
Ut amántem herilem cópem facerem fílium.
Ita féci, ut auri quántum vellet súmeret;
Quantum aútem lubeat réddere, ut reddát patri.
Senéx in Ephesum hinc íbit aurum arcéssere; 120
Hic nóstra agetur aétas in malacúm modum:
Siquidem híc relinquet néque secum abducét senex
Med ét Mnesilochum. Quás ego hic turbás dabo! —
Sed quíd futurum est, quom hóc senex rescíverit?
Quom se éxcucurrisse illuc frustra scíverit, 125
Nosque aúrum abusos? quíd mihi fiet póstea?
Credo hércle, adveniens nómen mutabít míhi,
Faciétque extemplo Crúcisalum me ex Chrýsalo.
Aufúgero hercle, sí magis usus vénerit;
Si eró reprehensus, mácto ego illum infortúnio. 130
Si illí sunt virgae rúri, at mihi tergúm domi est.
Nunc íbo: herili fílio hanc fabricám dabo
Super aúro, amicaque éius inventa Bácchide.

---

## ACTUS III. SCENA I.

*LYDUS.*

Pándite atque aperíte propere iánuam hanc Orci, óbsecro!
Nam équidem haud aliter ésse duco, quíppe quo nemo ádvenit,
Nísi quem spes relíquere omnes, ésse ut frugi póssiet.
Bácchides non Bácchides, sed Bácchae sunt acérrumae.
Ápage istas a mé sorores, quae hóminum sorbent sánguinem! 5
Ómnis ad perníciem instructa dómus opime atque ópipare.
Quaé ut adspexi, mé continuo cóntuli protinam ín pedes.

110. *utrum velim*, sc. utrum navigare, an hic quietus manere.

114. Both. *convenam*. Vulg. vett. Lamb. et edd *conveniam*. Verum istuc pluribus locis necessario in Plauto reponendum.

115. *Ille* sc. Nicobulus. *est oneratus*, sc. mendaciis.

116. Sic vulg. et Both. cum Pall. — Vett. *non male est omnino mihi*.

120. Pall. Vulg. Both. omittunt *hinc* post *Ephesum*, quod habent vett.

123. Lamb. *Medet*. Vulg. *Me et*. Vett. *Me nec*.

130. B. omittit *ego*, quod in edd. omnibus legitur. Sensus: nihil curabo eius iram.

*Act. III. Sc. I.* Proruit Lydus, Pistocleri paedagogus, ex aedibus Bacchidis, quo in fine Act. I. Sc. II. una cum Pistoclero, introierat, ubique sane quam ineptum videtur eum tamdiu desediasse, praesertim quum dudum abierit herus, et cum ipse statim tantopere lilarum luxuriem aversatus sit. Sed eiusmodi res saepe in omnium aetatum omniumque populorum dramatibus non ita anxie sunt expendendae.

Égone ut haec conclúsa gestem clánculum? ut celém patrem,
Pístoclere, túa flagitia, aut dámna aut desidiábula,
Quíbus patrem et me téque amicosque ómnis affectás tuos 10
Ád probrum, damnúm, flagitium adpéllere una et pérdere?
Néque mei neque té tui intus púditum est factis, quaé facis,
Quíbus tuom patrém, meque una, amícos, affinís tuos,
Túa infamiá fecisti gérulifigulos flágitii!
Núnc priusquam malum ístoc addis, cértum est, iam dicám patri. 15
Dé me culpam hanc démolibor iam, ét seni faciám palam:
Út eum éx lutulénto coeno própere hinc eliciát foras.

---

## ACTUS III. SCENA II.

*MNESILOCHUS.*

Múltimodis meditátus egomet mécum sum, et ita esse árbitror:
Hómini amico, qui ést amicus íta uti nomen póssidet,
Nísi deos, ei níl praestare. Id ópera expertus sum ésse ita:
Nám ut in Ephesum hinc ábii (hoc factum est férme abhinc biénnium):
Éx Epheso huc ad Pístoclerum méum sodalem lítteras 5
Mísi, amicam ut mi ínveniret Bácchidem; illum intéllego
Ínvenisse, ut sérvos meus mihi núntiavit Chrýsalus.
Cóndigne is quam téchnam de auro advórsum meum fecít patrem,
Út mihi amanti cópia esset! [Séd eccom video incédere.

9. *desidiabula.* Sic Pall. vulg. Lamb. Both. — Vett. *despoliabula* ex Nonio v. *affectare*, quamquam ibi legitur *dispoliabula*. Sed *desidiabula* recte habet, intelligendaque sunt loca, in quibus desidetur aut desidiae opera datur.

10. Contra *affectas*, i. e. paras, instituis, ex Nonio recipiendum fuit, pro eo quod codd. habent, *afflictas*, quod cum vs. seq. conciliari nequit.

12. *neque te tui intus.* Sic Pall. vett. Lamb. Both. — Vulg. *neque tui te i.* ut Prisc. XI, 5.

14. *gerulifigulos*, a figulis, qui sua vasa gerunt venduntque.

15. Both. *istuc.* Edd. omn. et cdd. Pall. *istoc.* Malum in eo est, ut redeat ad Bacchidem.

16. Sic vett. et ed. Princeps. — Vulg. et Both. *De me hanc culpam demolibor*, uti Pall.

17. *eliciat.* Sic Pall. vett. et vulg. — Lamb. *eiiciat*, ut quae antiquior sit lectio; atque sic habet cd. Lips. et ed. princ. Idem mavult: *ut te ex lutulento.* Guilelmus suadet: *luculento*, metri gratia. Bothius: *Hinc eum ex lutulento coeno propere ut eliciat foras*, transpositione pro arbitrio facta, qua non opus erat. Nam *Ut* eum est tribrachys pro trochaeo, neque elidendum est eum.

*Act. III. Sc. II.* Advenit (cum servis comitibus, v. III, 4, 27.) Mnesilochus, laetus ob inventam Bacchidem et ob techuam, quam patri struxerit Chrysalus, de qua utraque re modo eum certiorem ipse Chrysalus fecit, ut se facturum dixerat II, 3, 132. Gratulatur sibi de amicitia Pistoclerí, et de servi fidelitate. Sed hic ineptum pannum serior quidam assuit a vs. 9—19 qui quo iure exterminandus sit, infra videbimus.

1. Sic vulg. Lamb. Both. — Vett. *Meditatus multimodis*, aeque bene. Pall. *Multis modis.* At nostrum necessario requirit versus, legiturque apud Lucret. V, 1403. et Ennium Ann. VII. *multimodis consumitur anxia curis.*

2. Sensus: nihil vero amico melius esse, praeter ipsos deos, maioriisque faciendum.

8. *Condigne is quam.* Lambinus perspicuum sit esse, legi debere *is qui*, idque positum pro relativo *qui*, ut post *Chrysalus* comma sit ponendum. Nostram vulg. vett. Both. et Lamb. in textu. *Condigne* significat: similiter, ut Pistoclerus, Chrysalus quoque bene de me merens, etc. — Cf. Aulul. III, 4, 6. et indicem.

9. Hic post verba priora: *Ut m. am. cop. esset*, veteres omnes editiones ha-

Nám pol, meo quidem ánimo, ingrato hómine nihil impénsiust; 10
Málefactorem amítti satius, quám relinqui bénefícum.
Praéstat nimio impéndiosum té, quam ingratum dícier:
Íllum laudabunt bóni; hunc etiam ípsi culpabúnt mali.
Quá me causa mágis cum cura esse átque obvigilato ést opus.
Núnc, Mnesiloche, spécimen specitur, núnc certamen cernitur, 15
Sísne, necne, ut ésse oportet, málus, bonus, cuiúsmodi;
Iústus, iniustús; malignus, lárgus; commodus, incommodus.
Cáve, sis, te superáre servom síris faciundó bene!
Útut eris, moneo, haúd celabis.] — Séd eccos video incédere
Pátrem sodalis ét magistrum. Hinc aúscultabo, quám rem agant. 20

---

## ACTUS III. SCENA III.

*LYDUS. PHILOXENUS. MNESILOCHUS.*

*Ly.* Núnc experiar, sítne acetum tíbi cor acre in péctore.
Séquere. *Phi.* Quo sequár? quo ducis núnc me? *Ly.* Ad illam, quaé tuum

bent haec: *Sed eccum video incedere. Nam pol m.* etc. Quae verba hic posita, his sequentibus, quae sequuntur, sensu carere, nemo non videt. Sed eadem recurrunt fere vs. 19. *Sed eccos video incedere*, quod ipsum aperte prodit, scenam ita finitam esse a Plauto: *Ut miki amanti copia esset! Sed eccos video incedere, Patrem sodalis et magistrum. Hinc auscultabo, quam rem agant.* Verum seriorum aliquis providae mentis homo, qui noluit hic malum exemplum dari, sed potius officiosum fingi Mnesilochum, contra omnem poesin et contra fabulae ipsus argumentum inseruit locum de grato animo, de remunerandis benefactis, de non celando. Qui locus ut cohaereret cum praecedentibus, pro antiqua lectione *Sed eccum video incedere*, scriptum est in recentiorum editionibus, praeeunte Mureto: *Sed aequum est, id ei reddere*, quae possunt trahi et ad aurum, et ad beneficium, illud patri, hoc Chrysalo reddendum. — Hunc omnem igitur locum includendum iudico, ut non Plautinum, et alienum ab vero scenae argumento.

10. *ingrato homine nihil impensiust.* Sic omnes edd. Quae quum nullum sensum funderent, Salmasius maluit: *grato homine nihil imp.* De voce *impensius* cf. Stich. I, 2, 61.

14. Vulg. *Qua me causa magis cum cura esse ea quam obvigilato est opus.* Vett. eadem, sed pro *ea quam* habent *ac.* Lambinus emendat: *Qua me causa magis accurare atque advigilare est opus.* Cum vett. facit Dousa. Vulgata lectio *ea, quam* orta videtur ex male intellecto *magis*, quod hoc loco per se positum sign. idem quod *maxime* aut *tanto magis.* Bothius: *Qua me causa mage cum cura esse aequom et obvigilato opust.* Ego praetuli vett., ita tamen, ut pro *ac* scribendum duxerim *atque.*

15. Repetitus est hic versus ex Cas. III, 1, 2., ubi bene habet, hic inepte.

17. Vett. vulg. Lamb. *largus* addunt post *malignus;* quod sive retineas, sive elicias, claudus manebit versus.

19. *Utut eris, moneo, haud celabis*, h. e. qualemqualem te praestabis, scis, te non occultum esse futurum. Sed nemo non videt, parum apte sic positum esse verbum *moneo.* Locus omnis ineptus et suppositicius. Cf. ad v. 9.

*Act. III. Sc. III.* Accedunt Philoxenus et Lydus, e domo Philoxeni, quem Lydus arcessivit, ut ad Bacchidem iret, eamque minis deterreret, ne pergeret Pistocleruin ad se invitare, filiumque ipsum domum ad se duceret. Sed pater est lenior iusto, lenitatemque Lydo etiam suadet. Hinc de educatione sermonem faciunt. Accedit denique Mnesilochus, audique amari a Pistoclero Bacchidem; quam suam ratus, conqueritur de utriusque perfidia.

1. Lambinus: *aceto*, et interpr.: „sine tibi animus, qui offendatur rebus malis et turpibus.“ Cf. Pseud. II, 4, 49. *Ecquid habet homo iste aceti in pectore?* CH. *Atque acidissumi.* Acetum

lidit, pessúmdedit, tibi fílium uni únicum.
. Héia, Lyde, léniter qui saévíunt, sapiúnt magis.
us mirandum est, íllaec aetas sí quid illorúm facit, 5
m si non faciát. Feci ego istaec ítidem in adulescéntia.
Heí mihi, hei mihi, ístaec illum pérdidit adsentátio!
ábsque te esset, égo illum haberem réctum ad ingeniúm bonum;
c propter te tuámque pravos fáctus est fidúciam
oclerus. *Mne.* Di ímmortales, méum sodalem hic nóminat! 10
l hoc negoti est, Pístoclerum Lýdus quod herum tám ciet?
. Paúlisper, Lyde, ést lubido hómini suo animo óbsequi;
áderit tempus, quóm sese etiam ipse óderit. Morém geras.
caveatur, praéter aequom né quid delinquát: sine.
Nón sino, neque équidem illunc me vívo corrumpí sinam. 15
tu, qui tam pró corrupto dícis causam fílio,
emne erat haec disciplina tíbi, quom tu adulescéns eras?
, tibi hoc annís viginti fuísse primis cópiae,
tum longe a paédagogo pédem ut efferres aédibus.
uoi obtigerat, hóc etiam ad malum árcessebatúr malum: 20
liscipulus ét magister pérhibebantur ímprobi.
solem éxorientem ni ín palaestram véneras:
nasii praefécto haud mediócres poenas pénderes.
ursu, luctándo, hasta, dísco, pugilatú, pila,
ndo, sese éxercebant mágis, quam scorto aut sáviis; 25
uam aetatem éxtendebant, nón in latebrosís locis.
de hippodromo ét palaestra úbi revenissés domum:
ticulo praecínctus in sella ápud magistrum adsíderes;
librum legerés. Si unam péccavisses sýllabam,
et corium tám maculosum, quam ést nutricis pállium. 30
. Própter me haec nunc méo sodali díci, discruciór miser:
cens suspícionem hanc sústinet causá mea.
. Álii, Lyde, núnc sunt mores. *Ly.* Íd equidem certó scio:
ólim populi príus honorem cápiebat suffrágio,

est acrimonia, vigor; agendi, indi, puniendi, reprehendendi vis ntias. Constructio hic: an tibi cor ntere sit acre acetum. Haud tamen m adscribere egregiam coniecturam lli: *Nunc erperiar, sitne necne cetum in pectore;* ut verba *cor* tamquam glossema prorsus tol- . Alii maluerunt: *sitne acetum eracre in pectore.*

*Nam absque te esset*, l. e. nam s fuisses, aut nisi impedivisses. s oppositum *pravo.*

*tam ciet*, tantopere accusat, tam si loquitur.

*est libido homini*, sc. Pistoclero; libet ei.

Vett. omittunt *tibi.* Item Lamb. t Pall. — *tu ne cilidatur*, aut le- *tute.*

21. Hi versus vulgo et in editionibus omnibus leguntur post versum qui apud nos est 23. Sed eos recte Bothius transposuit, uti suaserat olim Grosiotius apud Dousam. — Pro *quoi* B. *quum.*

28. *Cincticulo praecinctus*, l. e. modeste ornatus. Discinctum enim aut male praecinctum esse, dissolutos mores arguebat. Sic apud Suet. Sylla de Iulio Caesare: *male praecinctum puerum caveatis.*

29. Cd. Lips., ed. pr. Vett. Lamb. Dous. *Tum librum legeres.* cum puncto. At vulg. Both. *Quum libr. legeres, si unam p. s.* Patet *legeres* pariter apodosin facere posse, ac facit *adsideres.*

31. Vett. *meo nunc sodali.*

32. Vett. *Iste innocens.* In Pall. deest pronomen.

33. Sic vett. et Lamb. — Vulg. et Both. *Id equidem ego certo scio.*

Quám magistri désinebat ésse dicto obédiens; 35
Át nunc priusquam séptuennis ést, si attingas éum manu:
Éxtemplo puer paédagogo tábula dirumpít caput.
Quóm patrem adeas póstulatum, púero sic dicít pater:
„Nóster esto, dúm te poteris défensare iniúria!"
Próvocatur paédagogus: „Ého, senex minimí preti, 40
Ne áttigas puerum ístac causa: quándo fecit strénue."
Ít magister, quási lucerna, úncto expletus línteo;
Ítur illinc iúre dicto. Hóccine hic pactó potest
Ínhibere imperiúm magister, si ípsus primus vápulet?
*Mne.* Ácris postulátio haec est, quom húius dicta intéllego. 45
Míra sunt, ni Pístoclerus Lýdum pugnis cóntudit.
*Phi.* Séd quis hic est, quem adstántem video ante óstium? *Ly.* O Philóxene ...
*Mne.* Déos propitios mé videre quam íllunc mavellém mihi.
*Phi.* Quís illic est? *Ly.* Mnesílochus, gnati túi sodalis Pístocleri,
Haúd consimili ingénio atque ille est, qui ín lupanari ádcubat. 50
Fórtunatum Nícobulum, qui íllunc produxít sibi!
*Phi.* Sálvos sis, Mnesíloche; salvom te ádvenire, gaúdeo.
*Mne.* Dí te ament, Philóxene. *Ly.* Hic enim ríte productúst patri:
Ín mare it; rem fámiliarem cúrat; custodit domum;
Óbsequens obédiensque est móri atque imperiís patris. 55
Hic sodalis Pístoclero iám puer pueró fuit;
Triduom non ínterest aetátis, uter maiór siet:
Vérum ingenium plús triginta ánnis maiust, quam álteri.
*Phi.* Cáve malo, et compésce in illum dicere iniusté! *Ly.* Tace:
Stúltus es, qui illí male aegre pátere dici, quí facit. 60
Nám illum meum malúm promtare málim, quam pecúlium.

35. Sensus: magistro parebat usque ad eam aetatem, qua per leges petere magistratus licebat. Pro *magistro*, quod habet Decurt. vulg. et Both., vett. cum V. C. *magistri*; item Lamb.

39. *Noster esto*, h. e. ego te meum filium agnoscam, *dum te p.* h. ea conditione, si ubique aeque a te potueris iniuriam strenue propellere.

41. *Ne attigas*, ne punias. Sic autem legendum esse patet ex Nonio, qui hunc versum adducit in ipso verbo *attigit*. Pall. Vulg. Both. vett. *Ne attingas*. — *istac causa*, sc. quod tibi dirupit tabula caput.

42. Vett. *It magister, quasi lucerna, uncto expletus linteo*. Vulg. *expretus*, l. e. extinctus. Bothius: *It magister, quasi laterna, uncto expletust linteo: Itur illinc iure dicto*, ut illa provasin faciant, constructioque sit: Postquam magister uncto quasi expletus est linteo, illinc itur, tamquam a praetore, iure dicto. Sensus autem est: Magister, quem antea provocaverat pater, recedit ex medio et abit, capite alligato, tamquam laterna disrupta atque linteo uncto expleta. Deinde uterque abeunt una, et paedagogus et discipulus, quasi iure dicto inter pares. De laternis cf. Cic. ep. ad Att. IV, 3. Corneae erant; cf. Amph. I, 1, 188.

44. *Inhibere imperium* i. e. q. exercere imperium. Similiter Liv. XXXVI, 28.

46. *Mira sunt, ni*, i. e. q. paene ut credam eum etc. Cf. Amphitr. I, 1, 130. *Mira sunt, nisi invitavit sese in cenam plusculum.*

48. *quam illunc*, sc. Lydum. Suppl. Quid autem, si iratus? quum, si propius adeo sit, eum timeam, deosque malim quam illum.

53. Vett. omisso *enim*: *Hic rite pr. p.*

57. Vett. Lamb. Dous. *Triduom non inter eos est aetatis uter maior siet.* Vulg. et Both. *interest.*

61. *promtare*, frequentativum v. *promere*. Qui autem promit thesaurum, is eius est promus condus, ut legitur Pseud. II, 2, 14. Sic ibidem v. 33: *Si quidem hercle etiam supremi promtas thesauros*

nídum? *Ly.* Quia, malúm si promtet, índies faciát minus.
uíd sodalem méum castigas, Lýde, discipulúm tuom?
riit tibi sodális! *Mne.* Ne di sírint! *Ly.* Sic est, út loquor.
;o, quom períbat, vidi; nón ex audito árguo. 65
Quíd factum est? *Ly.* Meretrícem indigne déperit ...
*Mne.* Non tú taces?
quae acerrume, aéstuose absórbet, ubi quemque áttigit.
Ubi ea mulier hábitat? *Ly.* Hic. *Mne.* Unde éam esse
aiunt? *Ly.* Ex Samo.
Quaé vocatur? *Ly.* Bácchis. *Mne.* Erras, Lýde. Ego
omnem rém scio,
modum est; tu Pístoclerum fálso atque insontem árguis: 70
e amico et bénevolenti súo sodali sédulo
andatam exséquitur; ipsus néque amat, nec tu créduas.
ne oportet rém mandatam gérere amici sédulo,
s in gremio ósculantem múlierem teneát sedens?
pacto rés mandata pótest agi, nisi idéntidem 75
illas mánus ferat, labra áb labris nusquam aúferat?
ia memoráre, quae illum fácere vidi, díspudet:
nanum sub véstimenta ad córpus tetulit Bácchidi
esente, néque pudere quídquam. Quid verbís opust?
scipulus, tíbi sodalis, périit, huiic fílius: 80
;o illunc periísse duco, quoí quidem periít pudor.
pust verbis? si ópperiri véllem paulispér modo,
io, illius ínspectandi mi ésset maior cópia.
dissem, quám deceret, quám me atque illo aequóm foret.
'érdidisti mé, sodalis! Égone illanc múlierem 85
non perdám? Perire mé malis malím modis!
it, quem tu habeás fidelem tibi, aút quoi credas, nésçias?
den', ut aegre pátitur, gnatum ésse corruptúm tuom,
odalem? ut ípsus sese crúciat aegritúdine?

Tibi libellam argenti nunquam

ait. *Atque acerrime ea est, ab-*
*ubi quemque attigit.* Vulg. et
*t quae acerrime atque aestuose*
, *ubi qu. att.* Cod. Pal. *Atque*
*a est uos absorbet* etc. Patet
asyndeton esse, antiquo more.
. vs. 95. Possit et: *acerrime*
etc. Ceterum *At* potest dictum
*Atque*, uti haud raro simplicia
pro compositis. Ritschelius
*e quae.* Potest tamen et adver-
ferri ad Mnesilochi quaestionem:
*taces?* ut sensus sit: *At illa*
*absorbet etc. ergo neutiquam*
id quod verius videtur. Bothius:
*cerrimam; aestuose* etc. De re
ul. II, 3. fin. *Sed aestuosas*
*periri fores, Quae absorbent,*
*venit intra pessulos.*
ritam est, v. *labra* cum decli-
natis semper priore correpta in Plauto usurpari. Quod ut et hoc loco fieri possit, transpositio facienda est. Editiones enim et cdd. *Manus ferat ad papillas.* — Vett. cum Pall. *labra ab labris nusquam auferat.* Both. *labra a labris nunquam a.*

83. *illius* habet vulg. cum Lamb. et Pall.; deest in vett. *opino* autem saepe in Plauto legendum, ubi scriptum est *opinor*, quemadmodum metrum prodit. Bothius: *Aut inopinato inspectandi* etc. ut sit protasis. Quod propter sensum ferri plane nequit; nam noluit Lydus operiri, aut Pistoclerus celare.

87. Vett. omittunt *tibi.* — *Satin' ut* i. e. q. Nonne. Cf. Merc. II, 4, 13. Mil. 4, 3, 41. Men. 1, 2, 67. Pers. 4, 4, 107. Stich. 2, 1, 114. Quasi dicat: Nonne res ita se habet, ut nescias, quem fidelem habeas? Nam simplex *Satin'* innu-

*Phi.* Mnésiloche, hoc tecum óro, ut illius ánimum atque ingeniúm regas. 90
Sérva tibi sodálem et mihi fílium! *Mne.* Factúm volo.
*Phi.* In te ergo hoc onus ómne impono. Lýde, sequere hac mé.
*Ly.* Sequor.
Mélius esset, mé quoque una sí cum illoc relínqueres.
*Phi.* Ádfatim est. Mnesíloche, cura et cóncastiga hominém probe,
Quí dedecorat té, me, amicos, álios flagitiís suis. 95

---

## ACTUS III. SCENA IV.

*MNESILOCHUS.*

Amíciorem núnc utrum credám magis
Sodálemne esse, an Bácchidem, incertum ádmodum est.
Illum éxoptavit pótius? Habeat! óptume est!
Nae illa íllud hercle cúm malo fecít — meo:
Nam míhi divini núnquam quisquam créduat, 5
Ni ego íllam exemplis plúrimis planéque — amo!
Ego fáxo haud dicet náctam, quem derídeat:
Nam iám domum ibo atque — áliquid subripiám patri;

meris locis l. e. q. *Nonne*, cum indicativo. V. Indicem.

90. *tecum oro.* Cf. Asin. III, 3, 72. *Hanc, cui daturus hanc, iube petere atque orare mecum.*

95. Vulg. cum Pall. *te, me, amicos atque alios.* Bothius *amicosque alios*, ex Parei libris. Cf. 3, 1, 10. Sed et cf. Capt. 2, 3, 30.

*Act. III. Sc. IV.* 1. Vett. et Dousa: *Amiciorem*, ut ironice dictum. Vulg. Lamb. B. *immitiorem.* Lambinus tamen malit: *inimiciorem.* Videtur autem omnino in hac scena cum sensu quodammodo ludere poeta; ut vs. 4. in illo: *meo*, pro: *suo;* v. 6. *amo*, pro *perdam;* v. 8. *aliquid subripiam patri*, pro: aurum reddam patri, et v. 10. *ut mendicet meus pater*, pro: ut illa mendicet. Sane quam inepte. Egreditur enim e vero sensu, quem ubique bonum poetam servare addecet. Verum enimvero eiusmodi quid praemittendum fuisse videri possit, antequam fieret, quod promitti Mnesilochus. Et quoniam affectus zelotypiae, etsi vehementissimus, tamen plerumque ita comparatus est, ut risu locoque habeatur ab aliis, iraque zelotyporum plerumque facile mutatur, licuerit fortasse etiam bono poetae, eiusmodi hic lusum capessere, praesertim cum ea res dubio procul maximae parti spectatorum esset placitura, qui neque verum perpendunt, neque rectam iustamque poesin magnopere curare solent. Unde habere se credere possunt, qui locum defendunt, quo defendant. Ego, qui verum Plautum nusquam ineptire posse reor, magis inclino ut suppositam, sed mature iam, integram scenam iudicem, quo cantticum existeret, in quo histrionis ars posset elucere. Fabula enim ipsa aeque bene, et fortasse efficacius procedet, eo omisso. Ceterum similes facetiae legantur Truc. 2, 3, 27. ubi tamen longe aptiores et genuinae magis comparent.

4. Et vulg. et vett. et Lamb. cum Dousa hic omnes duplicem exhibent lectionem in ipso textu: *fecit suo*, meo.

5. Plena locutio fuit: mihi nunquam quisquam creduat neque divini quidquam, neque humani, nisi ego etc., uti legitur Asin. V, 4. cf. Amph. II, 2, 48. *Divina* autem *et humana* veteribus significabant *omnia*, uti saepius legere est apud Sallustium. Passim tamen, ut hic, quoniam notissima esset locutio proverbialis, altera pars proverbii omittebatur, solaque divina enunciabantur, ut potiora. Sensus igitur: nunquam mihi quidquam quisquam posthac creduat h. e. nullam mihi habeat fidem, nisi etc. — Ceterum vett: *Nam mihi divóm nunquam quidquam creduat.* Vulg. *divini* et *quisquam*, et et Lamb. Dousa: *divini nunquam quidquam.* Construitur autem hic v. *credere*, ut passim, cum genitivo. Sic Truc. II, 2, 52. *Nunquam edepol mihi Quisquam homo mortalis posthac duarum rerum creduit, Ni ista ego* etc.

' dabo. Ego istanc múltis ulciscár modis!
égo illam cogam usque, út — mendicet méus pater. 10
ed sátin' ego animum ménte sincerá gero,
l húnc modum haec hic, quaé futura, fábulor?
hércle, opino, utpóte quod pro certó sciam;
ı quam illa unquam dé mea pecúnia
ıta fiat plúmea propénsior, 15
cum malim méndicando víncere.
ıam édepol viva me irridebit: nám mihi
tum est, renumeráre iam omne aurúm patri.
mi inani atque ínopi subblandíbitur
quóm mea illud níhilo pluris réferet, 20
si ád sepulcrum mórtuo dicát iocum.
ıntequam illa unquam meis opulentiis
ıta fiat gravior aut propensior,
me mavelim excruciatum inopia.]
cto stabile est, mé patri aurum réddere. 25
ı éxorabo, Chrýsalo causá mea
ne noceat, neú quid ei suscénseat,
caúsa de auro quód eum ludificátus est:
illi aéquom est me consúlere, qui causá mea
ácium dixít. Nunc vos me séquimini. 30

---

Both. omittit *ego*, quod habent Vett. omitt. *meus*, quod reliqui Quod ubi omittatur, non elidendit *cogam*.

Lambinus in textu: *Amor hercle*, fortasse mendose. Nam reliquae edd. *Amo*. Idem omittit *pro* ante uti et Both. et Dousa. Habent vett. et vulg., retinendumque duco, mque *opino*, ut saepe.

Both. *de meis opulentiis*. Ego dedi, ut legitur in edd. vett. et inclusis tamen quae repetita sunt. multa occurrunt in Plauti edd.

*plumea*. Nonius legit *plumbea*, sane accommodatum verbo *ra-*. Nam ramenta (uti et legitur V, 3, 77.), seu ramentum, ut infra 43. (IV, 4, 29.) de metallis ple- usurpatur, non de rebus eius- quales sunt plumae. Sed ut in hac scena aliquantum affectatius atur inter sese vocabula atque s, ita et hic ferri poterit *ramenta* r, ut insignis hyperbola.

16. Vett. *vivere*. Pall. Vulg. et B. et Lamb. cet. *vincere*. — Post hunc versum haec habet Bothius: *Moriri malim excruciatum me inopia*, ex infra sequentibus.

20. Both. *Tum, quom sibi ea res nihilo pluris referet*. Vett. *Tum quum nihilo pluris ea res referet*. Nostrum Lamb. et vulg. et Dousa. — Codd. *Tum cum mihi nihilo pl. r.* Iunt. Ald. *Tum cum nihilo plur. ea res referet sibi*. Eliciendus omnis versus, legendumque in seqq. *Quasi ad s.*

22—24. Hos versus, qui hic in omnibus leguntur, exclusit Bothius, propter vss. 14—16. — Pro *malim*, quod habet vulg., dedi *mavelim* ex vett. — *propensior*, i. e. gravior, quasi in trutina. Cf. Asin. II, 2, 39.

26. *Eádem* sc. *operá*, i. e. Simul.

28. Delendum duxi comma post *auro*, ponendum autem post *suscenseat*.

30. Sic vett. et Lamb. — Vulg. et Both. om. *nunc*. Bothius: *Mendacium iam dixit*.

## ACTUS III. SCENA V.

*PISTOCLERUS.*

Rébus aliis ántevortar, Bácchis, quae mandás mihi:
Mnésilochum ut requíram, atque ut eum mécum ad te adducám simul.
Nám illud animus méus miratur, si á me tetigit núntius,
Quíd remoratur. Íbo et visam huc ád eum, si forte ést domi.

---

## ACTUS III. SCENA VI.

*MNESILOCHUS. PISTOCLERUS.*

*Mne.* Réddidi patríd omne aurum. Núnc ego illam mé velim
Cónvenire, póstquam inanis súm, contemtricém meam.
Séd veniam mihi quám gravate páter dedit de Chrýsalo!
Vérum postremo ímpetravi, ut né quid ei suscénseat.
*Pi.* Éstne hic meus sodális? *Mne.* Estne hic hóstis, quem adspició, meus? 5
*Pi.* Cérte is est. *Mne.* Is ést. *Pi.* Adibo cóntra, et contollám gradum.
Sálvos sis, Mnesíloche. *Mne.* Salve. *Pi.* Sálvos quom peregre ádvenis,
Coéna detur. *Mne.* Nón placet mihi coéna, quae bilém movet.
*Pi.* Núm quae advenienti aégritudo obiécta est? *Mne.* Atque acérruma.
*Pi.* Unde? *Mne.* Ab homine, quém mihi amicum esse árbitratus sum ántidhac. 10
*Pi.* Múlti more isto átque exemplo vívunt, quos quom cénseas
Ésse amicos, réperiuntur fálsi falsimóniis,
Língua factiósi, inertes ópera, sublestá fide.
Núllus est, qui nón invideat rém secundam obtíngere;

*Act. III. Sc. V.* Prodit Pistoclerus a Bacchide, ad quam quo tempore denuo introierit, omissit poeta dicere. Mandavit autem ei Bacchis, ut Mnesilochum quaereret, et adduceret.

1. Sensus: ego, rebus aliis omnibus posthabitis, tua mandata perficiam, Bacchis. Vett. *antevortam.* Vulg. Lamb. Both. Dousa: *antevortar*, quasi deponenti pro activo posito. Neutraliter v. *antevertere* legitur Capt. IV, 2, 60. *Pol moerores mi antevertunt gaudiis*, i. e. potiores sunt, activo neutraliter usurpato, ut in multis fit. Caeterum vide indicem sub *antevorti* et *praevorti*.

3. *Nam* etc. i. e. Miror autem. — *si a me tetigit n.* h. e. si nuncius, quem ad eum misi, eum convenit. Nuncius intelligi possit Chrysalus, etsi disertis verbis ei hoc non mandaverit. — Vett. *Nam illud animus miratur meus, si a me t. n.*

*Act. III. Sc VI.* Dum introire vult Pistoclerus in domum Mnesilochi, hic ipse ex ea prodit, postquam patri omne aurum tradidit.

6. Vulg. et vett. et Lamb. verba *Is est — gradum* Mnesilocho tribuunt. Vulg. et Pall. *et tollam.* Lamb. *contollam.* Atque dictio *contollam gradum* legitur Aul. V. 6. Bothius, omissa *et*, verba *contollam gradum* Mnesilocho tribuit. Consentaneum autem est, quietum stare Mnesilochum, neque adire contra aut contollere gradum.

12. Vett. ed. Lips. et ed. pr. *Sibi amicos.* Vulg. Lamb. Both. cum Pall. *Esse amicos.* — *falsi falsimoniis*, i. e. falsi ob falsimonias suas, i. e. perfidi ob perfidias. — *lingua factiosi*, i. e. lingua largi erga amicos, lingua strenui, lingua fortes, qui faciunt cum amicis lingua, non opera. Oppositum seqq. *inertes opera.* V. *factiosus* vide Aul. II, 2, 50.

Sibi ne invideatur, ipsi ígnavi recté cavent. 15
*Mne.* Édepol nae tu illórum mores pérquam meditaté tenes.
Séd etiam unum hoc éx ingenio málo malum inveniúnt suo:
Núlli amici súnt, inimicos ípsi in sese omnés habent;
Átque ii se cum frústrant, frustrare álios stolidi exístumant:
Sícut est hic, quem ésse amicum rátus sum, atque ipsus súm mihi: 20
Ille, quod in se fúit, adcuratum hábuit, quod possét mali
Fácere, et in me incónciliare cópias omnés meas.
*Pi.* Ímprobum istunc ésse oportet hóminem. *Mne.* Ego ita esse árbitror.
*Pi.* Óbsecro hercle, lóquere, quis is est. *Mne.* Bénevolens vivít tibi:
Nám ni ita esset, técum orarem, út ei, quod possés mali 25
Fácere, faceres. *Pi.* Díc modo hominem, quí sit. Si non fécero
Éi male aliquo pácto, me esse dícito ignavíssumum.
*Mne.* Néquam homo est; verum hércle amicus ést tibi. *Pi.* Tantó magis
Díc quis est: nequám hominis ego párvi pendo grátiam.
*Mne.* Vídeo, non potésse, quin tibi éius nomen éloquar: 30
Pístoclere, pérdidisti mé sodalem fúnditus!
*Pi.* Quíd istuc est? *Mne.* Quid ést? Misine ego ád te ex Epheso epístolam
Súper amica, ut mi ínvenires? *Pi.* Fáteor factum, et réperi.
*Mne.* Quíd? tibi non erát meretricum aliárum Athenis cópia,
Quíbuscum haberes rém, nisi cum illa, quám ego mandassém tibi, 35
Ócciperes tu amáre, et me íres consultúm male?
*Pi.* Sánun' es? *Mne.* Rem réperi omnem ex túo magistro: né nega.
Pérdidisti me! *Pi.* Étiamne ultro túis me prolectás probris?

14. Sic Pall. vett. et Lamb. — Vulg. et Both. *quoi non invideant.*

15. *recte cavent*, sc. quia sunt egentes, miseri atque afflicti, per sua ipsorum vitia.

18. *Nulli* i. e. nemini. Sui autem ipsorum illi sunt inimici.

19. Bothius cum Pall. vulg. vett. et Lamb. *cum frustrantur, frustrari.* Idem pro *ii* dedit *hi*, versumque pro iambico habet. Crebra est permutatio formae activae cum deponenti; ideo hoc loco activum restituendum.

20. B. omittit *sum* post *ratus.*

21. B. *Ipse quod* etc. ut habet Decurt. Lips. ed. Pr. — V. C. *Ille.*

22. B. tmesin fecit: *et in mihi conciliare*, nulla quod sciam codd. auctoritate. Verbum *inconciliare* occurrit Most. III, 1, 80: *Ne inconciliare quid nos porro postules.* et Trin. I, 2, 99. *Inconciliastin' eum, qui mandatust tibi?* quem posteriorem locum Festus sic int.: *compastis, commendasti, vel, ut antiqui, per dolum decepisti.* Ex qua interpretatione patet, incertum animi fuisse Festum, quid statueret de hoc vocabulo. Itaque recedens ab eo Lambinus ait significare hic: irritare, incitare in alterum, inimicum reddere. Quod hic potest, et in Trinumo; at in Most. minus apte. — Forsitan in universum sensus est: perfide et fraudulenter aliquo uti, vel ut ex eo ipso usum capias, vel ut eum irrites contra alium quempiam; quasi: *Intriguen machen.* Atque hoc sensu legitur etiam Pers. V, 2, 58. Inprimis autem videtur dici de negotiis alicui facessendis in emtionibus, ne fiant. Nam *conciliare* interdum i. e. q. emere. Cf. Capt. prol. 33. et I, 2, 22. 59.

34. Palatt. vulg. et vett. *Qui, tibi.* Sed Lamb. Both. *Quid? t.*

35. Vett. *nisi illa.* Sed vulg. Decurt. Lips. ed. Pr. Lamb. B. *nisi cum illa.*

36. Vulg. Pall. vett. Lamb. *tute amare.* In notis Lamb. *Occiperes eam tute amare, et mi ires consultum male.* — Non *illi amare, et me.* V. *Consulere,*

## ACTUS III. SCENA V.

*PISTOCLERUS.*

Rébus aliis ántevortar, Bácchis, quae mandás mihi:
Mnésilochum ut requíram, atque ut eum mécum ad te adducám simul.
Nám illud animus méus miratur, si á me tetigit núntius,
Quíd remoratur. Íbo et visam huc ád eum, si forte ést domi.

---

## ACTUS III. SCENA VI.

*MNESILOCHUS. PISTOCLERUS.*

*Mne.* Réddidi patríd omne aurum. Núnc ego illam mé velim
Cónvenire, póstquam inanis súm, contemtricém meam.
Séd veniam mihi quám gravate páter dedit de Chrýsalo!
Vérum postremo ímpetravi, ut né quid ei suscénseat.
*Pi.* Éstne hic meus sodális? *Mne.* Estne hic hóstis, quem adspició, meus? 5
*Pi.* Cérte is est. *Mne.* Is ést. *Pi.* Adibo cóntra, et contollám gradum.
Sálvos sis, Mnesíloche. *Mne.* Salve. *Pi.* Sálvos quom peregre ádvenis,
Coéna detur. *Mne.* Nón placet mihi coéna, quae bilém movet.
*Pi.* Núm quae advenienti aégritudo obiécta est? *Mne.* Atque acérruma.
*Pi.* Unde? *Mne.* Ab homine, quém mihi amicum esse árbitratus sum ántidhac. 10
*Pi.* Múlti more isto átque exemplo vívunt, quos quom cénseas
Ésse amicos, réperiuntur fálsi falsimóniis,
Língua factiósi, inertes ópera, sublestá fide.
Núllus est, qui nón invideat rém secundam obtíngere;

*Act. III. Sc. V.* Prodit Pistoclerus a Bacchide, ad quam quo tempore denuo introlerit, omissit poeta dicere. Mandavit autem ei Bacchis, ut Mnesilochum quaereret, et adduceret.

1. Sensus: ego, rebus aliis omnibus posthabitis, tua mandata perficiam, Bacchis. Vett. *antevortam.* Vulg. Lamb. Both. Dousa: *antevortar*, quasi deponenti pro activo posito. Neutraliter v. *antevertere* legitur Capt. IV, 2, 60. *Pol moerores mi antevertunt gaudiis*, i. e. potiores sunt, activo neutraliter usurpato, ut in multis fit. Caeterum vide indicem sub *antevorti* et *praevorti*.

3. *Nam* etc. i. e. Miror autem. — *si a me tetigit n.* h. e. si nuncius, quem ad eum misi, eum convenit. Nuncius intelligi possit Chrysalus, etsi disertis verbis ei hoc non mandaverit. — Vett. *Nam illud animus miratur meus, si a me t. n.*

*Act. III. Sc VI.* Dum introire vult Pistoclerus in domum Mnesilochi, hic ipse ex ea prodit, postquam patri omne aurum tradidit.

6. Vulg. et vett. et Lamb. verba *Is est — gradum* Mnesilocho tribuunt. Vulg. et Pall. *et tollam.* Lamb. *contollam.* Atque dictio *contollam gradum* legitur Aul. V. 6. Bothius, omissa *et*, verba *contollam gradum* Mnesilocho tribuit. Consentaneum autem est, quietum stare Mnesilochum, neque adire contra aut contollere gradum.

12. Vett. ed. Lips. et ed. pr. *Sibi amicos.* Vulg. Lamb. Both. cum Pall. *Esse amicos.* — *falsi falsimoniis*, i. e. falsi ob falsimonias suas, i. e. perfidi ob perfidias. — *lingua factiosi*, i. e. lingua largi erga amicos, lingua strenui, lingua fortes, qui faciunt cum amicis lingua, non opera. Oppositum seqq. *inertes opera.* V. *factiosus* vide Aul. II, 2, 50.

bi ne invideatur, ipsi ígnavi recté cavent. 15
NE. Édepol nae tu illórum mores pérquam meditaté tenes.
d etiam unum hoc éx ingenio málo malum inveniúnt suo:
illi amici súnt, inimicos ípsi in sese omnés habent;
que il se cum frústrant, frustrare álios stolidi exístumant:
:ut est hic, quem ésse amicum rátus sum, atque ipsus súm mihi: 20
e, quod in se fúit, adcuratum hábuit, quod possét mali
:cere, et in me incónciliare cópias omnés meas.
:. Ímprobum istunc ésse oportet hóminem. MNE. Ego ita esse árbitror.
:. Óbsecro hercle, lóquere, quis is est. MNE. Bénevolens vivít tibi:
im ni ita esset, técum orarem, út ei, quod possés mali 25
icere, faceres. PI. Díc modo hominem, quí sit. Si non fécero
male aliquo pácto, me esse dícito ignavíssumum.
NE. Néquam homo est; verum hércle amicus ést tibi. PI. Tantó magis
c quis est: nequám hominis ego párvi pendo grátiam.
NE. Vídeo, non potésse, quin tibi éius nomen éloquar: 30
stoclere, pérdidisti mé sodalem fúnditus!
:. Quíd istuc est? MNE. Quid ést? Misine ego ád te ex Epheso epístolam
per amica, ut mi ínvenires? PI. Fáteor factum, et réperi.
NE. Quíd? tibi non erát meretricum aliárum Athenis cópia,
uíbuscum haberes rém, nisi cum illa, quám ego mandassém tibi, 35
:ciperes tu amáre, et me íres consultúm male?
:. Sánun' es? MNE. Rem réperi omnem ex túo magistro: né nega.
:rdidisti me! PI. Étiamne ultro túis me prolectás probris?

14. Sic Pall. vett. et Lamb. — Vulg. Both. *quoi non invideant.*

15. *recte cavent*, sc. quia sunt egen-, miseri atque afflicti, per sua ipso-a vitia.

18. *Nulli* i. e. nemini. Sui autem erum illi sunt inimici.

19. Bothius cum Pall. vulg. vett. et nb. *cum frustrantur, frustrari.* Idem *ii* dedit *hi*, versumque pro iambico et. Crebra est permutatio formae ivae cum deponenti; ideo hoc loco ivum restituendum.

20. B. omittit *sum* post *ratus.*

21. B. *Ipse quod* etc. ut habet De-t. Lips. ed. Pr. — V. C. *Ille.*

22. B. tmesin fecit: *et in mihi conci-e*, nulla quod sciam codd. auctoritate. bum *inconciliare* occurrit Most. III, 30: *Ne inconciliare quid nos porro tulea.* et Trin. I, 2, 99. *Inconciliastin'* s, *qui mandatust tibi?* quem postea locum Festus sic int.: *compa-ti, commendasti, vel, ut antiqui, dolum decepisti.* Ex qua interpretatione patet, incertum animi fuisse Festum, quid statueret de hoc vocabulo. Itaque recedens ab eo Lambinus ait significare hic: irritare, incitare in alterum, inimicum reddere. Quod hic potest, et in Trinumo; at in Most. minus apte. — Forsitan in universum sensus est: perfide et fraudulenter aliquo uti, vel ut ex eo ipso usum capias, vel ut eum irrites contra alium quempiam; quasi: *Intriguen machen.* Atque hoc sensu legitur etiam Pers. V, 2, 58. Inprimis autem videtur dici de negotiis alicui facessendis in emtionibus, ne fiant. Nam *conciliare* interdum i. e. q. emere. Cf. Capt. prol. 33. et I, 2, 22. 59.

34. Palatt. vulg. et vett. *Qui, tibi.* Sed Lamb. Both. *Quid? t.*

35. Vett. *nisi illa.* Sed vulg. Decurt. Lips. ed. Pr. Lamb. B. *nisi cum illa.*

36. Vulg. Pall. vett. Lamb. *tute amare.* In notis Lamb. *Occiperes eam tute amare, et mi ires consultum male.* — Non ellid. *amare, et me.* V. *Consulere,*

*Mne.* Quíd? amas Bacchidém? *Pi.* Duas ergo hic íntus eccas Bácchides ...
*Mne.* Quíd duae? *Pi.* Atque ambás sorores. *Mne.* Lóqueris nunc nugás sciens.
*Pi.* Póstremo, parúm si pergis míhi fidem arbitrárier,
Tóllam ego ted in cóllum atque intro hinc aúferam. *Mne.* Imo íbó: mane.
*Pi.* Nón maneo, neque tú me habebis fálso suspectúm. *Mne.* Sequor.

---

## ACTUS IV. SCENA I.

*PARASITUS. PUER. PISTOCLERUS.*

*Pa.* Parasítus ego sum hóminis nequam atque ímprobi,
Milítis, qui amicam sécum avexit éx Samo.
Nunc me íre iussit ád eam et percontárier,
Utrum aúrum reddat, ánne eat secúm simul.
Tu púer, qui dudum cum íllac usque istí simul,
Quae harúm sunt aedes, púlta! adi actutum ád fores! —
Recéde hinc dierecte! Én ut púltat própudium!
Comésse panem trís pedes latúm potes,
Forés pultare néscis! Ecquis in aédibust?
Heus, écquis hic est? écquis hoc aperit óstium?
Ecquis éxit? *Pi.* Quid istuc? quae ístaec est pultátio?
Quae té mala crux ágitat, ad istunc quí modum
Aliéno vires túas extentes óstio?
Forés paene effregísti! Quid nunc vís tibi?
*Pa.* Aduléscens, salve. *Pi.* Sálve. Sed quem quaéritas?
*Pa.* Bacchídem. *Pi.* Utram ergo? *Pa.* Níhil scio, nisi Bácchidem.
Paucís me misit míles ad eam Cléomachus:

teste Festo, antiquitus cum acc. construebatur. Redit infra: IV, 3, 47.

38. V. C. vulg. Both. *prolectas.* Decurt. vett. Lamb. *proiectas.* Sed Lamb. in notis praefert *prolectas*, idque interp. *provocas*, *lacessis.* Videtur potius idem esse, quod deludere aliquem, uti *oblectare* As. II, 2, 103.

41. Vulg. Pall. vett. Lamb. *Postremo, si pergis parum mihi f. arb.* Both. *Postremo ego, si pergis parvam mihi fidem arb.*, pronomine *ego* ex seq. versu adscito.

*Act. IV. Sc. I.* Advenit Parasitus militis cum puero, argentum repetitum a Bacchide, nisi cum illo navigare velit. Prodit Pistoclerus, eique denunciat, remansuram Bacchidem, quia alium ea amet. Id ille nunciatum militi abit.

5. Vett. *I tu puer qui dudum cum illac usque isti simul.* Vulg. et Pall. *Tu dudum, puer, cum illa usque isti simul.* Bothius vulgatam sequitur, nisi quod habet *puere.* Lamb. *Tu qui dudum puer cum illa usque isti simul.*

7. Vett. *Recede hinc dierecte. En ut pultat propudium.* Vulg. *directe. ut pulsat*, sicut et Lamb. et B. et Pall. nisi quod hi *dierecte.* Quorum lectionem si praeferas, versum sic legito: *Recéde hinc dierécte! Ut púlsat própudium!* ita ut ne elidatur *Recede.* Haudquaquam enim *dierecte*, ut existimavit Rostius, dispondaeum facit, neque usquam ea vox trisyllaba est. De qua vide indicem et loca ibi adnotata.

9. Sic vett. et Lamb. — Vulg. *ecquis his in aed. est?* uti Pall. quod propter metrum ferri nequit.

11. Vulg. Lamb. B. *pulsatio.* Vett. *pultatio.*

12. Sic vulg. et vett. — Producendum autem *mala* in fine, uti saepe nomin. primae.

17. *Paucis*, i. e. ut ei pauca haec, quae dicturus sum, denuntiarem.

Vel út ducentos Philíppos reddat aúreos,
Vel ut hínc in Elatiam hódie eat secúm simul.
*Pi.* Non ít; negat esse itúram. Abi et renúntia! 20
Alium ílla amat, non íllum. Duc te ab aédibus!
*Pa.* Nimis íracunde! *Pi.* At scín', quam iracundús siem?
Nae tibi hércle haud longe est ós ab infortúnio:
Ita déntifrangibula haéc meis manibus géstiunt!
*Pa.* Quom ego húius verba intérpretor: mihi caútio est, 25
Ne núcifrangibula excússit ex malís meis. —
Tuo ego ístaec igitur dícam illi perículo.
*Pi.* Quid áis tu? *Pa.* Ego istuc ílli dicam. *Pi.* Díc mihi,
Quis tu és? *Pa.* Illius sum íntegumentum córporis.
*Pi.* Nequam ésse oportet, quoí tu integumentum ímprobus es. 30
*Pa.* Sufflátus ille huc véniet. *Pi.* Diruptúm velim!
*Pa.* Numquíd vis? *Pi.* Abeas céleriter, facto ést opus.
*Pa.* Vale, déntifrangibule. *Pi.* Ét tu integumentúm, vale.
Ea eum haéc revenit rés locum, ut, quid cónsili
Dem méo sodali súper amica, nésciam, 35
Qui irátus renumerávit omne aurúm patri,
Neque númus ullust, quí reddatur míliti.
Sed húc concedam: nám concrepuerúnt fores:
Mnesílochus eccum moéstus progreditúr foras.

---

## ACTUS IV. SCENA II.

*MNESILOCHUS. PISTOCLERUS.*

*Mne.* Pétulans, protervo, íracundo ánimo, indomito, incógitato,
síne modo et modéstia sum, síne bono iure átque honore;
incredibilis, ímpos animi, ínamabilis, illépidus vivo,

19. *Elatia* urbs et in Phocide, et in Thessalia, secundum Stephanum. Prior apud Plin. IV. 12 *Elatea* a Graeco Ἐλάτεια; idem *Elatium* urbem recenset ter Arabicas V, 21.

20. Pall. Vulg. vett. Lamb. *negato.* Bith. ex Acidalii emendatione: *negat.* Iqua sic legendum esse, praestat locus Asin. II, 4, 46. ubi *Negat esse intus* e. q. non est intus, ex solemni cautione. V. Ind.

24. Sensus: ita pugni mei gestiunt mutos tibi infringere. V. *Gestire* Festus e explicat: *gestit, qui subita felicitate exhilaratus, nimio corporis motu moter consuetudinem exsultat.* Sic h. pugni quasi exultant cupidine. *meis manibus* i. e. q. manuum mearum, dat. pro genitivi. Cf. indicem v. *Dativus* et pro II, 3, 98.

25. Cum repute huius verba, video, mihi cavendum esse, ne dentes ille mei exsultiat. *excussit* pro *excusserit*, ut *gnossim* pro *negaverim*.

29. *integumentum corporis* Lambinus expl. σωματοφύλαξ δορυφόρος, custos et stipator corporis, satelles.

30. Sic Palatt. vett. et vulg. — Lamb. *improbum es.* Bothius: *quoi tam integumentum improbum est.*

34. Vulg. et Pall. *In eum nunc haec revenit res locum, ut, quid cons.* Lamb. *In eum num haec res venit l.* Eliciendum *nunc*, et *revenit* producendum.

*Act. IV. Sc. II.* Prodit Mnesilochus a se, lamentans propter stultitiam suam, qua patri aurum renumeraverit. Solatur eum Pistoclerus, narratque ei, se militis nuncium parasitum a foribus propulsasse. Uterque meliora sperant. Advenit Chrysalus.

1. *incogitato*, h. e. experte cogitationis.

2. *sine modo et modestia*, i. e. sine moderatione, intemperans.

3. *incredibilis*, i. e. nulli fidem habens, vel: dignus cui nemo fidem habeat. Quod posterius, praeferendum videtur propter

Málevolente ingénio natus. Póstremo id mihi est, quód nolo aliis.
Credíbile hoc est? Nequíor nemo est, 5
Neque indígnior, quoi di bénefaciant,
Neque quem hómo quisquam aut amet aút adeat.
Inimícos quam amícos aequúm'st med habére;
Malós, quam bonós, par magís me iuváre.
Ómnibus próbris, 10
Quae ímprobis víris
Dígna sunt, dígnior núllus'st homo, quí patri
Réddidi omne aúrum amans, quód fuit praé manu.
Naé ego, hómo miser, pérdidi me átque operam
Chrýsali! 15
*Pl.* Cónsolandus hic mi ést. Ibo ad eum.
Mnésiloche, quid fit? *Mne.* Perii!
*Pl.* Dí melius faciánt! *Mne.* Perii!
*Pl.* Nón taces, insipiéns? *Mne.* Taceam?
*Pl.* Sánus satis non és. *Mne.* Perii! 20
Múlta mala mi in péctore nunc
Ácria atque acerba éveniunt.
Críminin' me habuísse fidem?
Immérito tibi iratús fui.
*Pl.* Ileía, bonum habe animum! *Mne.* Únde habeam? 25
Mórtuus pluris preti est,
Quam égo sum. *Pl.* Militis párasitus
Modo vénerat aurum pétere hinc;
Eum égo meis dictís malis
His fóribus atque hac répuli, 30
Reiéci hominem. *Mne.* Quid mi íd prodest?
Quid fáciam? Nil habeó miser.
Illé quidem hanc abducét, scio.
*Pl.* Si mihi sit, non pol póllicear.
*Mne.* Scio, déderis, novi; séd ni ames, 35
Non hábeam tibi fidém tantam.

locutionem solemnem: *mihi nunquam quisquam neque divini, neque humani posthac creduat, nisi* etc. Cf. III, 4, 5. As. V, 4. Amph. II, 2, 50. — Vulg. Pall. Lamb. Both. *imposque.* Vett. *impos.*

4. Vulg. et edd. *quod nolo ego esse aliis*, in quibus abundare aliquid ad metrum, patet. *nolo* V. C. a man. sec. *volo* Dec. et Lips.

7. Vett. *homo quisque.* Vulg. *quisquam homo.*

8. Vett. Lamb. Lips. *aequum est.* Vulg. Both. *aequiust*, quae est explicatio. — *me* leg. *med.*

9. Magis par est, mihi adesse malos, quam bonos.

14. Vett. *Nae ego homo miser perdidi me, atque operam Chrysali.* Vulg. et Both. et Pall. *Sumne ego h. m.? Perd. m. a. o. Chr.* Lamb. *Sumne ego homo miser? Sumne ego nullius pretii? Perd.* etc. ex libro Clerici, ubi illa: *Sumne ego nullius pretii?* ad oram adscripta fuere.

34. *Si mihi sit, non pol pollicear.* Addidi: *pol*, quod abest in vulg. et edd. Lambinus ad haec: „si quid mihi sit, non pollicear, neque exspectem dum roger, sed ultro dem." Ambigue dictum videtur, ut et is sensus subiici queat, quem Lambinus ait, et innuat Pistocleros, se dubitare, an daturus sit, quia ipse amet.

35. Vulg. Pall. et edd. *Scio, dares.* Both. *Scio, duis.* Possit et legi: *Scio, ne doce, novi;* ut est Aul. III, 2, 20. —

36. Bothius: *; sed nisi ames.* Non etc. Sane per sensum verba: *non habeam — tantam* plane abesse possent.

ıc ágitas sat tu tuárum rerum.
ine ut opem mihi férre putem
se inopem té? *Pi.* Tace: deus réspiciet nós aliquis.
*E.* Núgae. *Pi.* Mane. *Mne.* Quid ést? *Pi.* Tuam copiam éccam video Chrysalum. 40

---

## ACTUS IV. SCENA III.

*CHRYSALUS. MNESILOCHUS. PISTOCLERUS.*

Húnc hominem decet aúro expendi, huíc decet statuam státui ex auro:
n duplex hodie fácinus feci, dúplicibus spoliís sum affectus:
rum maiorem meum út ego hodie lúsi lepide! ut lúdificatust!
lidum sénem
lidis dólis 5
npuli et pérpuli, mi ómnia ut créderet.
ıc amanti héro,
io sénis,
icum ego bíbo,
icum edo et ámo, 10
gias cópias aúreasque óbtuli,
domo súmeret, neú foris quaéreret.
n mihi plácent
:menonés, Syri, quí duas aut tris minas
ferunt héris. 15
quíus nihil est, quam cónsili egens
:vós, ni habet multipoténs pectus.
icúnque usus siet, éxpromat.
llús frugi esse potést homo,
ıi qui ét bene et male facére tenet. 20
probis cum ímprobus
rpaget fúribus,
retur, quód queat.
rsipellem cónvenit ess' frugi hómlnem, pectus quoí sapit.

7. Vulg. et edd. *tute.*
9. Vulg. et edd. *tace modo.* Versus choriambicus.
*ſcr. IV. Sc. III.* Prodit Chrysalus, mphans ob rem bene gestam senem-déceptum, ignarus dum, Mnesilochum um reddidisse. De quo ab hoc certior ıs, novae fallaciae causa, iubet Mnechum scribere epistolam ad patrem, eum moneat, ut nullam fidem habeat ysalo, quia is promiserit, se eum le decepturum. Deinde iubet eum ad chidem introire cum Pistoclero, et ibi mbere. Ipse exspectat Nicobulum, n sibi iratum cupit.
. *Hunc hominem*, i. e. me Chrysalum.
3. Vett. Lamb. Both. *Non mihi isti placent.* Vulg. omisso *isti*, quod edd. post *placent* collocant.
16. Vulg. et edd. *egens consilii.* Transposui.
17. Vett. et V. C. a m. sec. *multipatens.* Vulg. et Dec. *multipotens.*
18. Sic Bothius. *suo* non legitur in Pal. — Vulg. et vett.: *ubicunque usus siet, pectore expromat suo*, fere senario versu. V. *pectore* glossema.
21. Vulg. et vett. *Improbis cum improbus sit, harpaget: furibus furetur quod libet.* Eliciendum *sit*, ob metrum. Fortasse rectius *furibus* cum *improbis* longatur.
24. V. *frugi*, quod edd. habent post

Bonus sít bonis, malus sít malis;
Utcúnque res 'st, ita ánimum habeat.
Séd lubet scíre, quantum súrum herus sibi
Démsit, et quíd suo réddidit pátri.
Frúgi si est, Hérculem fécit ex pátre:
Décumam partem eí dedit, síbi novem abstúlit.
Séd, quem quaero, óptime ecce óbviam míhi est.
Núm qui numi éxciderunt, hére, tibi, quod térram sic
Óbtuere? Quíd vos moestos tám tristesque cónspicor?
Nón placet, nec témere est etiam. Quín respondetís mihi?
*Mne.* Chrýsale, occidí! *Ch.* Fortassis tu aúri demsistí parum.
*Mne.* Quí, malum, parum? Ímo vero nímio minus multó paru
*Ch.* Quíd tu igitur, stúlte, quoniam occásio ad eam rém fuit
Méa virtute párta, ut, quantum vélles, tantum súmeres,
Síc hoc digitulís duobus súmebas primóribus?
Án nescibas, quam éiusmodi homini ráro tempus sé daret?
*Mne.* Érras. *Ch.* At quidem túte errasti, quóm parum imme
ámpliter.
*Mne.* Pól tu, quem nunc, méd accuses mágis, si magis rem nóve
Óccidi! *Ch.* Ánimus iam ístoc dicto plús praesagitúr mali.
*Mne.* Périi! *Ch.* Quid ita? *Mne.* Quía patri omne cúm rame
réddidi.
*Ch.* Réddidisti? *Mne.* Réddidi. *Ch.* Omnene? *Mne.* Óppi
*Ch.* Occisí sumus!
Qui ín mentem venít tibi, istuc fácinus facere tám malum?
*Mne.* Bácchidem atque hunc súspicabar própter crimen, Chrýs
Mé male consuluísse: ob eam rem omne aúrum iratus réddidi
Méo patri. *Ch.* Quid, úbi reddebas aúrum, dixistí patri?
*Mne.* Mé id aurum accepísse extemplo ab hóspite Archidémi
*Ch.* Hem!
Ístoc dicto dedísti hodie ín cruciatum Chrýsalum:
Nam úbi me adspiciet, ád carnificem rápiet continuó senex.
*Mne.* Égo patrem exorávi. *Ch.* Nempe ergo hóc ut faceret, qu
loquor?
*Mne.* Ímo tibi ne nóceat, neu quid ób eam rem suscénseat;
Átque aegre impetrávi. Nunc hoc tíbi curandum est, Chrýsale ...

*Vorsipellem*, Bothius elecit, ego transposui. *esse* monosyllabum.

29. Herculi decima praedae pars dabatur. De qua re cf. Plutarch. in Quaestionibus Romanis, et Diodor. Sicul. libro IV. Ipse Plautus eandem rem tetigit Stich. II, 2, 62. et Trucul. II, 7, 12.

32. *numi* non elidendum. — Vulg. *quod sic terram.*

33. Vulg. *tristesque esse conspicor*, quodsi retinere placuerit v. *esse*, *μονοσυλλάβως* enunciandum erit, uti saepissime in Plauto.

34. vulg. et V. C. *quin mihi respondetis.* Transposui igitur. Dec. *rep deas.*

37. Vulg. et edd. omittunt *tu.* B *Quid igitur tu*, *st.*

41. *immersisti* sc. manum in aurum

47. *propter crimen*, i. e. propter c minationem Lydi.

48. *Me male consuluisse*, ut su III, 6, 36. *et me ires consultum male*

50. Vulg. *Id aurum*, omisso *me*, qu add. Both.

51. *dedisti* saepius duabus syllal legendum. Cf. Menaechm. IV, 3, 1 *Túte ultro ad me détulisti. Déd eam donó mihi.* Ceterum ultima *dedisti* non elidenda.

*Ch.* Quíd vis curem? *Mne.* Ut ád senem etiam álteram faciás viam.
Cómpara, fabricáre, finge, quód lubet, conglútina:
Út senem hodie dóctum docte fállas, aurumque aúferas.
*Ch.* Víx videtur fíeri posse. *Mne.* Pérge, ac facile ecféceris.
*Ch.* Quám, malum, facile, quém mendacii préndit manufestó modo? 60
Quém si orem, ut míhi nihil credat, íd non ausit crédere?
*Mne.* Ímo si audiás, quae dicta díxit me advorsúm tibi!
*Ch.* Quíd dixit? *Mne.* Si tu íllum solem síbi solem esse díxeris,
Se íllum lunam crédere esse, et nóctem, qui nunc ést dies.
*Ch.* Émungam hercle hominém probe hodie: ne íd nequidquam díxerit. 65
*Mne.* Núnc quid nos vis fácere? *Ch.* Enim nil, nísi ut ametis, ímpero.
Céterum quantúm lubet me póscitote aurum: égo dabo.
Quíd mihi refert Chrýsalo esse nómen, nisi factís probo?
Séd nunc quantillum úsust auri tíbi, Mnesiloche? díc mihi.
*Mne.* Míliti numís ducentis iam úsus est pro Bácchide. 70
*Ch.* Égo dabo. *Pi.* Tum nóbis opus est súmtu ... *Ch.* Ah, placidé volo
Únumquidque agámus! Hoc ubi égero, tum istúc agam.
Dé ducentis númis primum inténdam balistam ín senem;
Eá balista sí pervortam túrrim et propugnácula,
Récta porta invádam extemplo in óppidum antiquom ét vetus; 75
Si íd capso, geritóte amicis vóstris aurum córbibus,
Si íd quoi animus spérat. *Pi.* Apud te est ánimus noster, Chrýsale.
*Ch.* Núnc tu abi intro, Pistoclere, ad Bácchidem, atque effér cito ...
*Pi.* Quíd? *Ch.* Stilum, cerám, tabellas, línum. *Pi.* Iam faxo híc erunt.
*Mne.* Quíd nunc es facturus? id mihi díce. *Ch.* Coctum prándium; 80
Vós duo eritis átque amica túa erit tecum tértia.
*Mne.* Sícut dicis. *Ch.* Pístoclero núlla amica est? *Mne.* Ímo adest:
Álteram ille amát sororem, ego álteram, ambas Bácchides.
*Ch.* Quíd tu loquere? *Mne.* Hoc, út futuri súmus. *Ch.* Ubi est biclínium
Vóbis stratum? *Mne.* Quíd id exquiris? *Ch.* Rés ita est: dicí volo. 85
Néscis, quid ego actúrus sim, neque, fácinus quantum exórdiar.
*Mne.* Cédo manum ac subséquere propius me ád foris! intro ínspice!
*Ch.* Eúax! nimis bellus átque, ut esse máxume optabám, locus!

59. Sic Both. cum Meursio et Acid. — Vulg. *ac facile haec feceris.*

60. *quem mendacii etc.*, quem modo mendacii prehendit manifesto. — Vett. *Qua, malum, facile?*

77. Vulg. *Sed quoi.* Vett. *Si cui.* Both. *Sicut.*

79. Omittenda copula, quam habent vulg. et vett. *et linum;* aut leg. *Faxo hic erunt*, omisso *Iam.*

80. Vulg. *coctum est prandium*, eaque tribuit eidem Mnesilocho, sequentia Chrysalo. Vett. Lips. ed. Princ. omittunt *est.* Sensus iterum videtur duplex subesse; praecipue tamen hic, ut iubeat eos accubitum ire, quoniam omnia parata sint.

85. vett. *cur id exquiris?*

86. *Euax* monosyllabum.

*Pi.* Quae ímperavisti, ímperatum béne bonis factum fílico est.
*Ch.* Quíd parasti? *Pi.* Quaé parari tú iussisti, ómnia. 90
*Ch.* Cápe stilum propere ét tabellas tu hás tibi. *Mne.* Quid póstea?
*Ch.* Quód iubebo, scríbito istic: nám propterea té volo
Scríbere, ut patér cognoscat litteras, quandó legat.
Scríbe. *Mne.* Quid scribám? *Ch.* Salutem túo patri verbís tuis.
*Pi.* Quíd, si potius mórbum et mortem scríbat? id erit réctius. 95
*Mne.* Ne ínterturba. Iam ímperatum in eéra inest. *Ch.* Dic, quem ád modum?
*Mne.* „Mnésilochus salútem dicit súo patri.“ *Ch.* Adscribe hóc cito:
„Chrýsalus mihi úsque quaque lóquitur nec recté, pater,
„Quía tibi aurum réddidi et quia nóu te defraudáverim.“
*Pi.* Máne, dum scribit. *Ch.* Célerem oportet ésse amatoris manum. 100
*Pi.* Átque idem hercle ád perdundum mágis, quam ad scribendúm, citus.
*Mne.* Lóquere: hoc scriptum est. *Ch.* „Núnc, pater mi (proín tu ab eo ut caveás tibi),
„Sýcophantiás componit, aúrum ut abs ted aúferat;
„Ét profecto se áblaturum díxit.“ Plane adscríbito.
*Mne.* Díc modo. *Ch.* „Atque id póllicetur sé daturum aurúm mihi, 105
„Quód dem scortis, quódque in lustris cómedim et congraecém, pater.
„Séd, pater mi, né tibi hodie vérba det, quaesó cave.“
*Mne.* Lóquere porro. *Ch.* Adscríbedum etiam. *Mne.* Lóquere, quid scribám, modo.
*Ch.* „Séd, pater, quod prómisisti míhi, te quaeso, ut mémineris:
„Né illum verberés; verum apud te vínctum adservató domi.“ 110
Cédo tu ceram ac línum actutum. Age, óbliga, obsigná cito.
*Mne.* Óbsecro, quid istís ad istunc úsust conscriptís modum?
Út tibi ne quid crédat atque ut vínctum te adservét domi?
*Ch.* Quía mi ita lubet! Pótin', ut cures te átque ut ne parcás mihi?
Méa fiducia ópus conduxi, et méo periclo rém gero. 115

89. Prodit Pistoclerus a Bacchide cum instrumentis scriptoriis. Eo nimirum introierat vs. 79. Ceterum numerus in his mutatur: *quae* — *imperatum* — *bonis*, sc. nobis, mihi et Bacchidibus. Boni autem hominis est, imperata celeriter perficere, inprimis tamen servi; ad quod omnino Plautus multis locis sedulo hortatur, quasi gratificans proceribus.

90. Vett. *quae parare.*

98. *nec recte loqui alicui*, est, reprehendere, vituperare aliquem, exprobrare alicui aliquid. V. Indicem.

99. *reddidi* omnes. Bothius et hic: *reddiderim.*

101. Sic vett., in quibus abest illud *est*, quod vulg. Lamb. Both. post *hercle* habent. Ego vero legerim hunc versum: *átque idem hercle ád*, ut non elidatur *atque*. Nam *idem* producendum est. Ceterum Ritschellus e coni. sic: *Atque idem hercle, hem perdundum est magis quam ascribundum cito.* ut sit sensus: non tantum cito adscribere eum, quae dictas, sed perdere potius festinando iubere videris: adeo quidem urges. — Verum tum pro *magis* deberet *esse potius*. Sed et omnis tum facetia ieiuna evaderet, et lepore vero destituta, quae optima sane et facetissima ex nostra.

107. *pater mi*, ut supra vs. 102., et hic habent vett. longe aptius, quam quod vulg. et V. C. *Sed, pater, vide*, *ne* etc. ut et Bothius. Nostram Lambinus.

108. Vulg. *etiam* Mnesilochi tribuit.

115. *opus conduxi*, sc. a me perficiendum, tamquam architectus, qui suo periculo redimit opus aliquod perficiendum.

*MNE.* Aéquom dicis. *CH.* Cédo tabellas. *MNE.* Áccipe. *CH.* Animum advórtite,
Mnésiloche, et tu, Pístociere. Iám facite in biclínio
Cúm amica sua utérque adcubitum eátis; ita negótium est;
Átque ibidem, ubi núnc sunt lecti stráti, potetís cito.
*PI.* Númquid aliud? *CH.* Hóc; atque etiam, úbi erit adcubitúm semel,
Né quoquam exsurgátis, donec á me erit signúm datum.
*PI.* O ímperatorém probum! *CH.* Iam bís bibisse opórtuit.
*MNE.* Fúgiemus! *CH.* Vostrúm curate officium; ego efficiám meum. —

---

## ACTUS IV. SCENA IV.

*CHRYSALUS.*

Insánum magnum mólior negótium,
Metuóque, ut hodie póssiem emolírier.
Sed núnc truculento mi átque saevo usús sene est:
Nam nón conducit húiic sycophántiae,
Seném tranquillum ésse, ubi med adspéxerit.
Vorsábo ego illunc hódie, si vivó, probe!
Tam fríctum ego illum réddam, quam frictum ést cicer!
Adámbulabo ad óstium: ut, quando éxeat,
Extémplo advenienti ei tabellas dem ín manum.

---

## ACTUS IV. SCENA V.

*NICOBULUS. CHRYSALUS.*

*NI.* Nimio íllaec res est mágnae dividiaé mihi,
Subtérfugisse síc mihi hodie Chrýsalum.
*CH.* Salvós sum: iratus ést senex. Nunc ést mihi
Adeúndi ad hominem témpus. *NI.* Quis loquitúr prope?
Atque híc quidem, opinor, Chrýsalust. *CH.* Accéssero.
*NI.* Bone sérve, salve. Quíd fit? quam mox návigo
In Éphesum, ut aurum répetam ab Theotimó domum? —

118. *ita negotium est*, ita res poscit.

123. Sic vett. et Lamb. — Vulg. et Both., ut edd., *Fugiamus. Ch. Vos vestrum e. Cf.* Capt. 2, 1, 16.

*Act. IV. Sc. IV.* Et haec et superioris scenae magna pars hoc spectat, ut magnificetur Chrysali ingenium atque audacia.

1. Both. *Insane magnum*, e coniectura. Sed libri et edd. *Insanum magnum*, uti et legitur Mostell. III, 3, 5.: *Quid particum? Th. Insanum bonam.* Nam *insanum* adverbium est, ut alias multum.

3. Vett. omittunt v. *sene.*

5. Vett. *Senem esse tranquillum, ubi me adspexerit, Versabo* etc. Lamb. *Qui ubi me adspexerit.* Vulg. *senem tranquillum esse, ubi me adspexerit*, puncto post *adspexerit* posito. Both. *Senem tr. esse. Ubi me adspexerit:*

6. *Vorsabo* a piscibus assatis depromtum. Cf. Asin. 1, 3, 28. *vorses, quo pacto lubet.* — *Frictum cicer.* Her. de Art. poet. *Nec si quid fricti ciceris probat aut nucis emtor.*

9. Vett. omittunt *ei*, ut et Lips. ed. Princ. et Lamb. Habent vulg. Both. V. C. Doc.

Tacés? Per omnis déos adiuro, ut, ní meum
Gnatúm tam amem atque ei fácta cupiam, quae ís velit,
Ut túa iam virgis látera lacerentúr probe, 10
Ferrátusque in pistríno aetatem cónteras.
Omnía rescivi scélera ex Mnesilochó tua.
*Ch.* Men' críminatust? Óptume est! ego sum malus!
Ego sum sacer, sceléstus! Specta rém modo.
Ego véro verbum fáciam? *Ni.* Etiam, cárnufex, 15
Minitáre? *Ch.* Nosces tu illum actutum, quális sit.
Nunc hásce tabellas férre me iussít tibi;
Orábat, ut, quod istíc est scriptum, fíeret.
*Ni.* Cedo. *Ch.* Nósce signum. *Ni.* Nóvi. Ubi ipse est?
*Ch.* Néscio;
Nil iám me oportet scíre; oblitus sum ómnia; 20
Scio, me ésse servom: néscio etiam id, quód scio. —
Nunc áb transenna hic túrdus lumbricúm petit!
Pendébit hodie púlcre: ita intendí tenus.
*Ni.* Manedúm parumper: iam éxeo ad te, Chrýsale.
*Ch.* Ut vérba mihi dat! út nescio, quam rém gerat! 25
Servós arcessit íntus, qui me vínciant.
Bene návis agitatur! púlcre haec confertúr ratis!
Sed cónticiscam: nam aúdio aperirí foris.

---

*Act. IV. Sc. V.* 8. Both. omittit *ut*, quia sequatur idem vs. 10. Sed eiusmodi iterationes apud Plaut. crebrae.

10. Supplieri potest: Me facturum fuisse, ut tua etc. — *Ferratus*, catena vinctus. — *aetatem*, vitam.

13. *ego sum malus:* concessio ironica.

14. *specta rem modo!* vel ita intell., ut quasi mirabundus alienum quempiam alloquatur: *Man sehe doch!*, vel. sign.: *attende modo ad exitum rei.*

15. Lamb. *Ego nec verbum faciam.* Vett. et vulg. *Ego verbum faciam*, uti plerique codd. Both. *Ego verum verbum faciam*, additque, „sc. me esse scelestum. Id verbum verum faciam, factis comprobabo. Similia *verum* et *verbum* non semel sibi invicem offecere. Hoc autem est minitari, non quod vulgo legitur: *Ego verbum faciam.*" Sed *minitari* etiam omnino potest dici, qui audacter et contemtim loquitur. Itaque reposui: *Ego vero verbum faciam?* i. e. nihil dicam, quo me defendam. Id quod mihi melius concinere videtur cum sequentibus: *Nosces tu illum actutum, qualis sit*, quae ob omni parte cum Bothii coniectura conciliari nequeunt, quidquid eam laudaverit Duebnerus in Iahnii Annalibus 1832. IV. 321. Nam non omnia, quae illic a magistris nostris tamquam augurla proferuntur, vera sunt.

18. Vulg. et vett. *ut quod istic esset scr.* Both. *Orabat, quod istic esset scriptum, ut fieret.* Lipa. et ed. Pr. *est scriptum.*

21. Cf. II, 3, 90.

22. *transenna* erat decipulum avium silvestrium. Cf. Rud. IV, 7, 10. — *lumbricus*, esca.

23. *pendebit*, sc. tamquam turdus, transenna captus. — *intendi tenus.* Nonius ait: „*tenus* est laqueus, a tendicula dictus"; deinde locum hunc adducit; Servius autem ad Virg. Aen. VI, 62. *Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta*, hunc locum adducens, *tenus*, plurali numero, ait esse extremas paries arcus, ubi nervus sedeat; gr. κορώνη. Ego et hic, ut in Virgilio, adverbium existimo, ut *ita tenus* sit i. q. eatenus.

24. *iam exeo ad te.* Sic Bothius. Vulg. Pall. et vett. *iam ad te exeo.* Cf. IV, 8, 129. ubi eadem leguntur. *Iam exeo* i. e. q. statim redibo.

27. *navis*, uti ναῦς, monosyllabum.

# ACTUS IV. SCENA VI.

*NICOBULUS. CHRYSALUS.*

Constringe tu illi, Ártamo, actutúm manus!
Quid féci? *Ni.* Impinge púgnum, si muttíverit! —
haé loquuntur litterae? *Ch.* Quid mé rogas?
illo accepi, ad te óbsignatas áttuli.
Eho tú, loquitatusne és gnato meó male 5
érmonem, quia míhi id aurum réddidit?
dixisti id aúrum ablaturúm tamen
ýcophantiás? *Ch.* Egone istuc díxi? *Ni.* Ita.
Quis homo ést, qui dicat, mé dixisse istúc? *Ni.* Tace;
homo dicit: haé tabellae te árguunt, 10
tu áttulisti. Hem, haé te vincirí iubent!
ha! Béllerophontem túus me fecit fílius:
ét tabellas tétuli, ut vincirér! — Sine!
roptérea hoc facio, ut suádeas gnató meo,
rgraecetur técum, tervenéfice! 15
stúlte, stulte, néscis nunc vaeníre te;
ín eo ipso adstas lápide, ubi praeco praédicat.
espónde: quis me véndit? *Ch.* Quem di díligunt,
scens moritur, dúm valet, sentít, sapit.
si úllus deus amáret, plus annís decem, 20
lám viginti, mórtuom esse opórtuit;
érrai odium inámbulat, et iam níl sapit,
éntit. Tanti est, quánti est fungus pútidus.
'un' térrae me odium esse aútumas? Abdúcite hunc
átque adstringite ád columnam fórtiter! 25
iam aúferes hinc aúrum! *Ch.* Atqui ultro iám dabis.
abo? *Ch.* Átque orabis mé quidem ultro, ut aúferam.
illúnc rescisces, críminatorém meum,
o ín pericio et quánta in pernicié siet:
líbertatem Chrýsalo largíbere. 30
ideo nunquam accípiam. *Ni.* Dic, scelerúm caput,

*IV. Sc. VI.* Prodit a se Ni-, cum servis, vincula, quibus r Chrysalus, portantibus.
ett. *tute*. Vulg. Both. *tu*. Non am *illi*.
ett. *Eo tu*. Vulg. *Eho tu*, ut ll.
n *vett.* deest *hem*. Habet Lamb.
Vulg. *iam* ante *tuus*. Nostr. – De Bellerophonte narratio leg. om. Iliad. VI.
*Sine*, minantis verbum: *Schon*
ett. *O stulte, stulto nesc. n. v.* ulgata deest comma post alterum Habet Lamb. et B.
Both. *ut praeco praedicat*. Sed *ubi* omnes edd. — Is lapis vocabatur πρατὴρ λίθος, πωλητήριον. Cf. Pollux libro III.

18. Verba *Quem di diligunt, adulescens* etc., quasi responsionem sonant ad Nicobuli quaestionem. Sed continuat ea notissima Graecis sententia: ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος, et ad senem ipsum dein applicat, quo etiam magis eum irritet.

22. Vett. *Terrae odium inambulat, et iam nihil sentit*. Lamb. *Qui terrae odium inambulat, et iam nihil sapit*. Vulg. ut Palatt. *Terrae odium ambulat. iam nihil sapit*. Both. *Terrai odium amb.: tam nil sapit*.

26. In vulg. et Pall. deest *ultro*, quod vett. habent, et apte repetitur vs. seq.

Dic, quo ín pericio est méus Mnesilochus filius?
*Ch.* Sequere hác me: faxo iám scies. *Ni.* Quo géntium?
*Ch.* Tres únos passus. *Ni.* Vél decem. *Ch.* Agedum, tu Ártame,
Forem hánc pauxillulum áperi placide, né crepet. — 35
Sat ést. Accede huc tú! viden' convívium?
*Ni.* Video éxadvorsum Pístoclerum et Bácchidem.
*Ch.* Qui súnt in lecto illo áltero? *Ni.* Interií miser!
*Ch.* Novístine hominem? *Ni.* Nóvi. *Ch.* Dic, sodés, mihi:
Bellán' videtur spécie mulier? *Ni.* Ádmodum. 40
*Ch.* Quid? illánc meretricemne ésse censes? *Ni.* Quíppini?
*Ch.* Frustra és. *Ni.* Quis igitur, óbsecro, est? *Ch.* Invéneris:
Ex mé quidem hodie núnquam fies cértior.

---

## ACTUS IV. SCENA VII.

*CLEOMACHUS. NICOBULUS. CHRYSALUS.*

*Cle.* Meamne híc Mnesilochus, Nícobuli filius,
Per vim út retineat múlierem? quae haec fáctio est?
*Ni.* Quis ille ést? *Ch.* Per tempus híc venit milés mihi.
*Cle.* Non me árbitratur mílitem, sed múlierem,
Qui mé meosque nón queam defénděre. 5
Nam néque Bellona mihi únquam neque Mars créduat,
Ni illum éxanimalem fáxo, si convénero,
Nive éxheredem fécero vitaé suae.
*Ni.* Chrysále, quis ille est, quí minitatur filio?
*Ch.* Vir hic ést illius múlieris, quacum ádcubat. 10
*Ni.* Quid? vír? *Ch.* Vir, inquam. *Ni.* Núpta est illan', óbsecro?
*Ch.* Scies haúd multo post. *Ni.* Óppido interií miser!
*Ch.* Quid? núnc scelestus tíbi videtur Chrýsalus?
Age núnc, vincito me! aúscultato filio!
Dixín' tibi égo illum invénturum te, quális sit? 15
*Ni.* Quid núnc ego faciam? *Ch.* Iúbe, sis, me exsolví cito:

33. Ad haec et quae sequuntur conferto Asin. 5, 2, 28. sqq.

35. Vett. *pauxillulum aperi placide, ne crepet:* adduntque et hic: *faxo iam scies.* Vulg. Both. *aperi, placide, ne crepa.* al. *ne crepita.*

*Act. IV. Sc. VII.* Accedit Cleomachus miles cum comitatu suo, minitabundus Mnesilocho Bacchidique. Cuius metu adducitur Nicobulus, ut paciscat cum eo ducentis Philippis, ne filium occidat, aut ei convicium faciat. Asserit Chrysalus, nunc non esse cum Bacchide Mnesilochum. Abit miles, Chrysalus autem promittit patri, se castigaturum esse filium, et ad melius vitae genus adducturum. Quo facto introit. Nicobulus autem ait, se, antequam numeret militi pecuniam pactam, prius conventurum filium, quia non fidat Chrysalo. Relegens epistolam introit ad se.

2. *factio* hic idem esse videtur, quod *factum.* Sic Cic. Top. XI. *cui testamenti factio nulla esset.* Eadem locutio occurrit Rud. V, 3, 15. Alii interpr. de intoleranda potentia; non apparet, quo iure. Alii de novarum rerum studio, quemadmodum factiosi interdum lidem qui Gr. νεωτεριστεί.

3. Vett. *Quis illic est?* Chr. *Per tempus hic venit miles.* Nostr. Vulg. et Pareus.

6. Nota locutio: Neque divini neque mihi humani quicquam quisquam credat. V. supra III, 4, 5. IV, 2, 3, et in Amphitruone II, 2, 49.

15. Sic vulg. — Vett. omisso *ego.* Habent Pall. Ceterum versus bene habet. Nam terminationes eiusmodi haud raro

Nam nísi ego exsolvor, iám manufesto hominem óppprimet.
*CLE.* Nihil ést lucri, quod me hódie facére mávelim,
Quam illúm cubantem cum ílla opprimere, ambo út necem.
*CH.* Audín' quae loquitur? Quín tu me exsolví iubes? 20
*NI.* Exsólvite istum! — Périi, pertimuí miser!
*CLE.* Tum illánc, quae corpus públicat volgó suom,
Faxó se haud dicat náctam, quem derídeat!
*CH.* Pacísci cum illo paúlula pecúnia
Potés. *NI.* Pacisce ergo, óbsecro, quid tíbi lubet: 25
Dum né manufesto hominem ópprimat, neve énicet.
*CLE.* Nunc nísi ducenti Philíppi redduntúr mihi,
Iam illórum ego animam ambórum exsorbebo óppido!
*NI.* Hem, illóc pacisce, sí potes! perge, óbsecro!
Pacísce quidvis! *CH.* Íbo et faciam sédulo. — 30
Quid clámas? *CLE.* Ubi herus túus est? *CH.* Nusquam; néscio.
Vis tíbi ducentos númos ism promíttier,
Ut né clamorem hic fácias neu convícium?
*CLE.* Nihil ést, quod malim. *CH.* Atque út tibi mala multa íngeram?
*CLE.* Tuo árbitratu. *NI.* Ut súbblanditur cárnufex! 35
*CH.* Pater híc Mnesilochi est: séquere. Is promittét tibi;
Tu aurúm rogato. Céterum verbúm sat est. —
*NI.* Quid fít? *CH.* Ducentis Philíppis rem pepigi. *NI.* Váh, salus
Mea, sérvavisti mé! Quam mox dicó: Dabo?
*CH.* Roga húnc tu. — Tu promítte huic. *NI.* Promittó: roga. 40
*CLE.* Ducéntos numos aúreos Philippós probos
Dabín'? *CH.* Dabuntur, ínque. Respondé. *NI.* Dabo.
*CH.* Quid núnc, impure? númquid debetúr tibi?
Quid illí molestus? quíd illum morte térritas?
Et egó te et ille mactámus infortúnio! 45
Si tibi ést machaera, et nóbis vervina ést domi,
Qua quídem te faciam, sí tu me irritáveris,
Confóssiorem sóricina naénia!

obviae in Plaute. V. Asin. I, 1, 46. et II, 2, 20. Unde non opus est mutatione, quam fecit Bothius, quamquam edd. habent *siet*.

17. In vett. item deest *ego*.

24. *Pacisci* vulg. et vett. — Both. *Paciscere*.

25. Pro *pacisce* vulg. et vett. *paciscere*. — pro vulg. et Pall. *quid* Both. *quod*.

28. Pro *exsorbebo* antiquitus vulgati libri habuere: *exorbabo*. cf. vs. 8. *Nive exheredem fecere vitae suae*.

34. *mala multa ingeram*, i. e. maledicta multa in te congeram; ut facit vs. 43.

35. *subblanditur*. Pellerat enim veniam mala ingerendi.

37. *verbum*, i. e. verborum. Cf. As. I, 3, 1.

38. Sic vulg. et vett. — Both. *Ab salus*. Verum *Philippis* pronuncia: *Phlipps*, uti IV, 8, 10.

40. *Roga hunc*, sc. Nicobulum, *tu*, sc. miles.

42. Pro *inque* vett. *inquam*. — Est autem stipulationis formula, quae constat interrogatione et responsione. — Verba: *Dabuntur*, *inque* forsitan rectius Nicobulo tribuantur, ut ille ea ad Chrysalum dicat; deinde *Responde* Chrysalus addat.

45. *ille* monosyllabum.

46. Both. *Tibi si est machaera*, *at n.* Nos vulgatam. Forsan Plautus: *Si tibi machaera est*, *nobis verutina est domi*. vervina, verutum.

48. *soricina naenia*, h. e. quam est cadaver soricis, cum confossum est vervina. — Quamquam ex Arnobio adv. Gent. lib. VII. videtur apparere, naeniam vocatam esse gnaeo quoddam farciminis.

Iamdúdum hercle equidem séntio, suspício
Quae té sollicitet: eum ésse cum illa múliere.
*Cle.* Imo ést quoque. *Ch.* Ita me Iúpiter, Iunó, Ceres,
Minérva, Latoná, Spes, Ops, Virtús, Venus,
Castór, Polluces, Márs, Mercurius, Hércules,
Submánus, Sol, Sátúrnus dique omnés ament,
Ut ille cum illa néque cubat, neque ámbulat,
Neque ósculatur, néque illud, quod dicí solet ...
*Ni.* Ut iúrat! Servat me ille suis periúriis.
*Cle.* Ubi núnc Mnesilochus érgo est? *Ch.* Rus misít pater;
Illa aútem in arcem sbívit, sedem vísere
Minérvae. Nunc apérta est: i, vise, éstne ibi.
*Cle.* Abeo ád forum igitur. *Ch.* Vél hercle in malám crucem
*Cle.* Hodie éxigam aurum hoc. *Ch.* Éxige, ac suspénde te:
Ne súpplicare cénseas, nihilí homo! —
Ille ést amotus! Síne me (per te, here, óbsecro
Deos ímmortalis!) íre huc íntro ad fílium.
*Ni.* Quid eo íntroibis? *Ch.* Út eum dictis plúrimis
Castígem, quom haec sic fácta ad hunc faciát modum.
*Ni.* Imo óro, ut facias, Chrýsale, et ted óbsecro,
Cave pársis in eum dícere! *Ch.* Etiam mé mones?
Satin' ést, si plura ex me aúdiet hodié mala,
Quam audívit unquam Clínia ex Demétrio? —
*Ni.* Lippi íllic oculi sérvos est simíllumus:
Si nón est, nolis ésse neque desíderes;
Si est, ábstinere, quín attingas, nón queas.
Nam ní illic hodie fórte fortuna híc foret:
Milés Mnesilochum cum úxore opprimerét sua,

Ut est in Millie: *farctum facere ex hostibus.*

52. Vett. *Ops;* vulg. *Opis.* V. C. *Opes*, Decurt. *Opis.* Gf. Cistell. II, 1, 39.

53. *Polluces*, antique pro *Pollux.*

54. *Summanus*, Pluto. Cf. Ov. Fast. VI. 731. Plin. II, 53. XXIX, 14.

57. *servat me;* fieri enim poterat, ut, licet peplgerit cum Nicobulo, tamen iratus Mnesilochum male mulcaret.

59. *in arcem*, ἀκρόπολιν, videlicet Athenis. Nam ibi agitur fabula. In arce autem Παρθενών, Minervae aedes celeberrima.

60. *Nunc aperta est*, sc. aedes Minervae in arce. — *estne ibi*, an sit Bacchis ibi. Cf. Aul. I, 1, 26. et Ind. s. v. *Indicativus pro conjunctivo.*

61. *ad forum.* Plane non curat miles, quod sibi consilii dederat Chrysalus, et ad forum se abiturum ait, ut exigat aurum illud, quemadmodum vs. 62. addit. Atque eodem se iturum profitetur Nicobulus scena sequenti vs. 137, ut solvat militi. Nihil mutandum ergo; ac tamen mutaverat olim Ritschelius, c in utraque editione legitur *ad fa* quamquam expunctum posthac in er Non autem *ad fanum* scribere hic tuisse Plautum, patet ex sequenti *Vel hercle in malam crucem*, quae sanctam rem, fanum, nemo certo vet subsequi passus fuerit.

63. *ne supplicare* c , ne censeas, tibi ideo esse supplicatures.

67. Vett. Pall. et Both. *faciat.* V *facict.*

71. *Clinia ex Demetrio.* Pers videntur alius cuiusdam fabulae scen fortasse Turpilii poetae, in qua Cl quidam a Demetrio quodam fuerit ob gatus.

72. Declarat simili Nicobulus, se cet nequam sit Chrysalus, tamen eo facile posse carere, ubi semel a Ceterum melius esse, non adesse. mile autem a lippo oculo depromptum qui si absit, h. e. si non sit lippus c lus, non desideretur; sin sit, non po fieri, quin semper manum ad eum ducas.

Atque óbtruncaret moéchum manufestárium.
Nunc quási ducentis Philíppis emi fílium,
Quos dáre promisi míliti; quos nón dabo
Temere étiam, priusquam fílium convénero. 80
Nunquam édepol quidquam témere credam Chrýsalo.
Verúm lubet etiam mi hás perlegere dénuo:
Aequom ést, tabellis cónsignatis crédere.

---

## ACTUS IV. SCENA VIII.

*CHRYSALUS. NICOBULUS.*

*Ch.* Atrídae duo fratrés cluent fecísse facinus máxumum,
Quom Príami patriam Pérgamum, divína moenitúm manu,
Armís, equis, exércitu atque exímiis bellatóribus
Millénum numero návium decumo ánno post subégerunt.
Non Pelídes termentó fuit, praeut égo herum expugnabó meum. 5
Sine clásse, sineque exércitu et tánto numero mílitum
Cepi, éxpugnavi amánti herili fílio aurum ab suó patre.
Nunc priúsquam huc senéx venit, lubet lámentari, dum éxeat.
O Tróia! o patria! o Pérgamum! o Príame, periistí, senex,
Qui mísere male mulcábere quadringéntis Philippis aúreis! 10
Nam, ego hás tabellas óbsignatas, cónsignatas quás fero,
Non súnt tabellae, séd equus, quem misére Achivi lígneum;
Epíus est Pistoclérus; ab eo haec súmta: Mnesilochús Sinon
Relíctus. Ellum, nón in busto Achílli, sed in lecto ádcubat.
Bacchídem habet secum. Ille ólim habuit ígnem, qui signúm daret; 15
Haec ípsum exurit. Égo sum Ulixes, quóius consilio haéc gerunt.
Tum quae híc sunt scriptae lítterae, hoc ín equo insunt mílites

80. Sic Vulg. Pall. et B. — Vett. *Temere: priusquam.* Lamb. et Dousa: *Temere. et iam, priusquam.* In fine versus vett. habent comma.

*Act. IV. Sc. VIII.* Apportat novas literas Chrysalus a Mnesilocho, quibus ille fatetur patri, se male fecisse, et poenitere se fingit, castigatum a Chrysalo. Petit, ut sibi mittat ducentos Philippos, quos promiserit Bacchidi iureiurando dato. Dissuadet Chrysalus. Nicobulus autem introit, promtum quadringentos aureos; quos effert; ducentos Chrysalo exhibet. Sed ab initio scenae longam facit Chrysalus allegoriam, comparans senem Nicobulum cum Ilio capto Priameque.

5. Sic vulg. et vett. Antiquior lectio: *termento*, quod sensum alt postulare doctissimus Ainsworthus. Sed *termento* inducium est ex Festo, qui commemorato nostro loco alt termentum esse *detrimentum*. Sensus igitur: Non ita Achilles detrimento fuit illo, ut ego hodie hero meo ero. — *Pelides* duabus legendum syllabis, quasi *P'lides*, quemadmodum Romani omnino ea aetate singulari ratione usi sunt in pronunciandis Graecorum nominibus. Sic *Philippis*, ut notissimum. Sic *Achillem* Merc. II, 4, 20. et Mil. IV, 7, 6. Sic *Alexander* infra 23. — V. *praeut* autem et alibi duabus brevibus legendum occurrit. — Bothius: *Non pedibus termento ruit, praeut herum expugnavi meum*, ex Pal., qui habent *Pelibus;* ut sensus sit: Non ita Ilium prôruit, ut termento esset pedibus, ceu pulvis, qualiter ego senem expugnavi.

11. Constructio est: *Nam hae tabellae, quas ego* etc.

13. *ab eo haec sumta*, sc. tabellae scriptoriae, ut supra IV, 3, 78. priores attulerat. — Vett. et Lamb. *Mnesilochus Sinon est, Relictus ille non in busto Achilli, sed in lecto accubat.* Vulg. et Both. *Relictus. Ellum, non in b.* Ellum, i. e. *ecce illum.*

16. Vett. et Pall. *Hunc ipsum exurit.* Vulg. *Haec.*

Armáti atque animatí probe: ita rés successit mi úsque adhuc.
Atque híc equus non in árcem, verum in árcam, faciet ímpetum:
Excídium, exitium, exlécebra fiet híc equus hodie auró senis. 20
Nostró seni huic stolido, eí profecto nómen facio ego Ílio;
Milés Menelaust; égo Agamemnon, ídem Ulixes Lártius;
Mnesílochus est Alexánder, qui erit exítium rei patriaé suae:
Is Hélenam abduxit, quóia causa núnc facio obsidium Ílio.
Nam illic ítidem audivi Ulíxem, ut ego sum, fuísse et audacem ét malum. 25
Dolis égo deprensus sum; ílle mendicans péne inventus ínterit,
Dum ibi éxquirit fata Íliorum. Adsímiliter mi hodie óbtigit.
Vinctús sum, sed dolís me exemi; item se ílle servavít dolis.
Ílio tria fuísse audivi fáta, quae illi fórent exitio;
Sígnum ex arce sí perlisset; álterum etiam est Tróili mors; 30
Tértium, quom pórtae Scaeae límen superum scínderetur.
Pária item tria eís tribus sunt fáta nostro huic Ílio:
Nam dúdum primo ut díxeram nostró seni mendácium
Et de hóspite et de auro ét de lembo: ibi sígnum ex arce iam ábstuli.
Iam dúo restabant fáta tum; nec mágis id ceperam óppidum. 35
Post úbi tabellas ád senem detuli: íbi occidi Tróilum.
Quom cénsuit Mnesílochum cum uxore ésse dudum mílitis:
Ibi víx me exsolvi; atque íd periclum adsímulo, Ulixem ut praédicant
Cógnitum ab Helena ésse proditum Hécubae. Sed ut olim ílle se
Blánditiis exémit et persuásit, se ut amítteret: 40
Item égo dolis me illo éxpuli perício et decepí senem.
Postílla cum magnífico milite, úrbes verbis quí capit,
Conflíxi atque hominem répuli. Dein púgnam conseruí seni;
Eum ego ádeo uno mendácio devíci, uno ictu extémpulo
Cépi spolia. Is núnc ducentos númos Philippos míliti, 45
Quos dáre se promisít, dabit.
Nunc álteris etiám ducentis úsus est, qui díspensentur
Ílio capto, út sit mulsum, quí triumphent milites.
Sed Príamus hic multo ílli praestat: nón quinquagintá modo,
Quadringéntos filios habet; atque equidem ómnis lectos síne probro. 50

18. Vett. Pall. et vulg. *ita res successit, meliusque adhuc.* Emendavit Bothius.

25. *Nam illic audivi.* Sic vett. — Vulg. et Pall. *Nam illic itidem aud.* Al. *illicdem.*

27. Vett. *Dum ibi.* Vulg. Both. *Dum sibi.* — Narratur res Odyss. IV.

29. Adducitur hic locus a Servio ad Virg. Aen. II, 13. Homero ea res non memoratur. — *Signum ex arce*, Palladium, quod abstulere Ulysses et Diomedes.

38. Vett. *Ibi me inunxit, exolui*, videlicet ob male lectum vocabulum *exolui.* Nostr. Pall.

39. Sequitur Euripidem in Hecuba. Apud Homerum enim secus.

40. *et persuasit*, sc. Hecubae.

42. Vulg. et vett. *Postea.* Both. *Post cum m.* Sed patet, inepte ante *capit* additum *inermis* aut *inermus* a edd., ad explicandum v. *verbis.* Nam certe miles non erat inermis. Igitur legendum: *Postilla*, illud *inermus* autem exterminandum.

50. Sic Vulg. et vett. Quae lectio si sana est, hic, ut et Rud. s. 2, 37. faciendum videtur, *quadringentos* tamquam trisyllabum pronunciandum. Cf. V, 2, 66.

égo hodie omnis cóntruncabo duóbus solis íctibus.
c Príamo nostro si ést quis emtor: coémtionalém senem
lam égo, venalem quem hábeo, extemplo, ubi óppidum expugnávero.
Príamum adstantem eccum ánte portam vídeo: adibo atque ádloquar.
Cúianam vox prope mé sonat? *Ch.* Eho, Nícobule! *Ni.* Quíd fit? 55
? quód te misi, ecquid égisti? *Ch.* Rogas? Cóngredere. *Ni.* Congrédior.
Óptumus sum orátor: ad lacrumás coegi hominem cástigando,
que dictis, quaé quidem quivi cómminisci. *Ni.* Quíd ait? *Ch.* Verbum
nm fecit; lácrumans tacitus aúscultabat, quae égo loquebar;
tus conscripsít tabellas; óbsignatas mi hás dedit; 60
me iussit dáre. Sed metuo, né idem cantent, quód priores.
e signum. Estne éius? *Ni.* Novi. Lúbet perlegere has. *Ch.* Pérlege.
Iunc súperum limen scínditur! nunc ádest-exitium Ílio!
ıát equus lepide lígneus. *Ni.* Chrysále, ades, dum ego has pérlego.
Quid me tibi adesse opus est? *Ni.* Volo, ut, quod iubebo, facias: 65
cias, quae hic scripta sient. *Ch.* Nihil moror, neque scire volo.
Tamen ades. *Ch.* Quid opus est? *Ni.* Taceas. Quod iubeo, id facias! *Ch.* Adero.
Euge, litteras minutas! *Ch.* Qui quidem videat parum;
ım qui satis videat, grandes satis sunt. *Ni.* Animum advortito igitur.
Nolo, inquam. *Ni.* At volo, inquam. *Ch.* Quid opust? *Ni.* At enim id, quod te iubeo, facias. 70
Iustum est, tuus tibi servus tuo arbitratu serviat.
Hoc age, sis, iam nunc. *Ch.* Ubi lubet, recita: aurium operam tibi dico.
Cerae quidem haud parsit neque stilo; sed, quidquid est, perlegere certum est.]

*coemtionalem senem*, i. e. senem pitum, quales nonnisi per coemtio- matrimonia inibant. Fiebant enim monia usu, confarreatione, coemtione. pro Murena: *Sacra interire illi runt; horum ingenio senes ad senes faciendas interimendorum rum causa reperti sunt.* Et Epist. vers. lib. VII.: *Ergo fructus est mancipium illius; quod quidem ter senes coemtionales venale ripserit, egerit multum.* — Vett. hic leg. *comitialem*. Cf. et Liv. 2.

Ut alibi saepeque *cuius*, ita h. l. ium corripiendum. Sic enim et vulg. et vett. et Pall. — Vulg. et vett. *O Nicobule*. Both. *Eho*. —

63. *Nunc superum limen scinditur*, sc. portae Scaeae in urbe Troiana; quod tertium erat fatum Ilio; cf. supra vs. 31.

64. *Turbat*, sc. senem, cruciat; *ligneus equus*, i. e. epistola.

65. Quae hic sequuntur, usque ad vs. 73., ad exaggerandum dilatandumque hunc locum sunt inserta ab alio quodam. Neque enim metro nec sensu aut dictione sana sunt. Atque mirum, hoc neminidum in mentem venisse, integrum locum esse suppositilium; quem ego includendum et a reliquo contextu seiungendum arbitror.

„Patér, ducentos Philíppos, quaeso, Chrýsalo
„Da, si ésse salvom vís me aut vitalém tibi.“ 75
*Ch.* Malúm quidem hercle mágnum! tibi, dicó. *Ni.* Quid est?
*Ch.* Non príus salutem scrípsit? *Ni.* Nusquam séntio.
*Ch.* Inde á principio iam ímpudens epístola est!
Non dábis, si sapies; vérum si das máxume,
Nae ille álium gerulum quaérat, si sapiét, sibi: 80
Nam ego nón laturus súm, si iubeas máxume:
Sat síc suspectus súm, quum careo nóxia.
*Ni.* Auscúlta porro, dum hóc, quod scriptum est, pérlego.
„Pudét prodire me ád te in conspectúm, pater:
„Tantúm flagitium té scire audiví meum, 85
„Quod cúm peregrini cúbui uxore mílitis.“
Pol haúd derides: nám ducentis aúreis
Philippís redemi vítam ex flagitió tuam.
*Ch.* Nihil ést illorum, quíu ego illi díxerim.
*Ni.* „Stulté fecisse fáteor; sed quaesó, pater, 90
„Ne me, ín stultitia sí deliqui, déseras.
„Ego ánimo cupido atque óculis indomitís fui:
„Persuásum est facere, quóius nunc me factí pudet.“
Prius té cavisse ergo, quám pudere, aequóm fuit.
*Ch.* Eadem ístaec verba dúdum illi dixi ómnia. 95
*Ni.* „Quaeso, út sat habeas íd, pater, quod Chrýsalus
„Med óblurgavit plúrimis verbís malis,
„Et mé meliorem fécit praeceptís suis,
„Ut te éi habere grátiam aequom sít bonam.“
*Ch.* Estne ístuc istic scríptum? *Ni.* Hem, specta: túm scies. 100
*Ch.* Ut, quí deliquit, súpplex est ultro ómnibus!
*Ni.* „Nunc, sí me fas est óbsecrare abs té, pater,
„Da míhi ducentos númos Philippos, te óbsecro!“
*Ch.* Ne unúm quidem hercle, sí sapis. *Ni.* Sine pérlegam.
„Ego iúsiurandum vérbis conceptís dedi, 105
„Datúrum id me hodie múlieri ante vésperum,
„Priusquam á me abiret: núnc, pater, ne péierem,
„Cura átque abduce me híne ab hac, quantúm potest,
„Quam própter tántum dámni feci et flágitii.
„Cave tíbi ducenti númi dividiaé fuant: 110
„Sexcénta tanta réddam, si vivó, tibi.
„Vale átque haec cura.“ Quíd nunc censes, Chrýsale?

74. Vett. *O pater.* Sed *O* a vulg. et Pall. omittitur, item Lambino.

76. *Malum magnum*, sc. ei dabitur. Verba autem *tibi, dico*, secreto loquitur.

78. Hunc versum: *Inde a princ.* hic inseri iussit Acidalius, et inseruit Bothius. In vulg. et vett. enim legitur demum post vs. 83.

80. *alium gerulum*, h. e. alium quempiam, qui sibi argentum apportet.

87. *haud derides*, haud loco ista loqueris.

93. *persuasum est*, sc. mihi ab aliis.

94. Both. omittit *te.* — Sed *cavisse* duabus syllabis legendum, uti plura, in quibus est *v* litera, ut *aves*, *navis*, *oves*, *avus*, *avunculus*, contrahenda.

107. *nunc ne periurem*, *pater.* Both. ex codd. et edd. — Vett. *nunc ne peierem*, *pater.* Vulg. et V. C. *nunc, pater*, *ne peierem*, atque sic Lamb. Cf. vs. 119.

ihil égo tibi hodie cónsili quidquám dabo,
ego haúd committam, ut, sí quid peccatúm siet,
: dicas dé mea senténtia; 115
út ego opinor, sí ego in istoc sím loco,
ótius aurum, quam íllum corrumpí sinam.
:ónditiones súnt; utram tu accipiás, vide:
aúrum perdas, vél ut amator péieret.
ſque te iubeo, néque veto, neque suádeo. 120
iserét me illius. *Ch.* Túus est: non mirúm facis.
ı perdundum sít, periisse suávlust,
illúd flagitium vólgo dispaléscere.
ıe ille édepol Ephesi múlto mavellém foret,
álvos esset, quám revenissét domum! — 125
go, istic quod perdúndum est, properem pérdere.
ducentos Philíppos iam intus éfferam,
iti quos dúdum promisí miser,
s. Mane istic: iam éxeo ad te, Chrýsale. —
it vásta Troia! scíndunt proceres Pérgamum! 130
go iamdudum, fóre me exitium Pérgamo!
qui me esse dícat cruciatú malo
ı, nae ego cum illo pígnus haud ausím dare:
turbelas fácio. Sed crepuít foris:
ır praeda ex Tróia. Taceam núnc ïam. 135
pe hóc tibi aurum, Chrýsale: i, fer fílio.
l forum autem hinc íbo, ut solvam míliti.
ın équidem accipiam: proín tu quaeras, quí ferat.
go mihi credi. *Ni.* Cápe vero: odiosé facis.
ın équidem capiam. *Ni.* At quaéso. *Ch.* Dico, ut rés se habet. 140
ɔráre. *Ch.* Nolo, inquam, aúrum concredí mihi.
áliquem, qui me sérvet. *Ni.* Ohe odiosé facis.
ıdo, sí necesse est! *Ni.* Cúra hoc. Iam ego huc revénero. —
ırátum est, te esse senem ómnium misérrumum.
t incepta effícere pulcre, véluti mihi 145
, ut ovans praéda onustus incéderem.
nostra atque úrbe capta pér dolum
ı reduco íntegrum omnem exércitum.

Vulg. et Pall. *utram tu.* Vett. ı. Both. *tu utram.*

Sensus: Imo si vel plus damni cliendum, melius foret fecisse , quam committere, ut vulgus de filii flagitio.

Vett. et Pall. *Quid ego istic dundum est properem perdere? ıin ergo istic, q. p. e. p. p.? . Quid ego istic? Quod p., quid istic?* esse formulam aegre fis. — Leg. *Quin ego, istic e., pr. pergere.* Istic, sc. apud m.

ıt vulg. et vett. *ut solvam militem.* Item Lamb., qui tamen adnotat, quosdam legere: *ut solvam militi;* quod habet B.

142. Both. omittit *Ohe.* — Item vs. seq. *huc.*

144. Vett. et Pareus: *senem omnium miserrimum.* Vulg. et B. omittunt *omnium* et habent *esse te*, ut et vett. et Lamb. — Nota, *esse* nonnisi una syllaba proferri hic debere.

145. Vett. *veluti nunc mihi*, ut paene credam, *pulcre* insertum. Quamquam *nunc* non agnoscunt cdd. Pall.

146. Both. *cederem.*

148. Vett. *integrum omnem hinc ex.*

Sed, spéctatores, vós nunc ne mirémini,
Quod nón triumpho: pérvolgatum est, níhil moror; 150
Verúmtamen accipiéntur mulso mílites.
Nunc hánc praedam omnem iam ád quaestorem déferam.

## ACTUS IV. SCENA IX.

*PHILOXENUS.*

Quám magis in pectóre meo foveo, quás meus filius túrbas turbet,
Quám se ad vitam et quós ad mores praécipitem inscitús capessat:
Mágis curae est, magisque áfformido, ne ís pereat neu córrumpatur,
[Néc placitant morés, quibus video vólgo gnatis ésse parentes.]
Scío, ego fui illa aetáte, et feci illa ómnia; sed móre modesto: 5
Dúxi, habui scortúm, potavi, dédi, donavi; séd enim id raro.
Érgo dare me lúdum meo gnato ínstitivi, ut ánimo obsequium
Súmere possit: aéquum esse puto; séd nimis noló desidiae
Eí dare ludum. Núnc autem ad Mnesílochum, quod mandávi, viso,
Écquid eum ad virtútem aut ad frúgem opera súa compulerit, 10
Sícut eum, si cónvenit, scio fécisse: eo est ingénio natus.

## ACTUS V. SCENA I.

*NICOBULUS. PHILOXENUS.*

*Ni.* Quícunque ubique súnt, qui fuere, quíque futuri súnt posthac

*Act. IV. Sc. IX.* Prodit Pistoclerl pater, Philoxenus, qui supra (III, 3, 90) mandaverat Mnesilocho, ut filium suum Pistoclerum corrigeret, et ad melius vitae genus transduceret. Id quomodo ei successerit, visum adest.

1. *in pectore meo foveo*, i. e. cogito ac perpendo.

2. Vett. *inscitiis*, quod tribus syllabis foret legendum. — *Inscitus* Festo idem est q. *stultus* apud antt.

4. Hic versus, quem hoc loco poni iubet Acidalius, et posuit Bothius, in vulg. et vett. post sequentem collocatur. Mihi omnino spurius esse videtur, et ab hoc omni loco alienus.

5. Vulg. Palatt. et vett. *more modesto*. Al. *modesto more*.

6. *Duxi* Cf. Asin. I, 3, 12. 13. 15. 37. ubi *ductare est*: esse aut conversari cum puella, eiusque uti consuetudine. — *habere* Lamb. interpretatur: rem habere, *συνεῖναι*. — *potavi*, *dedi*, *donavi*. Sic vett. et Lamb., quod praefero. Vulg. *potavid*, *edi*, *donavi*, uti Camerarius in duobus codd. invenerat scriptum. Item Bothius. — *sed enim*. Sic Lambino monente scripsi pro *et enim*, quod habent vulg. et vett. Both. *etenim*. Antiquitus scriptum erat: *set*, deinde, omissa *s* litera, *et* relictum.

7. *Ergo* Bothius dedit pro vulg. et vett. *Ego*. Nam sane saepissime ea vocabula inter sese sunt permutata. *dare ludum* h. l. idem fere est, quod *dare locum*, concedere aliquid alicui, uti et v. 9.

9. Vulg. Pall. et vett. *Ei dare ludum. nunc Mnesilochum, quod mandavi, viso.* In quibus nemo non videt, integrum pedem ad metrum deesse. Itaque praeter *ad*, quod Acidalius iam inserendum censuit et inserit Bothius, ego et *autem* inserendum censui, olim per compendium scriptum, ideoque facile omissum. — *viso* moneo esse futurum, ut *conciliasso* et alia similia.

*Act. V. Sc. I.* Redit Nicobulus a foro, quo ierat ut militi numeraret pecuniam. A quo derisus, et certior factus se deceptum esse, lamentatur. Accedit Philoxenus, pariter ac ille, sollicitus. Uterque decernunt introire ad Bacchides, et filios suos evocare.

1. Vett. *Quicunque, ubi sunt, qui fuere, quique futuri sunt posthac*. Vulg.

Stúlti, stolidi, fátui, fungi, bárdi, blenni, búcones,
Sólus ego omnis lónge antideo stúltitia et morĭbus indoctis.
Périi, pudet! hocciné me aetatis lúdos bis factum ésse indigne?
Mágis quam id reputo: tám magis uror, quaé meus fĭliús turbavit. 5
Pérditus atque etiam éradicatús sum! omnibus exémplis crucior!
Omnia me mala cónsectantur! ómnibus exitiís interii!
Chrýsalus me hodié laceravit, Chrýsalus me miserúm spoliavit!
Is me scelus auro úsque attondit dólis doctis indóctum, ut lubitum est:
Ita miles memorávit: meretricem ésse, quam ille uxorem ésse aiebat; 10
Omniaque, ut quidque áctum est, memoravít: eam sibi hunc annúm conductam;
Déliquom id auri fáctum, quod ego éi stultissumus hómo promissem.
Hóc, hoc est, quod mé peracescit; hóc est demum, quód percrucior,
Me hóc aetatis lúdificari; ímo edepol sic lúdos factum,
Cáno capite atque álba barba, míserum med auro ésse emunctum! 15
Périi, hoc servom méum non nauci fácere esse ausum. Átque ego, si alibi
Plús perdiderim, mínus aegre habeam, mínus quoque id mihi dámno ducam.
Phi. Cérto hic prope me míhi nescio quis lóquier visus est. Séd quem video?
Hic quidem pater Mnesílochi. Ni. Euge, sócium aerumnae et meí mali video!
Philoxene, salve. Phi. Ét tu. Unde agis? Ni. Unde hómo miser atque infórtunatus. 20
Phi. Át pol ego ibi sum, ésse ubi miserum hominém decet atque infórtunatum.
Ni. Ígitur pari fortúna, aetate út sumus, utimur. Phi. Síc est; sed tu,
Quid tibi est? Ni. Pól mihi pár idem est, quód tibi.

1 Lamb. *Quicunque ubique sunt.* Both. *Quic. ubiubi sunt, qui fuerunt*, uti Hermannus dedit. Atque *ubiubi* habuit liber optus Barthol. Schobingeri apud Pareum. V. C. *ubique.* Decurt. *ubi sunt.*

2. Vett. *bucones*, uti Decurt.

4. Vett. omittunt *me.* Habent V. C. et Dec.

5. Vett. et Pall. *meus quem f. t.* Notrum vulg. et Both. Illud ex compendio scribendi male intellecto. — Ad *Mágis quam* cf. Mil. 3, 1, 40. Pers. 1, 4, 15. ubi legitur dictio *magis* eam etc.

6. Sic vett. — Vulg. et Pall. *Perditus sum, atq. et. er. sum.*

9. Sic Pall. vett. et Both. — Vulg. Lamb. Densa omittunt *auro*, quod hic ad versum necesse adsciscatur. — Finem versus vett. sic: *doctis indoctum dolis et l. e.* Nostr. Palatt.

12. Sic legendum ex Pall. vulg. et vett., quae tamen habent *promisissem.* Both. *homo stultissimus promisissem.*

13. Addidi *me.*

15. *Sic*, quod habent vett. post *barba*, deest in vulg. et Both. et Pall.

17. *minus quoque* scripsi pro vulg. et vett. *minusque.* Centies ita *que* pro *quoque* scriptum reperitur. Al. *minusque adeo.*

18. Scripsi *loquier.* Vulg. *loqui.*

21. Sic vett. et vulg. — Both. *decet hominem.* Sed similis proceleusmaticus in hac locutione praecessit modo vs. 20: *homo miser*, et legitur Amphitr. I, 1, 7. *Quasi incudem me miserum homines octó validi caedánt; ita* etc. Cf. et Bacch. 4, 2, 14. Ut hic rhythmus in hac dictione paeno solemnis videatur fuisse.

*Phi.* Númquidnam ad fílium haec aégritudo áttinet?
*Ni.* Ádmodum. *Phi.* Idém mihi mórbus in péctóre est. 25
*Ni.* Át mihi Chrýsalus, óptumus hómo,
Pérdidit fílium, me átque rem omném meam.
*Phi.* Quíd tibi ex fílio nam, óbsecro, aegre ést? *Ni.* Scies.
Ís perit cúm tuo; ambo aéque amicás habent.
*Phi.* Qui scís? *Ni.* Vidi. *Phi.* Hei mihi, dísperii! 30
*Ni.* Quíd dubítamus púltare atque huc évocare ambós foras?
*Phi.* Haúd moror. *Ni.* Heus, heus, Bácchis, iube, sis, áctutum aperirí foris,
Nísi mavoltis fóres et postes cómminui secúribus!

---

## ACTUS V. SCENA II.

*BACCHIDES SORORES. NICOBULUS. PHILOXENUS.*

*Ba.* Quís sonitu ác tumúltu
Tánto, nómine nóminat
Me, átque púltat aédis?
*Ni.* Ego átque hic. *Ba.* Quid hóc est negóti nam, amábo?
Quis hás oves adégit? 5
*Ni.* Ovés nos vocánt pessumaé. *Soror.* Pastor hárum
Dormít, quom haec eúnt a pecú palitántes.
*Ba.* At haé pol nitént; sordidae ámbae haud vidéntur.
*So.* Attónsae hae quidem ámbae usque súnt. *Ni.* Ut vidéntur

23. Ab hoc inde versu sequuntur 7. Cretici, deinde unus anapaesticus.

26. Versus in fine pro Cretico habet Pyrrichium, quales saepe multi in Plauto creticis immiscentur. Cf. supra IV, 3, 4. seqq. et ibidem vs. 26. seqq.

29. *Is perit.* Sic ed. Princ. vett. et Herm. — Vulg. *Id. Periit cum tuo*, ut *id* ad *scies* referatur.

32. Duplicavi *Heus*, quod non nisi semel legitur in vulg. vett. Both.

*Act. V. Sc. II.* Prodeunt Bacchides, deridentique senes, quos oves appellant, facetilisque insectantur. Alloquuntur eos senes, et minitantur iocose. At illae ita eos suis leporibus suaque venustate pelliciunt, ut ipsi introeant ad eas amatum.

1. Nemo facile negaverit, posse versus sic constitui uti nos constituimus; quorum ferme similes sunt Epid. 4, 1, 8. Atque sic verba leguntur in codicibus omnibus. Haud paucae tamen edd. antt. omittunt v. *nomine*. Quod si expunxeris, duo iambici existent, quorum alter senarius erit, alter clausula: *Quis sónitu ac tumúltu tanto nóminat — Med, átque pultat aédes?* Oblici tamen possit, quod in altero non sit elidendum in v. *sonitu*, in altero autem legendum *med*, quod, utut saepissime obviam in Plauto, tamen hic nullo in codice scriptum reperitur. Sed incredibilior longe est Ritschelii bacchiacus: *Quis sónitu ac tumúltu tanto nominát — Med átque púltat aédes!* item incluso v. *nomine*, quod istae edd. omisere eam ipsam ob causam ut senarius iambicus efficeretur.

3. *aedes.* Sic vulg. et Lamb. — Vett. *fores.*

5. Vulg. et vett. *Quis has huc oves adegit.* Both. *Qui has huc.* Sed vi *huc* omittendum, uti saepe.

7. Vulg. *cum hae eunt sic a. p. p.* Omittendum *sic.* — Pro *palitantes* edd. *balitantes*, quemadmodum et legit Charisius. Verum utut omnes grammatici ita legerint, necessario tamen *palitantes* reponendum erat, propter addita: *a pecu*, similiter atque vs. 20, ubi item edd. habent *balantes*, quum statim vs. 22. sequatur: *Ne balant quidem.* Atque tamen Ritschelius utroque in loco retinuit, quod scriptum erat in libris ab scribis, verbum *palitor* ignorantibus.

8. Vulg. vett. *At pol nitent, haud sordidae videntur ambae.* Addidi *hae*, et extrema transposui.

9. Sic Pall. et vulg. — Vett. addunt *a nobis* post *ambae.* Pertinent verba eo,

Derídere nós! *Phi.* Sine suo úsque arbitrátu. 10
*Ba.* Rerín' ter in ánno tu hás tonsitári?
*So.* Pol hódie alterá iam bis détonsa cérto est.
Vetulaé sunt thymiámae. *Ba.* At bonás fuisse crédo.
*So.* Vidén', limulís, obsecró, ut intúentur?
*Ba.* Ecástor sine ómni arbitrór malitia ésse. 15
*Ni.* Merito hóc nobis fít, qui quidem húc venerímus.
*Ba.* Cogántur quidem íntro. *So.* Haud sció, quid eo opús sit,
Quae néc lacte néc lanam habént. Sic sine ádstent.
Exóluere, quánti fuére. Omnis frúctus
Iam illís decidít. Non vidés, ut palántes 20
Grasséntur? Quin aétate crédo esse mútas:
Ne bálant quidém, quom a pecú cetero ábsunt.
*Ba.* Stultae, haúd malae vidéntur. *So.* Revórtamur íntro,
Sorór. *Ni.* Illico ámbae manéte: hae oves volúnt vos.
*Ba.* Pródigium hoc quidem ést: humana nós voce appellánt oves. 25
*Phi.* Haé oves vobís malam rem mágnam, quam debént, dabunt.
*Ba.* Sí quam debes, té condono; tíbi habe: nunquam abs té petam.
Séd quid est, quaprópter nobis vós malum minitámini?
*Phi.* Quía nostros agnós conclusos ístic esse aiúnt duos.
*Ni.* Ét praeter eos ágnos meus est ístic clam mordáx canis; 30
Quí nisi nobis próducuntur iam átque emittuntúr foras,
Árietes trucés nos erimus: ín vos incursábimus.
*Ba.* Sóror, est, quod te vólo secreto. *So.* Ého, amabo! *Ni.* Quó illaec abeunt?
*Ba.* Sénem illum tibi dedo últeriorem, sóror, lepide ut lenítum reddas;
Égo ad hunc irátum adgrediar. Póssumus nos hos íntro inlicere huc. 35

quod decepti sint senes a Chrysalo, et á suis filiis expilati.

10. *sine suo usq. arb.* sc. nos derideant.

11. De ovibus deque tondendo cf. Merc. III, 1, 25. 28.

12. *altera*, sc. Nicobulus, quadringentis Philippis fraudatus per Chrysalum.

13. *thymiamae.* Vett. *thymianae.* Quis sensus sit, non liquet. Ab *thymo* omnino deducendum verbum videtur. Turnebus: „In Gallia Narbonensi lapidei campi thymo abundabant, eoque infinita pecudum millia convenlebant." Sed huic repugnat, quod vituperium debeat inesse verbo; sequitur enim: *at bonas fuisse credo.* Camerarius: quae vox quid significet, consulendum Apollinis oraculum, nisi thymum amantes explices. ac vidi qui *thymiama* defenderent, ut rei divinae aptas, quales a paroeoribus emebantur villiores ac macriores." — Lambinus malit, quod posterius Camerarius commemoravit: *thymiama.*

14. *limulis*, sc. oculis, suppl. *nos.*

16. *nobis* ultima brevi cf. Truc. 4, 2, 12.

18. *Quae nec lacte.* Sic legendum esse, metrum praebet, et suadet Lambinus. Nam *lactem* nusquam alias occurrit, nisi apud Apuleium libro VIII. qui tamen ipse quoque eodem libro *lacte* habet. Plautus vero Men. V, 9, 30. *Neque aqua aquae, neque lacte est lacti, crede mi, usquam similius.* et Mil. II, 2, 87. *Tam similem, quam lacte lacti est.* et Varro apud Nonium: *Candidum lacte papilla cum fluit.* — Post *lanam* vulg. vett. Both. addunt *ullam*, quod eieci.

24. *oves* perperam ad finem relecit Bothius. Sed ut monosyllabum legendum: *ov's*; *hae* autem elidendum.

31. pro Pall. et vulg. *iam*, *atque* vett., *iamque*, *em.*

32. Vulg. et vett. *iam in vos inc.*

33. Post verba *Eho*, *amabo* putaverim excidisse *soror.*

34. Vett. *veteriorem.* Vulg. et Pall. *ulteriorem*, i. e. qui istic astat longius. Cf. Ter. Phorm. 4, 2, 10.

*So.* Méum pensum ego lepide ádcurabo, quámquam odiosum est mórtem amplecti.
*Ba.* Fácito, ut facias. *So.* Táceas. Tu tuum fácito; ego, quod dixi, haúd mutabo.
*Ni.* Quid íllaec illic in cónsilio duae sécreto consúltant?
*Phi.* Quid aís tu, homo? *Ni.* Quid tú me vís? *Phi.* Pudet dícere me tibi quíddam.
*Ni.* Quid est, quód pudeat? *Phi.* Sed amíco homini tibi quód volo credere, cértum est: 40
Nihilí sum! *Ni.* Istuc iamprídem scio. Sed, quíd nihilí sis, mémora.
*Phi.* Tactús sum vehementér visco.
Cor stímulo foditur. *Ni.* Pól tibi
Multo aéquius est coxéndicem.
Sed quíd istuc est? Etsí iam ego ipse, quid sít, prope scire putó me; 45
Verum aúdire etiam ex té studeo. *Phi.* Viden' háne? *Ni.* Video. *Phi.* Haud mala múlier!
*Ni.* Pol véro ista mala, et tú nihili. *Phi.* Quid múlta? Ego amo. *Ni.* An amas? *Phi.* Ναὶ γάρ.
*Ni.* Tun', hómo putide, amatór istac fieri aétate audes? *Phi.* Quí non?
*Ni.* Quia flágitium est. *Phi.* Quid opúst verbis? Meo fílio non sum irátus;
Neque té tuo est aequum esse íratum; si amánt, sapienter fáciunt. 50
*Ba.* Sequere hác. *Ni.* Eccas tandém! Probri perlécebrae et persuastrices,
Quid núnc? etiam reddítis nobis et filios et servum? *Phi.* Ábin' hinc?

36. *amplecti* dedimus ex emend. pro vulg. *amplexari*.

39. Vulg. et vett. *Quid me vis?* Addidi *tu*.

40. Sic vett. et Pall. — Vulg. *St! amico homini*, uti voluerat Gruterus. Illud autem *sed* referendum ad praec. v. 39. *Pudet* etc. — *certum est*, sc. me nihili esse; quod ipsum addit.

44. *coxendicem*, sc. tibi fodi, sc. stimulo, ut equo aut asino pigro et nequam.

46. Vulg. *Haud mala est mulier*.

47. In fine versus codd. habent *necas*, at Decurt. *necar;* quod Bothius mutavit in *Ne carpe;* quam Bothianam emendationem Ritschellus recepit, electo *vero*, quod adv. tamen sine dubio a Plauto profectum esse censeri debet. Scribendum Ναὶ γάρ, quemadmodum saepenumero Graeca in Plauto interseruntur; cf. Poen. I, 1, 9. Most. IV, 4, 34. Trin. II, 4, 17. Cas. III, 6, 9. Truc. V, 1, 36. Pseud. II, 4, 22. et aliis locis. Plane idem autem Ναὶ γάρ reponendum absque omni dubio est Pseud. I, 5, 68 et 69, ubi cdd. itidem habent *negras*, *negaris* atque similia.

48. Sic V. C. et Decurt.; item Lips. — Vett. *Tu homo putidus;* quam lect. si praetuleris, v. *amator* ab initio correptim pronunciandum, ut syllabae *ama* quasi unam efficiant, quemadmodum in quibusdam locis faciendum videtur. Cf. Aul. IV, 1, 17. *Núnc herus meus amat filiam huius Eúclionis paúperis.* Porro: Curc. I, 1, 38. *Iuventúte, et pueris liberis, ama quid lubet.* Eodem pertinet Pseud. I, 5, 1. ubi praestantior lectio videri possit: *Si dé damnosis nátis est amatóribus.* — Vulg. *Tu, homo putide, am.* Vox autem *amator* in fine producenda, uti in hac terminatione innumeris locis fieri necessario debet.

51. Vocem *eunt*, quae in vulg. et cdd. ante *eccas* legitur, esse glossema, non opinor dubium esse posse.

52. Vett. *et filios et servum.* Vulg. omittit prius *et*. Habet Pareus. Post vv. *et filios et servum* ineptum in omnibus codicibus legitur additamentum: *an ego experiar tecum vim maiorem*, quod expungendum esse haud facile quisquam negaverit, nisi qui homo naris obesae. Verba *Abin'hinc* aptissime finiunt versum 52.

› tu quidem es, qui istóc pacto tam lépidam illepide appélles.
x óptume, quantum est ín terra, sine hoc, óbsecro, exorare ábs te:
delictum désistas tantópere ire oppugnátum. 55
beás, quamquam tu bélla es, malum tibi mágnum dabo iam. *Ba.* Pátiar.
ıo, ne quid míhi doleat, quod férias. *Phi.* Ut blandíloqua est!
míhi metuo. *So.* Hic magis tránquillust.
: mécum intro, atque ibi, sí quid vis, filiúm concastigáto.
' á me, scelus? *Ba.* Sine, méa pietas, exórem. *Ni.* Exores tú me? 60
quídem ab hoc certe exórabo. *Phi.* Imo ego te óro, ut me intro abdúcas.
lúm te! *Phi.* At scin, quo pácto me ad te intro ábducas? *So.* Mecum út sis.
sía, quae cupio, cómmemoras. *Ni.* Vidi égo nequam homines; vérum
orem néminem.
: mécum intro, ubi tibi sít lepide victíbus, vino, atque unguéntis. 65
iám satis vostri est cónvivii. Nihil poénitet, ut sum accéptus.
ntis Philippis fílius me et Chrysálus circumduxérunt;
ídem ego ut non excrúciem, alterum tántum auri non méream.
tándem, si dimídium auri reddítur, isne tu hac mecum íntro?
né! nolo! nihil móror! Sine sic! malo illos ulcisci ámbo. 70
im tu, homo nihili, quód di dant boni, cáve culpa tua amíssis!
auri datur: áccipias, potésque et scortum accúmbas!
', úbi filius corrúmpatur meus, íbi potem? *Phi.* Potándum est.
iám si id, útut est, étsi est dedecórum, facere indúcam égone, quum haec cum illo áccumbet, inspéctem? *Ba.* Imo equidem técum 75
ı, te amabo ét te amplexabór. *Ni.* Caput prurit! périi!
o. *Ba.* Non venit ín mentem tibi, amábo, si, dum vívas, facias, tamen iám poi id quidem ésse haud perlongíuquum,

', sc. ob Nicobulum. — *Hic pullust*, sc. Philoxenus.

et vett. *verum te neminem* Ph. *Ita sum.* Quorum priora menda, postrema, tamquam litamentum, abiicienda.

*I, i hac m. intr.*

. *nostri.* Pall. et vett. *B. ntis vos tristes. P. Convi- l poenitet, ut sim acceptus. tet* cf. Indicem. Sensus: satis ultra cupio.

70. Aliud hic additamentum legebatur: *Atque ut eis delicta ignoscas?* PHI. *Faciet.*; ex quo, ut ex aliis huiusmodi innumeris, certo conicias, antiquissimis iam temporibus rem metricam in agendis Plauti fabulis parum ab histrionibus esse curatam.

74. Vulg. om. *si*, et habet scholion *patiar* ante *facere ind.* quorum prius addidi, constructionis, posterius abieci, sensus causa.

78. Addidi *tamen*, quod facile exci-

Neque, sí hoc hodie amíssis, post id éventurum esse únquam?
*Ni.* Quid agó? *Phi.* Quid agas, rogitás etiam? *Ni.* Libet ét metuo. *Ba.* Quid métuis? 80
*Ni.* Ne obnóxius filio sim ét servo. *Ba.* Mei méum, amabo, istaec fíunt.
Tuus' st. Únde illum censes súmere, nisi quód tute illi déderis?
Hanc véniam illi sine te éxorem. *Ni.* Ut terebrát! Satin', offirmátum
Quod mi érat, id me exorát? Tua sum opera ét propter te impróbior.
*Ba.* Nusquám me a te avellés. Satin' ego istuc hábeo offirmátum? 85
*Ni.* Quod sémel dixi, haud mútabo. *Ba.* It díes: ite intro accúbitum.
Filií vos exspectánt intus. *Ni.* Quam nós quidem actutum emórimur?
*Ba.* Vespér hic est: sequiminí. *Phi.* Ducite nos, quó lubet, tamquam addíctos.
*Ba.* Lepide ípsi hi sunt captí, suis qui filiís fecere insídias. [Ite.]

---

*GREX.*

Hí senes nisi fuíssent nihili iam índe ab adulescéntia:
Nón hodie hoc tantúm flagitium fácerent canis cápitibus;
Néque adeo haec facerémus, ni antehac vídissemus fieri,
Út apud lenonés rivales fíliis fierént patres.
Spéctatores, vós valere et vólumus clare applaúdere. 5

derit propter vicinum *iam*. Bothius hic suum *Tam* pro *tamen* antique, uti passim. Is autem per hanc omnem scenam plerosque habet asynartetos, alios iambicos, alios trochaicos. Quae singulatim enumerare supersedere voluimus.

83. Vulg. *hanc veniam illis*. Sed intelligendus est solus Mnesilochus.

85. *Satin ego ist. k. offirmatum?* satisne certum mihi est, te filio esse condonaturum. — *Nusquam me a te avelles*, ego numquam abs te abscedam, nisi certo promittes, te condonaturum. Sic autem repositum est in vulg. quum V. C. habeat: *Ne is quam mea mavellem*, et Decurt. *neis quam meam vellem*. Lips. cd. *neisquam meam vellem*. Ed. pr. *nusquam me avelles*. Sine dubio vulg. propter sensum probari debet.

87. Vett. Lips. et ed. pr. bene: *emorimur*. Vulg. *emoriamur*. Versus est, qualis praecedens.

89. Sic et vett. et vulg. Additum *Ite* includendum. Abundat enim ad versum.

Grex. 5. Vulg. et vett. *volumus*, et *clare applaudere*. Metrum transposui suadet; quemadmodum eiusmodi verborum collocationes crebrius in Plaute occurrunt. Cf. Epid. postremo: *lumbos surgite atque extollite*. Atque sic Both.

# METRORUM IN BACCHIDIBUS

## DESCRIPTIO.

Act. I. Sc. I. Tetram. troch. catal.
Act. I. Sc. II. — Act. II. Sc. III. Senarii iambici.
Act. III. Sc. I. — III. Tetram. troch. catal.
Act. III. Sc. IV. Iamb. senar.
Act. III. Sc. V. VI. Tetram. troch. catal.
Act. IV. Sc. I. Senar. iamb.
Act. IV. Sc. II. v. 1 — 4 Trochaici tetr. acat.
v. 5 — 7 dimetri anapaestici.
v. 8 — 9 Bacchiaci tetr.
v. 10, 11 dimetri Cretici catal.
v. 12 — 14 tetrametri Cretici.
v. 15 monometer Creticus, clausula.
v. 16 — 23 dimetri troch. catal.
v. 24 dimeter iamb. acat.
v. 25 — 27 dimetri troch. catal.
v. 28 — 38 iamb. dimetri acat.
v. 39 tetrameter choriambicus.
v. 40 tetr. troch. catal.
Act. IV. Sc. III. v. 1 — 3 tetr. troch. acatal.
v. 4 — 5 dimetri Cretici catal. imminuti.
v. 6 tetr. Cret.
v. 7 — 10 dimetri Cretici in fine imminuti.
v. 11, 12 tetr. Cret.
v. 13 dimeter Cret. ut 4. 5.
v. 14 tetr. Cret.
v. 15 uti 13.
v. 16 — 20 dimetri anapaestici.
v. 21 — 23 dimetri Cretici.
v. 24 tetr. troch. catal.
v. 25 et 26 dimetri iambici.
v. 27 — 31 tetr. Cret. catal. imminuti.
v. 32 — 133 tetr. troch. catal.
Act. IV. Sc. IV. — VII. Sen. iamb.
Act. IV. Sc. VIII. v. 1 — 28 Tetr. iamb. acatal.
v. 29 — 31 tetr. troch. acatal.
v. 32. tetr. troch. catal.
v. 33 — 38 tetr. iamb. catal.
v. 39, 40 tetr. troch. catal.
v. 41 — 44 tetram. iamb. catal.
v. 45 tetr. troch. catal.
v. 46 dimeter iambicus acat.
v. 47 tetr. iamb. acatal.
v. 48 tetr. troch. catal.
v. 49 — 54 tetr. iamb. catal.
v. 55 tetr. troch. catal.
v. 56 tetr. anapaest. catal.
v. 57 — 59 tetr. troch. acatal.
v. 60 tetr. troch. catal.

v. 61 tetr. tr. acat.
v. 62 tetr. tr. catal.
v. 63, 64 tetr. iamb. acat.
v. 65 — 73 locus supposititius.
v. 74 — 152 Senarii iambici.
Act. IV. Sc. IX. tetr. troch. acatal.
Act. V. Sc. I. v. 1, 2 tetr. troch. catal.
v. 3 — 22 tetr. troch. acatal.
v. 23 — 25 tetr. cretici acatal.
v. 26 tetr. cret. catal. mutus.
v. 27 — 29 tetr. cret. acatal.
v. 30 dimeter anapaest.
v. 31 — 33 troch. tetr. catal.
Act. V. Sc. II. v. 1 — 3 trimetri troch.
v. 4 tetr. bacch.
v. 5 dimeter bacch.
v. 7 — 24 tetr. bacch.
v. 25 — 32 tetr. troch. catal.
v. 33 — 37 tetr. troch. acatal.
v. 38 — 41 tetr. anapaest.
v. 42 — 44 dimetri anap. cum iambis in f.
v. 45 — 91 tetr. anapaest. intermixtis dimetris.
*Grex*. tetr. troch. catal.

# CAPTIVI.

## DRAMATIS PERSONAE.

ERGASILUS, parasitus.
HEGIO, senex.
LORARIUS.
PHILOCRATES, nobilis captivus Alius.
TYNDARUS, eius servus.
ARISTOPHONTES, captivus Alius.
PUER HEGIONIS.
PHILOPOLEMUS, filius Hegionis.
STALAGMUS, servus fugitivus.
GREX.

## SUMMARIUM.

Bellum habebant Aetoli cum Eliensibus (qui Plauto Alii vocantur). Hegio autem Aetolus duos habet filios, quorum alter (Philopolemus) in bello captus est ab Eliensibus emtusque de praeda a medico quodam Menarcho; alter (Tyndarus) olim quadrimulus ab servo fugitive ablatus ad eosdem Eliensos venditusque Theodoromedi cuidam, et ab hoc tamquam peculiaris filiofamilias eius (Philocrati) datus. Hi uterque (Philocrates et Tyndarus servus) in eodem bello ab Aetolis sunt capti. Hegio, ut captivum filium suum Philopolemum recuperet, consilium capit commendi captivos Eliensos, quibus illum mutet, et inter hos emit ipsos Philocratem et Tyndarum, quem suum filium esse nescit. Hi duo astute personas inter se commutant, quo facilius Philocrates tamquam servus liberetur. Eum ergo Hegio Elidem ablegat (Tyndarum esse ratus), ut is inde suum filium Philopolemum liberatum apportet. Quo iam profecto, comperit ex alio quodam captivo, se deceptum, et pro Philocrate Tyndarum servum retentum. Iratus igitur Tyndarum in lapicidinas mittit. Mox redit Philocrates cum Philopolemo, adducens simul et servum Stalagmum, qui quadrimum illum filium abstulerat. Per quem demum Hegio comperit, Tyndarum suum esse filium. Hunc ergo accersit, Philocratem ad suos remittit; Stalagmum punit. — Per omnia haec Gelasimus parasitus apposite suas partes agit.

Scena est in Aetolia.

## ARGUMENTUM.

Captúst in pugna Hégionis filius;
Allúm quadrimum fúgiens servus véndidit.
Patér captivos cómmercatur Álios,
Tantúm studens, ut gnátum recuperét suum,
Et in ibus emit ólim amissum filium. 5
Is, suó cum domino véste versa ac nómine,
Ut ámittatur fécit; ipsus plécitur;
Et is reduxit cáptum et fugitivúm simul,
Indício cuius álium agnoscit filium.

## PROLOGUS.

Hos quós videtis stáre hic captivós duos,
Illí qui astant, hí stant ambo, nón sedent.
Vos, vós mihi testes éstis me verúm loqui.
Senéx qui hic habitat, Hégio, est huiús pater.
Sed ís quo pacto sérviat suo síbi patri, 5

*Argum.* 1. Sic Pall. et vulg. et vett. — Lamb. tamen et Dousa: *Captus fuit in p.*, mutatione ob metrum facta; qua non opus est, si non elidas ultimam in v. *pugna*, aut legas *pugnad*, adiecta *d* litera paragogica. — *filius*, sc. Philopolemus.

2. *Allum*, pro: *alterum*, int. Paegnium, postea Tyndarum vocatum. Cf. V, 3, 7.

3. *Alios*, i. e. Elios, ab urbe Elide.

4. Vulg. et vett. *uti natum recuperet*. Lamb. *uti natum suum recuperet*. Nostram Bothius et Lindem. *Suum* in nullo apte reperitur.

5. *ibus*, eis, illis. Sic vulg. — Vett. *ibi*, uti cdd. — Lamb. *interibi*. — *olim amissum*, i. e. Paegnium seu Tyndarum.

6. *suo cum domino*, i. e. Philocrate. — *veste versa ac nomine*, i. e. veste indutus Philocratis, dum ille Tyndari.

7. *ut amittatur*, sc. Philocrates. De fabulae nomine hoc tenendum, legi illud in omnibus edd. antt. *Capteivei*, item in textu ubique in vett. illud verbum antique scriptum invenirl, ut et alia multa, v. c. *eoius*, *fugitivos* nom. casu, *vivont*, et alia, secus atque in reliquis fabulis plerisque. Codd. habent *Captivorum fabula*, at argumentum acrostichum arguit, antiquitus *Capteivei* scriptum fuisse.

Prol. 1. *Hos quos*, pro: *Hi*, *quos*, per attractionem; seu potius pro: *Horum*, *quos*. Dicere enim vult: Horum duorum iuvenum, quos hic videtis stare, alterius Hegio est pater. Sed interciplt sermonem ob locum, quem allaturus est. Plane similem constructionem v. I, 2, 1—3. — Both. *Vos quos*, ex cod. Guelferb. et Monac. et Sarracen. Nostr. V. C.

2. Sic V. C. et vulg. — Vett. *Illi qui stant*, *ii stant hic ambo*, *non sedent*. Both. *Illi*, *quia stant hic* — *stant ambo*, *non sedent*. Lamb. *Illic qui astant: ii stant ambo*, *non sedent*. Dousa. *Illi qui astant*, *ii st.* — V. *Illi* i. e. q. *illic*, aut *illim*.

3. Omnes edd.: *Vos*, *vos*. Both. *Hoc vos*, ex Mss. Camer. At Pall. 6. nostr. Idem Lindemannus.

5. Sic Pall. et vulg. — Vett. *suo sibi serviat patri*. Lamb. in notis, ut vulg., at in textu eius omissum est *suo*. Ro-

Id ego híc apud vos próloquar, si operám datis.
Seni huíc fuerunt fílii natí duo;
Aliúm quadrimum púerum servos súrpuit,
Eumque hínc profugiens véndidit in Álide
Patríd huiusce. Iam hóc tenetis? — Óptumum est! — 10
Negat hércle ille últimus. — Accédito! —
Si nón, ubi sedeas, lócus est, est, ubi ámbules:
Quando hístrionem cógis mendicárier.
Ego mé tua causa, ne érres, non ruptúrus sum.
Vos, quí potestis ópe vostra censérier, 15
Accípite reliqüom: álieno uti níhil moror.
Fugitívus ille, ut díxeram ante, huiús patri,
Domo quém profugiens dóminum abstulerat, véndidit.
Hic póstquam hunc emit, dédit eum huic gnaté suo
Pecúliarem, quía quasi una aetás erat. 20
Hic núnc domi servit súo patri, nec scít pater.
Enimvéro di nos quási pilas hominés habent.
Ratiónem habetis, quómodo unum amíserit.
Postquám belligerant Aétoli cum Áliis:
Ut fit in bello, cápitur alter fílius. 25
Medicús Menarchus émit ibidem in Álide.
Coepít captivos cómmercari hic Álios:
Si quém reperirè pósset, qui mutét suom
Illúm captivom; hunc súum esse nescit, quí domi est.
Et quóniam heri inde audívit de summó loco 30
Summóque genere cáptum esse equitem Álium,

ciprocum *sibi* et alias similiter abundat. Cf. infra v. 46, 50. Amph. I, 1, 116.

6. Vett. omittunt *hic;* habet vulg. Lamb.

9. *Alide*, i. e. Elide. — Vett. et hic et ubique *Aulide*, uti 6 Pall. — Nostr. V. C.

11. *ille ultimus*, spectatorum aliquis, forte servus, qui nihil solverat, nec reperire locum poterat, ideoque ultimus sedebat aut stabat. V. ad Asin. prol. v. 5. Poen. prol. 23—27. — *accedito*. Iocose eum quasi ad se citat, dicturus sententiam. Unde non est quod legamus: *abscedito*, ut Rostius voluit, contra omnium codicum auctoritatem. — Lindem. *illic ult.*

12. *est*, *ubi ambules*, sc. foras, extra theatrum.

13. *mendicarier*, sc. quia nihil solvis, nihil habes. Alii sic: quia opus est, ut tui causa histrio sibi obtundat vocem, in qua ei una quaestus; ita ut postea coactus fuerit mendicare.

15. *ope vestra*, h. e. opibus vestris; qui non caplte censemini, ut pauperes, ideoque solvistis pro spectando.

16. *alieno uti nihil moror*, i. e. nolo retinere apud me id, quod meum non est, sed vestrum, i. e. reliquam narrationem; quoniam dixerat: *accipite reliquum*. Quod autem quis accipit aut accipere debet, eius ipse est dominus; non is, quem illud exhibere oportet. Cf. Cistell. I, 3, 40.

17. *Fugitivus ille*, sc. servus, Stalagmus. — *huius*, sc. Philocratis.

18. *dominum*, i. e. heri sui filium, Paegnium, postea Tyndarum vocatum.

20. *peculiarem*. Cf. Asin. III, 1, 36. 37. Aul. III, 4, 7.

27. *hic*, sc. Hegio.

28. *qui mutet suum*. Sic cum Pal. 2. Both. Cf. I, 1, 33. — Edd. vett. omnes et V. C.: *cum quo mutet suum*.

30. Vulg. *inde audivit*, h. e. ex Alide seu Elide; ut *Rhodo mercator* in Asinaria II, 4, 92. Sed nescio an rectius Bothe: *indaudivit*, pro: *inaudivit*, ut videtur legendum esse ex V. C. et ut quibusdam in locis sine dubio legendum est. Recepit Lind.

31. *equitem Alium*. Sic recte vulg. et Lamb. — Vett. et hic habent *alterum*, et in prologo v. 3. *alteros*, ortum ex *alium* et *alios* perperam intellectis. Hinc-

l prétio parsit, fílio dum párceret:
ónciliare ut fácilius possét domum,
t hósce de praeda ámbo de quaestóribus.
ı aútem inter sese húnc confinxerúnt dolum, 35
pácto hic servos súum herum hinc amittát domum.
ıe ínter se commútant vestem et nómina;
vocatur Phílocrates, hic Týndarus;
ıs íllic, hic illius hódie fert imáginem.
ıic hódie expediet hánc docte fallácíam 40
úum herum faciet líbertatis cómpotem,
ímque pacto frátrem servabít suom,
ıcémque faciet líberum in patriam ád patrem
údens, itidem ut saépe iam in multís locis
ínsciens quis fécit, quam prudéns, boni. 45
ínscientes súa sibi fallácia
ómpararunt ét confinxerúnt dolum,
ıe hí commenti dé sua senténtia,
n sérvitute hic ád suum maneát patrem.
ıúnc ignorans súo sibi servít patri. 50
únculi quantí sunt, quum recógito!
: rés agetur nóbis, vobis fábula.
étiam est, paucia vós quod monitos vóluerim.
écto expediet, fábulae huic operám dare.
pértractate fácta est, neque item ut céterae; 55
ıe spúrcidici insunt vérsus immemorábiles;
néque periurus léno est, nec meretrix mala,
ıe míles gloriósus. Ne vereámini,
béllum Aetolis ésse dixi cum Áliis:

ıbus ex Leid. A et Langianis loco: *equitem et alterum*, sc. em et Tyndarum. Scribit tamen: t in cedd. Sed de servo nihil Hegio; emit tamen, quia Philomerat. Totum versum vett. sic: *ue genere captum, etiam equi-rum*. Palatini plerique: *equitem* Solus 6: *alium*.

*reconciliare* sc. eum, eum redu-ıdimere, recipere. Sic Scena 59. *illum confido domum in ıus me reconciliassere*. Ibid. i v. 22.

ıt. et Pall. *Hisce*, antique pro ıd V. C. et vulg.

ıe vulg. et vett. et Lamb. — t Lindemannus in editione priore: *hinc servus servum herum lomum*, quia scriptum fuerit in d. et Monac. *sevum*.

h. emisit *hodie*.

s vulg. et vett. — Bothius it: *docte expediet hanc f.*

hius v. ut in fine habet versus tis.

52. Plerumque contrarium accidit, ut simpliciores saltem spectatores res vere agi credant, histrionibus autem fabula sit vere fabula. Sed prologus, ut modestus, suum ingenium extenuat, spectatorum extollit sapientiam. — Beth. *fabulae*.

55. *Non pertractate*, i. e. non ita, ut tractationes aut contrectationes sc. feminarum in ea occurrant, a verbo *tractare*. Cf. As. I, 3, 71. *Si papillam pertractavit*, i. e. contrectavit. Cas. IV, 4. ad fin. *Quid tu ergo hanc, quaeso, tractas tam?* et vs. seq. Cf. Asin. III, 1, 20. Bacch. II, 2, 23. Rud. 2, 4, 7. Bothius tamen, et cum eo Lindemannus: *Nam pertractate*, idque explicant: *diligenter*, quamquam nullo loco allato. Quam stultus autem fuerit poeta, qui ipse dixerit, reliquas suas fabulas indiligenter esse factas! — Alii, qui vulgatam sequuntur, idem esse existimant, quod: *non usitate*, ut et Lambinus; perperam.

56. *immemorabiles*, memoratu indigni, improbi.

Foris illic extra scénam fient proélia: 60
Nam hoc péne iniquom est Cómico chorágio,
Conári desubito ágere nos tragoédiam.
Proin, sí quis pugnam exspéctat, litis cóntrahat:
Valéntiorem náctus advorsárium
Si erít, ego faciam, ut púgnam inspectet nón bonam, 65
Adeo út spectare póstea omneis óderit.
Abeó. Valete, iúdices iustíssumi
Domí, bellique duéllatores óptumi!

## ACTUS I. SCENA I.

*ERGASILUS.*

Iuvéntus nomen índidit scortó mihi,
Eo quia ínvocatus sóleo esse in convívio.
Scio, absúrde dictum hoc dérisores dícere;
At ego áio, recte: nam ín convivió sibi
Amátor, talos quóm iacit, scortum ínvocat. 5
Estne ínvocatum, an nón est? Est planíssume.
Verum hércle: verum nós parasiti plánius,
Quos núnquam quisquam néque vocat neque ínvocat;
Quasi múres semper édimus alienúm cibum.
Ubi rés prolatae súnt, quom rus hominés eunt, 10

58. *Neque miles gloriosus*, videlicet ut in ipso Milite, et Bacchidibus, et Curculione, Poenulo, Truculento.

58. Sic. V. C. a. m. sec., quum prius fuisset *esse ne veremini*. Vett. *Etiam ne vereamini*. Both. *Neu v.* Vulg. *Ne v.* Lamb. *Etiamne*. At in notis: *Ne*.

61. *choragium* sing. vel conclave, in quo se ornabant et apparabant rei agendae histriones, ut legitur Vitruv. V, 9; vel ornamenta instrumentumque scenicum, ut Plin. XXXVI, 24. Cic. ad Herenn. IV, 50.

63. *lites contrahat*, is ipse sibi litem cum alio quoplam contrahat.

65. *ego faciam*, i. e. fiet profecto. — Fortasse in his poeta adversario cuidam tecte minatur.

68. *domi bellique* trahi possunt ad *valete*. Sic vulg., quae habet comma post *bellique*. Acidalius *domi* iungit cum *iudices iustissimi; bellique* autem cum *duellatores optimi*, uti et Bothius. Lindemannus autem utrumque ad *duellatores opt.* Ego magis accedo ad Acidalii rationem. Nam domi duellatores neque per locum dixerit Plautus.

*Act. I. Sc. I.* Prodit Ergasilus parasitus, conquerens et de fortunis suis, et quod Philopolemus, Hegionis filius, quem regem suum dicit, h. e. fautorem et patronum, ab hostibus sit captus.

1. Cf. Menaechm. I, 1. 1.

2. *invocatus*, h. e. non invitatus. Sed duplex inest sensus huic vocabulo; nam invocari etiam solebant vel inter bibendum vel ludendum puellae, h. e. appellari. Cf. Asin. IV, 1, 31. *Cum iaciat, Te, ne dicat*. et ibid. V, 2, 55. *Te, Philenium, mihi!* Stich. V, 4, 27. *Bene vos! bene nos! bene te! bene me! bene nostram etiam Stephanium!* Curcul. II, 3, 77. *invocat Planesium*. Quia igitur invocabantur puellae, parasitus autem plerumque invocatus aderat in conviviis, ideo is scortum appellabatur.

6. *an non est? est pl.* Sic Lamb. et Dousa. In vulg. et Both. et Lind. prius *est* desideratur, ut et in vett. quae tamen signum interrogationis habent post *est*. — Vult autem, scortum recte dici posse *invocatum*.

7. *Verum hercle*, sc. est. — *verum n. p. planius*, h. e. maiori etiam iure invocati dicimur. Sic distinguit Lambinus. Vett. autem hoc omni versu nullam habent interpunctionem, ut, sicut et in vulgata, *verum verum* quasi sit pro *verum enimvero*. Post *planius* Lamb. habet punctum, vulg. et reliqui comma.

10. *res prolatae*, ubi feriae sunt in iudiciis negotiisque forensibus. Cic. Epist. XIV, 5. *meam stultam verecundiam, qui*

Simúl prolatae rés sunt nostris déntibus.
Quasi, cúm caletur, cóchleae in occultó latent,
Suó sibi succo vívunt, ros si nón cadit:
Itém parasiti rébus prolatís latent
In occúlto, miseri víctitant succó suo, 15
Dum rúri rurant hómines, quos ligúrriant.
Prolátis rebus párasiti venátici
Sumus; quándo rure rédierunt, Molóssici
Odiósicique et múltum incommodistici.
Et híc quidem, hercle, nísi qui colaphos pérpeti 20
Potís parasitus, frángique aulas ín caput,
Vel ire éxtra portam Trígeminam ad saccúm licet.
Quod míhi ne eveniat, nónnullum perículum est.
Nam póstquam meus rex ést potitus hóstium, —
Ita núnc belligerant Aétoli cum Áliis: 25
Nam Aetólia haec est: íllic captus 'st in Álide
Philopólemus, huius Hégionis fílius,
Senís, qui hic habitat; quae aédes lamentáriae
Mihi súnt, quas quotienscúnque conspició, fleo.
Nunc híc occepit quaéstum hunc fílii grátia 30
Inhonéstum et maxume álienum ingenió suo:
Hominés captivos cómmercatur, sí queat
Aliquem ínvenire, súom qui mutet fílium;
Quod égo quidem nimís quam cupio ut ímpetret:
Nam ni íllum recipit, níhil est, quo me récipiam: 35
Nullá iuventutis ést spes: sese omnés amant.
Ille démum antiquis ést adulescens móribus,
Quoius núnquam voltum tránquillavi grátiis.

*legari voluerim ante res prolatas*, etc. et ad Quint. Fratr. III, ep. ult. *res prolatae; ad interregnum comitia adducta.*

12. Ad *caletur*, cf. Truc. 1, 1, 46.

16. Nonius: „*rurant*, dum rusticantur.“ — *quos ligurriant*, apud quos parasitentur.

17. *venatici*, maeri, uti venatici canes.

21. *aulas*, i. e. ollas, cineris plenas. Cf. Curc. 3, 26. Sic et a Nonio citatur versus ex Amphitruone, hodie non extans: *Optime iure infringatur olla cineris in caput.*

22. Sic vulg. — Vett. *Vel extra portam ire trigeminam ad sacculum licet.* Porta Trigemina est porta Ostiensis, ab Horatiis Curiatiisque sic dicta. Ibi videntur concilabula fuisse mendicantium, quia eo multi plerumque homines commeabant. — Both. et Lind. *Vel extra portam Tr. ad. saccum ilicet. Vel* quasi elidendum, uti et Amph. 3, 2, 36.

24. *rex*, i. e. patronus. Cf. Asin. V, 2, 69. — *est potitus hostium*, h. e. in hostium potestatem venit. Sic Amph. I, 1, 25. *cum nunc potivit pater servitutis.* Abrumpitur constructio, interpellaturque quasi parenthesi: *Ita nunc* etc. cuius tamen signa non existimo addenda, quia incertum, ubi finiatur. Potest enim apodosis ordiri a v. 28: *quae aedes lamentariae*, quasi sit pro: *hae aedes l.*; potest a v. 30; potest et a v. 35. Itaque relinquendum lectori. Claudunt Both. et Lind. v. 29 ad. v. *fleo.*

26. *illic* monosyllabum: *ill'c.* Sic autem vulg. — Vett. *illic est captus in A.*, quod et Bothe. Lindemannus in edit. I. elecerat *illic.* At potius, si quid, eliciendum *in*, legendumque *captust.*

31. Vett. et Both. *Inhonestum et max.* Vulg. om. *et.*

33. Edd. *suum quicum m. f.* Al. *suum qui commutet.* Sensus: cuius ope suum filium recipiat. Cf. I, 2, 62.

34—39. Hi versus in vulg. vett. Lamb. leguntur scena seq. post v. 16., unde recte a Bothio huc sunt translati, ex Acidalii sententia. In cod. Pal. 4. ad oram v. 34. adscriptum: *deficit*, lacunae signo.

38. *tranquillavi*, quem nunquam dicte aliquo urbano atque faceto exhilaravi,

Condígne est pater éius moratus móribus.
Nunc ád eum pergam. Séd aperitur óstium, 40
Unde sáturitate saépe ego exii ébrius.

---

## ACTUS I. SCENA II.

*HEGIO. LORARIUS. ERGASILUS.*

*H.* Advórte animum, sis, tu. Ístos captivós duos,
Herí quos emi dé praeda a quaestóribus,
His índito caténas singulárias;
Istás maiores, quíbus sunt vincti, démito.
Sinito ámbulare, sí foris, si intús volent; 5
Sed uti ádserventur mágna diligéntia.
Libér captivos ávis ferae consímilis est:
Semél fugiendi sí data est occásio,
Satis ést; nunquam postílla possis préndere.
*Lo.* Omnés profecto líberi lubéntius 10
Sumus, quám servimus. *H.* Nón videre ita tú quidem.
*Lo.* Si nón est, quod dem, méne vis dem ipse ín pedes?
*H.* Si dédéris, erit extémplo mihi, quod dém tibi.
*Lo.* Avis mé ferae consímilem faciam, ut praédicas.
*H.* Ita ut dícis; nam si fáxis, te in caveám dabo. 15
Sed sátis verborum est. Cúra, quae iussi, átque abi.
Ego íbo ad fratrem ad álios captivós meos;
Visám, ne nocte hac quídpiam turbáverint;
Inde mé continuo récipiam rursús domum.

quin mercedem aliquam ab eo reportassem. Sic γελᾶν de mari tranquilliori apud Graecos.

39. Transponunt Both. et Lindem. *Condigne pater est ei.* — De v. *condigne* v. Aul. III, 4, 6. Sensus: pariter uti filius, ita et pater moratus est erga me.

*Act. I. Sc. II.* Prodeunt captivi duo catenis vincti, quos ducit lorarius; dein Hegio, qui eos commendat lorario suo servo (de quo genere servorum cf. Gell. X. 3. ad fin.); Deinde Ergasilum parasitum ad se invitat.

1. *Istos captivos duos*, accusativi sunt attractionis, pendentes ab v. *emi*. Nam proprie deberent esse dativi: *Istis captivis duobus*, sc. *indito catenas singularias*. Similiter Prologo v. 1. *Hos quos.*

2. Vulg. et vett. *Here quos emi de praeda, de quaestoribus.* — Mutavit Bothius: *Here quos de praeda emi, de quaestoribus*, ratus transpositionem esse factam versus causa; non autem posse recte legi *de praeda, de quaestoribus.* Ac sane II, 3, 93 legitur: *Cónstabilivi, quum illos emi dé praeda a quaestóribus.* Unde et hic lege: *Heri quos emi de praeda a quaestoribus*, praesertim quum codd. plerique *heri* habeant, non *here*.

3. *singularias*, quibus opponuntur statim catenae *maiores* v. 4. Sunt igitur leviores. Apud Gellium XVII, 9. *literae singulariae* sunt literae (*Buchstaben*) singulatim, non syllabatim, scriptae; separatae inter se. Ideo hic quoque fortasse separationis ab reliquis captivis potest notio subesse: *besondere, aparte.*

7. *avis ferae.* Vett. *avis ferè*, ut et v. 14. Sed vulg. *ferae.* Distinguuntur enim in iure Romano aves ferae ab avibus mansuetis et non feris, ut Institut. libro II. tit. 1. — Pall. 5 et 6 *ferae*, 4 et V. C. *fere.*

9. Sic vett. et Both. et V. C. lineola tamen super lit. *a* ducta. — Vulg. *post* (l. e. postea) *illam*, ut plerique cdd. Pall.

12. *quod dem*, sc. tibi pro libertate mea.

15. *Ita ut dicis*, sc. tum tibi futurum esset.

17. Quae hic in vulg. sequuntur, supra dedimus Sc. I. v. 34—39. cum Bothio et Lindemanno.

*E.* Aegre ést mi, hunc facere quaéstum carcerárium 20
Proptér sui gnati míseriam miserúm senem;
Sed si úllo pácto ille húc conciliarí potest,
Vel cárnificinam hunc fácere possum pérpeti.
*H.* Quis hic lóquitur? *E.* Ego, qui tuó moerore máceror,
Macésco, consenésco, et tabescó miser. 25
Ossa átque pellis súm miser macritúdine,
Neque únquam quidquam mé iuvat, quod edó domi;
Foris áliquantillum étiam, quod gusto, íd beat.
*H.* Ergásile, salve. *E.* Dí te bene ament, Hégio.
*H.* Ne fle. *E.* Égon' illum non fléam? egone non défleam 30
Talem ádulescentem? *H.* Sémper sensi fílio
Meo te ésse amicum, et íllum intellexí tibi.
*E.* Tum dénique homines nóstra intellegimús bona,
Quum, quae ín potestate hábuimus, ea amísimus.
Ego, póstquam gnatus túus potitust hóstium, 35
Expértus, quanti fúerit, nunc desídero.
*H.* Aliénus quom eius incómmodum tam aegré feras:
Quid mé patrem par fácere est, quoi ille est únicus?
*E.* Aliénus ego? aliénus illi? Ah, Hégio,
Nunquam ístuc dixis, néque animum induxís tuom! 40
Tibi ille únicust; mi etiam único magis únicus.
*H.* Laudó, malum quom amíci tuum ducís malum.
Nunc hábe bonum animum. *E.* Éheu! *H.* Huic illúd dolet,
Quia núnc remissus ést edundi exércitus.
Nullúmne interea náctus, qui possét tibi 45
Remíssum, quem duxti, ímperare exércitum?
*E.* Quid crédis? Fugitant ómnes hanc provínciam,
Posteáquam captus ést Philopolemús tuos.
*H.* Non pól mirandum est, fúgitare hanc provínciam:
Multís et multigéneribus opus ést tibi 50
Milítibus. Primumdum ópus est pistoriénsibus:
Eorúm sunt aliquot génera pistoriénsium;
Opús paniceis; ópus placentinís quoque;

22. *huc conciliari*, huc reduci; effici ut reveniat domum. Cf. Prolog. v. 33.

26. Vulg. *sum misera macritudine.* Vett. *summiseram macritudine.* Both. *sum miser a macr.* Lind. I. ut nos; II: *sum*, *miser*, *macrit.*

28. *aliquantillum*, h. e. parum, item sc. me iuvat, beat; non ut antehac.

33. Vett. et Both. *Tum denique omnes.* Pareus: *Tum demum homines.*

46. Vulg. et vett. et Pall. 5. *quem dixti.* Nostrum Lind. I. — II *quem dixi.* V. C. *quem dixit.* — *remissum exercitum.* Cic. Philipp. 8. *exercitum depono, provinciam remitto.* Forte: *auf Urlaub.* Exercitus autem sunt pistores, coqui, turdetani etc. et quos infra nominat, ad convivia apparanda necessarii. Cf. v. 53.

46. *imperare tibi* vel est: conscribere in tuum usum, sicuti dicimus imperare pecuniam, h. e. exigere; vel: imperare tibi ut ipse cogas exercitum, argento dato, quo emas opsonium, sive *opsones;* quam parasitorum fuisse provinciam, testatur III, 1, 14: *Ipsi opsonant*, *quae parasitorum ante erat provincia.* Itaque hoc rectius. Ceterum cf. Mil. 4, 4, 23.

48. Sic vett., omissis, quae in vulg. Both. Lind. leguntur: *Quoi obtigerat.* Atque ita mihi multo commodior et sensus et oratio existere videtur.

51. *primumdum.* Sic vulg. Lind. — Both. cum vett: *primodum.* — *pistoriensibus*, h. e. pistoribus; simul faceta

Opus túrdetanis; ópus est ficedulénsibus;
Iam máritumi omnes mílites opus súnt tibi.
*E.* Ut saépe summa ingénia in occultó latent!
Hic quális imperátor nunc privátus est!
*H.* Habe módo bonum animum: nam ílium confidó domum
In his diebus mé reconciliássere:
Nam eccum híc captivom ádulescentem Álium,
Prognátum genere súmmo et summis divitiis:
Hoc íllum me mutáre confidó fore.
*E.* Ita di deaeque fáxint! *H.* Sed num quó foras
Vocátus ad cōénam? *E.* Nusquam, quód sciam.
Sed quid tu id quaeris? *H.* Quía mi est natalis dies:
Proptérea te vocári ad coenám volo.
*E.* Facéte dictum! *H.* Séd si pauxillúm potes
Conténtus esse. *E.* Né perpauxillúm modo:
Nam istóc me adsiduo victu delectó domi:
Age, sis, roga! *H.* Emtum? *E.* Nísi qui meliorem áfferet,

allusione ad Pisteriensis oppidi Pisterii cives, ut et *placentinis*, allusione ad oppidum Piacentiam facta.

54. *turdetanis*, qui turdos vendunt. Sed alluditur et ad Turdetanos populum Hispaniae ad Gades. — *Ficedulensibus*, qui ficedulas vendunt. Sed Ficedulae erant et vicus Romae. Panem quoque Hamahitum falsae urbem memorat Strabo V.

55. *maritumi*, qui vendant pisces cuiusque generis.

59. *reconciliassere*, i. e. reconciliaturum esse, redemturum. Forma enim est futuri.

61. vulg. *confide*. Sed vett. *confido*, ut supra v. 58.

63. Sic vulg. et vett. suppl. *es*, quod addit Bothius et Lind. ut et Lamb. et habet Pal. 3. a m. prima, et Pal. 1. a. m. sec. — In sequentibus vett. *Nusquam pol quod sciam*. Lamb. *Nusquam equidem, quod sciam*. Ego crede legendum per diaeresin *coēnam*, ut Cas. IV, 1, 18. *Cupiunt extrudere incoēnem ex aedibus*. Sic *coēpi* Aul. IV, 3, 3.

65. Vett. *Sed quid tam id qu.* Nestr. V. C. et Pall. 6.; vulg. et Lamb. et Both. — At Lind. *Sed qui dum id qu.*

66. Vett. *vocarier*. Lindemannus in recentissima ed. sic: *Propterea te ad coenam vocari volo*. V. C. *vocari ad te ad nam volo*. Verbum *vocari* non est elidendum, ut saepe.

67. *Facete dictum*, videlicet quod dixerat, suum esse natalem diem, non ut verum, sed ut causam invitandi. — *si pauxillum potes* etc. Lambinus: *pauxillo*, ex libris. Addit idem, sui temporis vulg. habere, ut Camerarium: *pauxillum*, sc. coenam, ut ait acc. absolutus. In seqq. idem: *Ne perpauxillum modo*, sc. apponas. Nam hoc domi habeo. — Vett. et vulg. *pauxillum* et *Nae*. Atque sic Both. et Lind., qui *pauxillum* ait dictum pro *paullisper* contentus, additque: „Respondet parasitus, id pauxillum perparvum esse; nam iustum victum, id est, illud *paullisper* esse contentum, domi habeo nae foris quaerere oportet." — *Ne* et *Nae* cenites permutata reperiuntur in codicibus. Ceterum hic additum modo aperte suadet, legendum *Ne*. *Pauxillum* autem videtur praferendum ob sequens *perpauxillum*; prius advertisam, ut multum alibi; posterius ambiguum, ob sequentia. Adamat autem parasitus haec diminutiva, ut vs. 28. *aliquantillum*. Hinc Hegio eius sermonem imitatur. — Bothius esse hic positum ducit pro: *edere*. — De pauxillo et perpauxillo cf. Poen. 3, 1, 35.

70. *Age sis, roga*. Sic vulg. et vett.; prior tamen tribuit Hegioni; vett. recte Ergasilo. Est enim stipulationis formula, quae rogando, h. e. interrogando et promittendo fiebat. Cf. locum ea de re classicum Bacch. IV, 8, 40: *Roga hunc tu; tu promitte huic;* etc. Erat autem haec res admodum familiaris Romanis, ita ut, qui forum frequentabant, quotidie audirent ibi stipulantes. Hinc statim reponit Hegio: *Emtum*, (sic vett. et Pall. et Lamb.) vel assertorie, vel interrogans. Ergasilus autem cum conditione suaque legibus ait se addicturum; iucundissimam ceterum faciens in omni hac scena gradationem. Nam ab initio fleus lamentatur; dein quasi erectus e tristitia v. 56. iocose Hegionis imperatorium miratur in-

Quae mi átque amicis pláceat conditió magis,
Quasi fúndum vendam, méis me addicam légibus.
*H.* Profúndum vendis tú quidem, haud fundúm, mihi.
Sed sí venturus, témpori. *E.* Hem vel iam ótium est.
*H.* I módo, venare léporem; nunc erím tenes: 75
Nam méus scruposam víctus commeát viam.
*E.* Nunquam ístoc vinces me, Hégio: ne póstules;
Cum cálceatis déntibus veniám tamen.
*H.* Aspér meus victus sáne est. *E.* Sentisne ésitas?
*H.* Terréstris coena est ... *E.* Sús terrestris béstia est. 80
*H.* Multís oléribus .... *E.* Cúrato aegrotós domi.
Numquíd vis? *H.* Venias témpori. *E.* Memorém mones.
*H.* Ibo íntro atque intus súbducam ratiúnculam,
Quantíllum argenti mihi ápud trapezitám siet.
Ad frátrem, quo ire díxeram, mox ívero. 85

---

## ACTUS II. SCENA I.

*LORARII. PHILOCRATES. TYNDARUS.*

*Lorarius.* Si di ímmortales íd voluere, vós hanc aerumnam éxsequi:

genium; iam maiores sumit spiritus et paciscitur suis legibus cum Hegione, denique v. 81. quoniam pergit locari Hegio, ipse etiam contemnit eius omnem coenam: *curato aegrotos domi.* — *Emtum?* i. e. an emtio rata est? Sic *emtum* saepe substantive, ut: ex emto, convento etc. et cf. Ep. 3, 4, 39. *Estne emta mi haec?* Trin. 2, 4, 99. — Vulg. *He. Age sis roga. Er. Emin' tu? He. Nisi qui meliorem adferet. Er. Quae mihi atque amicis placeat cond. magis? Quasi fundum vendam* (vett. *vendens*) *m. m. add. legibus.* Lind. *He. Age sis, roga. Er. Emtum, nisi qui m. adf.* — Ex nostra lect. ad *meliorem* supple: *conditionem.* Lambinus plane facit cum vett. praeterquam quod legit *ne.* Verum illud: *placcat* habeat oportet, quo referatur, sc. v. *adferet.*

74. Sic vulg. V. C. vett. Lamb. — Bothe: *Malis iam otium est.* Lind. *Hem vis iam? otium est.*

75. Etiam pergit locari Hegio. Fingit, se suadere Ergasilo, ut meliorem quaerat conditionem. Suam enim esse instar *eris.* Lind. *Nunc ictim tenes.* Nostr. vulg. vett. Both. Lamb. *irim*, plantam viliorem. Similiter Turnebus Adversariorum lib. XIV. cap. 7. Dousa: *cirim*, *a κῆρις*, quod genus sit egrettarum. Alludi enim ad proverbium: eum qui cirim venari possit, posse et leporem. — Vett. *nunc ym tenes.* V. C. *Nunc irim t.*

76. Vett. et Lamb. *Non meus scr.* etc. Vulg. Both. Lind. *Nam meus scrup.* Dein Both. *commetat.* Lamb. expl. „meus victus non constat ex difficilibus et caris obsoniis.". Sed ex vulgata sensus: nam meus victus asper est.

77. Sensus: Nunquam hoc mihi persuadebis, noli existimare. Ego enim nihilominus cum dentibus paratissimis veniam tamquam ad lautum convivium.

80. *sus terr. b. e.* Ait posse coenam esse terrestrem, ac tamen bene habere, si constet carne suilla, aprina etc.

81. Denique clare loquitur Hegio, eam multis oleribus fore compositam. Igitur per contemtum parasitus ei suadet, ut illâ aegrotos suos curet, qui tenui parcoque victu sint curandi; sivi etiam: quia olera alvum ciant.

82. *Numquid vis* sc. me? An porro est quod mandes mihi? Abeuntis formula.

*Act. II. Sc. I.* Mutaverant iam ab initio et nomina et vestem Philocrates Tyndarusque. Petunt nunc ab lorario, ut sibi concedat veniam, sine arbitris inter se colloquendi. Qua concessa, hortatur Philocrates Tyndarum ad caute agendum; Tyndarus contra, qui iam Philocratis personam sustinet, petit ab illo, ut, cum redierit in patriam, sui meminerit, ipsumque quoque liberet. Philocrates Tyndarum iterum ad astutiam colendam adhortatur, uti recte docteque suam personam agat.

Decet íd pati animo aéquo. Si id faciétis, levior lábos erit.
Domi fuístis, credo, líberi;
Nunc sérvitus si evénit, ei vos mórigerari mós bonust,
Eámque herili império ingeniis vóstris lenem réddere. 5
Indígna digna habénda sunt, herus quaé facit.
*P.* Oh, oh, oh!
*Lo.* Éiulatióne haud opus est. Óculis multam míseriae
Ádicitis. In ré mala animo sí bono utare, ádiuvat.
*T.* At nós pudet, quia cúm catenis súmus. *Lo.* At pigeat póstea 10
Nóstrum herum, si éximat, aút solutós sinat,
Quós argento émerit.
*T.* Quíd ille a nobis métuit? Scimus nós, nostrum officiúm quod est,
Sí solutós sinat.
*Lo.* Át fugam fíngitis: séntio, quam rém agitis. 15
*T.* Nós fugiamus? quó fugiamus? *Lo.* In patriam. *T.* Apage! haud nós id deceat,
Fúgitivos imitári. *Lo.* Imo edepol, si érit occasio, haúd dehortor.
*T.* Únum exoráre vos sínite nos. *Lo.* Quídnam id est?
*T.* Út sine hisce árbitris
Átque vobís, nobis 20
Détis loquendí locum.
*Lo.* Fíat. Abscédite hinc! nós concedámus huc.
Séd brevem orátionem íncipesse. *T.* Hém, mi istuc
Cértum erat. — Cóncede huc! *Lo.* Ábite istim! *P.* Obnóxii

5. *herili imperio.* Sic vulg. vett. Lamb. Dous. Both. Lind. Quidam libri habent: *Eamque et her.* uti V. C. et Pall. Lambinus legi vult: *Atque herile imperium ing. v. lene reddere* sive: *Eamque et herile imperium.* Lindemannus olim ex Acidalii coniectura: *Feramque herili imperio* etc. quod ipsum non improbat Bothius. Nostram Lambinus ita interpretatur, ut *ingeniis vestris* dativo casu dictum esse accipiat, pro: *vobis.* Ego tamen ablativum puto, ut sit: per vestros mores, per vestram obsequelam. Nihil enim equidem mutaverim; minime autem *feram* scripserim, propter Hegionis mite ingenium. Forsitan et, si hoc voluisset dicere, clarius foret locutus: *Ex fera lenem reddere.* — Duo sunt ablativi coniunctim positi, quia utraque re opus erat ad servitutem lenem reddendam. Lenis enim reddi poterat per herile imperium, si lenius exerceretur; id autem effici poterat ingeniis servorum ipsorum.

8. V. C. *multa oculis multa miraclitis.* Vulg. *oculis multam miseriam additis.* Vett. *oculis multa misera cuditis.* Lamb. cum vulgata. Bothius: *Multam oculis multam miseriai edicitis*, quia libri habeant: *multa oculis multa misera editis.* Lindem. I.: *Eiulátione haud est opus; — Multa óculis misera edícitis.* II.: *misera cúditis.* Sed primum legitur in omnibus *opus est*, non *est opus.* Deinde v. *edicere* nusquam locorum simili sensu occurrit; pariter autem *óculis multa misera cudere*, ineptum. Denique *Eiulatione* quo iure sic possit scandi, non liquet. Itaque lego: *oculis multam miseriae adicitis*, h. e. adiicitis miseriae vestrae multam (poenam), quam oculis vestris infertis. De re cf. Cas. 2, 8, 6. Ci. 2, 3, 46.

11. Vulg. *nostrum herum, si vos eximat vinculis.* Vett. *Herum nostrum, si vos eximat vinculis.* Eiicienda *vos* et *vinculis.*

16. *fugiamus.* Cf. Bacch. 4, 3, 123.

19, 20. *sine hisce arbitris atque vobis.* Exemplum hoc est, praeter agentes personas et plures comites adfuisse in scena veterum. Sensus: ut nobis secreto colloquendi detis locum, ita ut neque hi, neque vos ipsi possitis arbitri esse. Lindem. ed. I. ex Herm. *Ut sine hisce arbitris Atque a vobis nos detis loquendi locum.* Altera, ut vulg.

23. *Hem mihi istuc certum erat*, h. e. decretum mihi erat iam, breviter rem absolvere.

24. *Abite istim!* Sic scripsi pro *abite ab istis*, quod Lind.

Ámbo vobís sumus própter hanc rém, quom, quam 25
Vólumus nos cópiam esse, fácitis nos cómpotes.
Sécede huc núnc iam, sí videtúr, procul,
Ne árbitri dícta nostra árbitrarí queant,
Neú permanét palam haec nóstra fallácia:
Nám doli nón doli súnt, nisi astú colas, 30
Séd malum máximum, si íd palam próvenit.
Nám si herus tú mihi es, átque ego mé tuom
Sérvom esse adsímulo:
Tamen víso opust, cauto ést opus,
Ut hoc sóbrie sineque árbitris 35
Adcúrate agátur docte ét diligénter:
Tanta íncepta rés est; haud sómniculóse hoc
Agéndum est. *T.* Ero, út me volés esse. *P.* Spéro.
*T.* Nam tú nunc vidés, pro tuó caro cápite
Carum ófferre meúm me capút vilitáti. 40
*P.* Scío. *T.* At scire túm memento, quándo id, quod volés, habebis.
Nám fere máxuma párs
Mórem hunc hominés habent: quód volunt, dum ímpetrant,
Súnt boni; séd id ubi iám penes sése habent,
Éx bonis péssumi et fraúdulentíssumi 45
Súnt. Nunc, ut té mihi ésse volo, esse aútumo.
Quód tibi suádeo, suádeam meó patri.
*P.* Pól ego te, si aúdeam, meúm patrem nóminem:
Nám secundúm patrem tu és pater próxumus.
*T.* Aúdio. *P.* Et proptérea saepiús te moneo, ut mémineris: 50
Nón ego herus tibí, sed servos súm. Nunc te hoc unum óbsecro.

25, 26. Vulg. et vett. *cum*, *quae volumus nos*, *Copia est*, *ea facitis nos compotes*. Lamb. et Dousa: *quum quod volumus nos*, *Copia est*, *et facitis eius nos compotes*. Lind. *quum*, *quae volumus nos*, *copiae Facitis nos* c. V. C. et Pall. *cumque vol*. Quidam Langiani: *quum quam*. Hinc Bothius: *Quom*, *quam nos volumus copiam esse*, *ea nos facitis compotes*. Possit et, ceteris abiectis, legi: *cum*, *quod volumus nos*, *copia est*, ut sit dipodia singulatim posita, clausula, quales plures in hac scena occurrunt.

29. Vulg. et vett. *Neve permanet palam h. n. f.* Unde recte forsan Lambinus deleri vult *palam*, ut minime Plautinum hoc loco. Sequitur tamen idem v. seq. atque illud *Neve* fortasse haud magis Plautinum iudicandum esse videatur.

33. Vulg. Pall. et vett. *esse servum adsimulo*, *tamen viso opust*, *cauto est opus*. Nam etsi hucusque omnia bene a nobis sunt composita, ita ut tu pro hero habearis, ego pro servo, tamen opus est, ut nobis recte prospiciamus, ut recte attendamus, ut caute omnia faciamus.

39. Vett. *raro capite carum offerre meum caput utilitati*. Vulg. *vilitati*. Item Lamb. — *vilitati*, sc. ita ut venum eat, ita ut in servitute maneat. — *me* Lind. ante *meum*.

41. Vett. P. *Scio*. *T. At scire tum mem*. Vulg. P. *Scio*. *T. At scire memento*. Verbum autem *Scio* saepius monosyllabum. — 43. Vulg. et vett. *quod sibi volunt*, *dum imp.*, *boni sunt*.

46. Vulg. *volo esse*, *esse autumo*. Vett. *volo esse*, *autumo*. — Pro *sunt* Lind. *Fiunt*. Idem prius *esse* omisit. Legit: *Fiunt*. *Nunc út mihi té volo*, *esse aútumo*, transpositis *te mihi*.

47. Bothius hunc vs. cum sequentibus duobus Philocrati tribuit. Vett. et vulg. hic repetunt Tyndari nomen, v. 47, 48. Philocrati tribuunt. Vulg. et Lind. *Quod tibi suadeam*, *su.* — Nostr. vett. et Both.

48. *si audeam*, si credam licere propter patrem meum verum, meamque in illum pietatem.

50. Vulg. *ut memineris*, *moneo*.

51. Vulg. *Nunc obsecro te hoc unum*.

Quóniam nobis di ímmortales ánimum ostenderúnt suom,
Út qui herum me tíbi fuisse atque ésse nunc conservóm velint,
Quód antehac pro iure ímperitabam méo, nunc te oro pér precem,
Pér fortunam incértam et per mei te érga bonitatém patria, 55
Pér conservitiúm commune, quód hostica evenít manu:
Né me secus honóre honestes, quam égo, quom servibás mihi,
Átque ut, qui fuerís et qui nunc sís, meminisse ut mémineris.
*T.* Scío quidem, me te ésse nunc et te ésse me. *P.* Hem, istuc sí potes
Mémoriter meminísse, ineít spes nóbis in hac astútia. 60

---

## ACTUS II. SCENA II.

*HEGIO. PHILOCRATES. TYNDARUS.*

*He.* Iam égo revortar íntro, si ex his, quaé volo, exquisívero.
Úbi sunt isti, quós ante aedis iússi huc producí foras?
*Ph.* Édepol tibi ne quaéstioni essémus, cautum intéllego:
Íta vinclis custódiisque círcummoenití sumus.
*He.* Quí cavet, ne décipiatur, víx cavet, quom etiám cavet: 5
Étiam quom cavísse ratus est, saépe is cautor cáptus est.
Án vero non iústa causa est, út vos servem sédulo,
Quós tam grandi sím mercatus praésenti pecúnia?
*Ph.* Néque pol tibi nos, quía nos servas, aéquom est vitio vórtere,
Néque te nobis, sí abeamus hínc, si fuat occásio. 10
*He.* Út vos hic, itidem íllic apud vos méus servatur fílius.
*Ph.* Cáptus est? *He.* Ita. *Ph.* Nón igitur nos sóli ignavi fúvimus.
*He.* Sécede huc: nam súnt, ex te quae sólo scitarí volo,
Quárum rerum té falsiloquom mi ésse nolo. *Ph.* Nón ero,
Quód sciam; si quíd nescivi, id néscium tradám tibi. 15
*Ty.* Núnc senex est ín tonstrina! Núnc iam cultros áttinet!

57. Cavere vult in his, ne Tyndarus quando, oblitus se heri personam habere, servum agat, maioremque Philocrati honorem tribuat in verbis aut factis, quam servo conveniat. Sensus: Ne me maiori honore honestes, quam quo ego te, cum mihi servibas domi. Vett. *quam quum servibas mihi.* Vulg. *quam ego te, cum s. m.* Saltem *ego* recipiendum, *te* autem supplendum.

58. Vulg. *Atque ut qui.* Vett. *Atque qui.* Sed eiusmodi repetitiones iterationesque coniunctionis alicuius, aut pronominis, haud rarae apud Plautum.

60. Vulg. *nobis in hac astutia*, uti et Both. et Lind.

*Act. II. Sc. II.* Hegio ex domo sua prodiens, v. 1. adhuc intus loquitur cum aliquo servorum. Dein ex Philocrate (quem servum existimat), quaerit, qualis domi sit Tyndarus, quem Philocratem esse credit. Ille praedivitem ait esse et honoratum, sed patrem eius avarum. Idem affirmat Tyndarus. Hegio aperit, suum filium apud Alios captum servire. Quem si Tyndarus efficiat ut sibi remittatur, se utrumque, et Tyndarum et Philocratem, esse dimissurum. Decretum fit, ut Philocrates (quem servum existimat Hegio) domum mittatur, ut Hegionis filium liberet, Tyndarus (tamquam Philocrates) remaneat. Uterque igitur vinculis eximuntur.

3. Vett. *Pol tibi ne quaestioni*, ut et Lind. Lamb. *Edepol tibi ne in quaestione*, ut et Dousa et Pareus.

9. Vett. *aequom est stultitiae vortere.* V. C. *equom stultio v.*

15. Both. *nescibo.* Item Lindem. ed. I.; at in altera *nescivi*, quod dictum pro *nescivero.*

16. Sensus: Nunc probe senex decipietur a Philocrate. Nam *tondere ali-*

Ne íd quidem, involúcre iniicere, vóluit, vestem ut ne ínquinet.
Séd utrum strictimne áttonsurum dícam esse, an per péctinem,
Néscio; verúm si frugi est, úsque admutilabít probe.
*HE.* Quíd tu? servosne ésse an liber mávelis? memorá mihi. 20
*PH.* Próxumum quod sít bono, quodque á malo longíssume,
Íd volo; quamquám non multum fúit molesta sérvitus,
Néc mihi secus erát, quam si essem fámiliaris fílius.
*TY.* Eúge, pol Thalém talento nón emam Milésium:
Nam ád sapientiam húius ille nímius nugatór fuit. 25
Út facete orátionem ad sérvitutem cóntulít!
*HE.* Quó de genere nátust illic Phílocrates? *PH.* Polyplúsio,
Quód genus illic únum est pollens átque honoratíssumum.
*HE.* Quíd ipsus hic? quo honóre est illic? *PH.* Súmmo atque ab summís viris.
*HE.* Tum ígitur, ei quom in Ális tanta grátia est, ut praédicas, 30
Quíd divitiae? súntne opimae? *PH.* Unde éxcoquat sevóm senex.
*HE.* Quíd pater? vivítne? *PH.* Vivom, quom índe abiimus, líquimus;
Núnc vivatne, néc ne, id Orcum scíre oportet scílicet.
*TY.* Sálva res est: phílosophatur quóque iam, non mendáx modo est.
*HE.* Quód erat ei nomén? *PH.* Thesaurochrýsonicochrýsides. 35
*HE.* Vídelicet proptér divitias índitum id nomén quasi est.
*PH.* Ímo edepol proptér avaritiam ipsíus ac tenáciam.
[Nam ílle quidem Theodóromedes fúit germano nómine.]

*quem* saepenumero apud Pl. i. e. q. fraudare. — *cultros attinet*, i. e. cultros iam manu tenet Philocrates. Idem enim et ad seqq. supplendus. Cf. Men. V, 1, 30. *Nunc eandem ante oculos attines.* Sic *abstinere* alibi i. q. removere. Igitur falso Lindem. ita accipit: nunc iam Hegio ad cultros attinet, i. e. in eo est ut tondeatur. *Cultri tonsorii* plurali numero et occurrunt apud Cic. de Off. II, 7.

17. *id* pleonastice adiectum. Plena oratio: ne id quidem voluit, involucrum inquam inlicere. Vulg. V. C. et vett. *involucre.* Lind. *involucri.* Both. *involucrum.* Est autem gr. *ὠμόλινον*, ut Plutarchus refert. Ceterum hic de barba tondenda accipiendum.

18. *strictim*, gr. *ἐν χρῷ*, ad cutem. Id autem crudelius, quam per pectinem.

24. *Euge, pol.* Sic vett. — Both. Lind. *Eugepae.* — Thales autem ad significandam prudentiam astutiamque, iam apud Aristophanem adhibetur Nub. v. 180. *τί δῆτ' ἐκεῖνον τὸν Θαλῆν θαυμάζομεν;* Apud nostrum et Rud. IV, 3, 64. *Salve, Thales.*

25. Sic vett. — Vulgo omittitur *ille.* Bothius: *Nam pol ad.* s.

28. Sic vett. v. *est* collocant. B. *Quod genus illi est u.*, Lind. *illic.*

29. *ab summis viris* sc. ille, sc. Philocrates, magni fit atque honoratur.

31. *opimae*, ex coni. Lambini, probantibus viris doctis. Vulg. vet. *optimae.* Sed *opimae* legendum esse, praebet et metrum, et seq. *sevum.* Manet enim in metaphora. Nam opimitas ex adipe; ex adipe autem sevum. — *senex*, sc. pater Philocratis. Nam de Philocrate ipso neutiquam potest accipi, ut vult Lindemannus, qui interpretatur: „ut Phil. ad senectutem usque satis superque possideat.“ Id enim alia ratione erat declarandum. Atque hoc ipsum, quod senem commemoraverat, causa est, quare statim Hegio: *Quid pater? vivitne?* Nam antea tantummodo de genere quaesierat, de patre nondum cogitaverat.

33. Vulg. et vett. *Nunc vivat necne.* Lamb. *At nunc vivat, necne.* Nostr. Both.

35. Sic V. C. vulg. et vett. — Both. et Lind. de coni. *Thesaurochrysonicocroesides.* Recurrit nomen III, 4, 100.

37. Vulg. et vett. *atque audaciam.* Verum et Acidalius iam iudicavit legendum *ac tenaciam* ob v. 39. et haec lectio, teste Bothio, aperte comprobatur a cod. Guelph.

38. Hunc versum includit Both. et cum eo Lindemannus, ideo, quod III, 4, 101 ignorat Hegio verum nomen *Theodoromedes*, solum meminit *Thesaurochrysonicochrysides.* — De industria autem hic

*He.* Quíd tu ais? tenáxne pater est éius? *Ph.* Imo edepol pértenax.
Quín etiam, ut magis nóscas, Genio súo ubi quando sácrificat, 40
Ád rem divinám quibus est opus, Sámiis vasis útitur,
Ne ípse Genius súbripiat. Proinde, áliis ut credát, vide.
*He.* Séquere hac me igitur: éadem ego ex hoc, quaé volo, exquaesívero.
Phílocrates, hic fécit, hominem frúgi ut facere opórtuit:
Nám ego ex hoc, quo génere gnatus sís, scio: hic fassúst mihi. 45
Haéc tu eadem si cónfiteri vís, tua e re féceris;
Quaé tamen scito scíre me ex hoc. *Ty.* Fécit officium híc suom,
Quóm tibi est conféssus verum; quámquam volui sédulo
Méam nobilitatem óccultare et génus et divitiás meas,
Hégio; nunc, quándo patriam et líbertatem pérdidi, 50
Nón ego istunc me pótius quam te métuere, aequom cénseo:
Vís hostilis cum ístoc fecit méas opes aequábilis.
Mémini, quom dicto haúd audebat, fácto nunc laedát licet.
Séd viden'? Fortúna humana fíngit artatque, út lubet:
Mé, qui liber fúeram, servom fécit, e summo ínfumum; 55
Qui ímperare insuéram, nunc altérius imperio óbsequor;
Ét quidem si proínde, ut ipse fui ímperator fámiliae,
Hábeam dominum: haud vérear, ne iniúste aut graviter mi ímperet.
Hégio, hoc te mónitum, nisi forte ípse non vis, vólueram.
*He.* Lóquere audacter. *Ty.* Tam égo fui ante liber, quam gnatús tuos; 60
Tám mihi, quam illi, líbertatem hostílis eripuít manus;
Tám ille apud nos sérvit, quam ego nunc híc apud te sérvio.
Ést profecto déus, qui, quae nos gérimus, auditque ét videt;

(etsi non compareat, quare, nisi mendaciorum in Homero aliqua imitatione), falsum patris nomen fingitur; unde profecto stultitiae fuerit, verum commemorare.

39. *est eius.* Transposui, ut *eius* tamquam una syllaba sit pronunciandum, uti saepissime. Vulg. et vett. *eius est*, ut Both. — Lind. *eiúst.* Forsan melius: *Tenax pater eius est?* omissa *ne.* — *pertenax* B. ex Guelph. — Vulg. et vett. *pertinax.*

41. *est opus.* B. *opus est.* Nostr. vulg. vett. Lind. — *Samia vasa*, ut fictilia, vilissimi erant generis. Cic. pro Muraena 36. Cf. Nostr. Bacch. II, 2, 24.

42. *Proinde, aliis ut credat, vide*, h. e. ex hoc tu igitur conlicere potes, quam ille aliis fidem habeat, quum suo Ipsius Genio non fidat.

43. *eadem* dubium est, utrum sit accusativus plur., an ablativus sing., suppl. *operâ*, quemadmodum Bacch. I, 1, 15. atque sic hic int. Taubmannus, et videtur favere huic interpretationi, quod addit: *quae volo.* Sed *eadem* accusativo casu sequitur mox vs. 46. *Haec tu eadem si confiteri vis.*

46. *tua e re.* Sic Lambinus. Vett. *ex tua re.* Vulg. *tua re.* Both. *tuam in rem.* Guelf. *tua in re.* Nobiscum Lindem.

47. Tyndarus, sub Philocratis persona, fingit se subiratum illi, quod de se, genereque suo et divitiis confessus fuerit; excusat tamen factum, quamquam acerbe, sua illiusque, qua nunc sint, conditione. Sperat autem, Hegionem sibi nihil iniuste aut graviter imperaturum, neque nimis magnum pretium pro libertate sua postulaturum. Respondet Hegio, sibi satis esse divitiarum. Quodsi vero efficere velint, ut filium suum, qui apud Alios captus serviat, recipiat, se utrique esse libertatem daturum. — v. 82.

53. *haud audebat*, sc. me laedere. — *facto nunc laedat licet*, sc. meum genus divitiasque tibi prodendo.

57. Bothius ex Guelf. *Et equidem.*

58. Vett. *Habeam dominum, haud vereor ne iniuste aut graviter mihi imperet.* Vulg. *Habeam dominum, non vereor ne iniuste aut graviter mihi imperet*, ut et Both. et Lind. ita tamen ut *mi* pro *mihi* scripserint. At certe il-

Simúl prolatae rés sunt nostris déntibus.
Quasi, cúm caletur, cóchleae in occultó latent,
Suó sibi succo vívunt, ros si nón cadit:
Itém parasiti rébus prolatís latent
In occúlto, miseri víctitant succó suo, 15
Dum rúri rurant hómines, quos ligúrriant.
Prolátis rebus párasiti venátici
Sumus; quándo rure rédierunt, Molóssici
Odiósicique et múltum incommodístici.
Et híc quidem, hercle, nísi qui colaphos pérpeti 20
Potís parasitus, frángique aulas ín caput,
Vel ire éxtra portam Trígeminam ad saccúm licet.
Quod míhi ne eveniat, nónnullum perículum est.
Nam póstquam meus rex ést potitus hóstium, —
Ita núnc belligerant Aétoli cum Áliis: 25
Nam Aetólia haec est: íllic captus 'st in Álide
Philopólemus, huius Hégionis fílius,
Senís, qui hic habitat; quae aédes lamentárias
Mihi súnt, quas quotienacúnque conspició, fleo.
Nunc híc occepit quaéstum hunc filii grátis 30
Inhonéstum et maxume álienum ingenió suo:
Hominés captivos cómmercatur, sí queat
Aliquem ínvenire, súom qui mutet fílium;
Quod égo quidem nimís quam cupio ut ímpetret:
Nam ni íllum recipit, níhil est, quo me récipiam: 35
Nullá iuventutis ést spes: sese omnés amant.
Illic démum antiquis ést adulescens móribus,
Quoius núnquam voltum tránquillavi grátiis.

*loguri voluerim ante res prolatas*, etc. *ad Quint. Fratr.* III, ep. ult. *res prolatas; ad interregnum comitia adducta.*

12. Ad *caletur*, cf. Truc. 1, 1, 46.

16. Nonius: „*rurant*, dum rusticantur.“ — *quos ligurriant*, apud quos [illegible]tur.

17. *venatici*, maeri, uti venatici canes.

21. *aulas*, l. e. ollas, cineris plenas. Cf. Curc. 3, 26. Sic et a Nonio citatur [illegible] ex Amphitruone, hodie non [illegible]: *Optimo iure infringatur olla [illegible] in caput.*

23. Sic vulg. — Vett. *Vel extra porta[illegible] ire trigeminam ad sacculum licet.* [illegible]ria Trigemina est porta Ostiensis, ab [illegible]ratiis Curiatiisque sic dicta. Ibi vi[illegible]tur conciliabula fuisse mendicantium, [illegible] eo multi plerumque homines com[illegible]bant. — Both. et Lind. *Vel extra [illegible]rtam Tr. ad. saccum ilicet. Vel* [illegible] *elidendum*, uti et Amph. 3, 2, 36.

24. *rex*, l. e. patronus. Cf. Asin. V, [illegible], 69. — *est potitus hostium*, h. e. in [illegible] potestatem venit. Sic Amph. I, [illegible], 25. *eum nunc potivit pater servitutis.* Abrumpitur constructio, interpellaturque quasi parenthesi: *Ita nunc* etc. cuius tamen signa non existimo addenda, quia incertum, ubi finiatur. Potest enim apodosis ordiri a v. 28: *quae aedes lamentariae*, quasi sit pro: *hae aedes l.*; potest a v. 30; potest et a v. 35. Itaque relinquendum lectori. Claudunt Both. et Lind. v. 29 ad. v. *fleo.*

26. *illic* monosyllabum: *ill'c.* Sic autem vulg. — Vett. *illic est captus in A.*, quod et Both. Lindemannus in edit. I. elecerat *illic.* At potius, si quid, eliciendum *in*, legendumque *captust.*

31. Vett. et Both. *Inhonestum et max.* Vulg. om. *et.*

33. Edd. *suum quicum m. f.* Al. *suum qui commutet.* Sensus: cuius ope suum filium recipiat. Cf. I, 2, 62.

34—39. Hi versus in vulg. vett. Lamb. leguntur scena seq. post v. 16., unde recte a Bothio huc sunt translati, ex Acidalii sententia. In cod. Pal. 4. ad oram v. 34. adscriptum: *deficit*, lacunae signo.

38. *tranquillavi*, quem nunquam dicto aliquo urbano atque facete exhilaravi,

Tam hóc quidem tibi ín proclívi, quam ímber est, quandó pluit.
*Hg.* Fác, is homo ut redimátur. *Ty.* Faciam. Séd te id oro, Hégio ...
*Hg.* Quídvis, dum ab re né quid ores, fáciam. *Ty.* Auscultadúm: scies.
Égo me amitti, dónicum ille huc rédierit, non póstulo;
Vérum quaeso, ut aéstumatum hunc míhi des, quem mittam ád patrem: 90
Út is homo redimátur illi. *Hg.* Imo álium potius mísero
Hínc, ubi erunt indúciae, illuc, tuóm qui conveniát patrem:
Quí tua, quae tu míseris, mandáta, ita, ut velis, pérferat.
*Ty.* Át nihil est, ignótum ad illum míttere: operam lúseris;
Húnc mitte: hic reddét transactum ómne, si illuc vénerit; 95
Néc quemquam fidéliorem, néque quoi plus credát, potes
Míttere ad eum, néc qui magis sit sérvos ex senténtia,
Néque adeo, quoi túom concredat fílium hodie audácius.
Né vereare: méo periculo húius ego experiár fidem,
Frétus ingenio éius, quod me esse scít erga se bénevolum. 100
*Hg.* Míttam equidem istunc aéstumatum tuá fide, si vís. *Ty.* Volo;
Quám citissumé potest, tam hoc cédere ad factúm volo.
*Hg.* Núm quae causa est, quín, si ille huc non rédeat, viginti minas
Míhi des pro illoc? *Ty.* Óptume imo. *Hg.* Sólvite istum nunc iam,
Átque utrumque. *Ty.* Dí tibi omnes ómnia optata áfferant, 105
Quóm me tanto honóre honestas, quómque ex vinclis éximis!
Hóc quidem haud moléstum est, iam quod cóllus collari caret.
*Hg.* Quód bonis benefít beneficium, grátia ea gravida ést bonis.

est, reliqua ad Hegionem. Id quod mihi multo aptius videtur.

87. Sic vulg. Pal. 6. et Lind. Cf. v. 91. Both. cum vett. et Lamb. *Facis, homo ut redimatur?* vett. *redimat?* Bothiusque *facis* pro *facies* (fut) accipit.

88. Vulg. et Lind. *ausculta dum, scies.* Vett. *Ausculta, tum scies*, ut et Lamb. et Pall. — V. C. *tum. scias.* Both. *Auscultadum: scies.* Notum *manedum* Asin. III, 2, 39.

90. Sic vett. — Vulg. *Verum te quaeso, ut aest.* quod retinuit Bothius, qui versum habet pro iambico.

91. *illi*, i. e. illic in Alide.

93. Vett. *quae tu iusseris*, uti V. C. et Pall. et Both.; qui et *vis* pro *velis.* Nostr. vulg. Lindem.

95. Vulg. et vett. *hic omne transactum reddet*, ut et Lamb. — Both. Lind. *hic transactum reddet omne.*

98. Lamb. et V. C. *quoi suum concredat filium*, uti et Dousa. At Pall. 3. *tuum.*

100. Vulg. et vett. et Lamb. *quod me esse scit erga se benevolum.* Sex codd. Palatini habuere *sese*, unde Taubmannus existimavit eliciendum *me.* Bothius: *quod me scit esse erga se b.* Lind. II. *quod me scit erga sese b.* — Legendum autem *éius, quod med ess' scit erga se b.* ut verbum *esse* sit monosyllabum, ut centies; itemque *eius.*

102. *tam hoc cedere ad factum volo*, tam volo, hanc rem fieri, ad effectum perduci.

103. *Num quae causa est, quin des* i. e. q. Num spondes, te mihi daturum.

104. *Optume imo.* Sic Pall. vett. Lamb. Dousa. Contra V. C. vulg. Both. Lind. *optuma imo*, sc. causa. At *optime* saepius adhibetur, ubi aliquis consentit, cf. Aul. II, 2, 84. ubi item vulg. *optima*, perperam.

107. Vulg. et vett. *iam quod collus collaria caret.* codd. Langg. *collario.* Both. et Lind. *collari.* Quodsi retineatur *collaria*, v. *collus* una syllaba pronunciandum. Collus pro collum saepius usurpasse antiquos, testatur Nonius sub ea ipsa voce. Idem v. *Collare* adducit locum ex Lucilio: *Cum manicis, catulo, collarique, ut fugitivum Deportem*, unde patet tripliciter vinctos fuisse catenis, ad pedes, ad manus, et ad collum, separatim.

*E.* Aegre ést mi, hunc facere quaéstum carcerárium 20
Proptér sui gnati míseriam miserúm senem;
Sed si úllo pácto ille húc conciliarí potest,
Vel cárnificinam hunc fácere possum pérpeti.
*H.* Quis hic lóquitur? *E.* Ego, qui tuó moerore máceror,
Macésco, consenésco, et tabescó miser. 25
Ossa átque pellis súm miser macritúdine,
Neque únquam quidquam mé iuvat, quod edó domi;
Foris áliquantillum étiam, quod gusto, íd beat.
*H.* Ergásile, salve. *E.* Dí te bene ament, Hégio.
*H.* Ne fle. *E.* Égon' illum non fléam? egone non défleam 30
Talem ádulescentem? *H.* Sémper sensi fílio
Meo te ésse amicum, et íllum intellexí tibi.
*E.* Tum dénique homines nóstra intellegimús bona,
Quum, quae ín potestate hábuimus, ea amísimus.
Ego, póstquam gnatus túus potitust hóstium, 35
Expértus, quanti fúerit, nunc desídero.
*H.* Aliénus quom eius incómmodum tam aegré feras:
Quid mé patrem par fácere est, quoi ille est únicus?
*E.* Aliénus ego? aliénus illi? Ah, Hégio,
Nunquam ístuc dixis, néque animum induxís tuom! 40
Tibi ille únicust; mi etiam único magis únicus.
*H.* Laudó, malum quom amíci tuum ducís malum.
Nunc hábe bonum animum. *E.* Éheu! *H.* Huic illúd dolet,
Quia núnc remissus ést edundi exércitus.
Nullúmne interea náctus, qui possét tibi 45
Remíssum, quem duxti, ímperare exércitum?
*E.* Quid crédis? Fugitant ómnes hanc provínciam,
Posteáquam captus ést Philopolemús tuos.
*H.* Non pól mirandum est, fúgitare hanc provínciam:
Multís et multigéneribus opus ést tibi 50
Milítibus. Primumdum ópus est pistoriénsibus:
Eorúm sunt aliquot génera pistoriénsium;
Opús paniceis; ópus placentinís quoque;

22. *huc conciliari*, huc reduci; effici ut revenisat domum. Cf. Prolog. v. 33.

26. Vulg. *sum misera macritudine.* Vett. *summiseram macritudine.* Both. *sum miser a macr.* Lind. I. ut nos; II: *sum, miser, macrit.*

28. *aliquantillum*, h. e. parum, item sc. *me* iuvat, beat; non ut antehac.

33. Vett. et Both. *Tum denique omnes.* Parens: *Tum demum homines.*

46. Vulg. et vett. et Pall. 5. *quem dixti.* Nostram Lind. I. — II *quem dixi.* V. C. *quem dixit.* — *remissum exercitum.* Cic. Philipp. 8. *exercitum depono, provinciam remitto.* Forte: *auf Urlaub.* Exercitus autem sunt pistores, cocni, lardetani etc. et quos infra nominat, ad convivia apparanda necessarii. Cf. v. 53.

46. *imperare tibi* vel est: conscribere in tuum usum, sicuti dicimus imperare pecuniam, h. e. exigere; vel: imperare tibi ut ipse cogas exercitum, argento dato, quo emas opsonium, sive *opsones;* quam parasitorum fuisse provinciam, testatur III, 1, 14: *Ipsi opsonant, quae parasitorum ante erat provincia.* Itaque hoc rectius. Ceterum cf. Mil. 4, 4, 23.

48. Sic vett., omissis, quae in vulg. Both. Lind. leguntur: *Quoi obtigerat.* Atque ita mihi multo commodior et sensus et oratio existere videtur.

51. *primumdum.* Sic vulg. Lind. — Both. cum vett: *primodum.* — *pistoriensibus*, h. e. pistoribus; simul faceta

Opus túrdetanis; ópus est ficedulénsibus;
Iam máritumi omnes mílites opus súnt tibi. 55
*E.* Ut saépe summa ingénia in occultó latent!
Hic quális imperátor nunc privátus est!
*H.* Habe módo bonum animum: nam íllum confidó domum
In hís diebus mé reconciliássere:
Nam eccum híc captivom ádulescentem Álium, 60
Prognátum genere súmmo et summis divitiis:
Hoc íllum me mutáre confidó fore.
*E.* Ita dí deaeque fáxint! *H.* Sed num quó foras
Vocátus ad cöénam? *E.* Nusquam, quód sciam.
Sed quíd tu id quaeris? *H.* Quía mi est natalís dies: 65
Proptérea te vocári ad coenám volo.
*E.* Facéte dictum! *H.* Séd si pauxillúm potes
Conténtus esse. *E.* Né perpauxillúm modo:
Nam istóc me adsiduo víctu delectó domi:
Age, sís, roga! *H.* Emtum? *E.* Nísi qui meliorem áfferet, 70

allusione ad Pistorienses oppidi Pistorii cives, ut et *placentinis*, allusione ad oppidum Platentiam facta.

54. *turdetanis*, qui turdos vendunt. Sed alluditur et ad Turdetanos populum Hispaniae ad Gades. — *Ficedulensibus*, qui ficedulas vendunt. Sed Ficedulae erant et vicus Romae. *Panam* quoque Samnitium fuisse urbem memorat Strabo V.

55. *maritumi*, qui vendant pisces cujusque generis.

59. *reconciliassere*, i. e. reconciliaturum esse, redemturum. Forma enim est futuri.

62. vulg. *confide*. Sed vett. *confido*, ut supra v. 58.

64. Sic vulg. et vett. suppl. *es*, quod addit Bothius et Lind. ut et Lamb. et habet Pal. 3. a m. prima, et Pal. 1. a. m. sec. — In sequentibus vett. *Nusquam pol quod sciam*. Lamb. *Nusquam equidem, quod sciam*. Ego credo legendum per diaeresin *coënam*, ut Cas. IV, 1, 18. *Cupiunt extrudere incoënem ex aedibus*. Sic *coëpi* Aul. IV, 3, 3.

65. Vett. *Sed quid tam id qu*. Nostr. V. C. et Pall. 6.; vulg. et Lamb. et Both. — At Lind. *Sed qui dum id qu*.

66. Vett. *vocarier*. Lindemannus in recentissima ed. sic: *Propterea te ad coenam vocari volo*. V. C. *vocari ad te ad nam volo*. Verbum *vocari* non est elidendum, ut saepe.

67. *Facete dictum*, videlicet quod dixerat, suum esse natalem diem, non ut verum, sed ut causam invitandi. — *si pauxillum potes* etc. Lambinus: *pauxillo*, ex libris. Addit idem, sui temporis vulg. habere, ut Camerarium: *pauxillam*, sc. coenam, ut sit acc. absolutus. In seqq. idem: *Ne perpauxillum modo*, sc. apponas. Nam hoc domi habeo. — Vett. et vulg. *pauxillum* et *Nae*. Atque sic Both. et Lind., qui *pauxillum* ait dictum pro *paullisper* contentus, additque: „Respondet parasitus, id pauxillum perparvum esse; nam iustum victum, id est, illud *paullisper esse contentum*, domi habeo nec foris quaerere oportet.“ — *Ne* et *Nae* centies permutata reperiuntur in codicibus. Ceterum hic additum *modo* aperte suadet, legendum *Ne*. *Pauxillum* autem videtur praeferendum ob sequens *perpauxillum*; prius adverbium, ut *multum* alibi; posterius ambiguum, ob sequentia. Adamat autem parasitus haec diminutiva, ut vs. 28. *aliquantillum*. Hinc Heglo eius sermonem imitatur. — Bothius *esse* hic positum ducit pro: *edere*. — De pauxillo et perpauxillo cf. Poen. 3, 1, 35.

70. *Age sis, roga*. Sic vulg. et vett.; prior tamen tribuit Hegioni; vett. recte Ergasilo. Est enim stipulationis formula, quae rogando, h. e. interrogando et promittendo fiebat. Cf. locum ea de re classicum Bacch. IV, 8, 40: *Roga hunc tu; tu promitte huic;* etc. Erat autem haec res admodum familiaris Romanis, ita ut, qui forum frequentabant, quotidie audirent ibi stipulantes. Hinc statim reponit Heglo: *Emtum*, (sic vett. et Pall. et Lamb.) vel assertorie, vel interrogans. Ergasilus autem cum conditione suisque legibus ait se addicturum; iucundissimam ceterum faciens in omni hac scena gradationem. Nam ab initio flens lamentatur; dein quasi erectus e tristitia v. 56. locose Hegionis imperatorium miratur in-

ae mi átque amicis pláceat conditió magis,
asi fúndum vendam, méis me addicam légibus.
Profúndum vendis tú quidem, haud fundúm, mihi.
l sí venturus, témpori. *E.* Hem vel iam ótium est.
I módo, venare léporem; nunc erím tenes: 75
n méus scruposam víctus commeát viam.
Nunquam ístoc vinces me, Hégio: ne póstules;
m cálceatis déntibus veniám tamen.
Aspér meus victus sáne est. *E.* Sentisne ésitas?
Terréstris coena est ... *E.* Sús terrestris béstia est. 80
Multís oléribus .... *E.* Cúrato aegrotós domi.
mquíd vis? *H.* Venias témpori. *E.* Memorém mones.
Ibo íntro atque intus súbducam ratiúnculam,
antíllum argenti mihi ápud trapezitám siet.
frátrem, quo ire díxeram, mox ívero. 85

---

## ACTUS II. SCENA I.

*LORARII. PHILOCRATES. TYNDARUS.*

RARIUS. Si di ímmortales íd voluere, vós hanc aerumnam éxsequi:

ium; iam maiores sumit spiritus et iscitur suis legibus cum Hegione, de-ie v. 81. quoniam pergit locari Hegio, etiam contemnit eius omnem coenam: *ito aegrotos domi.* — *Emtum?* i. e. emtio rata est? Sic *emtum* saepe stantive, ut: ex emto, convento etc. *cf.* Ep. 3, 4, 39. *Estne emta mi c?* Trin. 2, 4, 99. — Vulg. *He. Age roga. Er. Emin' tu? He. Nisi meliorem adferet. Er. Quae mihi ae amicis placeat cond. magis? asi fundum vendam* (vett. *vendens*) m. *add. legibus.* Lind. *He. Age , roga. Er. Emtum, nisi qui m.* . — Ex nostra lect. ad *meliorem* ple: *conditionem.* Lambinus plane s cum vett. praeterquam quod legit Verum illud: *placeat* habeat oportet, referatur, sc. v. *adferet.*

4. Sic vulg. V. C. vett. Lamb. — be: *Malis iam otium est.* Lind. n *vis iam? otium est.*

5. Etiam pergit locari Hegio. Fingit, suadere Ergasilo, ut meliorem quae-conditionem. Suam enim esse instar t. Lind. *Nunc ictim tenes.* Nostr. g. vett. Both. Lamb. *irim*, plantam orem. Similiter Turnebus Adversa-um lib. XIV. cap. 7. Dousa: *cirim*, κῆρις, quod genus sit egrettarum. ndi enim ad proverbium: eum qui ci-venari possit, posse et leporem. — t. *nunc ym tenes.* V. C. *Nunc* s t.

76. Vett. et Lamb. *Non meus scr.* etc. Vulg. Both. Lind. *Nam meus scrup.* Dein Both. *commetat.* Lamb. expl. „meus victus non constat ex difficilibus et caris obsoniis.". Sed ex vulgata sensus: nam meus victus asper est.

77. Sensus: Nunquam hoc mihi persuadebis, noli existimare. Ego enim nihilominus cum dentibus paratissimis veniam tamquam ad lautum convivium.

80. *sus terr. b. e.* Ait posse coenam esse terrestrem, ac tamen bene habere, si constet carne sullia, aprina etc.

81. Denique clare loquitur Hegio, eam multis oleribus fore compositam. Igitur per contemtum parasitus ei suadet, ut illâ aegrotos suos curet, qui tenui parcoque victu sint curandi; sivi etiam: quia olera alvum ciant.

82. *Numquid vis* sc. me? An porro est quod mandes mihi? Abeuntis formula.

*Act. II. Sc. I.* Mutaverant iam ab initio et nomina et vestem Philocrates Tyndarusque. Petunt nunc ab lorario, ut sibi concedat veniam, sine arbitris inter se colloquendi. Qua concessa, hortatur Philocrates Tyndarum ad caute agendum; Tyndarus contra, qui iam Philocratis personam sustinet, petit ab illo, ut, cum redierit in patriam, sui meminerit, ipsumque quoque liberet. Philocrates Tyndarum iterum ad astutiam colendam adhortatur, uti recte docteque suam personam agat.

Decet íd pati animo aéquo. Si id faciétis, levior lábos erit.
Domi fuístis, credo, líberi;
Nunc sérvitus si evénit, ei vos mórigerari mós bonust,
Eámque herili império ingeniis vóstris lenem réddere. 5
Indígna digna habénda sunt, herus quaé facit.
*P.* Oh, oh, oh!
*Lo.* Éiulatióne haud opus est. Óculis multam míseriae
Ádicitis. In ré mala animo sí bono utare, ádiuvat.
*T.* At nós pudet, quia cúm catenis súmus. *Lo.* At pigeat póstea 10
Nóstrum herum, si éximat, aút solutós sinat,
Quós argento émerit.
*T.* Quíd ille a nobis métuit? Scimus nós, nostrum officiúm quod est,
Sí solutós sinat.
*Lo.* Át fugam fíngitis: séntio, quam rém agitis. 15
*T.* Nós fugiamus? quó fugiamus? *Lo.* Ín patriam. *T.* Apage!
haud nós id deceat,
Fúgitivos imitári. *Lo.* Imo edepol, si érit occasio, haúd dehortor.
*T.* Únum exoráre vos sínite nos. *Lo.* Quídnam id est?
*T.* Út sine hisce árbitris
Átque vobís, nobis 20
Détis loquendí locum.
*Lo.* Fíat. Abscédite hinc! nós concedámus huc.
Séd brevem orátionem íncipesse. *T.* Hém, mi istuc
Cértum erat. — Cóncede huc! *Lo.* Ábite istim! *P.* Obnóxii

5. *herili imperio.* Sic vulg. vett. Lamb. Dous. Both. Lind. Quidam libri habent: *Eamque et her.* uti V. C. et Pall. Lambinus legi vult: *Atque herile imperium ing. v. lene reddere* sive: *Eamque et herile imperium.* Lindemannus olim ex Acidalii coniectura: *Feramque herili imperio* etc. quod ipsum non improbat Bothius. Nostram Lambinus ita interpretatur, ut *ingeniis vestris* dativo casu dictum esse accipiat, pro: *vobis.* Ego tamen ablativum puto, ut sit: per vestros mores, per vestram obsequelam. Nihil enim equidem mutaverim; minime autem *feram* scripserim, propter Hegionis mite ingenium. Forsitan et, si hoc voluisset dicere, clarius foret locutus: *Ex fera lenem reddere.* — Duo sunt ablativi coniunctim positi, quia utraque re opus erat ad servitutem lenem reddendam. Lenis enim reddi poterat per herile imperium, si lenius exerceretur; id autem effici poterat ingeniis servorum ipsorum.

8. V. C. *multa oculis multa miraclitis.* Vulg. *oculis multam miseriam additis.* Vett. *oculis multa misera cuditis.* Lamb. cum vulgata. Bothius: *Multam oculis multam miseriai edicitis*, quia libri habeant: *multa oculis multa misera editis.* Lindem. I.: *Eiulátione haud ést opus; — Multa óculis misera edicitis.* II.: *misera cúditis.* Sed primum legitur in omnibus *opus est*, non *est opus.* Deinde v. *edicere* nusquam locorum simili sensu occurrit; pariter autem *oculis multa misera cudere*, ineptum. Denique *Eiulatione* quo iure sic possit scandi, non liquet. Itaque lego: *oculis multam miseriae adicitis*, h. e. adiicitis miseriae vestrae multam (poenam), quam oculis vestris infertis. De re cf. Cas. 2, 8, 6. Cl. 2, 3, 46.

11. Vulg. *nostrum herum, si vos eximat vinculis.* Vett. *Herum nostrum, si vos eximat vinculis.* Eliciendа *vos* et *vinculis.*

16. *fugiamus.* Cf. Bacch. 4, 3, 123.

19, 20. *sine hisce arbitris atque vobis.* Exemplum hoc est, praeter agentes personas et plures comites adfuisse in scena veterum. Sensus: ut nobis secreto colloquendi detis locum, ita ut neque hi, neque vos ipsi possitis arbitri esse. Lindem. ed. I. ex Herm. *Ut sine hisce arbitris Atque a vobis nos detis loquendi locum.* Altera, ut vulg.

23. *Hem mihi istuc certum erat*, h. e. decretum mihi erat iam, breviter rem absolvere.

24. *Abite istim!* Sic scripsi pro *abite ab istis*, quod Lind.

# ACTUS III. SCENA I.

*ERGASILUS.*

Míser homo est, qui ipsé sibi, quod edit, quaérit, et id aegre ínvenit;
Séd ille est miseriór, qui et aegre quaérit, et nihil ínvenit;
Ílle míserrumús'st, qui, quom cupit ésse, quod edit, nón habet.
Nam hércle ego huic diéi, si liceat, óculos effodiám lubens:
Íta malignitáte oneravit ómnes mortalés mihi; 5
Néque ieiuniósiorem néque magis effertúm fame
Vídi, nec quoi mínus procedat, quídquid facere occéperit:
Íta venter guttúrque resident ésuriales férias.
Ílicet parasíticae arti in máxumam malám crucem:
Íta iuventus iám ridiculos ínopesque ab se ségregat. 10
Níl morantur iám Laconas, ími subsellí viros,
Plágipatidas, quíbus sunt verba síne penu et pecúnia;
Eós requirunt, quí, lubenter quom éderint, reddánt domi.

vulg. et Lamb. — Both. Lind. omittunt *hunc*. Intelligendus autem Tyndarus, quem Philocratem credit Hegio. Qui quoniam iam introisse cogitandus esse videatur, ideo crediderunt *hunc* eliciendum.

100. Sic vett. et rectissime. Nam *te* ante vocalem corripiendum, Graeco more, uti alibi *Nae* ante *ego; amittam* autem plene enunciandum, cum ictu in media, nisi malis *reii* legere. Vulg. Both. Lind. *Séquere tu, te ut ám.* — *primum praevorti volo*, i. e. eam rem ante alias omnes curare volo. Cf. Merc. II, 3, 40. 42. Mil. III, 1, 59. Amph. I, 3, 30. et V, 1, 17. Cic. Off. III, 28. Tac. Ann. IV, 19, 4. Capt. V, 4, 29. V. Ind.

*Act. III. Sc. I.* Conqueritur iterum parasitus de sua aetatisque suae conditione plane in peius mutata, narratque se quosdam allocutum esse in foro, quo ab illis invitaretur ad coenam; ab nullo tamen invitatum esse. Itaque minatur illis, se ex lege contra eos ius suum persecuturum, quia apertum sit, eos contra se coniurasse. Dein ad portum abit.

1. In sententia climax. Prior enim miser aegre invenit quaesitum; alter nihil invenit; tertius esuriens nihil habet. *quod edit* pro *quod edat* antiquâ forma: *edim*, *edis*, *edit*. — *aegre* priori versu est: *vix:* altero i. q. operose, anxie; utrumque Germ. *mit Mühe*. — In vs. 1. non recessi ab lectione vulg. et vett., etsi incommoda sit scansio verbi *ipse*. Sed similes scansiones passim occurrunt. At Bothius: *qui ipsi*, *quod edit*, *qu.* quia desit in quibusdam libris *sibi*. Item Lindemannus. Ego si voluerim mutare, scripserim: *ipsus sibi*, *qu.*

3. Vulg. et vett. *qui quum esse* (i. e. edere) *cupit*, *quod edit non habet*. Recte Bothius: *qui quum cupit esse*, i. e. quando, quo tempore esse cupit. — Lindemannus: *Ille miserrimus ést*, *qui quum esse cúpit*, *id quod edit nón habet*, addito *id*.

4. In vett. deest *ego*. Habet vulg.

5. *oneravit* i. e. *implevit*. Sic idem Ergasilus IV, 1, 7. *Íta hic me amoenitate amoena amoenus oneravit dies.*

6. *ieiuniosiorem*, sc. me. Pro *effertum*, quod habet vulg. Both. Lindem. Lamb., vett. *effractum*, uti Pall. — V. C. *ecfertum*. Effertum, ab effercio, quasi: saginatum fama.

8. *resident ferias*. Residere i. e. q. quiescere, feriari. Cf. Cic. pro Rosc. Am. 21. Tusc. III, 12. Liv. II, 29. Igitur h. l. est Atticismus, ut sit quasi: *ferias feriari*. Cf. Epid. III, 4, 33.

9. In vett. deest praep. *in*, uti et apud Pareum.

10. Pro *inopesque* Bothius ex Langg. voluit scribere, quod dedit Lind. *inopes;* remansit tamen in textu vulgata lectio.

11. *Nil morantur*, nihil curant. *Laconas*, i. e. parasitos, qui fortes se praebent plagis ferendis, uti Lacones pueri in exercitationibus gymnasticis. *imi subsellii viros*, qui infimo loco accumbunt. *Plagipatidas*, qui plagas patiuntur. Sic *Hapacidae* Aul. II, 7, 8. et similia patronymica locosa.

12. Pro *verba* vett. *verbera*. Verba autem sunt dicta, facetiae, quod illorum omne erat peculium.

13. *lubenter* i. e. q. iucunde, laete, hilare. Sic Asin. II, 2, 2. *Ut ego illos lubentiores faciam*, *quam lubentia*

Quóniam nobis di ímmortales ánimum ostenderúnt suom,
Út qui herum me tíbi fuisse atque ésse nunc conservóm velint,
Quód antehac pro iure ímperitabam méo, nunc te oro pér precem,
Pér fortunam incértam et per mei te érga bonitatém patris, 55
Pér conservitiúm commune, quód hostica evenít manu:
Né me secus honóre honestes, quam égo, quom servibás mihi,
Átque ut, qui fuerís et qui nunc sís, meminisse ut mémineris.
*T.* Scío quidem, me te ésse nunc et te ésse me. *P.* Hem, istuc sí potes
Mémoriter meminísse, ineít spes nóbis in hac astútia. 60

---

## ACTUS II. SCENA II.

*HEGIO. PHILOCRATES. TYNDARUS.*

*He.* Iam égo revortar íntro, si ex his, quaé volo, exquisívero.
Úbi sunt isti, quós ante aedis iússi huc producí foras?
*Ph.* Édepol tibi ne quaéstioni essémus, cautum intéllego:
Íta vinclis custódiisque círcummoenití sumus.
*He.* Quí cavet, ne décipiatur, víx cavet, quom etiám cavet: 5
Étiam quom cavísse ratus est, saépe is cautor cáptus est.
Án vero non iústa causa est, út vos servem sédulo,
Quós tam grandi sím mercatus praésenti pecúnia?
*Ph.* Néque pol tibi nos, quía nos servas, aéquom est vitio vórtere,
Néque te nobis, sí abeamus híne, si fuat occásio. 10
*He.* Út vos hic, itidem íllic apud vos méus servatur fílius.
*Ph.* Cáptus est? *He.* Ita. *Ph.* Nón igitur nos sóli ignavi fúvimus.
*He.* Sécede huc: nam súnt, ex te quae sólo scitarí volo,
Quárum rerum té falsiloquom mi ésse nolo. *Ph.* Nón ero,
Quód sciam; si quíd nescivi, id néscium tradám tibi. 15
*Ty.* Núnc senex est ín tonstrina! Núnc iam cultros áttinet!

57. Cavere vult in his, ne Tyndarus quando, oblitus se heri personam habere, servum agat, maioremque Philocrati honorem tribuat in verbis aut factis, quam servo conveniat. Sensus: Ne me maiori honore honestes, quam quo ego te, cum mihi servibas domi. Vett. *quam quum servibas mihi.* Vulg. *quam ego te, cum s. m.* Saltem *ego* recipiendum, *te* autem supplendum.

58. Vulg. *Atque ut qui.* Vett. *Atque qui.* Sed eiusmodi repetitiones literationesque coniunctionis alicuius, aut pronominis, haud rarae apud Plautum.

60. Vulg. *nobis in hac astutia*, uti et Both. et Lind.

*Act. II. Sc. II.* Hegio ex domo sua prodiens, v. 1. adhuc intus loquitur cum aliquo servorum. Dein ex Philocrate (quem servum existimat), quaerit, qualis domi sit Tyndarus, quem Philocratem esse credit. Ille praedivitem ait esse et honoratum, sed patrem eius avarum. Idem affirmat Tyndarus. Hegio aperit suum filium apud Alios captum servire. Quem si Tyndarus efficiat ut sibi remittatur, se utrumque, et Tyndarum et Philocratem, esse dimissurum. Decretum fit, ut Philocrates (quem servum existimat Hegio) domum mittatur, ut Hegionis filium liberet, Tyndarus (tamquam Philocrates) remaneat. Uterque igitur vinculis eximuntur.

3. Vett. *Pol tibi ne quaestioni*, ut et Lind. Lamb. *Edepol tibi ne in quaestione*, ut et Dousa et Pareus.

9. Vett. *aequom est stultitiae vortere.* V. C. *equom stultio v.*

15. Both. *nescibo.* Item Lindem. ed. I.; at in altera *nescivi*, quod dictum pro *nescivero.*

16. Sensus: Nunc probe senex decipietur a Philocrate. Nam *tondere ali-*

Ne íd quidem, involúcre iniicere, vóluit, vestem ut ne ínquinet.
Séd utrum strictimne áttonsurum dícam esse, an per péctinem,
Néscio; verúm si frugi est, úsque admutilabít probe.
*He.* Quíd tu? servosne ésse an liber mávelis? memorá mihi. 20
*Ph.* Próxumum quod sít bono, quodque á malo longíssume,
Íd volo; quamquám non multum fúit molesta sérvitus,
Néc mihi secus erát, quam si essem fámiliaris fílius.
*Ty.* Eúge, pol Thalém talento nón emam Milésium:
Nam ád sapientiam húius ille nímius nugatór fuit. 25
Út facete orátionem ad sérvitutem cóntulít!
*He.* Quó de genere nátust illic Phílocrates? *Ph.* Polyplúsio,
Quód genus illic únum est pollens átque honoratíssumum.
*He.* Quíd ipsus hic? quo honóre est illic? *Ph.* Súmmo atque ab summís viris.
*He.* Tum ígitur, ei quom in Ális tanta grátia est, ut praédicas, 30
Quíd divitiae? súntne opimae? *Ph.* Unde éxcoquat sevóm senex.
*He.* Quíd pater? vivítne? *Ph.* Vivom, quom índe abiimus, líquimus;
Núnc vivatne, néc ne, id Orcum scíre oportet scílicet.
*Ty.* Sálva res est: phílosophatur quóque iam, non mendáx modo est.
*He.* Quód erat ei nomén? *Ph.* Thesaurochrýsonicochrýsides. 35
*He.* Vídelicet proptér divitias índitum id nomén quasi est.
*Ph.* Ímo edepol proptér avaritiam ipsíus ac tenáciam.
[Nam ílle quidem Theodóromedes fúit germano nómine.]

*quem* saepenumero apud Pl. i. e. q. fraudare. — *cultros attinet*, i. e. cultros iam manu tenet Philocrates. Idem enim et ad seqq. supplendus. Cf. Men. V, 1, 30. *Nunc eandem ante oculos attines.* Sic *abstinere* alibi i. q. removere. Igitur falso Lindem. ita accipit: nunc iam Hegio ad cultros attinet, i. e. in eo est ut tondeatur. *Cultri tonsorii* plurali numero et occurrunt apud Cic. de Off. II, 7.

17. *id* pleonastice adiectum. Plena oratio: ne id quidem voluit, involucrum inquam iniicere. Vulg. V. C. et vett. *involuere.* Lind. *involucri.* Both. *involucrum.* Est autem gr. *ὠμόλινον*, ut Plutarchus refert. Ceterum hic de barba tondenda accipiendum.

18. *strictim*, gr. *ἐν χρῷ*, ad cutem. Id autem crudelius, quam per pectinem.

24. *Euge, pol.* Sic vett. — Both. Lind. *Eugepae.* — Thales autem ad significandam prudentiam astutiamque, iam apud Aristophanem adhibetur Nub. v. 180. *τί δῆτ' ἐκεῖνον τὸν Θαλῆν θαυμάζομεν;* Apud nostrum et Rud. IV, 3, 64. *Salve, Thales.*

25. Sic vett. — Vulgo omittitur *ille.* Bothius: *Nam pol ad. s.*

28. Sic vett. v. *est* collocant. B. *Quod genus illi est u.*, Lind. *illic.*

29. *ab summis viris* sc. ille, sc. Philocrates, magni fit atque honoratur.

31. *opimae*, ex coni. Lambini, probantibus viris doctis. Vulg. vet. *optimae.* Sed *opimae* legendum esse, praebet et metrum, et seq. *sevum.* Manet enim in metaphora. Nam opimitas ex adipe; ex adipe autem sevum. — *senex*, sc. pater Philocratis. Nam de Philocrate ipso neutiquam potest accipi, ut vult Lindemannus, qui interpretatur: „ut Phil. ad senectutem usque satis superque possideat." Id enim alia ratione erat declarandum. Atque hoc ipsum, quod senem commemoraverat, causa est, quare statim Hegio: *Quid pater? vivitne?* Nam antea tantummodo de genere quaesierat, de patre nondum cogitaverat.

33. Vulg. et vett. *Nunc vivat necne.* Lamb. *At nunc vivat, necne.* Nostr. Both.

35. Sic V. C. vulg. et vett. — Both. et Lind. de coni. *Thesaurochrysonicocroesides.* Recurrit nomen III, 4, 100.

37. Vulg. et vett. *atque audaciam.* Verum et Acidalius iam iudicavit legendum *ac tenaciam* ob v. 39. et haec lectio, teste Bothio, aperte comprobatur a cod. Guelph.

38. Hunc versum includit Both. et cum eo Lindemannus, ideo, quod III, 4, 101 ignorat Hegio verum nomen *Theodoromedes*, solum meminit *Thesaurochrysonicochrysides.* — De industria autem hic

*He.* Quíd tu ais? tenáxne pater est éius? *Ph.* Imo edepol pértenax.
Quín etiam, ut magis nóscas, Genio súo ubi quando sácrificat, 40
Ád rem divinám quibus est opus, Sámiis vasis útitur,
Ne ípse Genius súbripiat. Proinde, áliis ut credát, vide.
*He.* Séquere hac me igitur: éadem ego ex hoc, quaé volo, exquaesívero.
Phílocrates, hic fécit, hominem frúgi ut facere opórtuit:
Nám ego ex hoc, quo génere gnatus sís, scio: hic fassúst mihi. 45
Haéc tu eadem si cónfiteri vís, tua e re féceris;
Quaé tamen scito scíre me ex hoc. *Ty.* Fécit officium híc suom,
Quóm tibi est conféssus verum; quámquam volui sédulo
Méam nobilitatem óccultare et génus et divitiás meas,
Hégio; nunc, quándo patriam et líbertatem pérdidi, 50
Nón ego istunc me pótius quam te métuere, aequom cénseo:
Vís hostilis cum ístoc fecit méas opes aequábilis.
Mémini, quom dicto haúd audebat, fácto nunc laedát licet.
Séd viden'? Fortúna humana fíngit artatque, út lubet:
Mé, qui liber fúeram, servom fécit, e summo ínfumum; 55
Qui ímperare insuéram, nunc altérius imperio óbsequor;
Ét quidem si proínde, ut ipse fui ímperator fámiliae,
Hábeam dominum: haud vérear, ne iniúste aut graviter mi ímperet.
Hégio, hoc te mónitum, nisi forte ípse non vis, vólueram.
*He.* Lóquere audacter. *Ty.* Tam égo fui ante liber, quam gnatús tuos; 60
Tám mihi, quam illi, líbertatem hostílis eripuít manus;
Tám ille apud nos sérvit, quam ego nunc híc apud te sérvio.
Ést profecto déus, qui, quae nos gérimus, auditque ét videt;

(etsi non compareat, quare, nisi mendaciorum in Homero aliqua imitatione), falsum patris nomen fingitur; unde profecto stultitiae fuerit, verum commemorare.

39. *est cius.* Transposui, ut *cius* tamquam una syllaba sit pronunciandum, uti saepissime. Vulg. et vett. *eius est*, ut Both. — Lind. *eiúst.* Forsan melius: *Tenax pater eius est?* omissa *ne.* — *pertenax* B. ex Guelph. — Vulg. et vett. *pertinax.*

41. *est opus.* B. *opus est* Nostr. vulg. vett. Lind. — *Samia vasa*, ut fictilia, vilissimi erant generis. Cic. pro Muraena 36. Cf. Nostr. Bacch. II, 2, 24.

42. *Proinde, aliis ut credat, vide*, h. e. ex hoc tu igitur conlicere potes, quam ille aliis fidem habeat, quum suo ipsius Genio non fidat.

43. *eadem* dubium est, utrum sit accusativus plur., an ablativus sing., suppl. *operâ*, quemadmodum Bacch. 1, 1, 15. atque sic hic int. Taubmannus, et videtur favere huic interpretationi, quod addit: *quae volo.* Sed *eadem* accusativo casu sequitur mox vs. 46. *Haec tu eadem si confiteri vis.*

46. *tua e re.* Sic Lambinus. Vett. *ex tua re.* Vulg. *tua re.* Both. *tuam in rem.* Guelf. *tua in re.* Nobiscum Lindem.

47. Tyndarus, sub Philocratis persona, fingit se subiratum illi, quod de se, genereque suo et divitiis confessus fuerit; excusat tamen factum, quamquam acerbe, sua illiusque, qua nunc sint, conditione. Sperat autem. Hegionem sibi nihil iniuste aut graviter imperaturum, neque nimis magnum pretium pro libertate sua postulaturum. Respondet Hegio, sibi satis esse divitiarum. Quodsi vero efficere velint, ut filium suum, qui apud Aliis captus serviat, recipiat, se utrique esse libertatem daturum. — v. 82.

53. *haud audebat*, sc. me laedere. — *facto nunc laedat licet*, sc. meum genus divitiasque tibi prodendo.

57. Bothius ex Guelf. *Et equidem.*

58. Vett. *Habeam dominum, haud vercar ne iniuste aut graviter mihi imperet.* Vulg. *Habeam dominum, non vercar ne iniuste aut graviter mihi imperet*, ut et Both. et Lind. ita tamen ut *mi* pro *mihi* scripserint. At certe li-

Is uti tu med híc habueris, proínde illum illic curáverit:
Béne merenti béne profuerit, mále merenti pár erit. 65
Quám tu filiúm tuom, tam páter me meus desíderat.
*HE.* Mémini ego istoc. Séd faterin' éadem, quae hic fassúst mihi?
*TY.* Égo patri meo ésse fateor súmmas divitiás domi,
Méque summo génere gnatum; séd te obtestor, Hégio,
Né tuom animum avériorem fáxint divitiaé meae: 70
Né, patri tametsi únicus sum, decére videatúr magis,
Mé saturum servíre apud te súmtu et vestitú tuo
Pótius, quam illic, ubi mínume honestum est, méndicantem vívere.
*HE.* Égo virtute deum ét maiorum nóstrum dives súm satis:
Nón ego omninó lucrum omne esse útile homini exístumo. 75
Scío ego: multos iám lucrum luculéntos homines réddidit;
Ést etiam, ubi profécto damnum praéstet facere, quám lucrum.
Ódi ego aurum: múlta multis saépe suasit pérperam.
Núnc hoc animum advórte: ut ea, quae séntio, paritér scias.
Fílius meus íllic apud vos sérvit captus Álide; 80
Éum si reddis míhi, praeterea únum numum né duis,
Ét te et hunc amíttam hinc. Alio pácto abire nón potes.
*TY.* Óptumum atque aequíssumum oras, óptumusque hominum és homo.
Séd is privatam sérvitutem sérvit illi, an públicam?
*HE.* Privatam medicí Menarchi. *PH.* Pól hic quidem huius ést cliens. 85

lud *non verear* pessimo sono primum, ut opinor, a Lambino repositum. Itaque *praefere* vett. *haud verear*, sed ita ut ne liquescat coni. *ne*.

67. Both. ex Guelf. Leid. B. et Monac. *Memini ego istaec*. Nostr. vulg. et vett.

71. V. *decere* quasi duabus pronunciandum syllabis, uti *decem* una Merc. V, 2, 4. *Eórum inventu rés decem simitu péssumas pessúmdedi*. — Sensus: ne omne meum pro libertate mea poscas, ut aut mendicandum mihi sit domi, aut potius apud te in servitute permanendum.

72. Pro *Me saturum* Both. *Saturum me*.

73. Metri causa et hic et alibi Bothius Lindemannusque dedere *illi* pro *illic*, quod omnes habent. Verum et v. 64. ipsum quoque *illi* si legas, monosyllabum erit, ut hic *illic*. —

74. *virtute deum et maiorum* i. e. q. diis maioribusque meis gratia est, sive: ope deorum et maiorum meorum. Idem versus occurrit Aul. II, 1, 46. cf. Trin. II, 2, 69. 78. Pers. III, 1, 62.

76. Vett. et vulg. *Scio ego, multos iam lucrum luculentos homines reddidit*. Lindemannus *iam* omisit. Retinuit Lambinus, qui existimat, legi posse *luc'lentos*, ut *saeclum*, *vinclum*. Ut *iam* retineamus, suadere videtur et locus in Ter. Adelph. II, 2, 8, *Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum*. ubi pariter atque hic v. *lucrum* ab initio corripitur.

79. Vett. et Pall. *advorte*. Vulg. et Lamb. *advortito*, quod retinuit Lind. contra metrum. Both. *Nunc animum huc advorte*.

80. Sic V. C. et vulg. At vett. *captus in Aulide*, uti Pall.; Both. *captus in Alide*.

81. *unum numum ne duis*, i. e. praeter filium meum ne mihi unum nummum dederis. Cf. Aul. II, 2, 61. *Ne duis* (sc. dotem), *dummodo morata recte veniat, dotata est satis;* ubi vide not.

83. Sic vett. cum Pall. — Vulg. *homo es*, cum V. C. De v. *es* ante vocalem longo vide Indicem s. v. *es productum*.

84. *illi* i. e. illic in Alide. — *publicam*, uti adhibebantur plerumque captivi ad ministeria sacerdotibus aut magistratibus praestanda.

85. *Pol is quidem huius est cliens*. Interloquitur haec in vulg. et vett. Philocrates, licet longinque adsiterit, et in fine scenae advocetur a sene. Ceterum neque in sequentibus ad Philocratem verbum Hegio. Quare eadem et possit eloqui Tyndarus, ita tamen ut verba: *Pol is quidem huius est cliens!* secreto di-

Tam hóc quidem tibi ín proclivi, quam ímber est, quandó pluit.
*He.* Fác, is homo ut redimátur. *Ty.* Faciam. Séd te id ore, Hégio ...
*He.* Quídvis, dum ab re né quid ores, fáciam. *Ty.* Auscultadúm: scies.
Égo me amitti, dónicum ille huc rédierit, non póstulo;
Vérum quaeso, ut aéstumatum hunc míhi des, quem mittam ád patrem:
Út is homo redimátur illi. *He.* Imo álium potius mísero
Hínc, ubi erunt indúciae, illuc, tuóm qui conveniát patrem:
Quí tua, quae tu míseris, mandáta, ita, ut velis, pérferat.
*Ty.* Át nihil est, ignótum ad illum míttere: operam lúseris;
Húnc mitte: hic reddét transactum ómne, si illuc vénerit;
Néc quemquam fidéliorem, néque quoi plus credát, potes
Míttere ad eum, néc qui magis sit sérvos ex senténtia,
Néque adeo, quoi túom concredat fílium hodie audácius.
Né vereare: méo periculo húius ego experiár fidem,
Frétus ingenio éius, quod me esse scít erga se bénevolum.
*He.* Míttam equidem istunc aéstumatum tuá fide, si vís. *Ty.* Volo;
Quám citissumé potest, tam hoc cédere ad factúm volo.
*He.* Núm quae causa est, quín, si ille huc non rédeat, viginti minas
Míhi des pro illoc? *Ty.* Óptume imo. *He.* Sólvite istum nunc iam,
Átque utrumque. *Ty.* Dí tibi omnes ómnia optata áfferant,
Quóm me tanto honóre honestas, quómque ex vinclis éximis!
Hóc quidem haud moléstum est, iam quod cóllus collarí caret.
*He.* Quód bonis benefít beneficium, grátia ea gravida ést bonis.

eat, reliqua ad Hegionem. Id quod mihi multo aptius videtur.

87. Sic vulg. Pal. 6. et Lind. Cf. v. 91. Both. cum vett. et Lamb. *Facis, homo ut redimatur?* vett. *redimat?* Bothiusque *facis* pro *facies* (fut) accipit.

88. Vulg. et Lind. *ausculta dum, scies.* Vett. *Ausculta, tum scies*, ut et Lamb. et Pall. — V. C. *tum. scias.* Both. *Auscultadum: scies.* Notum *manedum* Asin. III, 2, 39.

90. Sic vett. — Vulg. *Verum te quaeso, ut aest.* quod retinuit Bothius, qui versum habet pro iambico.

91. *illi*, i. e. illic in Alide.

93. Vett. *quae tu iusseris*, uti V. C. et Pall. et Both.; qui et *vis* pro *velis.* Nostr. vulg. Lindem.

95. Vulg. et vett. *hic omne transactum reddet*, ut et Lamb. — Both. Lind. *hic transactum reddet omne.*

98. Lamb. et V. C. *quoi suum concredat filium*, uti et Dousa. At Pall. 3. *tuum.*

100. Vulg. et vett. et Lamb. *quod me esse scit erga se benevolum.* Sex codd. Palatini habuere *sese*, unde Taubmannus existimavit eliciendum *me.* Bothius: *quod me scit esse erga se b.* Lind. II. *quod me scit erga sese b.* — Legendum autem *éius, quod med ess' scit erga se b.* ut verbum *esse* sit monosyllabum, ut centies; itemque *eius.*

102. *tam hoc cedere ad factum volo*, tam volo, hanc rem fieri, ad effectum perduci.

103. *Num quae causa est, quin des* i. e. q. Num spondes, te mihi daturum.

104. *Optume imo.* Sic Pall. vett. Lamb. Dousa. Contra V. C. vulg. Both. Lind. *optuma imo*, sc. causa. At *optime* saepius adhibetur, ubi aliquis consentit, cf. Aul. II, 2, 84. ubi item vulg. *optime*, perperam.

107. Vulg. et vett. *iam quod collus collaria caret.* codd. Langg. *collaris.* Both. et Lind. *collari.* Quodsi retineatur *collaria*, v. *collus* una syllaba pronunciandum. Collus pro collum saepius usurpasse antiquos, testatur Nonius sub ea ipsa voce. Idem v. *Collare* adducit locum ex Lucilio: *Cum manicis, catulo, collarique, ut fugitivum Deportem*, unde patet tripliciter vinctos fuisse catenis, ad pedes, ad manus, et ad collum, separatim.

nc tu, illunc si illo és missurus, díce, monstra, praécipe,
ae ád patrem vis núntiari. Vín' vocem huc ad té? *Ty.* Voca. 110

---

## ACTUS II. SCENA III.

*HEGIO. PHILOCRATES. TYNDARUS.*

g. Quae rés bene vortat míhi, meoque fílio,
bísque! Vult te nóvus herus operám dare
o véteri domino, quód is velit, fidéliter.
m ego te aéstumatum huíc dedi vigintí minis;
c aútem te ait míttere hinc velle ád patrem; 5
eum ut íllic redimat fílium: mutátio
tér me atque illum ut nóstris fiat fíliis.
r. Utróquevorsum réctum est ingeniúm meum,
l te átque ad illum; pró rota uti mé licet:
el ego húc vel illuc vórtar, quo imperábitis. 10
g. Tuté tibi eà tuopte ingénio prodes plúrimum,
iom sérvitutem íta fers ut ferrí decet.
quere. — Hém tibi hominem! *Ty.* Grátiam habeó tibi,
iom cópiam istam mi ét potestatém facis,
t ego ád parentes húnc remittam núntium, 15
ui mé quid rerum hic ágitem et quid fierí velim,
atrí meo ordine ómnem rem illuc pérferat.
unc íta convenit ínter me atque hunc, Týndare,
t te aéstumatum in Álidem mittam ád patrem:
nón rebitas húc, ut vigintí minas 20

109. *dice, monstra, praecipe.* Sic tt. et Lamb. et Lind. — Vulg. *dice, monstra, praecipe.* Both. *dic, dem. pr.* 110. Pro *Voca* Both. *Volo.* Nostr. lg. et vett.

*Act. II. Sc. III.* Advocat Hegio ilocratem (quem Tyndarum credit,), que praecipit, ut accipiat mandata Tynri (quem Philocratem esse putat), ad trem perferenda, quibus efficiatur, ut cipiat filium suum. Quibus acceptis, gio Philocratem secum abducit ad pexitam, quo ei viaticum det; introit ndarus.

3. *quod is velit.* Sic vulg. — Vett. ittunt *is.*

4. *huic dedi.* Sic omnes vett. edd. et lg. Itaque non elidendum in *aestima-m, et dedi* unisyllabum habendum, uti epissime. Sin malis, legendum *dédi ic.* Nam codex Leidensis antiquissis, referente Bothio, habet *dedi huc,* ilius: *dedi hinc.* Illud vero non fe-dum, quod induxit Bothius et cum eo ndemannus: *dedo huic.* Verbum *dedisti* abus pronunciandum occurrit aperte en. IV, 3, 15. et Bacch. IV, 3, 5.

6. Iterum Bothius *ille* pro *illic.*

7. *nostris filius,* dativus pro genitivo. Cf. indicem v. *Dativus loco genitivi.*

9. *ad te atque ad illum.* Sic vett. et Lind. — Vulg. *Ad te adque illum,* uti edd. Both. *Ad ted atque illum.* — Vulg. *pro rota me uti licet.* At vett. *pro rota uti me licet.* Illud edd. Pall. Both. Lind.

11. Quum edd. omnes vett. et vulg. habeant: *Tute tibi eá tuopte,* h. e. ea ratione, *id faciendo,* ego non video, quo iure illud *eá* expunxerint Boxhornius, Brunckius, Bosscha, Bothius (Lindemannus *a* dedit). Metrum enim rectissime habet. Nam sic plerumque *eádem,* h. e. eâdem operâ, profertur, ut liquescat *e* vocalis. Cf. Bacch. I, 1, 15. — Verba *tuopte ingenio* Lambinus pro dativis habet. Non recte, ut opinor. Caeterum simile quid v. II, 1, 5.

13. Vulg. *Hem t. h.* Vett. *En hem t. h.* Lind. *En tibi h.* Lamb. *Sequere hac. hem t. h.* — Pro *gratiam* Both. *gratias.* —

15. Idem *hinc* pro *hunc.*

16. *Qui me quid agitem* pro: *qui, ego quid a.* uti saepe similiter Graeco

Dem pró te. *Ph.* Recte cónvenisse séntio:
Nam páter expectat aút me, aut aliquem núntium,
Qui hinc ád se veniat. *Ty.* Érgo animum advortás volo,
Quae núntiare hinc té volo in patriam ád patrem.
*Ph.* Phílocrates, ut adhúc locorum féci, faciam sédulo, 25
Út potissumúm, quod in rem récte conducát tuam,
Íd petam, id pérsequarque córde atque animo et víribus.
*Ty.* Fácis ita, ut te fácere oportet. Núnc animum advortás volo.
Ómnium primúm salutem dícito matri ét patri,
Ét cognatis, ét si quem alium bénevolentem víderis: 30
Me hic valere et sérvitutem sérvire huic homini óptumo,
Quí me honore honéstiorem sémper fecit ét facit ...
*Ph.* Ístuc ne praecípias, facili mémoria meminí tamen.
*Ty.* Nam équidem, nisi quod cústodem habeo, líberum me esse árbitror.
Dícito patrí, quo pacto míhi cum hoc convénerit 35
De húius filió ... *Ph.* Quae memini, móra mera est monérier.
*Ty.* Út eum redimat ét remittat nóstrum huc amborúm vicem.
*Ph.* Méminero. *He.* At quamprímum poterit, tam ín rem utrique est máxume.
*Ph.* Nón tuom tu mágis videre, quam ílle suom gnatúm cupit.
*He.* Méus mihi, suos quoíque est carus. *Ph.* Númquid aliud vis patri 40
Núntiari? *Ty.* Me híc valere; et túte audacter dícito,
Týndare, inter nós fuisse ingénio haud discordabili:
Néque te commeruísse culpam, néque me advorsatúm tibi;
Béneque hero gessísse morem, in tántis aerumnís tamen;
Néque med unquam déseruisse té neque factis néque fide 45
Rébus in dubiís, egenis. Haéc pater quandó sciet,
Týndare, ut fuerís animatus érga suom gnatum átque se:

more accus. additur pronominis, per attractionem.

20. Vett. *Ac si non r.* Unde forsitan illud *ac* fini praecedentis versus addendum. Vulg. omittit.

21. *Recte* etc. i. e. bonum vos, ut video, consilium cepistis; nam etc.

27. Bothius: *Id petessam id persequarque corde atque animo et viribus.* Vett. et vulg. *Id petam, id persequarque corde et animo atque viribus.* Lind. *Id petam, idque persequar corde et an. atque v.* uti et Lamb. Sed Langiani codd. *corde atque animo et auribus.* V. C. *atque auribus.* V. *petam* non liquescat ultima, quasi sit *petamd'*.

33. *Istuc ne praecipias.* Manifesto est argumento hic locus, in simili constructione coni. *ne* hunc sensum habere, ut significet: *si vel non;* ut hoc loco: Si vel non praeceperis hoc, meminerim tamen. Sic *ne duis* Aul. II, 2, 61. — Ceterum metrum ipsum praebet, pro *facile*, quod habent omnes edd., legendum esse *facili*, uti Gulielmus iam ex codd. legendum esse scripsit. Pall. tamen: *facile*.

34. *Nam equidem*, Sic Lamb. Lind. — Vulg. et vett. et Both. *Nam quidem*, ut edd. Pall.

38. Vett. *At quamprimum istuc in rem utr. est maxime.* Vulg. *At quampr. poteris, istuc in rem utr. est m.* Lamb. *At quamprimum poteris, tam in rem utr. est m.* Both. *poterit, tam i. r. u. e. m.* Lind. *poterit, in rem utr.* etc. Pall. non agnoscunt *tam*, et habent *poteris*, aperto argumento, praeter illos alios quoque testes esse audiendos.

42. Supplendum videlicet alterum *nos* ad *fuisse*, ut saepe omissum.

44. *Beneque hero*, sc. te mihi. — Nimirum recte haec de se ipso loquitur Tyndarus. *tamen* ponitur hic pro *tametsi*, ut saepe simplicia pro compositis. V. in dicem s. v. *tamen*, et Propert.

Núnquam erit tam avárus, quin te grátis emittát manu.
Ét mea opera, si hínc rebito, fáciam ut faciat fácilius:
Nám tua opera et cómitate et vírtute et sapiéntia 50
Fécisti, ut redíre liceat ád parentes dénuo;
Quóm apud hunc conféssus es et génus et divitiás meas:
Quó pacto exemísti e vinclis túom herum tua sapiéntia.
*PH.* Féci ego ita, ut commémoras, et, te méminisse id, gratum
ést mihi.
Mérito tibi ea évenerunt á me: nam nunc, Phílocrates, 55
Si égo item memorem, quaé med erga múlta fecistí bene,
Nóx diem adimat: nám servos meus si ésses, nihilo sécius
Óbsequiosus míhi fuisti sémper. *HE.* Di, vostrám fidem,
Hóminum ingenium líberale! ut lácrumas excutiúnt mihi!
Vídeas, corde amáre inter se: quántis suum herum laúdibus 60
Sérvos collaudávit. *TY.* Me pol ístic haud centésimam
Pártem laudat, quam ípse meritust út laudetur laúdibus.
*HE.* Érgo quom optumé fecisti, núnc adest occásio
Bénefacta cumuláre: ut erga hunc rém geras fidéliter.
*PH.* Máge non factum póssum velle, quam ópera experiar pérsequi. 65
Ut uti scias: lovém supremum téstem laudo, Hégio,
Me ínfidelem nón futurum Phílocrati ... *HE.* Probus és homo.
*PH.* Néc me secus unquam éi facturum quídquam, quam memét mihi.
*TY.* Ístaec dicta te éxperiri et óperis et factís volo;
Ét quod minus dixí, quam volui, dé te, animum advortás volo, 70
Átque horunc verbórum causa cavéto, mihi iratús fuas;
Séd, te quaeso, cógitato, hinc méa fide mittí domum

II, 13, 35. Virg. Ecl. I, 28. Aen. III, 41. X, 618. Ter. Eun. I, 2, 90.

48. Vulg. *gratus.* V. C. *gratIs.* Vett. *gratiis.* Lind. *gratiis mittat.* Sed *mittat* omnes.

53. Vulg. *emisisti e. a.* Vett. *emisti.* Lamb. unum secutus codicem: *exemisti,* cf. II, 2, 10. *si eximat vinculis.* et II, 2, 8. *quumque ex vinclis eximis.* — Dousa: *misti.* Itaque ego emendationem Lambini praetuli, quippe ex qua l. et in vett. tum videatur *emisti*, notiori verbo restituto pro rariori. Cf. III, 5, 16 n. — Iterum quae hic laudi ducuntur Tyndaro, supra II, 2, 49 carpuntur.

57. Sic vett. — Vulg. *nam si servus meus esses.* Both. *nam si servos meus es;* Lind. ex Bosschae coni. *nam si servus mi esses.*

58. Both. *Obsequiosus mihi fuisti semper*, ut sane facile fuit versum effingere. Item Lindemannus. At vett. *Obsequiosus mihi semper fuisti.* Vulg. *mihi obsequiosus semper fuisti*, ut Pall. sede quaeritur, an non debeat produci syllaba *se* in *obsequiosus*, et vulgata servari.

60. Pariter et hic possit transpositio fieri *suum herum laudibus* pro vulg. *laudibus suum herum*, quod Both. Lind.

61. Vulg. vett. *Pol istic haud me cent.* Lind. *Istic pol haud me c.* Both. *Pol med istic haud c.* Mss. *Pol istic me haud c.*

66. Pro *laudo* vett. *do*, ut et Pall. claudicante versu. Sed illud Nonius, hunc ipsum locum adducens v. *laudare*, quod interpr. *nominare.*

69. Pro *operis* vett. *opera.* — Pro vulg. *te exp.* Both. cum Lamb. *me experiri.* Sed recte de se promittit Tyndarus. Nam *experiri* et sign. tentare ut efficiantur.

70. Vett. *Et quod minus dixi de te, quam volo, animum advortas volo.* Item Lamb. qui tamen habet *Et quo*, ut V. C. — Both. *Et quod minus dixi, quam volui, de te.* Lind. *Et quo m. d., quam v. de te.*

71. *caveto.* Sic membranae, et vett. et vulg., neque id repugnat metro. Nam priores duae syllabae contrahendae enuntiando, uti plerumque in verbis fieri debet, quae habent literam *v* intermediam. Vide Aul. prol. 5. Unde non opus emendatione Bothii *cave tu*, quam et

Te aéstumatum et méam esse vitam hic pró te positam pignori:
Né tu me ignorés, quom extemplo meo é conspectu abscésseris,
Quóm me servom in sérvitute pró ted hic relíqueris; 75
Túque te pro libero esse dúcas, pignus déseras,
Néque des operam, pró me ut huius réducem facias fílium.
Scíto, te hinc minís viginti aéstumatum míttier.
Fác fidelis sís fideli: cáve fidem fluxám geras.
Nám pater, scio, fáciet, quae illum fácere oportet, omnia. 80
Sérva tibi perpétuom amicum me, átque hunc inventum inveni.
Haéc per dexterám tuam te, déxtera retinéns manu,
Óbsecro: infidélior mihi né fuas, quam ego súm tibi.
Tú hoc age! tu míhi herus nunc es, tú patronus, tú pater:
Tíbi commendo spés opesque méas. *Ph.* Mandavistí satis. 85
Sátin' habes, mandáta quae sunt, fácta si referó? *Ty.* Satis.
*Ph.* Ét tua et tua húc ornatus réveniam ex senténtia.
Númquid aliud? *Ty.* Út, quamprimum póssis, redeas. *Ph.* Ét monet.
*He.* Séquere me: viáticum ut dem á trapezitá tibi.
Eádem opera a praetóre sumam sýngraphum. *Ty.* Quem sýngraphum? 90
*He.* Quem híc ferat secum ád legionem: hinc íre huic ut liceát domum.
Tu íntro abi. *Ty.* Bene ámbulato. *Ph.* Béne vale. *He.* Edepol rém meam
Cónstabilivi, quom íllos emí dé praeda a quaestóribus!
Éxpedivi ex sérvitute fílium, si dís placet.
Át etiam dubitávi, hos homines émerem, an non emerém, diu. 95
Sérvate istum, súltis, intus, sérvi: ne quoquám pedem
Éfferat sine cústodela. Iám ego apparebó domi:
Ád fratrem modó capteivos álios invisó meos;
Eádem percontábor, ecquis hunc ádulescentem nóverit.
Séquere, te ut amíttam: ei rei prímum praevortí volo. 100

---

Lind. recepit. Vett. *mihi caveto iratus fuas*, fortasse rectius. Vulg. *caveto mihi i. f.* et sic Pareus, nulla nota adiecta.

77. Sic vulg. At vett. *pro me, et huius.*

81. Vulg. *Serva in perp. tibi amicum me*, ut Lamb. et Lind. — Both. cum V. C. et Pall. *Serva tibi in perpetuum amicum me.* At vett. *Serva tibi perpetuum amicum me.* Optime.

89. Sic vett. et Both. — Vulg. et Lind. *ut dem hinc a tr.* At illud *hinc* non agnoscunt cdd. Pall. nec V. C.

90. *syngraphum*, i. e. diploma, cuius ope ei liceat libere in hostium urbem, suam patriam, evadere, utpote belli tempore. Cf. III, 2, 9. — Pro *sumam* vett. *sumas.*

91. *ad legionem* i. e. ad exercitum nostrum, per quem iter in Elidem.

97. Vulg. ut V. C. et Pall., ἀμέτρως; *Efferat sine custode: ego apparebo domi*, quod retinuit Lindemannus. Lamb. *Efferat sine custode. iam ego apparebo domi*, ut et Dousa. At vett. *Efferat sine custode: at ego mox apparebo domi*, ex emendatione, ut videtur, nec adstipulantibus cdd. mptis. Bothius: *Efferat sine custodela. Iam ego adparebo domi:* Atque verbum *custodela* occurrit et Merc. II, 1, 9. et Rud. III, 3, 34. *iam* autem, ut saepenumero, i. e. *brevi.*

98. *Ad fratrem* i. e. q. apud fratrem. *inviso* futurum.

99. *Eádem* sc. opera, i. e. simul. — *ecquis hunc adol.* Sic V. C. et vett. et

# ACTUS III. SCENA I.

*ERGASILUS.*

ıomo est, qui ipsé sibi, quod edit, quaérit, et id aegre
ínvenit;
: est miseriór, qui et aegre quaérit, et nihil ínvenit;
errumús'st, qui, quom cupit ésse, quod edit, nón habet.
:rcle ego huic diéi, si liceat, óculos effodiám lubens:
gnitáte oneravit ómnes mortalés mihi; 5
ieiuniósiorem néque magis effertúm fame
ec quoi mínus procedat, quídquid facere occéperit:
er guttúrque resident ésuriales férias.
arasíticae arti in máxumam malám crucem:
ntus iám ridiculos ínopesque ab se ségregat. 10
'antur iám Laconas, ími subsellí viros,
lidas, quíbus sunt verba síne penu et pecúnia;
ıuirunt, quí, lubenter quom éderint, reddánt domi.

Lamb. — Both. Lind. omittunt
ntelligendus autem Tyndarus,
llocratem credit Hegio. Qui
iam introisse cogitandus esse
ideo crediderunt *hunc* elicien-

ic vett. et rectissime. Nam *te*
lem corripiendum, Graeco more,
Vae ante *ego; amittam* autem
nciandum, cum ictu in media,
*reii* legere. Vulg. Both. Lind.
*tu, te ut ám.* — *primum*
*volo*, l. e. eam rem ante alias
rare volo. Cf. Merc. II, 3, 40.
III, 1, 59. Amph. I, 3, 30. et
Cic. Off. III, 28. Tac. Ann.
. Capt. V, 4, 29. V. Ind.
*II. Sc. I.* Conqueritur iterum
de sua aetatisque suae condi-
e in pelus mutata, narratque
m allocutum esse in foro, quo
vitaretur ad coenam; ab nullo
litatum esse. Itaque minatur li-
ıx lege contra eos ius suum
um, quia apertum sit, eos
coniurasse. Dein ad portum abit.
sententia climax. Prior enim
re invenit quaesitum; alter nihil
iertius esuriens nihil habet.
pro *quod edat* antiquâ forma:
, *edit.* — *aegre* priori versu
altero l. q. operose, anxie;
Germ. *mit Mühe.* — In vs. 1.
si ab lectione vulg. et vett.,
imoda sit scansio verbi *ipse.*
s scansiones passim occur-
Bothius: *qui ipsi, quod edit,*
desit in quibusdam libris *sibi.*
emannus. Ego si voluerim
ripserim: *ipsus sibi, qu.*

3. Vulg. et vett. *qui quum esse* (i. e. edere) *cupit, quod edit non habet.* Recte Bothius: *qui quum cupit esse,* l. e. quando, quo tempore esse cupit. — Lindemannus: *Ille miserrimus ést, qui quum esse cúpit, id quod edit nón habet*, addito *id.*

4. In vett. deest *ego.* Habet vulg.

5. *oneravit* l. e. *implevit.* Sic idem Ergasilus IV, 1, 7. *Ita hic me amoenitate amoena amoenus oneravit dies.*

6. *ieiuniosiorem*, sc. me. Pro *effertum*, quod habet vulg. Both. Lindem. Lamb., vett. *effractum*, uti Pall. — V. C. *ecfertum.* Effertum, ab effercio, quasi: saginatum fama.

8. *resident ferias.* Residere l. e. q. quiescere, feriari. Cf. Cic. pro Rosc. Am. 21. Tusc. III, 12. Liv. II, 29. Igitur h. l. est Atticismus, ut sit quasi: *ferias feriari.* Cf. Epid. III, 4, 33.

9. In vett. deest praep. *in*, uti et apud Pareum.

10. Pro *inopesque* Bothius ex Langg. voluit scribere, quod dedit Lind. *inopes;* remansit tamen in textu vulgata lectio.

11. *Nil morantur*, nihil curant. *Laconas*, l. e. parasitos, qui fortes se praebent plagis ferendis, uti Lacones pueri in exercitationibus gymnasticis. *imi subsellii viros*, qui infimo loco accumbunt. *Plagipatidas*, qui plagas patiuntur. Sic *Rapacidae* Aul. II, 7, 8. et similia patronymica locosa.

12. Pro *verba* vett. *verbera.* Verba autem sunt dicta, facetiae, quod illorum omne erat peculium.

13. *lubenter* l. e. q. iucunde, laete, hilare. Sic Asin. II, 2, 2. *Ut ego illos lubentiores faciam, quam lubentia*

Ípsi opsonant, quaé parasitorum ánte erat província;
Ípsi de foró tam aperto cápite ad lenonés eunt, 15
In tribu quam apérto capite sóntis condemnánt reos;
Néque ridiculos iám terunci fáciunt; sese omnés amant.
Nam út dudum hinc abívi, accessi ad ádulescentes ín foro;
Sálvete, inquam: quo ímus una ad prándium? — Atque illí tacent. —
Quís ait „Huc," aut quís profitetur? ínquam. — Quasi mutí silent, 20
Néque me rident. Úbi coenamus? ínquam. Atque illi ábnuunt.
Díco unum ridículum dictum dé dictis melióribus,
Quíbus solebam ménstruales épulas ante adipíscier.
Némo ridet. Scívi extemplo, rém de compactó geri.
Né canem quidem írritatam vóluit quisquam imitárier, 25
Sáltem, si non árriderent, déntis ut restríngerent.
Ábeo ab illis, póstquam video mé sic ludificárier;
Pérgo ad alios; vénio ad alios, déinde ad alios: úna res;
Ómnes compactó rem agunt, quasi ín Velabro oleárii.
Núnc redeo inde, quóniam me ibi vídeo ludificárier. 30
Ítem alii parasíti frustra obámbulabant ín foro.
Núnc barbarica lége certum est iús meum omne pérsequi:
Quí concilium iniére, quo nos víctu et vita próhibeant,
His diem dicam; írrogabo múltam, ut mihi coenás decem
Meo árbitratu dént, quom cara annóna sit. Sic égero. 35
Núnc ibo ad portum hínc: est illic mi úna spes coenática;
Si éa decollabít, redibo huc ád senem ad coenam ásperam.

---

*est.* Inprimis memorabilis est locus in Cic. de Fin. II. ubi distinguitur inter *bene* coenare et *libenter* coenare, et affertur locus ex Lucilio: *Quid, bene cocto, Condito, sermone bono: si quaeris, libenter.*

14. *Ipsi opsonant*, h. e. ipsi emunt opsonia. Cf. Bacch. I, 1, 63.

15. *aperto capite*, i. e. confidenter, impudenter. Nam si puderet, capite operto, i. e. involuto toga seu pallio, talia facerent.

16. Vett. *In tribu quam aperto capite sontes c. r.* ut et Lamb. Dousa, Bosscha. — Vulg. et Lind. *Quam in tribu ap. c. s. c. r.* Both. *Quam in tribu sontis aperto c. c. r.* elegantius quam verius.

18. *dudum*, i. e. paullo ante. — *abivi* Lindemannus negat esse Latinum; quare cum Bosscha dedit: *Namque ut dudum hinc abii*, *acc.* Sed occurrit Amph. II, 2, 11. ubi saltem reponi recte potest; et in aliis longiorem amat Plautus formam. Ceterum vulg. et vett. *Nam ut dudum hinc abii.*

19. Vett. et vulg. *quo imus una inquam ad pr.*

20. Vulg *Quis ait? hoc, aut.* Vett. *Quis ait hoc, aut.* Lind. *Quis ait: hoc? aut*, ita tamen ut *hoc* idem sit antique, quod *huc.* Bothius, ut nos.

29. *in Velabro olearii.* Velabrum locus urbis Romanae ad Aventinum, ubi olearíorum tabernae. Ii autem quasi compacto eodem omnes pretio oleum vendebant. De Velabro cf. Ovid. Fast. VI, 400.

33. Omnes edd. et plerique codd. *concilium.* Both. *consilium.* — *Barbarica lex* est lex Romana. Cf. Asin. prol. 11. Dicit autem eas leges, quae latae erant adversus eos, qui contra rempubl. consilia inierint. Nam supra urget, de compacto illos adolescentes egisse, et quasi coniurasse. Igitur non opus Rostii operosa explicatione, quam amplectitur Lindemannus, quaque sane tam ieiuna exstat oratio, quam ex nostra faceta.

37. *decollabit*, i. e. perierit, *fefellerit*, defecerit. Scribitur autem h. l. duplici *l* litera, *decollabit* et in V. C. et Pal. 4 et 6. Nam Pal. 1. habuit *decolaudabit*, Pal. 2. *decollaudabit.* Pal. 5. *decollapsit.* In Pal. 3. deerat. Item vett. et vulg. habent *decollabit.* Deducitur autem vel a *collo* vel a *colo.* Sic enim

# ACTUS III. SCENA II.

*HEGIO.*

: suávius, quam béne rem gerere público
cut ego féci heri,
ni hósce homines? Ubi quísque vident,
riám, gratulánturque eám rem.
me miserúm restitándo, retinéndo 5
reddidérunt:
;ratulándo misér iam eminébam.
ábii ad praetórem; ibí vix requiévi;
ngraphúm;
ibi; illicó 10
ndaró:
démum. Inde íllico praevórtor
Postquam id áctum est,
:nus ad fratrem, álii mei ubi sunt Álii captívi;
'hilocratem ex Álide ecquis hóminum noverít. Iam hic 15

„*Decollare*, collo deponere. *habes vide. Tibi tradidi; in :st; decolles cave.*" Varroque ica I, 2, 8. *quorum si alteru- ollat.* Contrarium *succollare* d eundum Varronem R. R. III, *regem suum fessum sublesi nequit volare, succollant.* luetonium Claud. 10. *Ab his bus in castra delatus' est.* dem in Oth. c. 6. Contra in 4, 28. *Si sors autem deco- l* litera scribitur in vett. et idem videatur esse quod: per si defluxerit, evanuerit, desti- Cf. Beckmannum de Originibus linae sub voce *comma.*

'*I. Sc. II.* Laetatur hoc can- eb rem bene gestam; deinde de reliquis suis captivis unum (Aristophontem) qui dixerit, se um Philocratem ex Alide. Cum domum introit, ut arcessat (quem Philocratem esse cre- sutem, hoc sentiens et de se r timens, proripit se ex aedi- l.). Sequitur eum Hegio cum te (III, 4.); qui quoniam illum icit, se deceptum esse senex Metrum et hic, ut in plerisque arie turbatum absque dubio ad- Nam plane ametra sunt: *Ita diderunt.* et: *Tandem — re- ienique* illa ad sensum paullo *Inde illico. revortur domum,* ulgata. Quid enim domum? is est senarius.
ter iambicus.
aesticus dimeter.

4. Bacchiacus.

5. Nemo infitiabitur, vulg. *restitando, retinendoque* ita esse comparata, ut ex his nec dochmiacus ullus neque Sotadicus neque alius quisplam versus confieri apte possit. Ceterum v. *miserum* simile est additamento; *retinendo* autem sapere glossam videtur, ex qua deinde factum *retinendoque.* Ita possit cudi Bacchiacus: *Ita mé restitándo lassúm reddidérunt.* Ad vulgatam autem si addideris *nunc*, possit fieri alius quis bacchiacus tetr. cum dimetro; quos dedi.

7. Bacchiacus. Sensus autem: ita multi vehementerque mihi gratulati sunt, ut paene opprimerer gratulationibus.

8. Bacchiacus; sed non optimus; fateor; verum similes similibus locis permulti, et in hac ipsa fabula, et alibi occurrunt, ut Most. I, 2. Men. V, 2. cet.

9, 10, 11. dochmiaci, quales sunt saepe obvii. — *syngraphum*, diploma, commeatum, den Pass. Cf. II, 3, 90. — Pro *dedi Tyndaro*, quod habet vulg. et Lamb., vett. *do Tyndaro.*

12. Creticus catal. — *demum.* Sic praeclare vett. nemine adhuc monstrante. Vulg. *domum*, quod Both. et Lind. — Eaedem vett. cum Pall. 3. et ed. Princ. *praevortor*, non *revortor*, ut vulg. et Both. Illud et Hermannus Metr. p. 315. De significatione v. Indicem. Cf. et Liv. II, 24. med.

14. Vett. *eo Protinus ad fratrem. abii* (non: *inde abii*, ut vulg.) *mei ubi sunt alii captivi.* Igitur pro *abii* scribendum *alii*, substituto commate pro puncto; deinde *Alii capt.* cum Hermanno. — *Mei*, ut saepe, integrum liquescit.

Exclámat, eum sibi ésse sodalem; díco eum esse apúd me;
Hic éxtemplo orat óbsecratque, eum síbi videre ut líceat.
Iussi íllico hunc exsólvi. Nunc tu séquere me,
Ut, quód me oravisti, ímpetres, eum hóminem uti convénias.

---

## ACTUS III. SCENA III.

*TYNDARUS.*

Nunc íllud est, quom mé fuisse, quam ésse, nimio mávelim;
Nunc spés, opes auxíliaque a me ségregant spernúntque se.
Hic ille ést dies, quom núlla vitae méae salus sperábilis,
Neque exítium exitio est, néque adeo spes, quaé mi hunc aspellát metum:
Nec súbdolis mendáciis mihi úsquam integumentum ést meis, 5
Nec sýcophantiís nec fucis úllum mantellum óbviam est,

15. Vett. *ecquis omnium noverit? Hic excl.* Vulg. *ecquis omnium noverit? Tandem hic excl.* Sequor Hermannum. Item vs. seq. in verbis: *eum sibi videre ut liceat.* Vulg. et vett. *eum sibi ut liceat videre.*

18. Sic vulg. In vett. deest *tu.* Ceterum Lindemannus hoc canticum in recentissima ed. secus dedit, atque in priore, ubi secutus Hermannum versus tamen dederat comicis consuetos. Nunc sic ille statuit: *Quid ést suávius, — Quám bene rem gérere bono público? — Sícut ego féci heri — Quum emi hósce homines. Ubi quisque vidénť, — Eúnt obviám gratulánturque eám rem. — I'ta me miserum réstitando, — Rétinendoque, — Lássum reddidérunt. — Vix é gratulándo misér iam eminébam. — Tándem abii ad praetórem. — Ibi, vix réquievi, rogo — Syngraphúm, datur mi; íllico — Do Tyndaro; ille abiit domum. Inde íllico praevórtor — Domúm, postquam id áctum est. — Eo prótinus ad fratrém, mei ubi súnt alii captívi. — Rogó Ph. ex A., ecquis ómnium hominem nórit. — Hic exclámat* etc. Dein: *eum út liceat vidére. — Iussi íllico hunc exsólvier. Inde ábii. Nunc tu séquere — Me, ut quód* etc. Quam versuum ordinationem si dicam mihi arridere, mentiar.

*Act. III. Sc. III.* Proripit se Tyndarus ex aedibus, Hegionem fugiens.

2. Vett. *a me segregant, spernuntque me,* ut et Lamb. qui *se* addit post *opes.* — Vulg. *spernuntque se.* Ennius apud Nonium: *ius atque aequum se a malis spérnit procul,* i. e. segregat. Vulgatam tuentur et quidam codices, et Plautus ipse firmat loco fere simili, Mil. IV, 6, 17. *Ille illas spernit segregatque ab se omnes, extra te unam.*

3. Sic vulg. et Lamb. — Vett. *vitae salus sperabilis est mecum.* Unde fortasse: *salus mecum est sperabilis.* Bothius: *superabilis* ex Guelph.

4. Vulg. et vett. *Neque exilium exitio est,* Camerarius: *Neque exilium, neque adeo spes est, quae mihi h. a. m.* Sed Pontani vetus liber habuit: *exitium exitio est,* idque coniectura assecutus erat scribendum esse Acidalius; qui quidem ita interpretatur: „exitium et interitum nulla ratione possum vitare vel effugere. Id enim est *exire* interdum. Virg. (5, 438 cf. 11, 750.) *Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.* Exitio autem nomen ita formatum, ut *abitio, reditio, initio, reditio.*" Cf. Trac. II, 6, 30. *Quid illi ex utero exitio est* etc. Credit igitur hanc esse constructionem: *neque exitio* (gen. *onis*) *mihi est exitium,* i. e. neque exire possum exitium, i. e. neque aufugere possum exitium. Quem Acidalii sensum plane non respexit Lindemannus, qui *exitium exitio est* ita ait dici ut *salus saluti est,* tamquam si *exitio* sit dativo casu positum. Ceterum *exire* cum accus. construi ne dubitate. Cf. loca supra laudata ex Virg. et Ter. Hec. III, 3, 18. Ov. Met. IX, 630. — *aspellat* i. q. depellat.

5. Vett et vulg. *Nec mendaciis subdolis mihi usquam mantellum est meis.* Sed unus cod. *integumentum,* aliusque *tegmentum.* Forsan integer versus serius illatus; nam sensu plane est similis cum sequenti.

6. Hunc vs. Servius adducit ad Virg. Georg. IV, 377.

Neque déprecatió perfidiis méis, nec malefactís fuga est,
Nec cónfidentiae úsquam hospitium est, néc deverticulúm dolis.
Opérta quae fuére, aperta súnt; patent praestígiae.
Ómnis res palam ést, neque ullum hác de re negótium est, 10
Quín male occidam, óppetamque péstem heri vicém mei.
Pérdidit me Arístophontes híc, qui intro venít modo:
Ís me novit; ís sodalis Phílocrati et cognátus est;
Neque iám Salus serváre, si volt, mé potest;
Nec cópia est, nisi si áliquam corde máchinor astútiam. — 15
Quám, malum? Quid máchiner? quid cómminiscar? Máxumas
Nugás ineptiásque incepso. Haéreo.

---

## ACTUS III. SCENA IV.

*HEGIO. TYNDARUS. ARISTOPHONTES. LORARIUS.*

*He.* Quo íllum nunc hominem próripuisse fóras se dicam ex aédibus?
*Ty.* Núnc enimvero ego óccidi! eúnt ad te hostes, Týndare!
Quíd loquar? quid fábulabor? quíd negabo, aut quíd fatebor?
Mihi rés in incertó sita est. Quid rébus confidám meis?
Utinám te di prius pérderent, quam périisti e patriá tua, 5
Arístophontes, qui éx parata rem ímparatam omném facis!
Occísa est haec res, nísi reperio atrócem mi aliquam astútiam.
*He.* Sequere. Hém tibi hominem! adi átque alloquere. *Ty.* Quís homo est me hominum míserior?
*Ar.* Quíd istuc est, quod méos te dícam fúgitare oculos, Týndare,
Próque ignoto me áspernari, quási me nunquam nóveris? 10
Équidem tam sum sérvos, quam tu, etsi égo domi libér fui;
Tu úsque a puero sérvitutem sérvivisti in Álide.
*He.* Édepol minume míror, si te fúgitat aut oculós tuos,

10. Vett. *Omnis res palam est: neque ullum de hac re negotium est, quin male — Occidam, oppetamque pestem heri vicem mei meamque.* Vulg. omittit *ullum* et *mei*. Bosscha: *heri vicem*, *meam*, sc. pestem. Edit. Parm. *heri vicem mei*. Idque probo, utut sit ex coniectura profectum. Nam plerumque in hac locutione additur possessivum. Lind. *meamque*, versu acatal.

12. Vett. cum V. C. et Pall. *hic qui venit modo intro*. Hanc l. retinet Lind. et acatal. facit, dum *hicce* pro *hic* scribit. Nostr. vulg.

14. Vett. *Neque iam servare Salus*, unde forsan scribendum: *Neque iam servare me Salus, si volt, potest.*

16. *Quam, malum?* etc. Similis rhythmus Sc. seq. v. 2.

18. Vett. *incipisso. horreo, haereo.* Quidam lib. *inceppisse*, quod Both. — Vulg. *incipisso. haereo.* Lindemannus recte: *incepso* pro: incepero. *Haereo* i. e. ἀχορῶ.

*Act. III. Sc. IV.* Hegio, quaerens Tyndarum, ex aedibus prodit cum Aristophonte.

2. Sic vulg. — Vett. omittunt *ego*, quod et Lamb. restituit. Similis versus superioris scenae penult. *Quid mal.* Bothius tamen pro iamb. senario habet. Lindemannus autem: *Enimvére nunc ego óccidi: eunt ad te hóstes, Tyndare! Ei mihi!* assumto huc *mihi*, quod adhaeret in vett. et cdd. Pall. versui 3., et *Ei* addito, quia fuerit scriptum *Tyndareimihi.*

4. Vulg. et vett. addunt *omnis* post *res*. Id ego reiiciendum duxi, servandum autem *mihi*. Lind. *Res omnis in inc. s. e.* Both. *Res mi omnis in inc. s. e.*

6. Vett. *ex parata imparatam rem omnem f.* Vulg. *ex p. re imparatam. f.* ut Lind. — Nostr. Both. Dictio recurrit Cas. IV, 4, 8. *Faciénti hanc mihi rem ex paráta imparátam.*

9. Vett. addunt *sic* post *dicam*. Deest in cdd. Pall.

Aút si te odit, qui ístum appelles Týndarum pro Phílocrate.
*Ty.* Hégio, hic homó rabiosus hábitus est in Álide: 15
Né tu, quod istic fábuletur, aúris immittás tuas:
Nám istic hastis ínsectatus ést domi matrem ét patrem,
Ét illic isti, quí sputatur, mórbus interdúm venit.
Proín' tu ab istoc prócul recedas! *He.* Últro istum a me!
*Ar.* Ain', vérbero,
Mé rabiosum, atque ínsectatum esse hástis meum memorás patrem, 20
Ét eum morbum mi ésse, ut qui me ópus sit insputárier?
*He.* Né verere: múltos istic mórbus homines mácerat,
Quíbus insputarí saluti fúvit, atque iis prófuit.
*Ar.* Quíd tu autem? etiam huic crédis? *He.* Quid ego crédam huic? *Ar.* Insanum ésse me.
*Ty.* Víden' tu hunc quam inimíco voltu intuétur? Concedi óptumum est, 25
Hégio: fit, quód ego dixi: gliscit rabies: cáve tibi!
*He.* Crédidi esse insánum extemplo, ubi te áppellavit Týndarum.
*Ty.* Quín suom ipse intérdum ignorat nómen, neque scit, quí siet.
*He.* Át etiam te suóm sodalem esse aíbat. *Ty.* Haud vidí magis!
Ét quidem Alcmaeon, átque Orestes, ét Lycurgus póstea 30
Úna opera mihi súnt sodales, qua íste. *Ar.* At etiam, fúrcifer,
Mále loqui mi audés? non ego te nóvi? *He.* Pol planum id quidem est,
Nón novisse, qui ístum appelles Týndarum pro Philocrate.
Quém vides, eum ignóras; illum nóminás, quem nón vides.
*Ar.* Ímo iste eum sese áit, qui non est, ésse; et, qui vero ést, negat. 35
*Ty.* Tu énim repertus's, Phílocratem qui súperes verivérbio!
*Ar.* Pól, ego ut rem videó, tu inventus's, véra vanitúdine
Quí convincas! Séd quaeso hercle, agedum, ádspice ad me! *Ty.* Hem!
*Ar.* Díc modo:

13. Bothius e quibusdam libris: *is si te*, quum edd. omnes et Pall. omittant *is*.

18. Vett. *qui insputatur*; cf. v. 23. vulg. et Pall. *qui sputatur*. Morbus intelligendus comitialis. Cf. Plin. X, 23. XXVIII, 3.

20. In vett. deest *esse*, quod habet vulg.

22. *istic*. Sic vett. — Vulg. *iste*.

23. Vett. *fuit atque iis profuit*. Vulg. *fuit*. *Tr. Atque Aliis profuit*, ex quo loco manifeste sequitur, non ubique sequendam esse vulgatam. Lamb. *atque aliis profuit*. Pall. habent vel *his*, vel *iis*, vel *is*. V. C. *liis*. Both. *atque illis pr.* Lind. *fuvit*, *atque is pr.*

24. *etiam* i. e. q. adhuc; nunc etiam?

26. *Quod ego*. Vulg. *Quod tibi ego*. Vett. *Quod ego tibi*. Both. *quod tibi*. Lind. cum vulg., cui repugnat, quod fere semper *Hegio* creticus, non dactylus.

29. *Haud vidi magis*. Ironice dictum. Proprius enim sensus: *nemo fuit minus*. Cf. Amph. II, 2, 56. (vulg. 47.) *éxspectatusne ádvenio? So. Haud vidi magis Exspectatum: cúm salutat magis haud quicquam, quám canem*. Sic Cic. pro Sextio: *Est enim ille populo Romano deditus? Haud vidi magis*. Sed nostro loco vett. *audivi*, *Di magni*. Al. *audivi di*.

30. Sic vett. et recte, et ex more prosodiae veteris, ut *et quidem* correptis proferantur, *Alcmaeon* molosso. Vulg. *Alcmaeo*. V. C. *Alcmaeus*, quod Both. — Tres autem heroes, quos nominat, pariter insanierunt, priores duo ob matres suas occisas, Lycurgus a Bacche in furorem coniectus. *postea* sensu ref. ad *mihi sunt*, i. e. mihi posthac erunt dicendi sodales. *una opera*, eodem iure, *eben so gut*. Cf. Cas. II, 5, 1.

32. Vett. et vulg. *Male mihi loqui audes?*

35. In vett. deest *esse*.

'é negas Tyndarum ésse? *TY.* Nego, inquam. *AR.* Tún' te Philocratem ésse ais?
'Y. Áio ego, inquam. *AR.* Túne huic credis? *HE.* Plús quidem, quam tibi aút mihi: 40
iam ílle quidem, quem tu húnc memoras esse, hódie hinc abiit Álidem
ıd patrem huius. *AR.* Quém patrem, qui sérvos est? *TY.* Et tú quidem
érvos, et libér fuisti; et égo me confidó fore,
i húius huc recónciliasso in líbertatem fílium.
*ıR.* Quíd ais, furcifér? tun' te gnatum ésse memoras líberum? 45
'Y. Nón equidem me Líberum, sed Phílocratem esse aió. *AR.* Quid est?
lt scelestus, Hégio, nunc ís te ludos híc facit!
ám is est servos ípse, neque praetér se unquam ei servós fuit.
'Y. Quía tute ipse egés in patria, néc tibi, qui vivás, domi est:
mnis invenírı similes tíbi vis. Non mirúm facis: 50
ıst miserorum, ut málevolentes sínt atque invideánt bonis.
*ıR.* Hégio, vide sís, ne quid tu huic témere insistas crédere!
tque, ut perspició, profecto iam áliquid pugnai édidit:
ílium tuom quód redimere se áit, id neutiquam míhi placet.
'Y. Scío, te id nolle fieri; efficiam támen ego id, si di ádiuvant: 55
lum restituam huíc, hic autem in Álidem me meó patri.
ropterea ad patrem híne amisi Týndarum. *AR.* Quin túte is es,
éque praeter te in Álide ullus sérvos istoc nómine est.
'Y. Pérgin' servom me éxprobrare esse, íd, quod vi hostili óbtigit?
*ıR.* Énim iam nequeo cóntineri! *TY.* Heus, aúdin', quod ait? quín fugis? 60
m illic hic nos ínsectabit lápidibus, nisi illúm iubes
ómprehendi. *AR.* Crúcior. *TY.* Ardent óculi: fune opus, Hégio!
íden' tu, illi maculári corpus tótum maculis lúridis?
tra bilis ágitat hominem! *AR.* At pól te, si hic sapiát senex,
tra pix agitet ápud carnuficem, tuóque capitis illúceat. 65

40. Vett. et vulg. *Ego inquam*, ut eriqne codd. — Nostr. Both. Lind.
47. Vulg. *nunc is te ludos facit.* Vett. me *iste ludos hic facit*, ut voluit ribi Acidalius. — Both., Bosscha, Lind. me *iste te ludos facit.*
51. *boni* et hic, uti et aliis locis, sunt: ati, possidentes, a bonis sic dicti, ne possident. Sic Curc. IV, 1, 14. *In re infimo boni homines atque dites ebulant.*
53. *aliquid pugnae*, i. e. aliquam tatiam. Vulg. et vett. *pugnae.* Pseud. 5, 111.
54. Haud uno loco *neutiquam* prima ovi occurrit. Sic et Merc. III, 4, 14. en. I, 1, 71. Quare duobus verbis ribendum ducunt: *ne utiquam.* Sed et tem corripiendum obviam est, ut in senario: *Quod pótiones múlsi, quot autem prándia.* Stich. I, 3, 60. Igitur nihil mirum, et *neutiquam* corripi.
60. Et vulg. et vett. *Enimvero.* Ald. *Sed enim.* At Iunt. et Ed. Argent. teste Bothio: *Enim.* Sicque Plautus Trin. V. 2, 10. *Enim me nominat.* Cf. Most. V, 2, 12. — Vett. et Pall. *Heus tu quid ais? quin fugis?* Lamb. *Heus, audin, quod ait? Quin fugis?* Vulg. idem, nisi quod: *quid ait?* Lindemannus vero: *Enimvero iam néqueo contineri.* T. *Heus audin'? quin fugis?* Cum vulg. faciunt codd. Langleni. Cum vett. Gu. membr. Plerique autem: *Heus tu, quid agis, quin fugis?*
62. *opus.* Sic vett. — Vulg. *opust.*
64. Qui insaniebant, atra bile percitl esse credebantur apud veteres. Cf. Men. V, 2.
65. Vulg. et vett. omnesque, ut videtur, libri: *Atra pix agitet a. c.* quod trans-

*Ty.* Iám deliraménta loquitur: lárūae stimulánt virum.
*He.* Quíd hercle, quid, si hunc cómprehendi iússerim? *Ty.* Sapiás magis.
*Ar.* Crúcior, lapidem nóu habere mé, ut illi mastígiae
Cérebrum excutiam, quí me insanum vérbis concinnát suis!
*Ty.* Aúdin', lapidem quaéritare? *Ar.* Sólus te solúm volo, 70
Hégio. *He.* Istinc lóquere, si quid vís, procul tamen aúdiam.
*Ty.* Námque edepol si adbítes propius, ós denasabít tibi
Mórdicus. *Ar.* Neque pól me insanum, Hégio, esse créduis,
Néque fuisse unquám, neque esse mórbum, quem istic aútumat;
Vérum si quid métuis a me, iúbe me vincirí. Volo, 75
Dum istic itidem vinciatur. *Ty.* Ímo enimvero, Hégio,
Ístic, qui volt, vínciatur. *Ar.* Táce modo! ego te, Phílocrates
Fálse, faciam, ut vérus hodie réperiare Týndarus!
Quíd mi abnutas? *Ty.* Tíbi ego abnuto? Quíd agat, si absis lóngius?
*He.* Quíd ais? quid, si adeam húnc insanum? *Ty.* Núgas! ludificábitur; 80
Gárriet, quod néque pes unquam néque caput compáreat.
Órnamenta absúnt: Aiacem, hunc quóm vides, ipsúm vides.
*He.* Níhili facio; támen adibo. *Ty.* Núnc ego omnino óccidi!
Núnc ego inter sacrúm saxumque stó, nec, quid faciám, scio!
*He.* Dó tibi operam, Arístophontes, sí quid est, quod mé velis. 85
*Ar.* Éx me audibis véra, quae nunc fálsa opinare, Hégio.
Séd hoc primum me éxpurgare tíbi volo, me insániam
Néque tenere, néque mi esse ullum mórbum, nisi quod sérvio.
Át ita me rex deórum atque hominum fáxit patriae cómpotem,

positum dedit Both. *Pix atra agitet a. c.* ut et Lind. nulla auctoritate. Quidni autem *atra* corripi possit ab initio? — Possit et legi: *Atra agitet pix apud carn.* Possit et ita: *Atra pix agitét apud carnificém, tuo capiti illúceat.* Ego a vulgata non recesserim. Ceterum pix aut liquefacta instillabatur capiti maleficorum, aut arida imposita incendebatur. Lucr. III. *Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, taedae.*

67. Vulg. et Pall. *Quid? quid si hunc.* Vett. *Hercle, quid si hunc.* Lamb. ut vulg., Both. ut vett., item Lind. *Hercle* autem eodem saltem iure hic potest post *Quid* poni, quo corripitur *Hercules* Stich. I, 3, 70.

69. *concinnat*, i. e. facit. Cf. 4, 2, 34. *Tum lanii autem, qui concinnant liberis orbas oves.* Cf. Amphitr. II, 2, 104.

73. Vulg. et Pall. *Mordicus.* Vett. *Mordicitus*, alii *mordicibus*, ut Aul. II, 2, 57. *os* i. e. faciem tibi privabit naso.

81. *Garriet*, *quod.* Sic V. C. vulg. et vett. — Lamb. *Garriet*, *quo.* Lind. *Garriet*, *quoi.* Al. codd. *Garriet*, *in quo*, uti Lips. Mihi nimis artificiosum videtur, suppleri abstractum ad *garriet*, quo referatur *quoi.* Itaque retineo *quod*, et interpretor: *quoad.* Atque de constr. *quod* etc. cf. Curc. 1, 3, 37. Epid. 5, 1, 32. Aul. 1, 3, 25 (13). As. 4, 1, 12. 15. Cist. 1, 2, 17. Cas. 1, 1, 39. De sententia cf. Aul. III, 3, 138. *Quin nec caput nec pes sermonum apparet.* Quodsi ergo meam int. sequaris, ad *caput* suppl. *orationis.*

82. *Ornamenta*, videlicet scenica. Vett. *Armenta absunt.* Both. *Ornamentā adsint*, ex coni. Dousae.

84. Sic vulg. et vett.; *inter* ut sit corripiendum. *Sacrum* est ara, *saxum* autem illud quo feriebantur victimae, seu caedebantur, vetere more, pro machaera. Cf. Liv. I, 24.

87. Sic vulg. et Pall. — Vett. *Sed hoc primum exp.* omisso *me.* Both. *Sed hoc me primum.* Lind. *Sed me hoc primum*, tamquam unice latinum. Nostr. et Lambinus. lege *hōc* et *med.*

89. Vulg. *deorum.* Vett. *deūm*, aeque bene, magisque fere solemne.

Út istic Philocratés non magis est, quam aút ego aut tu. *HE.* Eho,
díc mihi: 90
Quís illic igitur ést? *AR.* Quem dudum díxi a principió tibi.
Hóc si secus repéries, nullam caúsam dico, quín mihi
Ét parentum et libertatis ápud te deliquió siet.
*HE.* Quíd tu ais? *TY.* Me tuom ésse servom et té meum herum.
*HE.* Haud istúc rogo.
Fuístin' liber? *TY.* Fúi. *AR.* Enimvero nón fuit; nugás agit. 95
*TY.* Quí tu scis? An tú fortasse fuísti meae matri óbstetrix,
Qui íd tam audacter dícere audes? *AR.* Púerum te vidí puer.
*TY.* Át ego te videó maior maiórem. Hem rursúm tibi!
Méam rem non curés, si recte fácias. Num ego curó tuam?
*HE.* Fúvitne huic patér Thesaurochrýsonicochrýsides? 100
*AR.* Nón fuit; neque ego ístuc nomen únquam audivi ante húnc diem;
Phílocrati Theodóromedes fúit pater. *TY.* Pereó probe!
Quín quiescis? Dierectum, cor méum, i ac suspénde te!
Tú subsultas; égo miser vix ádsto prae formídine.
*HE.* Sátin' istuc mihi éxquisitum est, fuísse hunc servom in Álide, 105
Néque esse hunc Philocratém? *AR.* Tam satis, quam núnquam
hoc inveniés secus.
Séd ubi is nunc est? *HE.* Úbi ego minume atque ípsus se volt
máxume.
Tum ígitur ego derúncinatus, deártuatus súm miser
Húius scelesti téchnis, qui me, ut lúbitum est, ductavít dolis.
Séd vide, sis! *AR.* Quin éxploratum díco et provisum hóc tibi. 110
*HE.* Cérton'? *AR.* Quin nihil, ínquam, invenies mágis hoc certo
cértius.
Phílocrates iam inde úsque amicus fúit mihi a pueró puer.
*HE.* Séd qua facie est túos sodalis Phílocrates? *AR.* Dicám tibi:
Mácilento ore, náso acuto, córpore albo, oculís nigris,
Súbrufus aliquántum, crispus, cíncinnatus. *HE.* Cónvenit. 115

91. *Quis illic igitur est?* Sic vett. cum V. C. et Pall. plerisque. — Vulg. *Quis igitur ille est?* Both. *Quis igitur illic est.* Nostr. Lind. Bosch. — *dudum* deest in vett. — sign. *modo, paullo ante.*

93. *deliquio*, enis, ut *contagio*. Sensus: amissio, defectus; ut semper apud *te* serviam.

95. Vett. *Fui. A. Pol non fuit.* Nostrum vulg.

99. Et vulg. et vett. *Meam rem non cures*, idque rectius habere videtur, ob additum *si recte facias*, quam quod ex quibusdam codd. dedere Both. et Lind. *Meam rem ne cures*, quod bene haberet sine additamento.

103. *Quin quiescis?* Cor suum alloquitur. Sic autem vulg. et vett. Lambinus: *Quin quiesce tu dierectum cor meum, ac suspende te.* Vett. *directum* c. m., *ac s. t.* Nostr. vulg. — Both. et Lind. *I dier.*, *cor m.*, *a. s. t.* Non autem audiendus Rostius, qui et hic et aliis locis *dierectum* dispondaeum esse contendit. In qua re ille, pariter atque aliis multis, toto coelo a vero aberravit.

106. *Tam satis*, sc. exquisitum tibi est.

108. Sic vulg. — Vett. *Tum igitur ego aerumnatus*, uti V. C. et plerique libri. Locum olim emendavit Turnebus in Adversariis, ex Nonio, qui sub v. *deartuare* hunc l. sic proferi: *Tum igitur ego deunciatus*, *deartuatus sum miser.* Runca autem est ferramentum, quo noxias herbas evellebant rustici; vel etiam serrae genus. *deruncinare* igitur est mutilare. Redit verbum Mil. 4, 4, 6.

111. Vulg. *nihil*, *inquam*, *inv.* Vett. *nihil unquam invenies.* Utrumque in codd. Lamb. *umquam*, uti et Dousa.

114. Similem descriptionem vide As. II, 3, 20.

115. Sic recte vulg. et V. C. cum Pall. plerisque, *aliquantum* tracto ad

*Ty.* Ut quidem hercle in médium ego hodie péssume procésserim.
Vae íllis virgis míseris, quae hodie in térgo morientúr meo!
*He.* Vérba mihi data ésse video. *Ty.* Quíd cessatis, cómpedes,
Cúrrere ad me mésque amplecti crúra, ut vos custódiam?
*He.* Sátin' med illi hodié scelesti cápti ceperúnt dolo? 120
Íllic servom se ádsimulabat, híc sese autem líberum;
Núculeum amisí; reliquit pígneri putámina:
Íta mi stolido súrsum vorsum os súblevere offúciis.
Híc quidem me nunquam irridebit. Cólaphe, Cordalió, Corax,
Íte istinc atque efférte lora! *Lo.* Núm lignatum míttimur? 125

## ACTUS III. SCENA V.

*HEGIO. TYNDARUS. ARISTOPHONTES.*

*He.* Iniícite actutum mánicas huic mastígiae!
*Ty.* Quid hoc ést negoti? Quíd ego deliquí? *He.* Rogas,
Satór sartorque scélerum et messor máxume?
*Ty.* Non óccatorem dícere audebás prius?
Nam sémper occant príus, quam sarriunt, rústici. 5
*He.* At út confidentér mihi contra ádstitit!

*subrufus*, ut Ter. Andr. II, 6, 16. *Subtristis visust esse aliquantillum mihi.* Lind. *Subrufus*, *aliquantum cr.*

116. Lambinus ante *ut* supplet *ita*, quasi sit: res mihi ita se habere videtur, ut etc.

119. Sic Asin. II, 2, 30. Cf. Aristoph. Plut. 275.

120. Vett. *captivi.* Nostr. V. C. et Pall. Ab initio omnes *Satin' me.* Putaverim potius: *Satine me.*

122. Vulg. et vett. *Nucleum.* Both. ex codd. *Nuculeum.* — *pigneri* Lamb. et vulg. — V. C. Both. Lind. *Pignori.* Sic et *temperi* et *tempori.* Ceterum Lindemannus hic sequitur Bothium et cod. Lips. et alios aliquot, ablegat autem lectorem ad ea quae dixerit ad II, 3, 73. Ibi autem haec: „*Pignori* cum vulg. scripsi, licet putem antique *pigneri* apud Plautum esse scribendum, ut *temperi.*"

123. Sic vulg. — Vett. *Ita mihi stolido suis os s.* Codd. *sursum vorsus.* Sic *rursum vorsum*, i. e. retrorsum, Amph. V, 1, 63. atque *sursum vorsum* est *aufwärts*, neutiquam ἄνω κάτω, quod esset *sursum deorsum.* *os* autem est integra facies, ut supra v. 72. — Rem Nonius tractam putat a genere ludi, quo dormientibus ora pingerentur. Cf. Aul. IV, 6, 2.

125. Fortasse leg. *istim.*

*Act. III. Sc. V.* Prodeunt lorarii, quos Hegio iubet vincire Tyndarum, qui confidenter sese recte egisse defendit. Agnoscit rem, ut gesta sit, Aristophontes, deprecaturque pro illo; sed nihil efficit. Mittitur in lapicidinas Tyndarus.

1. Vulg. ut V. C. et Pall. *Iniicite huic manicas mastigiae*, e quibus Lindemannus fecit creticum trimetrum hunc: *inicite huic mánicas mastígiae!*, quales sint, sui videlicet, supra II, 1, 11 et III, 2, 2. Vett. *Iniicite huic actutum manicas mastigiae*, uti et aliae multae edd. Sed in codd. omisere librarii ignotum sibi v. *actutum*, tamquam nihil vocem. Ergo adiiciatur, uti aliis multis locis similia. Ego enim potius exulare iubeam totum versum, quam non esse senarium in carmine, quo nullus non sit senarius. Ceterum et alibi in scenis primi versus similiter leguntur mutilati, ut Amph. II, 1, 1. As. IV, 2, 1. al.

4. Vett. *dicere debebas prius.* Vulg. V. C. Pall. *audebas*, ut et Lamb. qui tamen in notis praefert l. *debebas.* Cum vulg. Bothius. At Lind. *Non occatorem dicere debebas prius?* Verbum *audere* saepe in Plauto i. e. q. velle, quemadmodum *sodes*, h. e. si audes, i. e. q. si vis, sis. Cf. Trin. 2, 1, 22. Truc. 2, 4, 74. V. indicem.

6. Sic vulg. et vett. — Lind. *At sit mihi confidénter contra ástitit!* Cf. Pseud. I, 5, 44 ubi et duo sequentes versus iisdem verbis recurrunt, quemadmodum et aliis locis repetitiones fiunt in Plauto.

:et innocentem sérvom atque innóxium
ntem esse súom apud herum potíssumum.
stríngite isti, súltis, vehementér manus!
ús sum: tuas quidém vel praecidí iube. 10
d negoti est, quámobrem succensés mihi?
ia mé meamque rém, quod in te unó fuit,
elestis fálsidicis falláciis
avisti, deártuavistíque opes.
sti omnis rés ac rationés meas: 15
éxemisti Philocratem falláciis.
sse servom crédidi, te líberum:
net aiebátis, itaque nómina
ís permutavístis. *Ty.* Fateor, ómnia
sse ita, ut tu dícis, et falláciis 20
eum abs te méa opera atque astútia.
secro hercle te, íd nunc succensés mihi?
cúm cruciatu máxumo id factum ést tuo.
m ne ób malefacta péream, parvi aéstumo.
híc peribo, ast ílle, ut dixit, nón redit: 25
mi hoc factum mórtuo memorábile,
herúm captivum ex sérvitute atque hóstibus
m fecisse líberum in patriam ád patrem,
ne potius mé caput perículo
:avisse, quam ís periret, pónere. 30
cito érgo, ut Acherúnti clueas glória!
i pér virtutem péritat, at non ínterit.
ando égo te exemplis éxcruciaro péssumis
íb autelas túas te morti mísero,
ínterisse vél perisse praédicent. 35
!reas, nihil intérduo, dicant vívere.

*uus sum.* Vide Amph. II, 1, 7.
V. C. et vett. *tuas* i. e. has
nus, quae tuae sunt. Both. et
*has* ex quibusd. codd.
tt. omittunt *est*.
tt. *Ita mi emisisti.* Vulg. *Ita*
*isti.* Ad *exemisti* suppl. ser-
Cf. II, 3, 53. quo loco pariter
li *exemisti*, alii *emisisti*, vett.

e legendum ex vett. scanden-
*Intĕr vós*, ut saepius *inter*,
4, 84. et Amph. IV, 3, 1.) seu
*ωσυλλάβως: 'nter.* Vulg. Both.
*mutastis.*
oth. *parvi existimo*, codicum
secutus. Nostr. vulg. vett. et V.
idum: *parvid aestumo*, quemad-
in quibusdam libris est: *parvi*
*mo.*
C. Pall. vulg. et vett. *ast ille.*
*que.* Lamb. *et ille.*
tt. *Meum herúm captivum ex*
*s.* Vulg. cum V. C. et Pall. *Meum*
*herum captum ex s.* Both. *Herum me*
*captum.* Item Lind. — Lamb. *captivum.*

31. *Acherunti*, i. e. in Acheronte; uti et V, 4, 1. et Cas. II, 8, 12. tamquam urbis nomine. Id autem nomen in Plauto plerumque primam producit, apud alios corripit. *clueas gloria*, i. e. gloria clarus sis.

32. Vett. et vulg. *peritat*, *non interit.* Lamb. cum Camer. *perbitat*, coniunctivo modo. Nonius v. *Perire* hunc l. citans: *perit*, *at non interit.* Lind. *periit*, *at non interit*, praesenti post praeteritum posito. Bene Bosscha ex duobus codd. *peritat*, *at non interit.* Itaque ego, et Bosscham et Nonium secutus, lego: *peritat*, *at non interit.* Repetitur autem quasi illud *at* ex v. 26.

33. Vulg. *excruciavero.* Vett. uti V. C. et Pall. *pessumis excruciavero.*

36. Vett. cum Pall. *nihil interdico*, ut et Lamb., qui expl.: non veto. Vulg.

*Ty.* Pol si ístuc faxis, haúd sine poena féceris,
Si ille húc redibit, sícut confido ádfore.
*An.* Proh di ímmortales, núnc ego teneo, núnc scio,
Quid sít hoc negoti: méus sodalis Phílocrates 40
In líbertate est ád patrem in patriá. Bene est,
Nec ést quisquam mihi, aéque melius quoí velim.
Sed hóc mihi aegre est, me huíc dedisse operám malam,
Qui núnc propter me méaque verba vínctus est.
*He.* Vetuín' te quidquam mi hódie falsum próloqui? 45
*Ty.* Vetuísti. *He.* Cur es aúsus mentirí mihi?
*Ty.* Quia véra obessentílli, quoi operám dabam;
Nunc fálsa prosunt. *He.* Át tibi oberunt. *Ty.* Óptume est.
At hérum servavi, quém servatum gaúdeo,
Quoi mé custodem addíderat herus maiór meus. 50
Sed málene id arbitráre fáctum? *He.* Péssume.
*Ty.* At ego áio recte, qui ábs te seorsum séntio:
Nam cógitato: sí quis hoc gnató tuo
Tuus sérvus faxit, quálem haberes grátiam?
Emítteresne, nécne, eum servóm manu? 55
Essétne apud te is sérvus acceptíssumus?
Respóude. *He.* Opinor. *Ty.* Cúr ergo iratús mihi es?
*He.* Quia illí fuisti, quám mihi, fidélior.
*Ty.* Quid? tu úna nocte póstulavisti ét die
Recéns captum hominem, núperum et novítium, 60
Te pérdocere, ut mélius consulerém tibi,
Quam illí, quicum una púero aetatem exégeram?
*He.* Ergo áb eo petito grátiam istam! — Dúcite,
Ubi pónderosas crássas capiat cómpedes!
Inde íbis porro in látomias lapidárias; 65
Ibi, quom álii octonos lápides effodiúnt, nisi
Cotídiano sésquiopus conféceris,

n. *interduo*, ex emendatione Gulielmi. Cf. Rud. II, 7, 22. Trin. IV, 2, 152. Ceterum per versum possit legi *interdico* sic pronunciatum: *'nterdico*, ut saepe *inter*, *inde* etc. Verum non dubium est, propter non intellectum v. *interduo* notiorem dictionem ab librariis in cdd. esse repositam.

42. Vett. *Nec quisquam est m.* Nostr. vulg. Lind. *Nec est mihi qu.*

60. Vett. *et nuperum et n.* Vulg. omittit prius *et*, Lindemannus utrumque.

62. Vulg. *una a puero.* Vett. cum V. C. et Pall. omnibus *quicum una puero*, omissa praepositione, i. e. *quocum puero una*, quod praeplacet.

66. Hunc et seq. versum aliter, atque nos cum Bentleio (ad Ter. Heaut. IV, 5, 7.) dedimus, ordinatos exhibent vett.: *Ibi quum octonos alii lapides effodint* (sic), — *Nisi quotidianum sesquiopus confeceris*, *Sesc.* etc. Vulg. *Ibi cum alii octonos lapides effodint*, — *Nisi cotidianus sesquiopus confeceris*, *Serc.* etc. Lectio *cotidiano*, i. e. quotidie, debetur Gulielmo, eamque probat Bentl. ad l. l. Quaeritur tamen, an non legi possit hoc verbum *i* litera elisa, ut ictus in syllaba *co* ponatur; dehinc, an non *effodint*, quam vocem nihili iudicat Bethius, aeque bene possit obtinere, atque *edint;* denique an vere ita, ut Bentleius credit, abhorreat ab h. l. coniunctivus. Saltem Bosscha etiam dedit: *effoderint*, quod et Lambinus habet. Atque memorabile est, vett. legere: *octonos alii*, non *alii octonos*, ut vulg. Me tamen, ut semel recepiam tuear, movet verbi *Ibi* prosodia. Non enim statim in prompto est locus, in quo illud ab initio versus positum iambum efficiat. Ceterum *effodiunt* habent omnes Pall. — Pro *cotidiano* Pareus in textu *cotidianus*, in notis *cotidianos*.

oplago nómen indetúr tibi.
r déos atque homines égo te obtestor, Hégio,
stunc hominem pérduis! *Hg.* Curábitur; 70
ictu nervo vínctus custodíbitur;
is sub térra lapides éximet.
o húnc cruciabo; nón uno absolvám die.
rtúmne est tibi istuc? *Hg.* Nón moriri cértiust.
e istum actútum ad Hippolytúm fabrum: 75
huic crassas cómpedes impíngier.
tra portam ad méum libertum Córdalum
idinas fácite deductús siet;
húnc me velle dícite ita curárier,
deterius huíc sit, quam quoi péssume est. 80
ir égo te invito me ésse salvom póstulem?
m vitae méae stat tuo perículo.
órtem in morte níhil est, quod metuám, mali;
rvivo usque ád summam aetatém, tamen
spátium est perferúndi, quae minitás mihi. 85
que salve; etsi, áliter ut dicám, meres.
stophontes, dé me ut meruisti, íta vale:
íhi propter te hoc óbtigit. *Hg.* Ohe, abdúcite!
únum hoc quaeso, si húc rebitet Phílocrates,
éius facias cónveniundi cópiam. 90
erístis, nisi hunc iam é conspectu abdúcitis!
is haéc quidem hercle est, ét trahi et trudí simul.
ic ést abductus récta in phylacam, ut dígnus est.
ís captivis áliis documentúm dabo,
quisquam fácinus incipere aúdeat: 95
bsque hoc esset, quí mihi hoc fecít palam,
óbfrenatum súis me ductarént dolis.
értum est nulli póst haec quidquam crédere:

urabitur. Nimirum alio significat verbum *perduis*, tamquam si *mittas*.
othius dedit *dicito*, ex Guelph. mque Lindemanus. Reliqui omte, id quod unice loco convenire idet. Vett. cum V. C. *Atque me velle dicite curarier.* Item nisse tamen *me*. Lamb. *Atque velle me dicite curarier.* Cod. B. *cruciarier.*
ulg. *ne qui.* Vett. *Ne quid.* autem i. e. q. ne qua in re.
ensus: non est magnopere quod , aut postulem me salvum esse. ve vitae est spatium.
tat *tuo periculo.* Nam si ego tibi servus perierit.
iber Monacensis habet: *obtigit.* bducite. Hinc Bothius: *obtigit.* ! *Hg. Abducite!* Ego quid inde , vides lector, speroque tibi placiturum. Nam *ohe* neque vulgata habet, neque vett.

93. Vett. *Illic abductust.* Nostrum vulg. et V. C.

96. *Quod* pleonastice adiectum putant, uti in *Quodsi*, *quodnisi*. Mihi tamen potius causale videtur, ut sit i. q. *quia*. — *absque hóc esset*, nota locutio; sensus: nisi hic (Aristophontes) mihi adfuisset. Sic Men. V, 7, 33. *Namque absque te esset, hodie nunquam ad solem occasum viverem.* Bacch. III, 3, 8. *Nam absque te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium probum.* Cf. Ter. Hec. IV, 2, 25. Phorm. I, 4, 11.

97. Vett. *Usque offerre natum suis m. etc.*, uti plerique codices. Langiani tamen: *offerenatum* et Ms. Camer. *oferenatum.* Hinc Guilelmus in Verisimil. III, 1. dedit *offrenatum*, h. e. quasi capistro vinctum.

98. *post haec.* Sic vett. et vulg. —

Satis súm semel decéptus. Speraví miser,
Ex sérvitute me éxemisse filium; 100
Ea spés elapsa est. Pérdidi unum filium
Puerúm quadrimum, quém mihi servos súrpuit,
Neque éum servom unquam réperi, neque filium;
Maiór potitus hóstium est. Quod hoc ést scelus?
Quasi in órbitatem líberos prodúxerim! 105
Sequere hác: reducam te, úbi fuisti. Néminis
Miseréri certum est, quía mei miseret néminem.
*Ar.* Exaúspicavi ex vínclis; nunc intéllego
Redaúspicandum esse ín catenas dénuo.

## ACTUS IV. SCENA I.

*ERGASILUS.*

Iúpiter supréme, servas mé measque augés opes!
Máxumas opímitates ópiparasque offérs mihi:
Laudém, lucrum, ludúm, iocum, festívitatem, férias,
Pompám, penum, potátiones, sáturitatem, gaúdium;
Néc quoiquam homini súpplicare mé nunc est certúm mihi: 5
Nam vél prodesse amíco possum, vél inimicum pérdere:
Ita híc me amoenitáte amoena amoénus oneravít dies!
Síne sacris heréditatem sum áptus effertíssimam.
Núnc cursum ad seném capessam hunc Hégionem, quoí boni
Tantum áffero, quantum ípsus a diis óptat, atque etiam ámplius. 10
Nunc cérta res est: eódem pacto, ut cómici serví solent,
Coniíciam in collum pállium: primo éx med hanc rem ut aúdiat;
Speróque, me ob hunc núntium aetérnum adepturúm cibum.

---

Both. et Lind. *posthac* ex cod. Guelf., ubi notior dictio veriori facile substituta fuerit. *Posthaec* occurrit Ter. Adelph. III, 2, 20. *posthaec praecipitem darem.* Sic et *postilla*, *posthoc* apud Festum, *posthinc* apud Virg.

103. *Neque eum.* Sic vett. et Pareus. — Vulg. *Neque enim.*

107. Vett. *quia mei miseret nemo.*

108. *Exauspicavi*, h. e. opinatus fueram, speraveram, me liberum futurum; *redauspicandum*, i. e. redeundum. Operose Lambinus, quem tamen unice probat Lindemannus.

*Act. IV. Sc. I.* Advenit Ergasilus ex portu, nunciatum Hegioni, filium redisse.

5. Nec in vulg. nec. vett. legitur *me;* deinde omnes *certum est mihi.*

7. Vett. *onerat.* De verborum sono cf. Amph. I, 1, 125. *optume optumo optumam operam.*

8. Hic versus apud Bothium quintus est, sine idonea causa loco motus. — *Sine sacris*, h. e. sine ullo onere. Nam cuius quis heres factus erat, eius et sacra familiaria in sese recipiebat. De qua re cf. Cic. de Leg. II, 19. *ne morte patrisfamilias sacrorum familia occideret, et ut iis essent ea adiuncta, ad quos eiusdem morte pecunia venerit.* Sic et lex ib. cap. 9. *Sacra privata perpetua manento* Cf. et Trin. II, 3, 83. — *aptus* ab *apisci.*

9. Sic vett. — Vulg. et Pall. *Nunc ad senem cursum*, uti Both. Lind.

10. Vett. *quantum ipse adipisci optat.* Vulg. *quantum ipse a Diis optat.* Both. ex Guelph. *qu. a diis ipse.* Lind. *qu. ipsus a diis.* Codd. apud Bosscham: *ipse a diis optat.* Bossche dedit: *ipse a diis sibi.* Camerario debetur *adipisci*, quod unde sumserit, non apparet.

11. *Nunc certa res est.* Sic vett. cum V. C. et Pall. — Vulg. *Nunc res certa est.*

12. *coniiciam in collum pallium*, videlicet quo celerius possim currere. Cf. Ter. Phorm. V, 6, 4. 23.

# ACTUS IV. SCENA II.

*HEGIO. ERGASILUS.*

ıanto ín pectore hánc rem meó magis volúto,
mi aegritúdo auctiór est in ánimo,
nc modúm sublitum ós esse mi hódie;
íd perspicere quívi.
uóm scibitúr, 5
ıem irridébor.
:xtémplo ad forum ádvenero, ómnes loquéntur:
est senéx ductus, quoí verba dáta sunt!
gasilus éstne hic, procúl quem vidéo?
ı quidem ést pallió. Quidnam actúrust? 10
ove ábs te moram [ómnem] atque, Érgasile, age hánc rem!]
nterminórque, ne quis míhi obstiterit óbviam,
i sat diú vixisse sése homo arbitrábitur:
ıi obstiterit, óre sistet. *He.* Híc homo pugilatum íncipit.
:ere certum est. Proínde ut omnes ítinera insistánt sua, 15
in hac plateá negoti cónferat quidquám sui:
:us est balísta pugnus, cúbitus catapulta ést mihi,
s aries; túm genu ut quemque ícero, ad terrám dabo;
;os omnís mortalis fáciam, quemque offéndero!
ae íllaec eminátio est? nam néqueo mirarí satis. 20
:iam, ut eius diéi locique meíque semper méminerit.
in cursu obstíterit, faxo vítae is obstiterít suae.
íd hic homo tantum íncipissit fácere cum tantís minis?

'I. *Sc. II.* Prodit Hegio con-
e sua re male gesta. Erga-
m non conspiciens, longasque
:lamitans, cursum instituit ad
ı. Pultat. Alloquitur eum He-
erque factus de adventu filii,
i rem cibariam in domo sua
committit.

. *sublitum mihi os esse Hodie*
alg. *subl. os esse Hodie mihi?*
*scibitur* Lind. addit *tum* ut
existat. Ego nihil muto, exi-
verba *Neque id perspicere*
*uod cum scibitur*, *per urbem*
serius esse adiecta, ut multa
.

Bothius et Lindem. cum Dousa
*octus*; at et vulg. et vett.
e. deceptus. Cf. 3, 4, 109.
, 26. Epid. 3, 2, 15. ut non
ium.

sae signum ante *video* posuit
hiusque olim inserverat *ego*.
catalecticus, quales innumeri

ıc quoque versum additicium
am probabile est, statim a
rsum esse Ergasilum. Acce-
duo haec argumenta, primum
quod illud *omnem*, quod addidit Bosscha et hunc secutus Lind., nullo in libro legitur, deinde quod ab initio seq. vs. legitur *Eminor*, contra metrum, quae lectio orta est ex adscripto antiquitus nomine Ergasili *E. minor*.

12. Vulg. Vett. Both. Lind. *Eminor*. V. not. ad v. 11. Ceterum similes currentium per plateam iactationes vide Curc. II, 3. Merc. I, 1. Stich. I, 4. Trin. IV, 3.

13. Vett. *Nisi quis*, uti Pall.

14. *ore sistet*, non pedibus insistet, sed ore, h. e. capite, i. e. cadet humum, a me prostratus iacebit. Cf. Curc. II, 3, 8.

15. *itinera insistant*, i. e. pergant. Ter. Eun. II, 3, 2. Phorm. I, 4, 15. V, 6, 8. ubi est: *cursum cum institeris?* In vett. deest *ut*, quod habet vulg.

18. Vulg. *ad quemque*. Vett. *ut quemque*. Nostr. Bothius. Vulg. Lind. *genu* absque duplo ablativo positum. Nam post commemoratum pugnum, cubitumque et humerum, etiam genu se obvium quemque esse conculcaturum minitatur.

22. Sic vett. — Vulg. *vitae extemplo obst. s.* — Versum 21. Bothius post v. 22. collocavit.

*Er.* Príus edico, né quis propter cúlpam capiatúr suam:
Cóntinete vós domi! prohibéte a vobis vím meam! 25
*He.* Míra edepol sunt, ni híc in ventrem súmsit confidéntiam.
Vaé misero illi, cúius cibo iste fáctust imperiósior!
*Er.* Túm pistores scróphípasci, quí sunt furfurí sues,
Quárum odore praéterire némo pistrinúm potest,
Eórum si quoiúsquam scropham in público conspéxero, 30
Éx ipsis dominís meis pugnis éxculcabo fúrfures.
*He.* Básilicas edictiones átque imperiosás habet:
Sátur homo est; habét profecto in véntre confidéntiam.
*Er.* Túm piscatorés, qui praebent pópulo piscis foétidos,
Qui ádvehuntur quádrupedanti crúcianti cauthério; 35
Quórum odos subbásilicanos ómnis adigit ín forum:
Eís ego ora vérberabo sírpiculis piscáriis,
Út sciant, aliéno naso quam éxhibeant moléstiam.
Túm lanii autem, quí concinnant líberis orbás oves,
Quí locant caedúndos agnos, ét duplam agninám danunt, 40
Quí petroni nómen indunt vérveci sectário;

26. Vett. *Mirum acdepol, ni hic.* Nostr. vulg. et Pall.

27. vulg. vett. cum V. C. *imperiosior.* Both. cum Pall. 5. *impensior.* — Lind. cum vulg. Cf. v. 32.

28. *scrophipasci*, qui sues nutriunt. vett. *furfuri.* vulg. et Pall. *furfure.*

35. *crucianti*, quia cruciatur qui insidet.

36. *subbasilicanos*, otiosos homines, qui sub basilica ambulabant. Sic Curc. IV, 1, 11. *Ditis damnosos maritos sub Basilica quaerito: Ibidem erunt scorta exoleta, quique stipulari solent.* Similiter Cic. Ep. ad Div. VIII, 1, *subrostrani* vocantur, qui quotide rostris adsident, iudicia spectantes. Prima autem Romae Basilica videtur fuissa ea, quam M. Porcius Cato aedificaverat, de qua Plut. in vita Catonis haec scribit: Ἡ δὲ καλουμένη Πορκία βασιλικὴ τιμητικόν ἦν ἀνάθημα τοῦ παλαιοῦ Κατωνος. Εἰωθότες οὖν ἐκεῖ χρηματίζειν οἱ δήμαρχοι etc. cap. 5. et Cat. Mai. 12. Liv. 39, 44. Medio in foro erat basilica Aem. Paulli. Cf. Cic. ad Attic. IV. 16. Ea tamen Caesaris demum tempore aedificata. — Vett. et vulg. cum Paj. 3 et 4. *omnes abigit in forum.* Sed Prisclanus, qui citat hunc versum lib. I, 7, legit: *adigit* (al. *adegit*), quod et probat Lindemannus, qui tamen in textu habet vulgatam. Sensus: qui cum advehuntur, malo suo odore efficiunt, ut il, qui sub basilica morantur, ea relicta, omnes in forum se conferant.

37. *sirpiculis*, a sirpendo, h. e. alligando, dictis: *Fischreufsen.* Vett. *surpiculis*, al. *sirpulis.*

39. *concinnant*, i. e. faciunt, ut oves fiant liberis orbae. V. Indicem v. *concinnare.*

40. Vulg. et vett. et Pall. *et duplam agninam danunt.* Both. *et duplo.* Lind. *et dupla*, ut dupla sit duplum pretium. Cf. Varr. de re rust. II, 10. *aut si mancipio non datur, dupla promitti*, aut, *si ita pacti, simpla.* Sic et Pandect. multis locis. Omnia tamen, quoniam locus a neminedum plene est intellectus, lectio omnium librorum non erat mutanda. Mihi potius ad qualitatem carnis videtur respexisse, quam ad pretium. *locant caedundos agnos*, h. e. promittunt tibi, paciscuntur, se tibi de suo grege agnos esse caesuros, at pro agnina carne *duplam agninam* dant, h. e. non agnis, sed vetulis ovibus caesis, quemadmodum senes vocantur bis pueri. Nam qui quaeso poterant, locatione semel facta, deinde duplum pretium postulare? Denique non erat parasitorum, pretium magnopere rerum curare, ut qui plerumque de alieno pascerentur. At ut qualitas esset bona, hoc magnopere eorum intererat. Nihili igitur Rostii explicatio.

41. *Sectarius* neque quid sit, satis liquet, neque quo pertineat; potest enim trahi et ad petronem et ad vervecem, sicuti in seqq. *petronem* potest proprio sensu, potest et ironico accipi. Sunt qui *sectarium* deducant a *sequi*, ut sit qui sequatur oves feminas; sunt qui a *seccando*, ut sit i. q. castratus. Sensus tamen videtur: qui petroni, h. e. aristi rustico, duro, aspero, indunt nomen ver-

Éum ego si in viá petronem pública conspéxero,
Ét petronem et dóminum reddam mórtales misérrumos.
*HE.* Eúgepae! edíctiones aédilitias híc quidem habet;
Mírumque adeo est, ni húnc fecere síbi Aetoli agoránomum. 45
*ER.* Nón ego nunc parasítus sum, sed régum rex regálior:
Tántus ventri cómmeatus méo adest in portú cibûs.
Séd ego cesso hunc Hégionem oneráre laetitiá senem,
Quí homine hominum adaéque nemo vívit fortunátior?
*HE.* Quae íllaec est laetítia, quam illic laétus largitúr mihi? 50
*ER.* Heús, ubi estis vós? [aperite!] écquis hoc aperit óstium?
*HE.* Híc homo ad coenam récipit se ad mé. *ER.* Áperite hasce ambás foris,
Priúsquam pultando ássulatim fóribus exitium áffero!
*HE.* Perlúbet hunc hominem cólloqui. Ergásile! *ER.* Ergasilum quí vocat?
*HE.* Réspice ad me. *ER.* Quód Fortuna tíbi nec faciet, néc facit, 55
Mé iubes. Séd quis est? *HE.* Hégio sum. *ER.* Óh mihi
Quántum est hominum óptumorum óptume, in tempore ádvenis.
*HE.* Néscio quem ad pórtum nactus és, ubi coenes: éo fastidis.
*ER.* Cédo manum! *HE.* Manúm? *ER.* Manum, inquam, cédo tuam actutúm! *HE.* Tene.
*ER.* Gaúde! *HE.* Quid ego gaúdeam? *ER.* Quia ego ímpero. Age, gaudé modo! 60

vocis sectarii, quippe cuius caro erat dulcior, quam petronis.

44. Vett. *Euge ed.* Vulg. *Eugepe.* Deinde vett. *hic quidem habet*, idque unice recte. Nam *hic* breve. Vulg. *hic habet quidem*, ut Pall. Both. *quidem* plane omisit. Lind. *Euge! Edictiónes aedilitias hic habet quidem.* Perperam.

47. In vett. deest *cibus*, quod habet Priscianus, qui hunc locum citans, *cibus* recte ait esse genitivum pro *cibi;* constructio enim est: tantus cibi commeatus ventri meo nunc adest in portu.

49. Vett. *Quoi hominum*, vulg. *qui homine.* Sed recte iam Lamb. *Qui homine hominum*, utrumque coniungens, uti et Both. et Lind. *Qui homine* i. e. q. quo homine. In Pall. vox *hominum* deest.

51. Vulg. *Heus! ubi estis? ecquis hoc aperit ostium? H. Hic homo* etc. Vett. *Heus heus ubi estis? Ecquis hoc mihi aperit ostium? HEG. hic homo* etc. Lamb. *Heus, ubi estis vos? ecquis hoc aperit ostium? H. hic homo* etc. Lind. cum vett. dedit senarium iambicum. Ego, recordatus loci in Amphitruone, ubi IV, 1, 12 haec leguntur: *Aperite hoc! heus ecquis hic est? ecquis hoc aperit ostium?* Lambini lectioni addidi imperativum *aperite*, quo tetrameter existeret, solitoque metro oratio procederet.

53. vett. *assultatim.* vulg. *assulatim.* Versum, uti dedimus, citat Nonius v. *assulatim.*

55, 56. Vett. et vulg. *Respice.* Er. *fortuna quod tibi nec facit, nec faciet, Hoc me iubes. sed tu qui es?* (vulg. *sed qui es?) H. respice ad me. Hegio sum.* Er. *oh mihi.* Lamb. *Respice. fort. quod tibi nec faciet nec facit, Hoc me iubes. Sed qui est?* etc. Bosscha ad *Respice* addiderat *me*, quod recepit Lind., qui hos habet versus: *Réspice me.* Er. *Fortúna quod tibi néc facit, nec fáciet, hoc — Mé iubes. Sed qui est?* He. *Respice ád me! Hegio sum.* Er. *O mihi, Quántum est hominum óptume optumórum, in tempore ádvenis.* Ego pro nudo *Respice* priori, posui, quae dein sequuntur, *Respice ad me*, infra autem omisi repetitionem plane superfluam; deinde sequentia paullisper transposui, leniterque immutavi, et Creticum interserui, quales saepius interseruntur. Ceterum Ergasilus haec: *Quod fortuna — iubes*, quasi ignorans Hegionem, et iratus ob moram illatam sibi properanti. De re conferto locum similem, Poen. I, 2, 203. *Réspexit! idem pol Venerem credo facturam tibi.*

57. Sic vulg. et omnes libri, quam lectionem mutare nolui, idee quia qui-

*He.* Pól moerores mi ántevortunt gaúdiis. *Er.* Noli iráscier.
Iám ego ex corpore éxigam omnes mácules moerorúm tibi.
Gaúde audacter! *He.* Gaúdeo, etsi níl scio, quod gaúdeam.
*Er.* Béne façis. Iubé ... *He.* Quid iubeam? *Er.* Ígnem ingentem fieri.
*He.* Ígnem ingentem? *Er.* Ita díco: magnus út sit. *He.* Quid? me, vólturi, 65
Túan' causa aedis íncensurum cénses? *Er.* Noli iráscier.
Iúben', an non iubés, adstitui aúlas? patinas élui?
Láridum atque epulás foveri fóculis ferventibus,
Álium pisces praéstinatum abíre ... *He.* Hic vigilans sómniat.
*Er.* Álium porcinam átque agninam et púllos gallináceos ... 70
*He.* Scís bene esse, sí sit, unde. *Er.* Pérnam átque ophthálmiam,
Hórseum, scombrum, ét trigonem, et cétum, et mollem cáseum?
*He.* Nóminandi istórum tibi erit máge quam edundi cópia
Híc apud me, Ergásile. *Er.* Mean' me caúsa hoc censes dícere?
*He.* Néc nil hodie néc multo plus tu híc edes (ne frústra sis): 75
Proín' tu tui quotídiani víeti ventrem ad me áfferas.
*Er.* Quín ita faciam, ut túte cupias fácere sumtum, etsi égo vetem.
*He.* Égone? *Er.* Tu nae. *He.* Túm tu mi igitur hérus es. *Er.* Imo bénevolens.
Vín' te faciam fórtunatum? *He.* Málim, quam miserúm quidem.
*Er.* Cédo manum! *He.* Hem manúm! *Er.* Di te omnes ádiuvant! *He.* Nil séntio. 80
*Er.* Nón enim es in séuticeto: éo non sentis. Séd iube

busdam in locis *optime* videtur ab initio cerripi.

61. *antevortunt*, i. e. plus habeo moerorum, quam gaudii; moerores superant gaudia. — In fine versus Lindemannus recepit Acidalii coniecturam, qui pro librorum omnium lectione: *noli irascier*, scribi iubet: *non ita est; scies.* quia *noli irascier*, quod et infra (v. 66.) legatur, non sit huic loco accommodatum. Sed irasci hoc loco, uti et infra, omnino non iram, cui neque v. 66 locus est, sed in universum vehementiorem animi affectum significat; uti apud nos: *Sei nur nicht hitzig!* Sic moeror quoque vehementior est dolore aut luctu, uti distinguit Cic. Tusc. IV, 6 et 8.

65. Vulg. *quid? me, vulturie.* Vett. *quid volt uri?* Lamb. *quid in eo volt urier?* Vulturium vocat ob edacitatem. *Me* vett. sequente versu habent post *causa.*

68. *foculis ferventibus.* Sic et libri omnes, et vulg. et vett. neque mutandum. Occurrit enim idem verbum longa prima Pers. I, 3, 24: *At edes; nam iam intus ventris fumant focula*, Noniusque focula ait esse i. q. nutrimenta, a fovendo. Lind. dedit: *foculis in ferventibus*, atque foculos ferventes falsae ignitabula ferrea, quae portari potuerint, et in quibus cibi fuerint soliti coquier.

69. *praestinatum*, i. e. emtum ante omnia. Cf. Epip. II, 2, 94. *Ut eam praestines argento, priusquam veniat filius.*

71. *bene esse*, i. e. laute coenare. Cf. ad III, 1, 13. — *ophthalmiam*, piscem ab oculorum magnitudine sic vocatum. Vett. cum V. C. *ophthalmia.* Sed quinque Pall. accusativum referunt.

72. Vett. *trigona*, vulg. *trigonum.* Gr. τρυγών, ut putant, i. e. seu turtur, seu ralae genus. — *cetum*, i. e. maioris quoddam piscis genus. — *mollem caseum*, i. e. vel recentem, vel pinguem.

75. *tu hic edes.* Sic vulg. et vett. — Bothius omisso *hic*, reliqua ex vett. *ne frustra sis*, ut et Lind. Vulg. *ne frustra sis*, et recte. Cf. Menaechm. IV, 3, 18. *Tu húc post hunc diém pedem intro nón feres, ne frústra sis.*

77. Sensus: imo ego faciam, ut tu ipse cupias te facere sumtum etc. Vulg. et vett. *Quin ita faciam, ut te c.*

78. *Tu nae.* Libri: *tunc.* Vulg. et vett. *tute.*

ıa tíbi pura ápparari ád rem divinám cito,
ıue agnum afférri proprium, pínguem. *Hɛ.* Cur? *Eɛ.* Ut sácrufices.
. Quoí deorum? *Eɛ.* Mi hércle: nam ego nunc tíbi sum summus Iúpiter;
m ego sum Salús, Fortuna, Lúx, Laetitia, Gaúdium. 85
ɔín tu deum hunc sáturitate fácias transquillúm tibi.
. Ésurire míhi videre. *Eɛ.* Míhi esurio, nón tibi.
. Tuo árbitratu fácile patior. *Eɛ.* Crédo: consuetús puer.
. Iúpiter te díque perdant! *Eɛ.* Te hércle mi aequom est grátias
ere ob nuntiúm: tantum ego nunc pórto a portu tíbi boni. 90
. Núnc tu mihi placés. Abi, stultus: séro post tempús venis.
. Ígitur olim si ádvenissem, mágis tu tum istuc díceres;
nc hanc laetitiam áccipe a me, quám fero: nam fílium
om modo in portú Philopolemum vívom salvom et sóspitem
li in publicá celoce, ibidémque illum adulescéntulum 95
um una et tuóm Stalagmum sérvom, qui aufugít domo,
ı tibi subripuít quadrimum púerum filiolúm tuom.
. Ábi in malam rem! lúdis me! *Eɛ.* Ita me amábit sancta Sáturitas,
gio, itaque suó me semper cóndecoret cognómine,
ego vidi .... *Hɛ.* Méumne gnatum? *Eɛ.* Túom gnatum et geniúm meum. 100
:. Ét captivom illum Álidensem? *Eɛ.* *Mà τὸν Ἀπόλλω!* *Hɛ.* Et sérvolum
ıum Stalagmum, méum qui gnatum súrripuit? *Eɛ.* *Νὴ τὰν Κόραν!*

2. Vett. *appararier*. Nostr. V. C. Pall.

3. Vulg. et vett. *Atque agnum adi proprium, pinguem*, uti et habet ab. qui notam addit: „tuum. Nam na dis immolare, nefas est.“ *Pro* s coniecerat Scaliger, cui Bothius idit unum, quod interdum pleonastice quam articulus adiicitur. Cf. As. III, 13. *una pars orationis*. Sed versus be constabit, si non elidatur *Atque* ium. Lindemannus tamen cum Bothio.

4. Et vulg. et vett. *tibi nunc*.

6. Sic vett. — Vulg. *Proinde tu* m *huncce*. Leg. *déŭm*.

7. Vulg. vett. Both. Lind. *Mihi qui* s *esurio, non tibi*. Verum enim- o aut exterminandum *quidem*, aut ndum: *haud tibi*, ut sane saepius ndandum est.

8. Hic versus abest in vett. et in abini textu, quamquam in notis lega- , sed hoc modo: *Hɛ. Credo: tuo itratu; facile patior. Eɛ. Consue- puer.* Sed dubium nullum, sic le- dum esse, uti nos dedimus ex V. C. Pall. Acidalio, Both. Lind. Similem locum vide Aulul. IV, 4, 10.

91. Sic unice recte vett. Nam vulg. verba: *Nunc — places* tribuit Ergasilo, Gronoviusque explicat: „Nunc aliam coenandi conditionem non circumspiciam; nunc nihil vereor, ne hoc loco sit coena aspera.“ At sine dubio dictio ironice est accipienda: *Nun wärest du mir recht!* Iusserat enim eum *temperi* adesse.

92. Sensus: prius si advenissem, rectius tu ita diceres, quia non attulissem tam laetum nuncium. Cf. Trin. 4, 2, 23.

100. Fortasse legendum: *meumne gnatum?* Sed et vulg. et vett. *meum gnatum*. Both. *Gnatum meum?*

102. Vett. *νὴ τὰν σόραν*, ut intelligatur Sora oppidum in Campania. At illud longa prima profertur. Cf. Sil. Ital. VIII, 396. Iuv. III, 223. Legendum igitur *κόραν*, quod et Proserpinam denotat, et oppidum Italiae, cuius mentio fit in Plin. H. N III, 5. Sil. VIII, 379. Liv. II, 16. VIII, 19. Luc. VII, 392. Ipse autem hic duplex qui subest vocabulo sensus, in causis est, quare Erg.

*Hɛ.* Iám diu .... *Eɛ.* *Νὴ τὰν Προαινέστην;* *Hɛ.* Vénit? *Eɛ.* *Νὴ τὰν Σιγνίαν!*
*Hɛ.* Cérton'? *Eɛ.* *Νὴ τὰν Φρουσινῶνα.* *Hɛ.* Víde, sis! *Eɛ.* *Νὴ τὰν Ἀλάτριον!*
*Hɛ.* Quíd tu per barbáricas urbis iúras? *Eɛ.* Quia enim item ásperae 105
Súnt, ut tuom victum aútumabas ésse. *Hɛ.* Vae aetatí tuae!
*Eɛ.* Quíppe quando míhi nil credis, quód ego dico sédulo.
Séd Stalagmus quóius erat tunc nátionis, quom hínc abit?
*Hɛ.* Sículus. *Eɛ.* At nunc Sículus non est: Bóius est; boiám terit:
Liberorum quaérundorum caúsa ei, credo, uxór data est. 110
*Hɛ.* Díc: bonan' fidé tu mi istaec vérba dixistí? *Eɛ.* Bona.
*Hɛ.* Di ímmortales, íterum gnatus vídeor, si vera aútumas!
*Eɛ.* Án tu dubium habébis, etiam sáncte quom ego iurém tibi?
Póstremo, Hegió, si parva iúriiurando ést fides,
Víse ad portum. *Hɛ.* Fácere certum est. Tu íntus cura, quód opus est. 115
Súme, posce, próme quidvis! té facio cellárium.
*Eɛ.* Nam hércle, nisi mantíscinatus próbe ero, fusti péctito.
*Hɛ.* Aéternum tibi dápinato víctum, si vera aútumas!
*Eɛ.* Únde id? *Hɛ.* A me meóque gnato. *Eɛ.* Spónden' tu istud? *Hɛ.* Spóndeo.
*Eɛ.* Át ego, tuom tibi ádvenisse filium, respóndeo. 120
*Hɛ.* Cúra, quam optumé potes! *Eɛ.* Bene ámbula et redámbula!

---

post deos, per urbes barbaricas iurare incipiat, quae fortasse asperitate tum fuerint famosae aut malae notae.

104. Vulg. *νὴ τὸ Ἀλάτριον.* Vett. *νὴ τὸν Ἀλάτριον.* Lamb. *νὴ τὸν Ἀλέτριον*, int. Aletrinum, Campaniae oppidum, unde Aletrinates Plin. H. N. 3, 11. Sed et Alatrium apud Strabonem legitur inter Campaniae oppida, et Alatrinates Liv. 9, 43. Sane autem articulus reponendus foeminino genere *τάν*, quemadmodum et codd. *tam* habent.

105. *barbaricas*, i. e. Italicas, Latinas. Cf. As. prol. 11.

107. *Quippe quando* etc. sc. igitur tibi haec (*asperae, ut tuum victum autumabas*) dicta a me sunto. Nam laesum iis esse Hegionem, patet ex verbis eius: *Vae aetati tuae.* — *quando* i. e. q. quandoquidem.

109. *boia* vinculi genus tam ligneum quam ferreum fuisse docet Festus. Cf. As. 3, 2, 5. Al. expl. collare. Boii autem populus notissimus; quamquam et Graeciae urbs Boia in Peloponneso.

112. In vulg. abest *ego*, quod habent vett. cum V. C. et Pall.

115. Vulg. *Tum intus e.* Nostr. Pareus et Both.

117. Libri vel *mantiscinatus* (quod vulg.), vel *mantissinatus*, vel *manticinatus*, vel denique *mantinatus*. Lind. *Nam, hércle, tu, ni mánticulatus.* Vett. *manticulatus.* Manticulari autem est furari, a *manticulis.* Id tamen et metro et rei repugnat, nisi addas, ut L. fecit, *tu*, quod nusquam, nisi cod. Guel. legitur, qui habet: *Nam hercle tu si.* Sensus primarius, quem exprimere vult, sine dubio est: *nisi probe ventrem meum curavero. Probe* enim est: *tüchtig.* Utitur tamen ad id verbo, quod simul involvat vaticinandi notionem, a *μάντις.* Subauditur et quasi *panticinatus*, quemadmodum et quidam legere malunt. — Mantica autem ipsa quoque ventrem significare possit. — Pro *fusti pectito* vett. *f. plectito.* Illud vulg. cum V. C. Et Cf. Rud. III, 2, 47. Poen. I, 2, 145.

118. Vulg. *dapinabo.* Lamb. *dapinabo cibum.* Vett. *dapinato cibum.* Both. *dapinato victum.* Lind. *Aéternum tibi dápinabo victum.* Et *dapes* quidem corripitur; hic autem producitur per licentiam. V. Praef.

## ACTUS IV. SCENA III.

*ERGASILUS.*

Íllic hinc abiit; míhi rem summam crédidit cibáriam.
Di ímmortales, iam út ego collos praétruncabo tégoribus!
Quánta pernis péstis veniet! quánta labes lárido!
Quánta sumini ábsumedo! quánta callo cálamitas!
Quánta laniis lássitudo! quánta porcináriis! 5
Nam ália si memorém, quae ad ventris víctum conducúnt, mora est.
Núnc íbo ad meam praéfecturam, út ius dicam lárido,
Ét quae pendent índemnatae pérnae, eis auxiliúm feram.

---

## ACTUS IV. SCENA IV.

*PUER HEGIONIS.*

Diéspiter te díque, Ergasile, pérdant et ventrém tuom,
Parasítosque omnes, ét qui posthac coénam parasitís dabit!
Cladés, calamitasque, íntemperies módo in nostram advenít domum.
Quasi lúpus esuriens métui ne illic ín me faceret ímpetum;
Nimisque hércle ego illum mále formidabam: íta frendebat déntibus. 5
Advéniens deturbávit totum cúm carni carnárium;
Arrípuit gladium, praétruncavit tríbus tergoribus glándia;
Aulás calicesque omnís confregit, nísi quae modialés erant;
Cocum pércontabatúr, possentne sériae fervéscere;
Cellás refregit ómnis intus, réclusitque armárium. 10
Adsérvate istunc, súltis, servi! ego íbo, ut conveniám senem:
Dícam, ut sibi penum áliud ornet, síquidem sese utí volet:
Nam hóc, ut hic quídem adórnat, aut iam níhil est, aut iam níhil erit.

---

*Act. IV. Sc. III.* 2. Vulg. *iam ut ego collos pr. tergoribus*, i. e. quam probe ego colla praecidam tergoribus suum aliorumve pecorum. Sed imprimis suos intelligendae. *Cf.* Sc. seq. vs. 7. Leg. tamen *tegoribus*. Nam idem *tegus* et *tergus*. *Collus* masc. pro *collum* veteres dixisse, adnotat Festus. Vett. *ut ego callos pr. tergorio*. Al. coni. *pecoribus*.

4. *callo*, i. e. carni durae et crassae. Pseu. III, 2, 2. Pers. II, 5, 4. ubi et similis paronomasia.

7. Vulg. cum V. C. *Nunc ibo ad praefecturam*, *et i.* vett. cum Pal. 5. *Nunc ibo ad meam praef.*, *ut i.*

8. Sic V. C. vulg. vett. Lamb. — Both. Lind. *pernis aux. ut f.* Item vulg. et vett. *ut feram.*

*Act. IV. Sc. IV.* Prorumpit Hegionis puer, hero nunciaturus, quantas intus turbas faciat parasitus.

3. vett. *calamitas*, *quae int.*

4. Versus imperfecte legitur in omnibus editionibus. Vulg. et vett. *Quasi i. e. metui ne in me f. i.* Lamb. post *me* additum habet *quoque*. Both. *Módo* (ex praec. versu). *Quasi lupus es. metui ne in me f. i.* Lindem. e coni. *Quasi si sit lupus es.*, *m.* etc. Ego addidi *illic*.

6. *carni*. Sic Both. — Vulg. vett. *carne*. Post *adveniens* vett. add. *mode*.

7. *glandia*, i. e. glandulas, quae sunt in cervicibus; partem pro toto, i. e. collo. Praetruncavit colla, ut supra Sc. III, 2. Plin. H. N. II, 37. *Tonsillae in homine*, *in sue glandulae*. cf. XVII, 6. Sic Colum. 7, 9. *glandulosa cervix porci*. Marcial. 3, 82. *glandulas apri partitur*.

9. Vox *Cocum* hic, ut et alibi, tamquam monosyllaba, efferenda. Itaque retinendum quod omnes habent *possentne*, nec abiciendum *ne*, ut fecit Lind. — *seriae*, vasa fictilia, in quibus asservabantur carnes sallitae.

## ACTUS V. SCENA I.

*HEGIO. PHILOPOLEMUS. PHILOCRATES.*

*He.* Ioví disque agó gratiás merito mágnas,
Quom té reducém tuo patrí reddidérunt,
Quomque éx miseriís plurimís me exemérunt,
Quae adhúc, te caréns dum hic fuí, sustentábam;
Quomque húnc conspició in potéstate nóstra; 5
Quomque haéc huius repérta est fidés firma nobis.
*Philop.* Sátis iam dolui ex ánimo, et cura méd et lacrumis máceravi;
Sátis iam audivi túas aerumnas, ád portum mihi quás memorasti.
Hóc agamus. *Ph.* Quíd nunc, quoniam técum servaví fidem,
Tíbique hunc reducem in líbertatem féci? *He.* Fecisti, út tibi, 10
Phílocrates, nunquám referre grátiam possím satis,
Proínde ut tu proméritus de me et fílio meo. *Philop.* Imó potes,
Páter, et poteris, ét ego potero, et di éam potestatém dabunt,
Út beneficium bénemerenti nóstro merito múneres,
Sícut tu huic potés, pater mi, fácere merito máxume. 15
*He.* Quíd opus verbis? língua nulla est, quá negem, quidquíd reges.
*Ph.* Póstulo abs te, ut mi íllunc reddas sérvom, quem hic relíqueram
Pígnus pro me, quí mihi melior, quám sibi, sempér fuit:
Pró benefactis éius uti ei prétium possim réddere.
*He.* Quód benefecistí, referetur grátia: id, quod póstulas, 20
Ét id et aliud, quód me orabis, ímpetrabis; átque te
Nólim succensére, quod ego irátus ei fecí male.
*Ph.* Quíd fecisti? *He.* In lápicidinas cómpeditum cóndidi,
Ubi rescivi, míhi data esse vérba. *Ph.* Vae miseró mihi!

13. Vett. *Nam in hoc ut hic quidem adornat, aut iam nihil est, aut nihil erit.* Vulg. *Nam hic quidem ut adornat, aut iam nihil est, aut iam nihil erit.* Sed *hic quidem* tribrachyn faciunt. Legendum *hoc*, ablativo casu, ut *esse* hic pariter construatur, atque alibi *fieri*, velut in dictione: *quid te fiet?* uti recte expl. vett. *in hoc.* Cf. V, 1, 31 *meo minore quid sit factum filio.*

*Act. V. Sc. I.* Laetus redit e portu Hegio, adducens filium suum Philopolemum, et Alidensem Philocratem, servumque, qui sibi alterum filiolum abripuerat quadrimum, Stalagmum. Repetit igitur Philocrates Tyndarum. Is dum arcessitur, Hegio Philocratem iubet introire; ipse quaestionem instituit cum Stalagmo de altero suo filio.

5. Lind. *Quumque húncce conspicio.*

6. Vett. et vulg. *Quumque haec reperta est.* Lind. *Quumque huius reperta est.* Ego addidi *huius.* Possit et: *Quumque haec est reperta*, ut *a* longa proferatur, uti haud raro faciendum.

7. Vulg. et Pall. *me satis.* vett. *me sat.* Cum vett. fack Lind. — Post *maceravi* vulg. cum V. C. et Pall. addit *Hoc!* quod abest a vett. Ceterum in vulg. et vett. haec quoque tributa sunt Hegioni. *Macerare* est: irrigare, aqua infusa. Cf. Ter. Ad. 3, 3, 27.

9. *Hoc agamus*, i. e. mittamus querelas de rebus praeteritis, et potius eà curemus, quae nunc sunt curanda nobis. Cf. Asin. prol. 1. Cist. 1, 1, 83. Cas. II, 6, 49. Curc V, 2, 36.

12. Vulg. *filio meo*, ut et Lamb. Deest *meo* in vett. Both. Lind. et Pall. Sed additum antiquitus fuisse plus quam certum est. Elidendum autem integrum.

14. *benemerenti nostro* i. e. ut Lambinus interpretatur, εὐεργέτῃ ἡμετέρῳ.

15. *merito maxume.* Sic vulg. et vett. At Lind. *merito maxumo.* Sed additum est *maxime*, quo vis augeretur verbi *merito*, quasi sit *meritissimo*, ut Cic. de Orat. I, 55. *Scaevolam amare omnes meritissimo debemus.* Asinar. 3, 3, 147. *Meritissimo eius, quae voles, faciemus.*

19. Vulg. *eius uti ei.* vett. et Pall. *eius uti*, emisso *ei.* Leg. *éi's uti ei.*

'rópter meum caput labores hómini evenisse óptumo! 25
*Ie.* Át ob eam rem míhi libeliam pró eo argenti né duis:
'rátiis ut sit líber, a me abdúcito. *Ph.* Edepol, Hégio,
'ácis benigne! Séd quaeso, hominem ut iúbeas arcessí. *He.* Licet.
'bi estis vos? Íte actutum: Týndarum huc arcéssite.
'ós ite intro. Intéribi ego ex hac státua verbereá volo 30
'rogitare, méo minore quíd sit factum fílio.
'ós lavate intéribi. *Philop.* Sequere hac, Phílocrates, me intró.
*Ph.* Sequor.

---

## ACTUS V. SCENA II.

*HEGIO. STALAGMUS.*

[*Ie.* Áge, tu illuc procéde, bone vir, lépidum mancupiúm meum!
'r. Quíd me oportet fácere, ubi tu, tális vir, falsum aútumas?
'úi ego bellus, lépidus, bonus vir, núnquam, neque frugí bonae;
éque ero unquam. Nae tú spem ponas, mé bonae frugí fore.
[*Ie.* Própemodum, ubi locí fortunae túae sint, facile intéllegis: 5
Sí eris verax, rém tuam facies éx mala meliúsculam.]
écta et vera lóquere. Sed neque tú vere neque récte adhuc
écisti unquam. *St.* Quód ego fatear, crédin' pudeat, quom aútumes?
[*Ie.* Át ego faciam ut púdeat: nám in rubórem te totúm dabo.
'r. Héia, credo ego, ímperito plágas minitaris mihi! 10
ándem ista aufer. Díce, quid fers: út feras hinc, quód petis.
'e. Sátis facundus's; séd iam fieri díctis compendiúm volo.
'r. Út vis, fiat. *He.* Béne morigerus fúit puer; nunc nón decet.
éc agamus. Iam ánimum advorte ac míhi, quae dicam, edíssere.
' eris verax, é tuis rebus féceris meliúsculas. 15

27. Vulg. et V. C. et Pall. et vett. *ratis a me, ut sit liber, abducito.* Lamb. *Gratis a me, ut sit liber, tecum ducito.* Verbum *gratiis*, contra atque fit Bentleius ad Ter. Ad. IV, 1, 26. abus pronunciari posse, exempio est ius Capt. II, 3, 48. Itaque transponendum duxi: *Gratiis ut sit liber, a* ; *abducito.*

28. Lind. *Ubi vos estis?* cum Bosha, contra libros.

*Act. V. Sc. II.* Quaestionem instituit cum Stalagmo Hegio, ex eoque comperit, suum alterum filium esse apud mercatorem quemdam in Aliide, patrem Philocratis. Igitur evocat aedibus Philocratem.

8. *falsum autumas*, i, e. falsum dicis, me esse bonum virum, et lepidum. ego non mirum, si neque ego recte loquor aut ago.

9. Vett. et Lind. *rem tuam facies.* Vulg. *tua ex re facies.* Omnino versus latur suppositicius. Cf. v. 15.

7. Vett. *neque tu vere* vulg. *tu* omittit. Both. et Lind. *neque vere tu.* Sed plerumque personale praemittitur in hac locutione.

8. *Quod ego fatear* etc. Quum ego ipse fassus sim, me nullius esse frugi, an credis me pudere, quum tu dicas illud?

9. *in ruborem dabo*, plagis videlicet ingerundis.

10. *ego* deest in vulg.; habent vett. et Pareus.

12. Sic vulg. Lind. Pareus. — Bothius, ut alibi legitur: *fieri dictis compendi volo.* Cf. As. II, 2, 41. ubi vett. *Verbis velitationem fieri compendio volo.* Cf. Most. I, 1, 58. Stich. II, 1, 41. et Cas. III, 1, 4. sqq.

13. Vulg. et Vett. *fuit puer.* Both. *fui puer*, totumque versum tribuit Stalagmo. Uti nos, ita vulg. vett. Lind. Sensus autem obscoenus.

15. Sic Lamb. — Vett. *tuas res.* vulg.

*St.* Núgae istaec sunt: nón me censes scíre, quí dignús siem?
*He.* Át ea subterfúgere potis es paúca, si non ómnia.
*St.* Paúca effugiam, scío: nam multa evénient, et meritó meo,
Quía et fugi et tíbi subripui fílium et eum véndidi.
*He.* Quoí homini? *St.* Theodóromedi in Álide *Πολυκλουείῳ* 20
Séx minis. *He.* Proh di ímmortales, ís quidem huius ést pater
Phílocratis! *St.* Quin mélius novi, quám te, et vidi saépius.
*He.* Sérva, Iupitér supreme, et me ét meum gnatúm mihi!
Philocrates, per túom te genium óbsecro, exi! té volo!

---

## ACTUS V. SCENA III.

*PHILOCRATES. HEGIO. STALAGMUS.*

*Ph.* Hégio, adsum: sí quid me vis, ímpera. *He.* Hic gnatúm meum
Túo patri sit se véndidisse séx minis in Álide.
*Ph.* Quám diu id factúm est? *St.* Hic annus íncipit vicésimus.
*Ph.* Fálsa memorat. *St.* Aút ego aut tu: nám tibi quadrímulum
Túus pater pecúllarem párvolum pueró dedit. 5
*Ph.* Quíd erat ei nomén, si vera dícis, memoradúm mihi.
*St.* Paégnium vocitátust; post vos índidistis Týndaro.
*Ph.* Cúr ego te non nóvi? *St.* Quia mos ést oblivisci hóminibus,
Néque novisse, quóius nihili sít faciunda grátia.
*Ph.* Díc mihi: isne ístic fuit, quem véndidisti meó patri, 10
Quí mihi pecúliaris dátus est, huius fílius?
*He.* Vívitne is homo? *St.* Argéntum accepi; níhil curavi céterum.
*He.* Quíd tu ais? *Ph.* Quin ístic ipsust Týndarus tuos filius,
Út quidem hic argumenta loquitur: nam ís mecum a pueró puer
Béne pudiceque éducatust úsque ad adulescéntiam. 15
*He.* Ét miser sum et fórtunatus, sí vos vera dícitis:
Éo miser sum, quía male illi féci, si gnatús meust.
Éheu, cur ego plús minusve féci, quamd aequóm fuit!
Quód male feci, crúcior modo, si infféctum fieri póssiet.
Séd eccum incedit húc, ornatus haúd ex suis virtútibus! 20

---

*tuis rebus.* Lind. *tuis ex rebus*, uti Bosscha ex uno codice Voss.

16. Vulg. *quid dignus siem.* — Vett. *quo dignus siem.* Nostrum Lambinus in notis. Lind. *quid.* Cf. IV, 2, 49.

24. *genium.* Sic vulg. — Vett. *ingenium*, uti V. C. et alii Pall.

*Act. V. Sc. III.* Prodit Philocrates, ex quo et ex Stalagmo comperit Hegio, Tyndarum suum esse filium.

6. Vulg. *quid erat.* Vett. *quod erat ei nomen.* Cf. Most. 3, 1, 132. Men. 3, 2, 33. Pers. 4, 4, 71.

9. vulg. *nihili.* vett. et Lamb. *nihil*, uti et Pareus.

16. Sic vulg. At τὸ *vos* deest in V. C. et Pall. — Vett. *Et miser et fortunatus sum, si vera dicitis*, ut *miser* sit in fine producendum.

18. *plus minusque*, h. e. plus mali, minusque boni, quam aequum fuit. *quam* non elidatur. Both. *quamde*, Lind. *illi quam.*

19. Vett. et vulg. et Lamb. sic interpungunt: *Quod male feci, crucior modo, si* etc. Item Bothius. At Lind. *Quod male feci, crucior; modo si inf.* etc. ut sit *modo si* pro *utinam.* Lambinus: „proinde ac si dicat: crucior, sed frustra, quia, quod factum est, infectum reddi non potest.“ Sensus est: crucior modo, an aliqua ratione possit fieri infectum, mecum cogitans. Crucior autem, quia video non posse. Nam *si* i. e. ¢

# ACTUS V. SCENA IV.

*TYNDARUS. HEGIO. PHILOCRATES. STALAGMUS.*

TY. Vídi ego multa saépe picta, quae Ácherunti fierent
Crúciamenta; vérum enimvero núlla adaeque est Ácheruns,
Átque ubi ego fui in lápicidinis. Íllic ibi demum ést locus,
Úbi labore lássitudo est éxigunda ex córpore.
Nam úbi illo adveni: quási patriciis púeris aut monédulae 5
Aút anates aut cóturnices dántur, quicum lúsitent,
Ítidem haec mihi advénienti upupa, quí me delectém, data est ....
Séd herus eccum ante óstium, et herus álter eccum ex Álide
Rédiit! HE. Salve, éxoptate gnáte mi! TY. Hem, quid? „Gnáte mi?"
Áttat, scio, cur té patrem adsimulés esse et me fílium: 10
Quía mihi, item ut paréntes, iucis dás tuendae cópiam.
PH. Sálve, Tyndare! TY. Ét tu, quoius caúsa hanc aerumnam éxigo!
PH. Át nunc liber ín divitias fáxo venies: nám tibi
Páter hic est; hic sérvos, qui te huic híne quadrimum súrpuit,
Véndiditque meó patri te séx minis; is té mihi 15
Párvolum pecúliarem párvolo pueró dedit.
Illic indicium fécit: nam hunc ex Álide huc redúcimus.
TY. Quíd? huius filium? PH. Íntus eccum frátrem germanúm tuom!
TY. Quíd tu ais? addúxtin' illunc húius captivom fílium?
PH. Quín, inquam, intus híc est. TY. Fecisti édepol et recte ét bene! 20
PH. Núne tibi pater hic ést; hic fur est túos, qui parvom hinc te ábstulit.

n; ut: *visam*, *si domi est* Ter. Eun. , 4, 7. *si frater redierit, viso.* Adelph. , 2. etc.

20. *haud ex suis virtutibus.* Sic vulg. um une Vat. cod. et Aldallo allisque iris decus. Vett. *audax suis virtutibus*, atque *audax* plerique: pro *virtutibus* autem alii *viribus*. Intelligantur catenae, quibus vinctus Tyndarus.

*Act. V. Sc. IV.* Compedibus vinctus advenit Tyndarus, referique, qualia passus sit in lapicidina, et agnoscitur Hegionis esse filius.

1. *Acherunti*, h. e. Acheruntie, i. e. i Acheruntie, ut *ruri*, *Carthagini*. am Acheruns tamquam si esset nomen ibis construitur. Vett. *quae sub Acheruntie.*

2. Vett. *nullus adaeque.* Vulg. *nulla*, 3 V. C. et Pall. item Lamb. atque sic nullus v. *Acheruns.*

3. In vett. desideratur *ibi*, quod habet ulg.

4. Vulg. et vett. *lassitudo omni 'st éxigunda*, ut et Lamb. Cdd. *est omnis.* ed neutrum horum per metrum retineri esse patet. Denique vero quod declarare vult, hoc est: illic non somno lassitudo exigenda est, sed labore.

5. *monedulae.* Moris enim erat apud Romanos pueris aviculas dari, quibus se oblectarentur. Cf. Plin. ep. IV, 2.

7. *Itidem haec mihi.* Sic recte vulg., atque *mihi* plene legendum. Vett. *Itidem haec mi.* Non recte Both. et Lind. *Itidem mi haec;* quod unde sit, nescio. Upupam intelligunt malleum ad lapides exscalpendos, quia hoc instrumentum quasi habeat cristam et rostrum, uti upupa. — In seqq. vulg. *qui me delectet*, ut ipse malleus sit intelligendus. Vett. *quae me delectet.* Both. et Lind. *qui me delectem* ex Pal. 1. Guelf. Voss. B.

15. Vett. *vendiditque;* quod si recipias, tum ad *hic servos* suppl. *ille est*, et transponendum: *meo patri.* Nam vulg. haec sic habet: *Vendidit patri meo te*, in quibus metrum quodammodo non recte expletum dicas, quia et pronomen *meo* plerumque, et nomen *pater* cum declinatis valde correpta proferuntur. Ceterum τὸ *que* non legitur in Pall.

18. *Quid? huius filium?* i. e. Quid? nonne et huius Hegionis filium adduxistis?

20. *hic est*, i. e. hic loci, in aedibus.

*Ty.* Át ego nunc hunc grándis grandem [natu] ob fúrtum ad carnuficém dabo.
*Ph.* Méritus est. *Ty.* Ergo édepol merito méritam mercedém dabo.
Séd dic, oro: páter meus tune és? *He.* Ego sum, gnáte mi.
*Ty.* Núnc edepol demum ín memoriam régredior, quom cógito, 25
Quási per nebulam, Hégionem pátrem meum vocárier.
*He.* Égo is sum. *Ph.* Compédibus quaeso ut tíbi sit levior fílius
Átque hic gravior sérvos. *He.* Certum est, príncipium id praevórtier.
Eámus intro, ut áccersatur fáber, ut istas cómpedes
Tíbi adimam, huic dem. *St.* Quói peculi níhil est, recte féceris. 30

---

## CATERVA.

Spéctatores, ád pudicos móres facta haec fábula est:
Néque in hac subagitátiones súnt neque ulla amátio,
Néc pueri suppósitio neque argénti circumdúctio;
Néque ubi amans aduléscens scortum líberet clam suóm patrem.
Húiusmodi paucás poëtae réperiunt comoédias, 5
Úbi boni melióres fiant. Núnc vos, si vobís placet,
Ét si placuimús neque odio fúimus, signum hoc míttite.
Quí pudicitiae ésse voltis praémium, plausúm date!

22. Vulg. *At ego hunc grandis gr. natu ob furtum ad c. d.* Vett. *At ego nunc*, cetera ut vulg.; atque sic plerique codd. et edd. antiquae, ut videatur conlungenda utraque lectio: *At ego nunc hunc.* Quare vel *natu* vel *ob furtum* eliciendum.

23. Vulg. *Ergo edepol meritam mercedem dabo.* Vett. *Ergo aedepol huic meritam mercedem dabo*, ut et Lamb. Bosscha ex Taubmanniana: *merito meritam*, ut et Both. et Lind.

25. Vulg. et vett. *Nunc demum in memoriam redeo, cum mecum cogito.* Lind. *recogito.* Deinde sublungitur alius versus eiusdem argumenti: *Nunc edepol demum in memoriam regredior, audisse me*, quem et Lindemannus recepit. Quivis facile perspicit, factum hic esse, quod et aliis in locis, ut versus duplicis recensionis iuxta se ponerentur; ex quibus verum, ut mihi videtur, Bothius eruit, cuius emendationem recipiendam duxi, ne in fine fabulae lector inepte turbaretur.

26. Pro *vocarier* vett. *nominarier.* Illud Pall. — V. *nebulam* h. l. videtur produci, uti et Cas. 4, 4, 27, quum aperte corripiatur Ps. 1, 5, 48. Poen. 1, 2, 65.

27. Vulg. *Ego sum. Ph. Compedibus quaeso ut tibi sit levior filius.* Item vett. — Lindemannus addidit *is* ante *quaeso.* Bothius: *Hegio sum. Ego is* supplevi.

29. *accersatur.* Sic vett. — Vulg. *arcessatur.*

*Caterva.* sc. histrionum.

2. Pro *neque ulla* vett. *ullave.*

3. *suppositio*, ut in Truculente.

4. Vulg. et Lamb. *patrem suum.* Vett. *suum patrem*, recte, ut habet V. C. et omnes Pall.

6. *boni meliores*, i. e. probi homines in lautiorem veniunt statum et conditionem. Nam plerumque in comoediis perfidia et astutia servorum, lenonum, damnoserumque depingitur.

8. Vett. *praemium voltis.* Nostrum vulg. et Lamb.

# METRORUM IN CAPTIVIS

## DESCRIPTIO.

Prol. et Act. I. Sc. I. et II. Senarii iamb.
Act. II. Sc. I. v. 1 et 2 tetram. iamb. acatal.
v. 3 dimeter iamb.
v. 4, 5 iamb. tetr. catal.
v. 6 iamb. senar.
v. 8, 9 tetr. troch. catal.
v. 10 iamb. tetr. acatal.
v. 11 tetr. cret.
v. 12 dimeter cret.
v. 13 tetr. troch. catal.
v. 14 dimeter cret.
v. 15 tetr. cret.
v. 16, 17 tetr. troch. acatal.
v. 18 tetr. cret.
v. 19 — 21 dimetri cret.
v. 22 — 32 tetr. cret.
v. 33 dimeter cret. catal.
v. 34, 35 dimetri iamb.
v. 36 — 40 tetr. bacchiaci.
v. 41 tetr. troch. acatal.
v. 42 choriambus cum anapaesto.
v. 43 — 49 tetr. cret.
v. 50 — 60 et Act. II. Sc. II. tetr. troch. catal.
Act. II. Sc. III. v. 1 — 24 iamb. senar.
v. 25 — Act. III. Sc. I. tetram. troch. catal.
Act. III. Sc. II. v. 1 Senar. iambicus.
v. 2 dim. iamb.
v. 3 anapaesticus dimeter.
v. 4, 5 bacch. tetramet.
v. 6 dimeter bacch.
v. 7, 8 tetr. bacch.
v. 9 — 11 dochmiaci.
v. 12 tetr. cret. catal.
v. 13 dimeter bacch.
v. 14 — 17 tetr. iamb. catal.
v. 18 senar. iamb.
v. 19. tetr. iamb. acatal.
Act. III. Sc. III. 1 — 9 tetr. iamb. acatal.
v. 10 — 13 tetr. troch. catal.
v. 14 iamb. senar.
v. 15 iamb. tetr. acatal.
v. 16 tetr. troch. catal.
v. 17 sen. iamb.
Act. III. Sc. IV. tetr. troch. catal.
Act. III. Sc. V. senarii iamb.
Act. IV. Sc. I. v. 1, 2 tetr. troch. catal.
v. 3, 4 iamb. tetr. acatal.
v. 5 troch. tetr. catal.

v. 6 — 8 iamb. tetr. acatal.
v. 9. troch. tetr. catal.
v. 10 — 13 iamb. tetr. acatal.
Act. IV. Sc. II. v. 1 — 3 tetr. bacch.
v. 4 clausula, iamb. dimeter catal.
v. 5 dochmiacus.
v. 6 dimeter bacchiacus.
v. 7 — 11 tetr. bacch.
v. 12 — 53 tetr. troch. catal.
v. 54 iamb. tetr. acatal.
v. 55 troch. tetr. catal.
v. 56 tetr. Cretic.
v. 57 — 121 troch. tetr. catal.
Act. IV. Sc. III. troch. tetr. catal.
Act. IV. Sc. IV. v. 1 — 11 iamb. tetr. acatal.
v. 12, 13 troch. tetr. catal.
Act. V. Sc. I. v. 1 — 6 tetr. bacch.
v. 7 — fin. troch. tetr. catal.

# CASINA.

## DRAMATIS PERSONAE.

PROLOGUS.
CHALINUS.
OLYMPIO.
CLEOSTRATA.
PARDALISCA.
MURRHINA.
STALINO.
ALCESIMUS.
COCUS.
ANCILLAE.
GREX.

## SUMMARIUM.

Expositam olim infantem abstulerat servus et ad heram Cleostratam tulerat, quae eam tamquam suam bene pudicoque educaverat. Eam, Casinam dictam, et herus vetulus (Stalino) deperit, et filiusfamilias Euthynicus amat. Et huius quidem amori favens Cleostrata, militi cuidam Chalino eam dari vult, quo commodius illa filius fruatur. Stalino contra eam villico suo Olympioni in matrimonium dari cupit, et post factas nuptias ad vicinum suum Alcesimum abduci, quo ipse ea frui possit. Denique res redit ad sortionem et vincit Olympio. Ergo dolum struunt Cleostrata et ancilla illa. Subornant ipsum Chalinum; eumque tamquam Casinam indutum pro nupta tradunt, quem ad vicinum Stalino et Olympio deducunt. Ubi mox re comperta, prorumpunt uterque et deridentur. Casina deinde reperta est esse filia Alcesimi olim exposita, Euthynicoque in matrimonium datur.

Scena est Athenis.

## ARGUMENTUM.

Consérvam uxorem cónservi duo éxpetunt;
Aliúm senex adlégat, alium filius.
Sors ádiuvat senem; vérum decipitúr dolis:
Ita ei subiicitur pró puella sérvolus
Nequám, qui dominum múlcat atque villicum. 5
Adoléscens ducit cívem Casinam cógnitam.

## PROLOGUS.

Salvére iubeo spéctatores óptumos,
Fidém qui facitis máxumi, et vós Fides.
Si vérum dixi, signum clarum dáte mihi:
Ut vós mihi aequos iam inde a principió sciam.
Qui utúntur vino vétere, sapientés puto, 5
Et quí libenter véteres spectant fábulas.
Antíqüa opera et vérba quom vobís placent,
Aequóm placere est ánte veteres fábulas:
Nam, núnc novae quae pródeunt, comoédiae
Multó sunt nequióres, quam numí novi. 10
Nos póstquam populi rúmorem intelléximus,
Studióse expetere vós Plautinas fábulas:
Antíqüam eius édimus comoédiam,
Quam vós probastis, qui éstis in senióribus:
Nam iúniorum quí sunt, non norúnt scio; 15
Verum út cognoscant, dábimus operam sédulo.
Haec quóm primum acta est, vícit omnes fábulas.

*Argum.* 1. Vulg. *conservi duo.* — ett. cum V. C. *duo conservi.* Pall. o *servi.* — In Pall. autem et V. C. o argumentum postponitur prologo.

3. Vett. et Pall. *sors senem adiuvat.*

5. Vett. *multat.* V. C. et 5. Pall. *ligat* pro *mulcat.*

*Prologus.* Hunc prologum non a auto ipso esse profectum, sed ab alio odam adiectum, mortuo iam Plauto, um iterum in scenam haec fabula inseretur, patet ex eius versu 13. et iq. Legitur in omnibus aptis.

2. *et vos Fides.* Sic vett. et vulg. n V. C. et Pall. At Lamb. maluit: *et quos Fides.* Fidem autem commemorat, quia vult illis *antiqua* placere; *fides* enim saepe *antiqua* vocatur.

4. Vulg. *mihi esse aequos.* Sed *esse* neque Bothius in codd. invenit, nec habent vett. aut Lambinus.

8. Pro *ante*, quod habent vulg. et vett. et V. C. cum Pall., Acidalius legi maluit: *autem.* Perperam. Sensus enim est: multo etiam magis, quam in operibus verbisque, antiquitatem in fabulis sectari debetis. Nam novae quae prodeunt, pelores etiam sunt novis numis.

11. Vulg. *rumorem*, ut et V. C. et Pall. 5. et Lamb. At vett. cum Pal. 3. *rumore.* Id quod vero similius.

## SUMMARIUM.

Expositam olim infantem abstulerat servus et ad heram Cleostratam tulerat, quae eam tamquam suam bene pudicoque educaverat. Eam, Casinam dictam, et herus vetulus (Stalino) deperit, et filiusfamilias Euthynicus amat. Et huius quidem ameri favens Cleostrata, militi cuidam Chalino eam dari vult, quo commodius illa filius fruatur. Stalino contra eam villico suo Olympioni in matrimonium dari cupit, et post factas nuptias ad vicinum suum Alcesimum abduci, quo ipse ea frui possit. Denique res redit ad sortionem et vincit Olympio. Ergo dolum struunt Cleostrata et ancilla illis. Subornant ipsum Chalinum; eumque tamquam Casinam indutum pro nupta tradunt, quem ad vicinum Stalino et Olympio deducunt. Ubi mox re comperta, prorumpunt uterque et deridentur. Casina deinde reperta est esse filia Alcesimi olim exposita, Euthynicoque in matrimonium datur.

Scena est Athenis.

## ARGUMENTUM.

Consérvam uxorem cónservi duo éxpetunt;
Alium senex adlégat, alium filius.
Sors ádiuvat senem; vérum decipitúr dolis:
Ita ei subiicitur pró puella sérvolus
Nequám, qui dominum múlcat atque villicum. 5
Adoléscens ducit cívem Casinam cógnitam.

## PROLOGUS.

Salvére iubeo spéctatores óptumos,
Fidém qui facitis máxumi, et vós Fides.
Si vérum dixi, signum clarum dáte mihi:
Ut vós mihi aequos iam inde a principió sciam.
Qui utúntur vino vétere, sapientés puto, 5
Et quí libenter véteres spectant fábulas.
Antíqüa opera et vérba quom vobís placent,
Aequóm placere est ánte veteres fábulas:
Nam, núnc novae quae pródeunt, comoédiae
Multó sunt nequióres, quam numí novi. 10
Nos póstquam populi rúmorem intelléximus,
Studióse expetere vós Plautinas fábulas:
Antíqüam eius édimus comoédiam,
Quam vós probastis, qui éstis in senióribus:
Nam iúniorum quí sunt, non norúnt scio; 15
Verum út cognoscant, dábimus operam sédulo.
Haec quóm primum acta est, vícit omnes fábulas.

*Argum.* 1. Vulg. *conservi duo.* — [illegible]it. cum V. C. *duo conservi.* Pall. [illegible] *servi.* — In Pall. autem et V. C. [illegible] argumentum postponitur prologo.

[illegible]. Vett. et Pall. *sors senem adiuvat.*

[illegible]. Vett. *multat.* V. C. et 5. Pall. *lgat* pro *mulcat.*

*Prologus.* Hunc prologum non a [illegible]mio ipso esse profectum, sed ab allo [illegible]dam adlectum, mortuo iam Plauto, [illegible]m iterum in scenam haec fabula in[illegible]eretur, patet ex eius versu 13. et [illegible]q. Legitur in omnibus mptis.

[illegible]. *et vos Fides.* Sic vett. et vulg. [illegible] V. C. et Pall. At Lamb. malult: *et quos Fides.* Fidem autem commemorat, quia vult illis *antiqua* placere; *fides* enim saepe *antiqua* vocatur.

4. Vulg. *mihi esse aequos.* Sed *esse* neque Bothius in codd. invenit, nec habent vett. aut Lambinus.

8. Pro *ante*, quod habent vulg. et vett. et V. C. cum Pall., Acidalius legi malult: *autem.* Perperam. Sensus enim est: multo etiam magis, quam in operibus verbisque, antiquitatem in fabulis sectari debetis. Nam novae quae prodeunt, peiores etiam sunt novis numis.

11. Vulg. *rumorem*, ut et V. C. et Pall. 5. et Lamb. At vett. cum Pal. 3. *rumore.* Id quod vero similius.

Ea témpestate flós poëtarúm fuit,
Qui núnc abierunt híne in communém locum.
Sed ábsentes tamén prosunt praeséntibus. 20
Vos ómnis opere mágno esse oratós volo,
Benígne ut operam détis ad nostrúm gregem.
Eiícite ex animo cúram atque allénum aes;
Ne quís formidet flágitatorém suum.
Ludí sunt; ludus dátus est argentáriis. 25
Tranquíllum est: Alcedónia sunt circúm forum;
Ratióne utuntur. Lúdis poscunt néminem;
Secúndum ludos réddunt autem némini.
Aurés vacivae sí sunt, animum advórtite:
Comoédiai nómen dare vobís volo. 30
Clerúmenoe vocátur haec comoédia
Graecé, latine Sórtientes. Díphilus
Hanc graéce scripsit, póst id rursum dénuo
Latíne Plautus cúm latranti nómine.
Senex híc maritus hábitat; eii est filius; 35
Is úna cum patre ín illisce habitat aédibus.
Est éii quidam sérvos, qui in morbó cubat:

18. *flos poetarum fuit*, i. e. optimi floruerunt poetae, Ennius, Plautus, Caecilius, Pacuvius, qui vixerunt alterum inter et tertium bellum Punicum.

19. Vett. *abieront*.

20. Verbo *absens* solet longi *tamen*, pro *tamenetsi*, ut *enim* pro *enimvero*. Sic et Amph. I, 3, 44. Postponitur autem, sicut h. l. habent vett. et vulg. Hinc non recte puto factam transpositionem a Bothio, qui dedit: *Sed tamen absentes prosient praesentibus*, ut qui *tamen* putaverit esse: *dennoch*, quod haud raro pro *tametsi* poni non dubitari debet. Idem et infra redit vs. 63. et I, 1, 17. Cf. Mil. 3, 2, 52. IV, 8, 31. Capt. 2, 3, 44. Men. pr. 11. Virg. Ecl. I, 27. Aen. III, 341. X, 618. Properl. III, 13, 35. (IV, 15, 35.).

23. Vulg. cum V. C. *Eiicite*. Vett. cum Pall. *Ducite*.

25. *ludus datus est argentariis*. Sensus videtur esse: ferias agunt argentarii, neque ulla negotia argentaria fiunt. Sed tamen locose simul et innuit fortasse, argentarios quasi ludos esse factos, delusos esse. Cum Horatii autem loco: *amori dare ludum* hic noster componi nequit, ut facit Villomarus apud Taubm.

26. *Alcedonia*. Cf. Poen. I, 2, 143. *ni illam mihi tam tranquillam facis, Quam mare olim est, quum ibi alcedo pullos educit suos*. Alcedones sive halcyones, ex veterum opinione, erant aves marinae, quae circa brumae tempus in ipso mari nidulabantur et pullos faciebant; unde dies illi quatuordecim ab septimo ante ad septimum post brumam ἀλκυόνειοι ἡμέραι sunt vocatae. Agit de ea re Aristoteles Histor. animalium V, 8, et IX, 15. et Plinius H. N. X, 32 et II, 46. Aelianus I, 36. IX, 17. Lucianus dialogo, qui inscribitur Halcyon seu περὶ μεταμορφώσεως. Virg. Georg. I, 399. Nostrates nihil tale in illis avicuiis notavere. — *circum forum*. Sic vulg. et vett. et Pall. — Both. ex Mediol. *circa forum*. Lambinus: *in foro*.

27. *Ratione utuntur*. Ambigue dictum; nam ratio et mentem sanam significat, et computationem accepti et expensi, ut Most. I, 3, 146. Cato de re rust. 5. Bothius ita interpungit: *Ratione utuntur ludis, poscunt neminem*.

28. *Secundum*, i. e. post. Iocus est in argentarios, qui acres sunt in poscendo, tardi in reddendo. Cf. Pseud. 1, 3, 78.

34. *cum latranti nomine*. Alii intellexerunt nomen fabulae: *Casina*, unde et Pareus existimavit, scribendum id esse *Canisa*, non *Casina*, idque fuit in editione sua. Nam ubique fere in prologis adhibitur, quod nomen Plautinae fabulae indiderit. Alii de praenomine Plauti *Marco* accepere; alii de ipso nomine *Plautus*, quia sonaret αὐ, canam vocem. Festus: *Plauti appellantur canes, quorum aures languidae sunt et flaccidae et latius videntur patere*.

37. *in morbo cubat*, ideoque hic non apparet. Nam in prologo plerumque tota

(Imo hércle vero ín lécto, ne quid méntiar);
Is sérvos sed abhinc ánnos factum est sédecim
Quom cónspicatust prímulo crepúsculo 40
Puéllam exponi. Ádit extemplo ad múlierem.
Quae illam éxponebat; órat, ut eam dét sibi.
Exórat; aufert; détulit rectá domum;
Dat hérae suae; orat, út eam curet, éducet.
Herá facit: educávit magna indústria, 45
Quasi si ésset ex se náta, nón multó secus.
Posteáquam adolevit ád eam aetatem, utí viris
Placére posset: át eam puellam híc senex
Amát efflictim, ét item contra filius.
Sibi núnc uterque cóntra legionés parat, 50
Patérque filiúsque, clam alter álterum.
Pater ádlegavit víllicum, qui póscerat
Sibi ístam uxorem: is spérat, si ei sít data,
Sibi fóre paratas, clam úxorem, excubiás foris.
Filíus armigerum aútem allegavít suom, 55
Qui síbi eam uxorem póscat: scit, si id ímpetret,
Futúrum, quod amat, íntra praesepís suas.
Uxór senis sensit, vírum amori operám dare:
Proptérea ea una cónsentit cum filio.
Ille aútem postquam sénsit filiúm suom 60
Eandem íllam amare et ésse impedimentó sibi,
Hinc ádulescentem péregre ablegavít pater.
Sciens éius mater dát operam absentí tamen.
Is, ne éxspectetis, hódie in hac comoédia
In úrbem non redíbit: Plautus nóluit: 65
Pontem ínterrupit, quí erat ei in ítinere.
Sunt híc, quos credo núnc inter se dícere:
Quaeso hércle, quid istuc ést? serviles núptiae?
Servíne uxorem dúcent aut poscént sibi?

strionum caterva, quae fabulam agebat, ram adstabat. Sed tamen ideo hoc axime addi, quo locus fiat sequenti ἐπιφωνήματι.

39. Postpositum *sed;* ordo enim: *sed ctum est annos abhinc sedecim, quum servos conspicatus est* etc. ut *sed sit* nsi pro *inquam;* deinde *factum est, quum conspicatus est* dictum pro *factum* [illegible] *conspiceret*, sicut et vulgata habet [illegible] post *exponi*, quamquam Lambinus comma, item vett. Sic Aul. prol. [illegible] *multos annos est, quum posi et colo.* Ter. Andr. I, 1, 125. [illegible]pe adest, *quum alieno more vivenm est mihi.* Cf. et Trin. 4, 3, 3. [illegible]dum *factum est, quum abiisti me.*

45. *Hera facit.* Sic omnes edd. — [illegible] *fecit.*

47. Sic vett. — Vulg. et Pall. *Postquam.* Both. *Postquam haec ad.*

48. Vett. *Amare eam puellam hic senex Efflictim occipit, et item huius contra filius.* Vulg. *At eam puellam hic senex Amat efflictim, et item contra filius.* Lamb. *at puellam eam hic senex Efflictim amat, et item huius contra filius.* Taubmannus ut vett.; eum vulgata autem faciunt mpti Camerarii et Palatini.

51. *Paterque.* Sic vett. — Vulg. *pater.* Nam τὸ *que* in nullo visebatur mpto Pal.

54. Vett. *clam uxore*, ut Pall. — Nostr. V. C.

55. Vulg. et vett. *Filius autem arm.*

58. Sic vulg. — Vett. *Senis uxor sensit amori virum operam dare.*

63. Vulg. *ei* habet post *mater*, quod om. Both.

Novum áttulerunt, quód fit nusquam géntium. 70
At ego áio hoc fieri in Graécia et Carthágini,
Et híc in nostra térra, in terra Ápula;
Maióreque opera íbi serviles núptiae
Quam líberales étiam curarí solent.
Id ní fit, mecum pígnus, si quis vólt, dato 75
In úrnam mulsi, Poénus dum iudéx siet,
Vel Graécus adeo, vél mea causa Ápulus.
Quid núnc? nil agitis? Séntio: nemó sitit.
Revórtar ad illam puéllam expositítiam,
Quam sérvi summa ví sibi uxorem éxpetunt. 80
Ea ínvenietur ét pudica et líbera
Ingénua Atheniénsis, neque quidquám stupri
Faciét profecto in hác quidem comoédia;
Mox hércle vero póst, transacta fábula,
Argéntum si quis déderit, ut ego súspicor, 85
Ultro íbit nuptum; nón manebit aúspices.
Tantum ést. Valete, béne rem gerite et víncite
Virtúte vera, quód fecistis ántidhac!

---

69. *uxorem*. Non enim uxores vocatas esse servorum coniuges, sed *coniunctas*, probant loco Varronis de re rustica I, 17. ex quo tamen illud non sequitur. Verba enim sunt: *Praefectos alacriores faciundum praemiis, dandaque opera, ut habeant peculium, et coniunctas conservas, e quibus habeant filios; eo enim fiunt firmiores ac coniunctiores fundo.* Et Virgilius in Pharmaceutria v. 29 et 32. promiscue eandem et uxorem et coniunctam vocat. Praeterea in ipsa fabula nostra crebro *uxor* de servorum coniunctis usurpatum legitur.

71. *et Carthagini*, ut *ruri*, *pignori*, *temperi*. Sic autem vulg. et vett. At Both. *et in Carthagini*.

72. Vulg. ut V. C. et Pall. *Et hic in nostra terra, in Apulia.* Vett. *Et hic in nostra terra, atque in Apulia.* Lamb. *Et hic i. n. terra etiam in Apulia.* Both. *terrad*, *et in Apulia*, ex cod. Guelf. At *Apulia* habet *a* longam, *u* brevem; cf. v. 77. Itaque Taubm. suspicatur: *terra, terra in Apulia*, egoque scribendum existimavi: *in terra Apula*, ut *nostra terra* sit Italia, i. e. genus, illa autem species.

75. *Id ni fit*. Sic vett. vulg. Lamb. — Both. *Id ni sit*. — *Mecum pignus dato*, mecum certato, pignore posito. Gr. περιδώμεθα. Solennis porro dictio: *pignus dare in aliquid*, ut h. l. *in urnam mulsi*, h. e. *mit einander wetten um etwas, dafs etwas sei (ni id fit) oder geschehe*. Cf. Poen. 5, 4, 86. *Da pignus, ni nunc peieres, in sevium, uter utri det*. Epid. 5, 2, 35. *Ni ergo matris filia est, in meum numum, in tuum talentum, pignus da;* coll. vers. praec. Curc. 5, 2, 13. *vel in chlamydem* sc. pignore dato ludamus.

76. *Poenus dum iudex siet*, etc. Poenum aut Graecum aut Apulum alii poscit iudicem, ideo quod serviles nuptiae apud eos populos in usu fuerint, ut supra commemoratum v. 71. Errant igitur, qui credunt, horum populorum libertatem hic innui.

79. *Revortar*. Sic vett. Lamb. Pareus, Both. — Vulg. *Revortor*.

81. Non tamen hoc fit in ipsa fabula, sed declaratur tantum in epilogo; neque in ulla fabulae ipsius scena Casina vera comparet. Nam quae IV, 4. tamquam nova nupta introducitur pompa nuptiali, non Casina est, sed servus Chalinus suppositus.

86. *ultro ibit nuptum*, ultro, i. e. inauspicato. Intelligenda autem illa persona Casinae supposita; de qua [illegible] perlibere hic locatur prologus.

87. *Tantum est*, h. e. haec [illegible] quae volui coram vobis proloqui, [illegible] plura. Cf. Trin. prol. 22. et Ter. Eun. V, 5, 26. — *Valete, bene rem g.* etc. Haec iisdem paene verbis leguntur Cistellar. I, 3, 49. *Haec res sic gesta est. Bene valete, et vincite Virtute vera, quod fecistis antidhac.*

# ACTUS I.

*OLYMPIO. CHALINUS.*

*Ol.* Non míhi licere méam rem me solum, út volo,
Loquí átque cogitáre, sine ted árbitro?
Quid tú, malum, me séquere? *Ch.* Quia certúm est mihi,
Quasi úmbra, quoquod íbis tu, te pérsequi.
Quin édepol etiam, si ín crucem vis pérgere, 5
Sequí decretum est. Dehínc coniicito céterum,
Possísne, necne, clám me sutelís tuis
Praerípere Casinam uxórem, proinde ut póstulas.
*Ol.* Quid tíbi negoti mécum est? *Ch.* Quid ais, ímpudens?
Quid in úrbe reptas, víllice hic magní preti? 10
*Ol.* Libét. *Ch.* Quin ruri es, ín praefecturá tua?
Quin pótius, quod legátum est tibi negótium,
Id cúras, atque urbánis rebus te ábstines?
Huc tú venisti spónsam praereptúm meam?
Abi rús, abi dieréctus tuam in provínciam! 15
*Ol.* Chalíne, non sum oblítus officiúm meum.
Praeféci rure récte qui curét tamen,

*Act. I. Sc. I.* Prodeunt Olympio villicus Stalinonis et Chalinus servus eiusdem urbanus, uterque competitor Casinae; Olympio ab sene, Chalinus ab eius uxore destinatus ad ducendam eam. Neuter tamen eorum in exitu fabulae veram Casinam nanciscitur; quam ducit filius Stalinonis, Euthynicus, postquam illa comperta est esse civis Attica et filia Alcesiarchi Murrhinaeque, uti epilogus declarat.

1. In edd. vett. haec Chalino tribuunt, sequentia *Quia cert.* — *postulas* Olympioni; deinde *Quid tibi neg. m. st?* Chalino; *Quid ais impudens?* Olympioni; at integer versus 10 Chalino. Verum ex fine huius scenae recte correxit Acidalius, falso collocata esse personarum nomina ab initio, et Vulgata eius sententiam sequuta est; quam et nos, ut Bothius, sequendam duximus.

2. *sine ted arbitro?* i. e. sine te spectatore; quin tu praesens mihi sis. Nam *arbiter* hic i. e. q. spectator aut testis. [illegible]pt. II, 1, 19. *Ut sine hisce ar-* [illegible]*ntque vobis, nobis detis loquendi* [illegible]*oquod.* *D* ephelcysticum addidit [illegible], quemadmodum ea litera frequens [illegible]ebatur ab antiquis in pronunciatione. [illegible] Aul. III, 3, 1. Nec audiendi sunt, qui contra musaitant. Non enim nostrum hoc, sed antiquitatis est inventum.

5. Sic comma ponunt vett. et vulg. — Bothius: *Quin edepol, etiamsi*, ut mavult Guilelmus.

7. *sutelis tuis*, i. e. fallaciis tuis et astutiis; cf. Capt. III, 5, 35. et Amph. I, 1, 214. *Nae tu istic hodie malo tuo compositis mendaciis Advenisti, audaciai columen, consutis dolis.*

10. Vulg. cum V. C. *Quid in urbe reptas villice hic magni pretii?* ut *magni pretii* sit ironice accipiendum. Vett. cum Pall. *Quid in urbe restas villice hic magni pretii?* itemque Lamb., qui Camerarii lectionem *reptas* reiicit, primum quia hoc verbum de sonibus potius dicatur, quam iuvenibus, deinde quia omnes quos inspexerit codd. *restas* habuerint, non *reptas*. Meursius autem maluit: *Quid in urbe hic restas villice non magni pretii?* pro quo potius scribendum fuerit: *villice haud magni pretii*, ut centies permutatae *non* et *haud*. Bothius: *Quid in urbe reptas, villice non magni preti?* Ego V. C. sequor.

14. Vulg. ut V. C. et Pall. *Huc venisti spons.* etc. Bothius: *Huc venistine.* Vett. et Lambinus: *Quid huc venisti.* Codd. tamen non agnoscunt *Quid*. Ego addendum duxi *tu*, saepe in codd. omissum.

16. Sic vett. et Pareus. — Vulg. *non sum ego obl.*

17. Vulgata punctum ponit post *tamen*, quod comma requireret in fine versus praecedentis. Veteres et Lamb. sic: *Praefeci ruri* (Lamb. *rure*) *recte qui curet. tamen Ego h.* etc. Ex vulgata, quam secutus est Bothius, *tamen* foret i. q. *tamenetsi*, ut in dictione *absenti tamen*. cf. ad prol. 63. Sensus: tam-

Ego, húc quod veni in úrbem ubi impetrávero,
Uxórem ut istanc dúcam, quam tu déperis,
Bellam ét tenellam Cásinam, conservám tuam, 20
Quando égo eam mecum rús uxorem abdúxero:
Rure íncubabo usque ín praefecturá mea.
*Ch.* Tun' íllam ducas? Hércle me suspéndio,
Quam tu éius potior fías, satiust mórtuom.
*Ol.* Mea praéda est illa: proín tu te in laqueum índuas! 25
*Ch.* Ex stérquilinio effósse, tua illaec praéda sit?
*Ol.* Scies, hóc ita esse. Vaé tibi! quot té modis,
Si vívo, habebo in núptiis miserúm meis!
*Ch.* Quid tú mihi facies? *Ol.* Égone quid faciám tibi?
Primum ómnium huic lucébis novae nuptaé facem: 30
[Postílla, ut semper — ímprobus nihílque sis.]
Post íd locorum, quándo ad villam véneris,
Dabitúr tibi amphora úna, et una sémita,
Fons únus, unum ahénum, et octo dólia;
Quae nísi erunt semper pléna, ego te implebó flagris. 35
Ita te ádgerunda cúrvom aqua faciám probe,
Ut póstilena póssit ex te fíeri.
Post aútem, ruri nísi tu aut ervom éderis,
Aut, quási lumbricus, térram: quod te póstules
Gustáre quidquam, núnquam edepol iciúnium 40

etsi praefeci, ruri qui recte curet. Nam quod ait, non se oblitum esse officium suum, non ad praefectum illum pertinet, sed potius eo, quod in fine addit vs. 22: se incubaturum in praefectura sua cum Casina. Atque sic ego locum interpretor, et omnino non interpungendum censeo in medio versu. Interpretes propter ignorationem significatus vocis *tamen* a vero sensu aberrarunt.

18. Both. *si impetravero*. Nostr. vulg. et vett. At cdd. *nisi impetravero*, contra sensum.

24. Vulg. et vett. et V. C. et Pall. *quam tu eius potior fias*. At Lamb. et Dousa *potitor*, neque Lambinus aliquam varietatem adnotat. Certum sane est, utrumque legi in codicibus. Verum quoniam et in Truculento I, 1, 27. occurrit dictio: *potior est alter alteri*, et simile quid Trin. 5, 1, 8, legitur, restituendam existimavi vulgatam.

25. Sic vulg. et V. C. — Vett. *in laqueum duas*.

27. Ex Acidalii sententia sic vulg. — Vett. sic: *Ol. Scies hoc ita esse. Ch. Vae tibi! Ol. Quot te* etc.

31. *nihilque*. Sic V. C. Pall. 5 vulg. et vett. — Lamb. Both. *nihilique*. De sententia cf. As. II, 2, 39. Versus tamen spurius; quo ejecto, oratio optime cohaeret.

33. Declarat, non nisi ad aquam aggerendam se usurum Chalino, ita ut nonnisi una semita cum una amphora ad unum fontem ei sit currendum, quo octo dolia compleat et unum ahenum, i. e. vas grandius ad coquendam aquam in foco suspensum. Cf. Horat. Epist. II, 12, 168.

37. *Postilena* dicitur fuisse lignum incurvum, lumentorum caudis suppositum, ad continendum bastagma (a βαστάζω), cui onus imponebatur. Oppositum *antilena*, quod erat simile vel lignum vel corium, pectori iunctum.

38. Vett. *Post autem nisi ruri tu ervom comederis*. Vulg. cum V. C. et Pall. *Post autem, ruri nisi tu acervum ederis*. Lamb. ut vett. — Bothius: *aut ervom*, ratus, inde factum esse *acervum*, quum scriptum fuerit *at ervom*. Ervis autem pascebantur boves. Cf. [illegible] I, 1, 59. *Ervom daturin' estis, [illegible] quod feram?* cf. ib. v. 65.

39. *quod te postules*, i. e. [illegible] postules; si forte tibi in mentem v[illegible] postulare ut quidquam gustes. De [illegible] vocis *quod* significatione cf. Aulul. I, 3, 13. *Quod quispiam ignem quaerat*. et Asin. IV, 1, 12. 15. Perperam interpretatus est Taubmannus, at rectius Lambinus ad Asin. l. l.

40. Vulg. *nunquam edepol iciunium*

Ieiúnum est aeque, atque égo te ruri réddibo.
Post íd, quom lassus fúeris et famélicus,
Noctu út condigne té cubes, curábitur.
*Ch.* Quid fácies? *Ol.* Concludére in fenestram fírmiter,
Unde aúscultare póssis, quom ego illam ósculer, 45
Quom mi ílla dicet: „Mi ánimule, mi Olýmpio,
Mea víta, mea mellílla, mea festívitas,
Sine túos ocellos deósculer, voluptás mea!
Sine, amábo, ted amári, meus festús dies,
Meus púllus passer, méa columba, mí lepus!" 50
Quom mi haéc dicentur dícta: tum tu, fúrcifer,
Quasi mús, in medio párieti vorsábere.
Nunc, né tu te mihi réspondere póstules,
Abeo íntro: taedet sérmonis tui. *Ch.* Té sequor.
Hic quídem pol certo níhil ages sine me árbitro. 55

---

## ACTUS II. SCENA I.

*CLEOSTRATA. PARDALISCA.*

*Cl.* Obsígnate céllas; referte anulum ád me.
Ego húc transeo ín proximum ád meam vicínam;

*Ieiunium est aeque, atque ego ruri reddibo te.* Vett. *nusquam edepol gentium ieiunum aeque est, atque ego ruri redibo te.* Lamb. *ieiunium leiunium est aeque, atque ego ruri reddibo te.* Porporam, quia penultima v. *reddibo* corriptur. Cf. Epid. I, 1, 22. *Pércontari, óperam mihi da, ópera reddibitúr tibi.* Similiter Nonius legit Menaechm. V, 7, 49. *Sálvum tibi, ita ut mihi dedisti réddibo. Hic mé mane.* Recent. *redhibebo.* — Bothius e coniectura: *reddebo*, ut apud Naevium *dicebo, fidebo.* V. C. ut vulg.

43. Sic vulg. — Vett. *recubes* cum Pall.

44. *in fenestram.* Lambinus intelligit armarium in pariete. Nam versu 52. sequitur: *quasi mus in medio parieti vorsabere.* Hoc de verbo autem Festus adnotat: *Festram antiqui dicebant, quam [illegible] fenestram.* Itaque Bothius et hic et [illegible], 4, 26. scripsit *festram*, *festra.* [illegible] tamen omnes: *fenestram.* Atque [illegible]ra plene leguntur et scribenda [illegible] quae correptim et contracte pro[illegible]nciandа, ut *voluptas*, *illic*, *decet*, *modestia*, alia innumera in Plauto alisque antiquis.

45. Post *osculer* Bothius habet punctum, vulgata colon, vett. comma.

47. Pro *mellilla*, quae est l. edd. Pall. omnium, Lamb. *medulla*, uti et Douza. Mellillam autem deduciam credunt a mellina aut melina. Al. *mellinia*, Cf. IV, 4, 16. *Meum corculum*, *verculum*, *melliculum*; et 23. *Corpusculum mellitulum.*

51. Vett. omittunt v. *dicta.* Al. *Quum mihi istaec dicentur, tum tu f.* Verum v. *dicta* extat in omnibus libris.

52. Vulg. *in medio parietе.* vett. *in medio parietis.* Hinc Both. *parieti.* Intelligenda autem est ipsa illa fenestra.

53. *ne tu te — postules*, i. e. ne tu credas licere tibi, ut mihi respondeas, ne tu aggrediaris mihi respondere; ne tu mihi respondeas. Vid. Ind. v. postulo.

55. *sine me arbitro*, sine me spectatore, teste; cf. v. 2. Vid. Ind. v. arbiter.

*Act. II. Sc. I.* Exit ex aedibus Cleostrata, uxor Stalinonis, cum ancillula, ut visat suam vicinam Murrhinam, et cum ea consultet de suo marito. Et hoc autem, et sequens canticum dubio procul varie interpolatum est additamentis, adeo ut hulus praeter priores tres versus nihil fere videatur esse Plautinum. Nam prandii ne verbo quidem mentio fit in scena III. Ceterum nos integrum carmen bacchiacis versibus dedimus, partim plenis, partim imperfectis.

1. *Obsignate cellas.* Colligitur ex hoc loco, veteres non lagenas solum et alia vasa obsignasse anulis, sed et

Vir sí quid volét me, facite híne me arcessátis.
*Pa.* Prandiúm iusserát sibi senéx [hodie] parári.
*Cl.* St! táce, atque abí! Neque paró, neque coquétur; 5
Quando ís mihi et fílio advorsátur suó,
[Sui] ánimique amórisque caúsa suí.
Flagítium illud hóminis! ego íllum fame, ego íllum [siti]
Maledíctis, malefáctis, amátorem ulcíscar;
Ego íllum pol probe íncommodís dictis ángam; 10
Faciam, út, proinde ut ést dignus, vítam colát.
[Acheruntis pabulum, flagitii persequentem;
Stabulum nequitiae!]
Nunc híne meas fortúnas eo quéstum ad vicínas.
Sed fóris concrepuít; atque ea ípsa eccam egréditur 15
Forás. Non pol pér tempus ítiner mi incépi.

---

## ACTUS II. SCENA II.

*MURRHINA. CLEOSTRATA.*

*Mu.* Séquimini, cómites, in próximum me húc. Heus vos!
Écquis haec, quaé loquor, aúdit? ego híc ero,
Vir si aút quispiám quaerét.
Nam úbi domi sóla súm,

cellas. Salinum obsignatum legitur apud nostrum Pers. II, 3, 15. Obsignatae lagenae mentio apud Hor. Epist. II, 2, 134. *Et signo laeso non insanire lagenae*, et in epistolis Quinti Fr. ad Tironem 16.

4. Deest in edd. *hodie*, quod huc transtuli ex versu sequenti, ut versus fieret. *Hodie* autem saepenumero otiose plane additum legitur.

5. Vulg. vett. *neque paro, neque hodie Coq.* — Pro *St! tace* al l. *Sta.*

7. Addidi versus causa *Sui.*

8. *hominis* legitur in edd. — *illum* prius corripe. *siti* additicium videtur.

10. Vulg. *ego pol illum.* Vett. *probe ego pol illum incommodis angam.*

12, 13. Vett. *persequens*, pro quo Acidalius malit *praesepe*, ut concinat cum pabulo et stabulo. Sine dubio locus interpolatus.

16. Vulg. *iter.* Vett. *Foras. Non pol mihi per tempus incoeptum est iter.* per tempus l. e. q. opportune. Id autem, quia credit, Murrhinam alio abituram.

*Act. II. Sc. II.* Prodit Murrhina cum comitibus, Cleostratam visum itura. Alloquitur eam Cleostrata, et queritur de marito suo, quod is ancillulam suam peculiarem, Casinam, velit villico suo nubere, quum ipse eam amet. Murrhina tacere eam iubet, reprehenditque, quod illa velit aliquid habere peculiare. Omnia enim esse mariti, et autem esse obsequentiam praestandam. Queritur contra Cleostrata, illam sibi in omnibus adversari. Dum autem ita inter se colloquuntur, en accedit bene unctus ornatusque Stalino. Itaque rogatu Cleostratae introit Murrhina; Cleostrata autem ante aedes tristis adstat. — Versus sunt Cretici.

2. *quae loquor.* Sic Bothius ex Helmst. et Monac. — Vulg. et vett. *quae loquar.* — *Ego hic ero*, sc. apud vicinam meam Cleostratam. Cf. vs. 11.

3. Verba *Jussin' colum ferri mi?* desunt apud Bothium. Ego vulgatam restitui versibus brevioribus, et quidem tripodiis dactylicis, quales sunt Amph. II, 2, 24 et 29. Truc. IV, 2, 15. Most. 4, 1, 9. — *Calvitur*, l. e. decipit, frustratur, saltem ut Nonius expl., qui sub hoc ipso verbo locum nostrum adducit, et Lucil. *Si non it, capito, inquit, [illegible], et si calvitur, ergo Endo manum [illegible]* ex lege XII. tabularum, quae habebat: *Sei calvitor, pedemve struit, manum endoiacitod.* Sic et Calus de verborum sign. *Si calvitur, id est, si moratur et frustratur.* Denique Priscianus libro X. adducit locum ex Sallustii Historiis: *contra ille calvi ratus*, similiterque, ut Nonius, expl. *decipere.* Cf. Faernum et Bentleium ad Ter. Ad. IV, 3, 16.

manus cálvitúr. 5
' colum férri mí?
úrrhina, sálve. *Mu.* Salvé, mea Cleóstrata.
tor séd quid tu es trístis, amábo?
a solent ómnes, quae súnt male núptae;
et foris, aégre quod sít, satis sémper est. 10
:go ibam ad te. *Mu.* Ét pol ego istúc ad te. Séd quid est,
tuo núnc animo aégre est? Nam quód tibi est
, idem míhi est divídiae. *Cl.* Credo écastor:
:icinam néminem amo mérito magis, quám te,
quacum plúra sunt míhi, quae egó velim. 15
mo te, atque ístuc scire éxpeto quíd sit.
ír me habet péssumis déspicatám modis.
lém, quid est? Díc idem hoc: nám pol haud sátis meo
accépi querélas tuas, óbsecro.
ír me habet péssumis déspicatám modis, 20
ihi iús meum óbtinendi óptio est.
Ífra sunt, véra si praédicas: nám viri
um ad múlieres óbtinere haúd queunt.
nín mihi ancíllulam ingrátiis póstulat,
mea est, quaé meo súmtu edúcta est, 25
suo sé dare. Séd ipsus éam amat.
bsecro, táce. *Cl.* Nam hic núnc licet dícere:
mus [sólae]. *Mu.* Ita est. Únde ea [nám] tibi est?
eculí probas níhil habere áddecet
:irum; ét quae habet pártum, ei haud cómmodi est, 30
:iro aut súbtrahat, aút stupro invénerit.
ri céneeo esse ómne, quidquíd tuum est.
i quidem advórsum tuam amícam omniá loqueris.
áce, sis, stulta, ét mihi auscúlta. Nolí, sis, tu illi
arí. Sine amet; síne, quod lubet, íd faciat: 35
tibi níl domi déliquum est. *Cl.* Sátin' sana es?
u quidem advórsus tuam ísta rem lóquere.
sipiens, sémper tu huic vérbo vitáto

ig. *Murrhina salve. M. Salve* r. *Sed q.* Vett. *Salve Mea* ta. *Sed q.* Utramque con-
tt. *Nec quam plura sunt mihi,* o *ipsa velim.* V. C. *Nec qua*

*:ire expeto.* Transposui. Vulg. *expeto scire.*

sigata hic statim habet versum, nos est 19. Nos dedimus, uti Acidalius.

ilg. et vett. *quae meo educata* st. Quod quoniam metro repu- scripsi *sumtu educta est.* — , *se eam villico suo dare* est: ir, ut eam det villico; credit se, ut eam villico suo det. Vide praec. scenae versum antepen.

28. Addidi *solae*, quod non legitur, et fortasse omissum est olim, propterea quod adessent comites. — Item *nam* a me additum.

30. Vett. *et quod habet partum.* — Verba *ei haud commodi est* Lamb. sic interpretatur: haud verti in rem eius potest, quin aut viro surripiat, aut etc.

36. *nihil deliquum est.* Lamb. expl. quoniam nihil tibi deest, vel, ut Festus interpretatur: quando nihil tibi minus est. *Delinquit* apud veteres i. e. q. *deest.*

38. *huic verbo vitato*, i. e. huic verbo caveto abs tuo viro; cave ne vir tibi hoc dicat, sc. i foras. Nimirum *vitare* construxit, ut *cavere* construitur in dictione *cave malo.*

Ábs tuo viró. *Cl.* Quoi verbo? *Mu.* „Í foras, múlier.“ *Cl.* St! Tácе! *Mu.* Quid est? *Cl.* Hém! *Mu.* Quis est, quém vides?
*Cl.* Vír eccum it:
Íntro abi! ádpropera! áge, amabo! *Mu.* Ímpetras: [abeo.]
*Cl.* Móx, magis quum ótium ét mihi et tíbi erit,
Ígitur tecúm loquar. Núnc vale. *Mu.* Váleas.

---

## ACTUS II. SCENA III.

*STALINO. CLEOSTRATA.*

*St.* Omníbus rebus ego amórem credo et nitóribus nitidis ántevenire;
Nec pótis quidquam commémorari, quod plús salis plusque lepóris habeat.
Cocos équidem nimis demíror, qui tot cóndimentis útuntur,
Eos éo condimentó uno non útier, omnibus quód praestat.
Nam úbi amor condiméntum inerit, [id] quoívis placiturúm credo; 5
Neque sálsum neque suave ésse potest quidquam, úbi amor non admíscetur.
Fel quód amarum est, id mél faciet, hominem éx tristi lepidum ét lenem.
Hanc égo de me coniécturam domi fácio magis, quam ex aúditis;
Qui, póstquam amo Casinam, mágis initio mundítiis Munditiam ántideo;
Myropólas omnes sólicito; ubicúnque unguentum est lépidum, ungor, 10
Ut illí placeam. Et placeo, út videor. Sed uxór me excruciat, quía vivit.
Tristem ádstare adspició. Blande haec mihi mála res adpellánda est.
Uxór mea meaque amoénitas, quid tu ágis? *Cl.* Abi! atque abstíne manum!
*St.* Heiá, mea Iuno, nón decet ted ésse tam tristem tuó Iovi.
Quo núnc abis? *Cl.* Mitte mé. *St.* Mane. *Cl.* Non maneó. *St.* At pol ego té sequar. 15

41. *Intro abi*, sc. ad te. — Quod post *impetras* habent edd. *abeo*, scholion est ad v. *impetras*, et ad versum abundat.

42. Prior *et*, quam addidi, deest in edd.

*Act. II. Sc. III.* Accedit a foro vetulus, delicatule ornatus unctusque, quo placeat Casinae, amoribus suis, deque amore incipit loqui, eiusque potentiam et commoditatem describit. Conspicit uxorem, eique blanditur. Illa eum carpit, arguit esse unctum et lustratum esse. Stalino tacere eam iubet, deque Casina infert sermonem Olympioni nubenda. Convenit inter eos, ut Cleostrata Olympioni suadeat ut absistat ab hoc matrimonio, senex autem Chalino idem. Ergo introit Cleostrata, ut cum Olympione colloquatur, foras autem evocet Chalinum ad senem.

2. *Nec potis quicquam.* Sic vulg., ac passim *potis* cum neutro construitur. Cf. Bacch. I, 1, 1. Truc. 1, 2, 70. Rud. 3, 5, 49. Lucr. I, 453. — Vulg. *hodie habeat.* Vett. *habeat hodie.* Sed inepte hic *hodie* legi, quivis videt.

3. Vulg. et vett. habent: *qui ité utuntur condimentis.* — *Cocos* centuriae legendum, ut *cocum* Capt. 4, 4, 9.

5. Addidi *id*, quemadmodum legitur vs. 7.

9. Vulg. et vett. *magis initio.* Sed v. *initio* plane incommodum versui. Quare opinor aliud quid hic fuisse scriptum, ut *antehac*, aut simile.

10. *unguentum est lepidum.* Sic vett. — Vulg. *est lepidum unguentum.*

*CL.* Obsecro, sánun' es? *ST.* Sánus, quandó te amo.
*CL.* Nólo ames. *ST.* Nón potes ímpetrare. *CL.* Énicas!
*ST.* Véra dicás velim. *CL.* Crédo ego istúc tibi.
*ST.* Réspice, o mí lepos! *CL.* Némpe ita, uti tú mihi es!
Unde híc, amabo, unguénta adolent? 20
*ST.* Oh, périi! manufestó miser
Teneór. Cesso caput pállio
Detérgere? Uti té bonus
Mercúrius perdat, mýropola, qui haec míhi dedisti! *CL.* Ehó tu,
Nihilí cana culex, víx teneor, quin, quaé decent te, dícam. 25
Senécta aetate unguéntatus per viás, ignave, incédis?
*ST.* Pol amíco dedi cuidam óperam, dum emit unguénta. *CL.* Ut cito comméntust!
Ecquid té pudet? *ST.* Omnia, quaé tu vis. *CL.* Ubi ín lustra iacuísti?
*ST.* Egone ín lustra? *CL.* Scio plús quam tu med árbitrare. *ST.* Quid ést, quod
Tu scís? *CL.* Te sene omniúm senum neminem ésse ignaviórem. 30
Unde ís, nihili? ubi fuísti? ubi lustrátus? ubi bibísti?
Ades mécastor: vide, pállium ut rugat! *ST.* Dí me et te infelícitent,
Si ego in ós meum hodie víni guttam índidi. *CL.* Imo age, út lubet:
Bibe, és, disperde rem! *ST.* Óhe, uxor; iam sátis est: nimium tínnis.
Relínque aliquantum orátionis, crás quod mecum lítiges. 35
Séd quid ais? iam dómuisti animum, pótius ut, quod vír velit
Fieri, id facias, quam ádvorsere cóntra? *CL.* Qua de ré? *ST.* Rogas?
Súper ancilla Cásina, ut detur núptum nostro víllico,
Sérvo frugi, atque úbi illi bene sit, lígno, aqua calidá, cibo,
Véstimentis, úbique educat púeros, quos pariát, bene, 40
Pótius quam illi sérvo nequam armígero, nihili atque ímprobo,
Quoí homini hodié peculi númus non est plúmbeus.
*CL.* Mírum ecastor, té senecta aétate officiúm tuom
Nón meminisse. *ST.* Quíd iam? *CL.* Quia, si fácias recte aut cómmode,
Mé sinas curáre ancillas, quaé mea est curátio. 45
*ST.* Quí, malum, homini scútigerulo dáre lubet? *CL.* Quia fílio

24. *mihi dedisti.* In ed. Camerarii egitur *mihi decidisti*, quod interpretatus est aliquis: in me stillare et cadere fecisti. Gruterus tamen, qui habuit codicem Cam. illius manu correctum, ait visum illud esse typographicum in editione [illegible]. Itemque Pareus.

[illegible]. Sic vulg. — Vett. *Sen. aet. unguentis perlitus ignave incedis.*

27. Sic vett. — Vulg. et Pall. *Pol ego amico.* Dein edd. et Il. *ut cito commentatus est.*

29. Vulg. et vett. *quid id est? Quid tu scis.*

30. Vulg. *te sene omnium senem.* Vett. *te s. omnium neminem.*

32. Vulg. et vett. *Id est, mecastor.* Codd. apud Both. *Adest*, Pal. 3. *Adem.* — Vett. et vulg. *palliolum.* Vett. *palliolum vide ut rugat.*

34. Vulg. et vett. *Ohe, iam satis uxor est; comprime te, n. t.* Nemo non videt, et abundare aliquid, et aut adiectum ex Horatio: *iam satis est*, aut eliciendum *comprime te.* Cf. II, 6, 10. *Comprime istum.*

40. Hunc et sequentem versum dedi ex vett. — Vulg. sic habet: *pueros, quos pariat, potius — Quam illi servo nequam des arm.*

44. Vett. *Quid ais? — recte et c.* Nostr. V. C. et Pall.

46. Et vulg. et vett. *Quia enim filio.*

Nós oportet ópitulari único. *St.* At quamquam únicust:
Níhilo magis unícus est ille mihi fílius, quam ego illí pater.
Íllum mi aequiúst, quam me illi, quaé volo, concédere.
*Cl.* Túte ecastor tíbi, homo, malam rem quaéris. *St.* Subolet; séntio. 50
Égone? *Cl.* Tu: nam quíd friguttis? quíd istuc tam cupidé cupis?
*St.* Út enim frugi sérvo detur pótius, quam servo ímprobo.
*Cl.* Quíd, si ego impetro átque exoro a víllico, causá mea
Út eam illi permíttat? *St.* Quid, si ego aútem ab armigero ímpetro,
Éam illi permíttat? Atque me hóc credo impetrássere. 55
*Cl.* Cónvenit. Vis tuís Chalinum huc évocem verbís foras?
Tú eum orato; ego aútem orabo víllicum. *St.* Sané volo.
*Cl.* Iam híc erit. Nunc éxperiemur, nóstrum uter sit blándior.
*St.* Hércules dique ístam perdant! quód nunc liceat dícere.
Égo discrucior míser amore; illa aútem quasi ob indústriam 60
Mihi ádvorsatur. Súbolet hoc iam uxóri, quod ego máchinor:
Própter eam rem mágis armigero dát operam de indústria.

---

## ACTUS II. SCENA IV.

*STALINO. CHALINUS.*

*St.* Qui illum di omnes deaéque perdant! *Ch.* Te úxor aiebát tua
Mé vocare. *St.* Ego énim vocari iússi. *Ch.* Eloquere, quíd velis.
*St.* Prímum ego te porréctiore frónte volo mecúm loqui.

50. Et vulg. et vett. et Both. verba *Subolet*, *sentio* eidem Cleostratae tribuunt. Sed recte in notis Lambinus Stalinoni. Sensus: subolet uxori, me amare Casinam.

51. *nam quid friguttis* pro: *quidnam friguttis?* vett. *frigutis*. Sensum verbi Nonius sic declarat: *Frigi, et frigutire, et fritinnire est cum sono subsilire, et erigi, et excitari, quod, quaecunque friguntur vel frigent, ea vel nimio calore vel nimio frigore subsiliunt*. hunc ipsum locum citans. Fulgentius autem ait, friguttire esse subtiliter adgarrire, item adducens locum nostrum. Denique Festus: *fringilla*, inquit, *avis dicta, quod frigore cantet et vigeat; unde et frigutire*. Cf. Varro lib. VI. Schellerus ait frigutire esse: *stottern*, sed rectius Taubmannus: *gestu corporis cupiditatem animi declarare*.

55. Vulgata non habet pronomen *me*, quod legitur in vett.

56. *tuis verbis*, i. e. tuo iussu, tuo mandatu.

59. *istam*, sc. uxorem meam. — *quod nunc liceat dicere*. Vett. *quod mihi nunc l. d.* Phrasin quod attinet, cf. Merc. 5, 4, 62. *quod bono fiat modo*, i. e. quoad seu quatenus, coll. Epid. 5, 1, 32. et Men. 5, 5, 26. Sensus ergo hic: quoad vel quatenus hoc nunc dicere licet, siquidem abest uxor.

61. Vett. omittunt *hoc* post *subolet*.

*Act. II. Sc. IV.* Prodit Chalinus, ab hera evocatus ad Stalinonem. Is ei promittit libertatem, si velit Casinam cedere Olympioni. Ille autem negat. Ergo iubet eum evocare uxorem, et efferre situlam et sortes, in quibus unica sibi iam sit specula. Scena lepidissima, ut et sequentes.

1. *Qui illum — perdant!* Haec adhuc antecedenti scenae sunt accensenda. *Qui* h. l. positum pro *ut* (atque vett. contra edd. Pall. *Ut illum*) vell *utinam*. Cf. Men. III, 1, 6. *Qui illum di omnes perduint, qui primus* etc. Pers. V, 2, 6. *Qui illum Persam, atque ómnes Persas, átque etiam omnés personas Mále di omnes perdant.* Ter. Phorm. I, 2, 73. *Homó confidens: qui illum di omnes pérduint! — illum* sc. ipsum Chalinum.

2. Vett. *iussi te*, haud inepte; quum verbum *iussi*, *iussit* haud uno loco una syllaba videatur pronunciandum esse. — *enim* i. e. q. enimvero, i. e. nimirum, quippe, so ist's; allerdings habe ich etc.

3. *porrectiore fronte*, i. e. hilariore,

'H. Stúltitia est, ei te ésse tristem, quóius potestas plús potest.
'T. Pró! bonae frugi hóminem ted esse árbitror. CH. Intéllego. 5
Quín, si ita arbitráre, emittis mé manu? ST. Quin íd volo;
éd nihil est, me cúpere factum, nísi tu factis ádiuvas.
'H. Quód velis, modo íd velim me scíre. ST. Ausculta ergó: loquar.
ásinam ego uxorém promisi víllico nostro dare.
'H. Át tua uxor filiusque prómiserunt míhi. ST. Scio; 10
éd utrum nunc tu, coélibem ted ésse mavis líberum,
n maritum sérvom aetatem dégere, et gnatós tuos?
ptio haec tua ést; utram harum vís conditionem, áccipe.
'H. Liber si sim, méo periclo vívam; nunc vivó tuo.
é Casina certum ést concedere hómini nato némini. 15
'T. Íntro abi, atque actútum uxorem huc évoca ante aedís cito.
t sitellam huc técum afferto cúm aqua, et sortís. CH. Placet.
'T. Égo pol istam iam áliquovorsum trágulam decídero:
iám si sic nihil ímpetrare pótero, saltem sórtiar.
i ego te et suffrágatores túos ulciscar. CH. Áttamen 20
líhi obtinget sórs. ST. Ut quidem pol péreas cruciatú malo.
'H. Míhi illa nubet. Máchinare quód lubet, quovís modo.

xplicatiore. Oppositum *contractae*. Sic er. Adelph. V, 3, 53. Micio ad Demeam: *da te hodié mihi: Exporge rentem.*

4. Quaedam antiquae et hunc et interum versum sequentum Stalinoni tribunt. Verum negat omnino Chalinus, se istem esse, et simul praeceptum eloutur servis, qualia pluribus locis in laute leguntur, ut Capt. III, 5, 7. — *i te* legenda aut *eii te* aut *ei ted.*

5. Vett. *Perbonae frugi hominem iam ridem esse arbitror. C. intelligo.* Vulg. *Pro! bonae fr. h. te iam pridem esse rb. Ch. int.* At in Bothii codd. verba *am pridem* non legebantur; quare is ea misit. Idem improbat *Pro*, ut alienum h h. l. Sed interdum tamen et est admirantis; atque admiratur Stalino rectum halini ingenium, his, quae dixit versu raec., proditum. — *Intelligo*, i. e. rede, audio. Non enim ironice accipiendum.

7. Vett. *cupere me.* Sensus: sed fieri d plane nequit, nisi tu facis quod ego vele.

8. Vulg. *ausculta ergo: loquar*, ut Meddalius et Gruterus emendarunt. — Vett. CV. C. *ausculta, ego loquar.* Forsan: *rusculta ergo, égo loquar.*

11. Et vulg. et vett. et Lamb. *esse te.* Bothio tamen teste alii veteres: *te esse.*

13. *conditionem.* Sic et vulg. et vett. d V. C. At Both. *conditionum*, uti Pall.

15. *De Casina*, h. e. quod Casinam uttinet, certum mihi est, me nemini eam esse concessurum, qui home natus sit.

16. Postquam semel accepit responsum ab Chalino, statim mutat senex consilium, et sortes iubet efferri, quo cito rem omnem conficiat.

17. Vulg. et V. C. in fine: *Satis placet.* — Vett. et Pall. *Et situlam — Satis, placet*, commate post *satis* posito, quod deest in vulg. — Bothius: *eeferto — Sat placet.* Sed quid sive *sat* illud, sive *satis?* Suffecerit opinor solum *Placet.* Legendum igitur: *cúm aqua, et sortés.* Ch. *Placet.* ut in v. *aqua* ultima plene legatur, *satis* autem eliciatur, ortum ex praecedente *sortes.* Similiter *cum aqua* Stich. 2, 3, 28.

18. Vulg. et vett. et reliquae omnes: *tragulam decidero.* Lipsius tamen in libro mpto legit: *tragulam deiecero.* Cf. Epid. V, 2, 23. *Trágulam in te initcere adornat. Néscio quam fabricám facit.* Tragula ergo, quae iaculi genus notat, hoc loco metaphorice est fallacia, aut machinatio aliqua, quam aliquovorsum dirigere aut conicere vult senex. Id enim sibi velle verba, ex omni hoc loco comparet. Quare errant, ut opinor, qui tragulam de machinatione Cleostratae accipiunt, et *decidere* h. l. aiunt esse ἐκτέμνειν βέλος. Nam nihildum machinata est Cleostrata. Ceterum in lectione nihil mutavi. Nam *decidere* quodammodo potest esse i. q. *deiicere*, a caedere, quasi deorsum a turri aut mure. Cf. not. ad II, 3, 24.

20. Vett. *ulciscar tuos.*

21. Vett. *ut pol quidem.*

*Sr.* Ábin' hinc ab oculis? *Ch.* Invitus mé vides; vivám tamen.
*Sr.* Súmne ego miser homó? satin' omnes rés sunt adversaé mihi?
Iám metuo, ne Olýmpionem méa uxor exoráverit, 25
Né Casinam ducát. Si id factum est, écce me nullúm senem!
Sí non impetrávit, etiam spécula in sortí 'st mihi.
Sí sors autem décollassit, gládium faciam cúlcitam,
Eúmque incumbam. Séd progreditur óptume, eccum, Olýmpio.

---

## ACTUS II. SCENA V.

*OLYMPIO. STALINO.*

*Ol.* Una édepol opera in fúrnum calidum cóndito
Atque íbi torreto mé pro pane rúbido,
Hera, quam ístanc operam a me ímpetres, quod póstulas.
*Sr.* Salvús sum! salva spés est, ut verba aúdio!
*Ol.* Quid tú me vero líbertate térritas? 5
Quin, sí tu nolis filiusque etiám tuus,
Vobís invitis átque amborum ingrátiis
Uná libella líber possum fieri.
*Sr.* Quid istúc est? quicum lítigas, Olýmpio?
*Ol.* Cum eádem, qua tu sémper. *Sr.* Cum uxorén' mea? 10

27. Vulg. *specula in sortitu'st mihi*, ex Gruteri et Acidalii coniectura. Atqui *specula* e habet longam. Rud. III, 3, 3. *illa nec spécula est, quaé salutem afferat.* Vett. *specula in sorti restat mihi.* Codd. *specula in sortita sunt mihi.* Al. *spicula.* Scribendum: *specula in sortí'st mihi.* Sorti pro sorte, a nom. *sortis*, qui occurrit Sc. seq. v. 28. et II, 7, 5. Cf. Prisc. lib. VII. Virg. Georg. IV. 165.

28. *decollassit*, i. e. evanuerit, fefellerit me. Cf. Capt. III, 1, 37. Cdd. una *l* hoc loco scriptum exhibent. Unde quidam a *colando* deduxere. — *culcitam*, i. e. lectum, *Polster*. Cf. Mil. IV, 4, 42. Cic. Tusc. III, 19. Suet. Tib. 54.

*Act. II. Sc. V.* Prodit Olympio a Cleostrata, quacum adhuc intus loquitur, declaratque se nulla re eo posse adigi, ut cedat Casinam Chalino. Laetatur senex. Sed tamen Olympio queritur, sibi iratam esse omnem familiam. Solatur eum Stalino, et de sortibus bonum eventum ei sibique promittit.

1. *Und operá* i. e. quod alibi: *eádem operá*. *zugleich;* hic fere nostrum: *eben sowohl.* Verteris: *du sollst mich eben so gut in einen Ofen stecken und wie Zwieback rösten, als von mir erlangen, was du begehrst.* Cf. Bacch. I, 1, 15. III, 4, 26. Capt. II, 3, 99.

2. Restitui lectionem Vulg. V. C. et Pall. *pro pane rubido*, quam Festus (quamquam loco corrupto) interpretatur: parum cocto, citato loco nostro. Atque in v. *rubidus* syllaba *ru* producitur, ut et Stich. 2, 1, 77. Quam quia existimarent corripi, in vett. additum in fine *hera*, quod vulg. v. seq. habet. Lambinus legendum censet: *ruuido*, sive potius cum Hermolao Barbaro: *ruido*, i. e. rudi, scabro, impolito, quales sint panes nos bene pisti. Addit tamen, alios accepisse de pane bis cocto. Atque sic Isidorus XX. *rubidus panis*, *recoctus et rubefactus*. Est ergo nostrum *Zwieback*. — *Ruidus* de pileo legitur apud Plin. H. N. 18, 10.

5. Sic vulg. — Vett. *Quid istac me hera libertate territas?* Camerarii liber: *Quid tu me vera*, et v. *istac* non videntur agnoscere codices. Both. *Quid tu me vero a libertate territas?* quod interpretatur: „territare sive absterrere atque arcere cupis?" Sed minutata erat, opinor, Cleostrata ex mente poetae, Olympionem, si persisteret in suo consilio, nunquam libertatem esse nacturum, eoque eum territare voluerat.

6. Vulg. et vett. *Quid si tu nolis.* Sed Acidalius iam vidit, legendum esse *Quin*, ut habet Bothius.

8. *Una libella*, i. e. quam minimo pretio dato. Libella enim decima pars est denarii. Varro de l. l. lib. V. Cf. Pseud. II, 2, 34. Capt. V, 2, 26. Certus enim est se ab hero libertatem vel gratis adepturum, Casinae amore.

*Ol.* Quam tú mi uxorem? Quási venator tú quidem es:
Dies átque noctis cúm cane aetatem éxigis.
*St.* Quid aít? quid loquitur técum? *Ol.* Orat, óbsecrat,
Ne Cásinam uxorem dúcam. *St.* Quid tu póstea?
*Ol.* Negávi enim ipsi mé concessurúm lovi, 15
Si is mécum oraret. *St.* Dí te servassínt mihi!
*Ol.* [Nunc ín fermento tóta est: ita turgét mihi.
*St.* Edepól ego illam médiam disruptám velim.
*Ol.* Credo édepol esse, síquidem tu frugí bonae es.]
Verum édepol tua mihi ódiosa est amátio: 20
Inimíca est tua uxor míhi, inimicus fílius,
Inimíci familiáres. *St.* Quid id refért tua?
Unús tibi hic dum própitius sit Iúpiter,
Tu istós minutos cáve deos floccifécerís.
*Ol.* Nugaé sunt istae mágnae: quasi tu néscias, 25
Repénte ut emoriántur humaní loves.
Sic tándem si tu Iúpiter sis emórtuus,
Quom ad déos minores rédierit regnúm tuom:
Quis míhi subveniet térgo aut capiti aut crúribus?
*St.* Opínione mélius res tibi habét tua, 30
Si hoc ímpetramus, út ego cum Casiná cubem.
*Ol.* Non hércle opinor pósse: ita uxor ácriter
Tua ínstat, ne mihi détur. *St.* At ego síc agam:
Conícíam sortis ín sitellam et sórtiar
Tibi ét Chalino. Íta rem natam intéllego: 35
Necéssum est vorsis gládiis depugnárier.
*Ol.* Quid, sí sors aliter, quám voles, evénerit?
*St.* Benedíce! dis sum frétus; deos sperábimus.

11. *Quam tu mihi uxorem?* sc. dicis. Non enim uxor, sed canis est, tamquam Hecuba illa. Te enim allatrare solet.

12. *Dies atque noctes.* Sic vett. et Lamb. cum vulgata. Bothius: *Dies ac noctes.*

13. *Quid ait?* Sic vett. et Pall. 5. — Vulg. et V. C. *Quid agit?* Deinvett. *quid tecum loquitur?*

16. *mecum oraret*, i. e. q. me oraret. Cf. Asin. III, 3, 96. Similiter *osculari cum aliquo* et *amare cum aliquo*, et *mentionem facere cum aliquo*. De quibus vide Ind.

19. *Credo edepol esse.* In vett. deest v. *esse.* Interpretatur Lamb. ita esse, ut dicis. Mihi, ut fatear, suspectus totus est locus a v. 17—19. et ob dictionem: *ita turget mihi*, et ob *Edepol* in fine productum sequente vocali, et ob ipsum illud *esse*, pro quo potius *velle* dicendum fuisset, et propter inepta illa: *siquidem tu frugi bonae es*; ut existimem, aptius se habiturum sermonem, si post versum 16. statim sequatur v. 20. *Verum edepol* etc.

24. Vett. *deos cave fl.* — Vulg. *cave deos fl.* uti V. C. atque v. *cave* monosyllabum, uti saepe. Vide Ind.

27. *si tu Iupiter sis emortuus.* Sic et cdd. et vulg. et vett. et Lamb. At Bothius cum Acidalio: *si tu Iupiter sis mortuus.* Nihil autem mutandum, propter singularem forsitan v. *Iupiter* enunciationem, quae et h. l. et alibi videtur obtinere posse, ut quasi contractim sit pronunciandum. V. Pers. 5, 1, 3. Poen. 5, 4, 31.

29. Sic vett. et vulg. — Bothius: *subveniens* ex V. C. et Pal. 1. — Al. cod. *subvenies.* Al. *Quis me subveniet.*

30. Sic vett. — Vulg. *habeat.* Guelf. *habeant.* Both. *habeant tuae.*

35. Sic vulg. — Vett. *Ita rem natam esse intelligo.*

36. *vorsis gladiis*, i. e. adversis, infestis gladiis, aperto bello. Devenere enim ad ultimam rationem. Sic v. ult. *collatis signis.*

38. *deos sperabimus.* Sic Donae,

*Ol.* Non égo istuc verbum emíssim titivillítio:
Nam omnés mortales dís sunt freti; séd tamen 40
Vidi égo dis fretos saépe multos décipi.
Sed táce parumper. *Ol.* Quíd vis? *St.* Eccum exít foras
Chalínus intus cúm sitella et sórtibus.
Nunc nós collatis sígnis depugnábimus.

---

## ACTUS II. SCENA VI.

*CLEOSTRATA. CHALINUS. STALINO. OLYMPIO.*

*Cl.* Fáce, Chaline, cértiorem mé, quid meus vir mé velit.
*Ch.* Ílle edepol vidére ardentem te éxtra portam Métiam.
*Cl.* Crédo ecastor vélle. *Ch.* At pol ego haud crédo, sed certó scio.
*St.* Plús artificum est míhi, quam rebar: hárioium hunc habeó domi.
Quíd, si propius áttollamus sígna, eamusque óbviam? 5
Séquere. — Quid vos ágitis? *Ch.* Adsunt, quae ímperavisti, ómnia:
Úxor, sortes, sítula, atque egomet. *St.* Te úno adest plus, quam égo volo.

Gruterus, Gulielmus, vulgata, Bothius. At cdd. et vett. et Lamb. *deos speravimus*, ut saepe in cdd. futurum scribitur. De dictione cf. Cist. 2, 3, 52. Mil. 4, 5, 10.

39. *istuc verbum* i. e. q. istud, quod dixti. — *emissim titivillitio.* Sic vulg. — Vett. *empsitem titivilitio.* Bothius *emsim.* Titivilitium, ut ait Festus, nullius significationis est, ut apud Graecos βλίτυρι, σκινδαψός. Fulgentius autem haec habet: titivillitium dici voluerunt fila putrida, quae de telis cadunt. Sensus est: ego nihili facio hanc tuam spem, quam in dis ponis.

42. Vulg. *Tace parum.* Vett. *Tace parumper.* Fortasse legendum: *St! tace parumper*, ut *St* elisum fuerit nomine Stalinonis. Bothius et haec Olympioni tribuit, at seqq. *quid vis?* Stalinoni; dein Olympioni haec: *Eccum — sortibus*, et postremum demum versum Stalinoni.

*Act. II. Sc. VI.* Efferuntur sortes. Vincit Olympio. Senex Cleostratam iubet nuptias adornare. — Sortitio autem hoc modo fiebat. Hydria erat (sitella) aqua fere plena. In eam coniiciebantur sortes, confectae ex ligni genere graviore, ne in superficie innatarent, fabae fere magnitudine. (Cf. Luciani Hermotim. 40.) Quarum altera unitatis habebat notam, altera aliam. Altera erat Olympionis, altera Chalini, ceterum figura et magnitudine plane pares inter se. Cleostrata manum inferi in hydriam, et piscatur sortem, quam primam tetigerit; eam premit; atque agnoscitur esse Olympionis. De singulis suo loco videbimus. Ceterum de sortibus legendus Cicero de divin. II, 41. Liv. 25, 3. Spartian. Adrian. cap. 2. Lamprid. Alex. Sev. cap. 14. et imprimis Cic. Fragm. or. pro Cornelio. Cf. not. ad v. 22.

1. Et vulg. et vett. *Face, Chaline, me certiorem.* Atqui nominis Chalini ubique media producitur: erge aut postponendum *me*, aut omnino eliciendum, quippe sine quo versus pariter bene constet.

2. *ardentem*, sc. emortuam, in rogo. Porta Metia eadem quae Esquilina et Taurina. Per eam mortui efferebantur in campum Esquilinum, cf. Donat. de U. R. I, 10. Hor. Epod. 5, 99. Ibidem et lanii erant. Cf. Pseud. I, 3. Mil. II, 4, 6.

3. Lambinus: *Credo ecastor velle.* Sed et vulg. et vett. et omnes libri mpti: *Credo ecastor vellet.* Iidem tamen omnes: *At pol ego.* Utrumque una obtinere locum nequit. Quare aut *pol* exterminandum, aut legendum, quod Bothius habet, *velle.*

4. Et vulg. et vett. *est mi quam rebar.* Bothius: *mihi.* Forsan tamen antiquitus scriptum erat: *Plus mi artificum est, quam rebar.*

7. Copulam *atque* immerito eiecit Bothius.

*CH.* Tíbi quidem edepol íta videtur: stímulus ego nunc súm tibi:
Fódico corculum: ádsultascit iam éx metu. *ST.* Mastígia ...!
*CL.* Táce, Chaline! *OL.* Cómprime istum. *CH.* Imo ístum, qui didicít dare. 10
*ST.* Ádpone hic sitéllam. Sortis cédo mihi. Animum advórtite.
Átque ego censui ábs te posse hoc me ímpetrare, uxór mea,
Cásina ut uxor míhi daretur, ét nunc etiam cénseo.
*CL.* Tíbi daretur ílla? *ST.* Mihi enim. — Ah, nón id volui dícere.
Dúm mihi volui, huic díxi; atque adeo, dúm mihi cupio, pérperam 15
Iámdudum hercle fábulor. *CL.* Pol tú quidem; atque etiám facis.
*ST.* Huíc ... imo hercle míhi (vah tandem rédii vix veram ín viam!) ...
*CL.* Pér pol saepe péccas. *ST.* Ita fit, úbi quid tantopere éxpetas.
Séd te uterque túo pro iure, ego átque hic, oramús ... *CL.* Quid est?
*ST.* Dícam enim, mea múlsa: de istac Cásina huic nostro víllico 20
Grátiam faciás. *CL.* At pol ego néque facio, neque cénseo.
*ST.* Tum ígitur ego sortís utrique dívidam. *CL.* Quis té vetat?

9. Vulg. *Eo dico, corculum adsud.* Vett. *Eo quod corculum assud.* Dousa mavult: *Eoque core.* Pro *assudascit*, quod Lamb. per antiphrasin dictum putat pro *congelascit*, quia metus frigus faciat, Acidalius maluit: *assultat sic iam ex metu.* V. infra v. 62. Cf. Capt. III, 4, 104. *Dierectum, cor meum, i ac suspende te: Tu sussultas; ego miser vix adsto prae formidine.* Inde Salmasius Gron. que *adsultascit* probarunt, et pro *Eo dico* Both. *Fodico.* Bene. Cf. Bacch. I, 1, 30. *Animum fodicant.*

10. Pro *dare*, (verbo obsceni sensus, ut *datare* Aul. IV, 4, 10. Cf. Ovid. de arte am. I, 456.) vett. *clare.* Sed *dare* habuit V. C. Camerarii et codex Vat. Cf. Lipsius Antiq. Lect. V, 1. Ceterum Vulgata et *Comprime istum* tribuit Cleostratae, sequentia autem *imo — dare* Olympioni, ut ad *istum* sit intelligendus Olympio. Sed is tamen nihilidum dixit. Hinc Acidalius: *CLE. Tace, Chaline. OL. Compr. istum. CH. Imo istum — dare*, quemadmodum Bothius habet. Sed istut distribueris, residebit incommoditas aliqua. Unde ego existimem, integrum versum 10 litatum esse ab aliquo, qui obsceni aliquid vellet interserere, uti saepis locis aperte factum in Plauto. Iam requirebantur haec in scenicis apud ceteros, quo frequentius convenirent spectatores. Possit tamen salvus esse versus, si illa, v. 7. *Te uno — volo* tribuantur Olympioni, deinde interloquatur Chalinus, tum: *OL. Mastigia. ST. Tace, Chaline. CH. Comprime istum. OL. Imo istunc — dare.*

11. Vulg. *appone.* Vett. *Depone.* Illud cdd.

12. Vett. *hoc mecum impetrare.* — Antequam igitur sortitio fiat, denuo senex, oratione ad uxorem conversa, ad versum usque 21. verbis eam compellere atque commovere studet, ut cedat sibi Casinam.

14. Bothius, ut vulg., ad *mihi enim* signum habet interrogandi. Falso. Nam *Mihi enim* i. e. q., *Mihi enimvero*, et est affirmantis.

16. *Pol tu quidem* sc. iamdudum perperam fabularis, atque hercle nunc denuo perperam fabularis. Hoc enim est illud *etiam*, nostrum: *jetzt noch, immer noch, wiederholt, noch mehr.* Porro *Iamdudum* est i. q. *modo nunc*, vel *paullo ante* in Plauto. Secus in Terentio. Cf. Amph. II, 2, 68. — Vett. *Pol id tu quidem.*

19. *tuo pro iure*, quoniam tibi ius est in hac re decidendi. Nam Casina erat peculiaris uxoris. Atque sic vett. Lamb. Both. — Vulg. *suo pro iure*, nullo sensu. — Ceterum Bothius alium horum versuum a vs. 17 — 20 constituit ordinem.

21. *neque facio* sc. gratiam vobis; *neque censeo*, sc. gratiam vobis esse faciendam, h. e. concedendum in hac re. Censere enim i. e. q. ratum habere aliquid.

22. Vulg. *Tum ig. ego sortis utrinque iam. CL. Quis vetat?* Vett. *Tum ig. ego sortis utrinque mittam. CL. Iam quis vetat?* Quod et metro et rei repugnat. Nam sortes ab ipsis servis

*Sr.* Óptumum atque aequíssumum istud ésse, iure iúdico.
Póstremo, si illúc, quod volumus, éveniet, gaudébimus;
Sín secus, patiémur animis aéquis. Tene sortém, tene: 25
Víde, quid scriptum est. *Ol.* Únum. *Ch.* Iniquom est, quia isti prius, quám mihi est.
*Sr.* Áccipe hanc, sis! *Ch.* Cédo! Mane: unum vénit in mentém modo:
Víde, ne qua illic ínsit alia sórtis sub aqua. *Sr.* Vérbero,
Mén' te censes ésse? Nulla est: hábe quietum animúm modo.
*Ol.* Quéd bonum atque fórtunatum sit mihi, tuom magnúm malum! 30
*Ch.* Tibi quidem edepol, crédo, eveniet: nóvi pietatém tuam.
Séd manedum: num ista aút populna sórs aut abiegna ést tua?
*Ol.* Quid tu id curas? *Ch.* Quía enim metuo, né in aqua summá natet.
*Sr.* Eúge! — Cave! — Coniícite sortis núnc iam ambo huc. — Éccere.
Úxor, aequa. *Ol.* Nóli uxori crédere. *Sr.* Habe animúm bonum. 35

utrinque in hydriam coniiciantur, non ab Stalinone; neque v. *mittam* aut *ponam*, quod alii habent, in ullo codice lectum ab Lambino aut Camerario. Corruptus versus est, ita emendandus, uti consentaneum loco, ne lector turbetur, aut falsum coniiciat. Itaque feci, additis *dividam* pro *iam*, et pronomine *te*. Possit et sic: *Tum igitur ego utrique sortes dividam etc.* De omni sortitione cf. Fragm. Cic. ex oratione pro Cornelio: *Dum tabellae diribentur, dum sitella defertur, dum aequantur sortes, dum sortitio fit*, etc. Unde Acid. maluit *diribam*.

25. *Tene sortem, tene.* Sic vett. et Lamb. et Dousa. Nempe Stalino utrique dividit, prius tamen Olympioni. Quare postea queritur Chalinus, iniquum esse, quod illi prius dederit, quam sibi. — At vulg. *Tene sortem tibi*, ut voluit Acid.

26. *Vide quid scriptum est*, sc. signi in tua sorte. Id autem dicit utrique, conversus tamen magis forte ad Olympionem. Iam sequentia edd. sic: Ol. *Unum*. Ch. *Iniquum est, quia isti prius quam mihi est.* Atque *unum* recurrit v. 27. *Unum* autem et *enim* saepius mutata scribit Acidalius, qui h. l. nullus dubitat legere: Ch. *Enim iniquum est, qu.* Ego tamen nihil muto, ideo quod et versus constare potest ex vulg., et res videtur postulare, ut saltem alterius sortis signum nominetur spectatoribus. Respondet igitur Olympio, *Unum*, h. e. signum numeri unitatis (I) in sua scriptum esse. Id mali sibi ominis existimat Chalinus, quare iniquum clamat, quod illi prius dederit. Cuius quidem verba sane incaltus sonant. Fortasse leg. *quia isti prius quam mihi data est*, sc. sors.

28. *Vide ne qua illic insit alia sortis sub aqua.* Sortis pro *sors* dixisse veteres, memorat Priscianus libro VI. Vide not. ad II, 4, 27. — Fraudem suspicatur Chalinus, timetque, ne iam alia sortis astute praeparata ab Stalinone in urnam sit coniecta, similis Olympionis sorti, ut, quum duae Olympionis sortes insint, eo facilius ille vincat.

29. *Men' te censes esse?* i. e. mente tui similem h. e. furem ac subdolum esse censes?

30. Iam astant uterque servus, sortes in urnam coniecturi. Vota ergo facit Olympio. In hoc omni autem loco varia personarum nomina leguntur in edd.

32. *populna aut abiegna*, h. e. ex leviore ligni genere. Nam sortes ex robore erant, aut simili ligno, ne innatarent in superficie aquae. Cf. Cic. de Divin. II, 41.

34. *Euge* excitantis est, et ad rem properantis; *cave* minitantis terrentisque, ne pergat Chalinus obiectiones facere. — *huc*. Post hoc verbum cogitandi sunt servi coniicere sortes utrinque in sitellam. Itaque addit: *Eccere*, h. e. Ecce, coniectae sunt, intus sunt. Deinde ad uxorem conversus:

35. *Uxor, aequa*, sc. sortes. Aequare autem hic est: conturbare, ne possint aut situ discerni aut electio aliqua fieri; quemadmodum apud nos quoque fieri assolet. Quae autem nequeunt discerni, aequa sunt. Confer locum ex Cicerone

*OL.* Crédo hercle, hódie dévotabit sórtis, si attigerít. *ST.* Tace.
*OL.* Táceo. Deos quaeso ... *CH.* Út quidem tu hodié canem et furcám feras.
*OL.* Mihi út sortitio evéniat. *CH.* Ut quidem, hércle, pedibus péndeas.
*OL.* Át, tu ut oculos émungare ex cápite per nasúm tuos.
*CH.* Quíd times? parátum oportet ésse iam — laqueúm tibi. 40
*OL.* Périisti! *ST.* Animum advórtite ambo. *OL.* Táceo. *ST.* Nunc tu, Cleóstrata,
Ne á me memores málitiose de hác re factum, aut súspices:
Tíbi permitto; túte sorti. *OL.* Pérdis me! *CH.* Lucrúm facit.
*CL.* Béne facis. *CH.* Deos quaéso, ut tua sors éx sitella effúgerit.
*OL.* Áin' tu? quia tute és fugitivus, ómnes te imitarí cupis? 45
Útinam tua quidem ísta, sicut Hérculéis praédicant

supra ad v. 22 laudatum. Interpretes in simplici re mirum quantum haeserunt. — *Noli ux. credere.* Sic cdd. et vett. et Both. — Vulg. *Nolim.*

36. *devotabit.* Sic vulg. i. e. sortes illis precationibus obligabit, fascinabit. Vett. *deverabit.*

37. *Deos quaeso.* Pergere enim vult in votis suscipiendis ante sortitionem. Inter haec autem sortes aequare continuat Cleostrata. — *canem*, vinculi ferrei genus, ut et *furca*, unde *furcifer.* — Sed pro vulg. *canem* vett. *camum.*

39. *At tu ut.* Sic vett. et Pareus. — Vulg. om. *ut.*

40. Haec et in vulg. et vett. continuantur Olympioni; Bothius Challino tribuit, alii aliter in hoc omni loco personarum nomina distribuunt. Mihi nondum omnia ad liquidum perducta esse videntur. Primum enim quid sibi vult illud: *Quid times?* Deinde existimem requiri aliquid, quo significetur, sortes iam satis esse aequatas sive a Cleostrata, sive Stalinone; quod videtur latere in verbis: *paratum oportet esse iam.* Interpretum nemo locum explicuit. Fortasse Challino verba: *Quid times? — esse iam* non ad Olympionem loquitur, sed ad Cleostratam, sortes adhuc aequantem; et v. 29. *habe quietum animum*, et v. 33 *quia enim metuo*, et 35 *habe animum bonum.* Deinde addit: *oportet iam esse paratum*, sc. vas, seu neutro adhibito pro *paratas sortes.* Quo tamen dicto, celeriter se convertit ad Olympionem, et addit — *laqueum tibi*, quo significet, futurum esse ut ille in sortitione decidat, ipse vincat. Contra Olympio, ubi vas paratum videt, regerit illi: *periisti*, h. e. imo nunc statim apparebit, te infelicissimum esse mortalium.

41. Pro *ambo*, quod Bothius, et vulg. et vett. et cdd. Pall. *amabo.* Illud codd. Meursii et Parisinus, monente Grutero Suspp. 8, 11. Similiter v. 34 vulg. *amabo*, vett. *ambo* habent.

42. Ex hoc versu clare prodit, senem ab initio quidem iussisse Cleostratam aequare, postea vero, fortasse iam v. 36 in fine, ipsum opus perfecisse, imprimis ob metum illum, posse fieri, ut illa devotaret sortes.

43. *Perdis me*, sc. quod Cleostratam iubes sortiri. Nam ea sortem mihi adversam proferet, non meam. — *lucrum facit.* Alio sensu cepit verbum *perdis me*, quasi dixerit: amittis me. Hinc ait: Stalino lucrum facit, cum te perdit. Tu enim nihili es et nequam. Quasi, si quis perdat tussim aut dentium dolorem, lucrum eo faciat.

44. *Bene facis*, sc. quod mihi sortitionem permittis. Haec enim ad Stalinonem ait. — *effugerit*, h. e. non amplius insit in sitella, perierit ex sitella, disparuerit, ne Cleostrata eam proferre possit.

45. *Quia tute es fug.* Sic vett. et Both. — Vulg. *quia tu es fugitivus.* Fugitivi enim vocabantur servi, qui aufugerant ab heris.

46. Vulg. *Utinam tua quidem, sicut Herculeis praedicant Quondam prognatis, ista in sortiendo sors delicuerit.* Vett. *Sed utinam tua* etc. ut vulg. — Both. nostram. Herculei prognati sunt Ἡράκλειοι παῖδες qui centies leguntur in Euripide. De horum autem sortitione facta legitur apud Pausaniam libro IV. in Messenicis cap. 3. his fere verbis: *Κρεσφόντης δὲ (γενέσθαι γάρ οἱ ἤθελε τὴν Μεσσηνίαν πάντως μοῖραν) Τημένου δεῖται, καὶ παρεσκευασμένος τοῦτον, τῷ κλήρῳ δῆθεν ἐφίησι. Τήμενος δὲ εἰς ὑδρίαν, ἐνόντος ἐν*

Quóndam prognatís, in sortiéndo sors delícuerit.
*Ch.* Tu, út liquescas ípse, actutum vírgis calefactábere.
*St.* Ilóc age, sis, Olýmpio! *Ol.* Si hic lítteratus mé sinat.
*St.* Quód bonum atque fórtunatum míhi sit .... *Ol.* Ita vero; ét mihi. 50
*Ch.* Nón! *Ol.* Ímo hercle! *Ch.* Imó mihi hercle! *St.* Hic víncet; tu vivés miser.
Praécide os tu illi hódie! Age! ecquid fít? *Cl.* Ne obiexís manum!
*Ol.* Cómpressan' palma, án porrecta, fério? *St.* Age, ut vis.
*Ol.* Hém tibi!
*Cl.* Quíd tibi istunc táctio est? *Ol.* Quia Iúpiter iussít meus.
*Cl.* Féri malam tu illi rúrsum. *Ol.* Perii, púgnis caedor, Iúpiter! 55
*St.* Quíd tibi tactio húnc fuvit? *Ch.* Quia iússit haec Iunó mea.
*St.* Pátiundum est, siquidém me vivo úxor imperium éxhibet.
*Cl.* Tam húic loqui licére oportet, quam ísti. *Ol.* Cur omén mihi
Vítuperat? *St.* Maló, Chaline, tíbi cavendum cénseo.
*Ch.* Témperi, postquam óppugnatum est ós! *St.* Age, uxor, núnc ïam 60
Sórti. Vos advórtite animum. Praébe tu. *Ol.* Ubi sim, néscio.
Péril, cor tineósum, opinor, hábeo: iamdudúm salit;

αὐτῇ καὶ ὕδατος, καθίστησι τῶν Ἀριστοδήμου παίδων καὶ Κρεσφόντου τοὺς πάλους, ἐπὶ διειρημένοις μοῖραν ἀναιρεῖσθαι τῆς χώρας προτέρους, ὁποτέρων ἂν πάλος ἀνέλθῃ πρότερον. Τοὺς μὲν δὴ πάλους ὁ Τήμενος ἐπεποίητο ἀμφοτέρους· ἀλλὰ τῆς μὲν Ἀριστοδήμου παισὶ, ξηρᾶς ἀπὸ ἡλίου, Κρεσφόντῃ δὲ ὀπτῆς πυρί· ὅ τε δὴ τῶν Ἀριστοδήμου παίδων πάλος κατέτηκτο, καὶ ὁ Κρεσφόντης οὕτω λαχών, γῆν αἱρεῖται τὴν Μεσσηνίαν. — Ceterum versus a Bothio constitutos si mihi arridere dicam, mentiar. Displicet inprimis: *tua quidem ista*, quia τῷ *ista* opus est in apodosi. — *delicuerit* a deliqueo, deliquesco.

49. *Hoc age*, h. e. attende ad rem, ad sortitionem. Cf. Asin. prol. 1. — *hic litteratus*, ut alias: homo trium litterarum, i. e. fur. Cf. Aul. II, 4, 46. Alii de notis literarum inustis explicant, alii de virgarum plagis, ut Pseud. I, 5, 131. *Quasi cum in libro scribuntur calamo literae, Stilis me totum usque ulmeis conscribito.* Sed prior ratio praeferenda videtur.

52. *Praecide os*, i. e. pugno caede in os. *hodie* inepte additum. *Age, ecquid fit* dictum putant ad Olympionem, ut sit exhortatio ad feriendum Chalinum; verba autem Cleostratae *Ne obiexis manum* ad eundem Olymp. dicta putant, dehortamento, ne feriat. Mihi tamen *Age ecquid fit* potius ad negotium sortitionis pertinere videntur; quae dum ait senex, prae cupidine manum ipse admovet urnae, impedimentoque est Cleostratae. Quare his ait: *Ne obiexis manum*, noli mihi obicere manum tuam admotam orificio hydriae. Both. *Cave obiexis* m. Vett. *ne oblexis m.* ut V. C.

53. *Compressa*, i. e. pugno. *porrecta*, i. e. manu explicata, aperta.

55. Bothius omisit *tu*. At pronomen *illi* monosyllabum.

56. *fuvit*. Sic legendum ob metrum. *haec* sc. Cleostrata.

57. Sic vett. — Vulg. *me vivo mea uxor*. Cf. v. 60. *Exhibere* autem *imperium* ait, uti alibi *imperium inhibere*, h. e. exercere, legitur. Stich. 5, 4, 18. Liv. III, 50. fin.

59. In vett. deest *malo*.

60. *temperi* i. e. sero iubes hoc. *temperi* autem ironice dictum; proprie enim est: mature. Similem locum cf. Aul. III, 3, 6. *Temperi, postquam implevisti fusti fissorum caput.* — Vett. et vulg. *age uxor mea nunc iam.*

61. *Praebe tu*, sc. sitellam. Uri autem dicat, non satis liquet. Fortasse tertio alicui, mutae personae, quales plures aderant praeter agentes. Ceterum Pistor maluit legi: *Prae metu ubi sim nescio.*

62. *cor lienosum*. Sic omnes codd. et edd., atque Lambinus explicat: quasi morbo lienis affectum. „Nam quemadmodum lien male affectus seditionem, ut

Dé labore péctus tundit. *Cl.* Téneo sortem. *St.* Effér foras!
*Ch.* Iámne mortuús es? *Ol.* Ostende! — Mea ést. *Ch.* Mala crux ea ést quidem.
*Cl.* Víctus es, Chalíne! *St.* Tum nos démum vivere, Olýmpio, 65
Gaúdeo. *Ol.* Pietáte factum est mea átque maiorúm meùm.
*St.* Íntro abi, uxor, átque adorna núptias. *Cl.* Faciam út iubes.
*St.* Scín tu, ruri ésse ad villam lónge quo ducát? *Cl.* Scio.
*St.* Íntro abi et, quamquam hóc tibi aegre est, támen fac adcurés. *Cl.* Licet.
*St.* Eámus nos quoque íntro; hortemur, út properent. *Ol.* Numquíd moror? 70
Nám praesente hoc plúra verba [fíeri] non desídero.

---

## ACTUS II. SCENA VII.

*CHARINUS.*

Si núnc me suspendám, meam operam lúserim,
Et praéter operam réstim sumtifécerim,
Et méis inimicis vóluptatem creáverim.
Quid ópus est, qui sic mórtuus equidém tamen?
Sortí sum victus: Cásina nubet víllico. 5
Atque íd non tam aegre est iám, vicisse víllicum,
Quam, id éxpetivisse ópere tam magnó senem,
Ne ea míhi daretur, átque ut illi núberet.
Ut ílle trepidabat, út festinabát miser,
Ut súbsultabat, póstquam vicit víllicus! 10

alit in Mercatore (I, 2, 14.) quodammodo *facit, et occupat praecordia*, ita cor, spe et metu conturbatum, sussilit et trepidat." Quem sensum nullum esse, vix quisquam negaverit. Alii ergo maluere: *tinceosum*, quod non dubitavit Plautum scripsisse Hadrian. Iunius. Explicuit tamen: quasi tineis erosum. Male. Potius cor ipsum quasi tinea est in ligno, ac de labore pectus tundit, ut tineae faciunt. — *iamdudum*, i. e. modo salire coepit. *salit* autem de cordis pulsatione vehementiori solemne vocabulum. Cf. v. 9.

64. *mala crux ea est quidem*, sc. ea sors mihi. Sic autem vulg. Manu scripti tamen: *mala crucias est quidem*, quasi pro *crucietas*, ut *satias* pro *satietas*.

65. Vulg. et vett. *tum nos diu vivere*, *Ol.* Bothius *demum*.

68. *ruri esse ad villam l. q. d.*, locum subintelligo, quo Olympio uxorem ducat.

71. Adieci *fieri* ex Camerario, quod tamen nusquam in codd. legitur, nec habet vulg. aut vett. Bothius cum vulg. hunc vs. Stallioni tribuit, vett. Olympioni.

*Act. II. Sc. VII.* Solus restat Chalinus. Queritur, quod in sortitione exciderit. Suspicatur aliquid de amore senis. Igitur, quoniam audit aperiri fores, occultat se, ut auscultet inter se colloquentes.

1. *meam operam luserim*, i. e. inanem operam sumserim, sc. quippe qui iam sim mortuus. V. vs. 4.

4. Vulg. et vett. *Quid opus est, qui sic mortuus? equidem tamen Sorti sum victus. Cas. n. v.* quod Lambinus sic interpretatur: „sui doloris solatium quaerit huiusmodi: quamvis victus sim, tamen sorti sum victus, i. e. non culpa mea, sed fortuna. Vel sic: nihilo minus tamen, sive me suspendam sive non, magnum est hoc malum, quod mihi accidit. Sorte victus sum, atque Casina nubet non mihi, sed villico." Bothius cum Acidalio sic interpungit et legit: *Quid opus est, qui sic mortuus quidem tamen? Sorti sum victus, C. etc.* Ego retinendum censui *equidem*, in interpunctione idem Acidalium secutus.

Attát, concedam huc: aúdio aperirí foris.
Mihi bénevolentes átque amici pródeunt.
Hinc éx insidiis hísce ego insidiás dabo.

---

## ACTUS II. SCENA VIII.

*OLYMPIO. STALINO. CHALINUS.*

*Ol.* Sine módo rus veniat: égo remittam ad té virum
Cum fúrca in urbem, támquam carbonárium.
*St.* Ita fieri oportet. *Ol.* Fáctum et curatúm dabo.
*St.* Voluí Chalinum, sí domi esset, míttere
Tecum ópsonatum: ut étiam in moerore ínsuper 5
Inimíco nostro míseriam hanc adlúngerem.
*Ch.* Recéssim dabo me ad párietem; imitabór nepam:
Captándust horum cláuculum sermó mihi:
Nam illórum me alter crúciat, alter mácerat.
At cándidatus cédit hic mastígia, 10
Stimulórum loculi. Prótollo mortém mihi:
Certum ést, hunc Acherúntem praemittám prius.
*Ol.* Ut tíbi ego inventus sum óbsequens! Quod máxume
Cupiébas, eius cópiam fecí tibi:
Erit hódie tecum, quód amas, clam uxorém. *St.* Tace. 15
Ita mé di bene ament, út ego vix reprimó labra,
Ob istánc rem, quin te deósculer, voluptás mea!
*Ch.* Quid? deósculer? quae rés est? quae voluptás tua?
*Ol.* Ecquíd amas nunc me? *St.* Imo édepol me quam té minus.
Licétne amplecti té? *Ch.* Quid? amplectí? *Ol.* Licet. 20
*St.* Ut, quía te tango, mél mihi videor lingere!
*Ch.* Effódere hic credo vólt vesicam víllico.

12. Vulg. *fores Mihi benevolentis. atque a me prodeunt.* Vett. *fores Mihi benevolenti, adque illi ad me prodeunt.* Ego non dubitavi, Gulielmi emendationem recipere, qui sic censet: *fores. Mihi benevolentes atque ameci prodeunt.* Nam *ameci ab antiquis*, ut ait Festus, *et per e literam proferebatur.*

13. Vulg. *Ilic ex ins.* Vett. et Both. *Hinc ex ins.*

*Act. II. Sc. VIII.* Prodeunt laeti inter se senex cum villico, declaratque Stalino Olympioni, apud vicinum suum Alcesimum sibi locum esse paratum, quo deducatur Casina, eius autem uxorem ab sua ad se vocandam esse, ut iuvet in nuptiis apparandis. Deinde argento dato opsonatum eum mittit. Chalinus autem, haec omnia auscultans, certior fit de senis amore, et machinam utrique fabricare aggreditur.

1. *rus veniat*, sc. Chalinus.

2. *cum furca.* Furca erat poena furacum servorum, unde *furciferi* dicti. Sed et qui carbones baiulabant, ad hanc rem furcam in tergo gerebant.

7. Sic Fest. et Nonius v. *Nepa* hunc locum citant. — Vulg. et vett. *Recessim cedam ad par.*

10. *candidatus*, i. e. villicus; is enim candidatus erat libertatis, ideoque candida veste coronatusque incedebat. Cf. IV, 1, 9. *cedit* pro incedit.

11. *protollo*, i. e. profero, procrastino. Cf. III, 5, 60. (43.) *Neque vitam viri in crastinum sinet protolli.* Cf. Lucr. V, 310. *Fati protollere fines.*

18. Sic vett. — Vulg. *voluptas quae tua.* Bothius ex Meursio: *Quid? deosculere? quae res? quae voluptas tua?* Dictio *quae res?* saepius obvia, sign. i. q. quid hoc sibi vult? ac plerumque est omittitur. Cf. Asin. II, 4, 71.

20. Sic vett. — Vulg. *Quid, amplecti licet?* ut non interloquatur Olympio. Cf. v. 56.

22. Hic vs. in vett. supra legitur post v. 18. his verbis: *Effodere hercle hic*

OL. Ultró te, amator! ápage te a dorsó meo!
CH. Hodie hércle, opinor, hí conturbabúnt pedes.
olet híc barbatos sáne sectarí senex. 25
llúc est, illuc, quód hic hunc fecit víllicum;
t itém me pridem, quom éi advorsum véneram,
ácere átriensem vóluerat sub iánua.
OL. Ut tíbi morigerus hódie, ut voluptatí fui!
ST. Ut tíbi, dum vivam, béne velim plus quám mihi! 30
t ego hódie Casinam deósculabor! út mihi
ona múlta faciam clám meam uxorem! CH. Áttatae,
unc pól ego demum in réctam redii sémitam:
lic ípsus Casinam déperit: habeó viros.
ST. Iam hercle ámplexari, iam ósculari géstio. 35
OL. Sine prius deduci. Quíd, malum, properás? ST. Amo.
OL. At nón opinor fieri hoc posse hodié. ST. Potest,
i quidém cras censes pósse te mittí manu.
CH. Enimvéro huc aures máge sunt adhibendaé mihi:
m ego úno in saltu lépide apros capiám duos. 40
ST. Apud húnc sodalem meum átque vicinúm mihi
ocus ést paratus; éi ego amorem omném meum
oncrédui; is mihi sé locum dixit dare.
OL. Quid éius uxor? úbi erit? ST. Lepide réperi:
lea uxór vocabit húc eam ad se in núptias, 45
lt híc sit secum, se ádiuvet, secúm cubet.
go iússi, et dixit sé facturam uxór mea;
la híc cubabit, vír aberit, faxó, domo;
u rús uxorem dúces; id rus hóc erit,
antísper dum ego cum Cásina faciam núptias. 50
linc tu ánte lucem rús cras duces póstea.
atin' ástute? OL. Docte! CH. Ágo modo, fabricámini!
lalo hércle vostro tám vorsuti vívitis!
ST. Scin', quíd nunc facias? OL. Lóquere. ST. Tene marsúpium:
bi átque opsona! própera! Sed lepidé volo: 55
lollículas escas, út ipsa mollicula ést. OL. Licet.
ST. Emitó sepiolas, lépadas, lolligúnculas,

*alt credo vesicam villico*, quemadmodum et vulg. quae tamen cum eo loco ubet, quo apud nos legitur. Ceterum perius videtur.

23. Duplicem hic servant vett. lectionem: *Ultro te amator, apage te a me ne sis vide*, *Apage te a dorso meo. Illuc est, illuc, quod hic — sub iana.* Deinde habent vss. 29, 30. Tum unum: *Hodie hercle opinor is conturbabit pedes; Solet hic barbatos sane sectari senex viros.* Uti nos dedimus, dilexit Camerarius. Ceterum ego in ne omni loco multa supposita seriusque ab alio quam a Plauto illata suspicor, fortasse a versu 10 usque ad 28 bii sit vere Plautinum. Genuinum tamen opinor versum 24 post v. 30 collocandum, uti habent vett.

24. Vulg. *hice.*

27. *Et item.* Vulg. *et idem me.*

34. *habeo viros.* Vett. *ST. abeo rus.*

38. Vett. *te posse emitti manu.*

43. *Concredui.* Sic V. C. vulg. et vett. — Lamb. *Concredidi.*

46. Vett. *se adiutet.*

48. Sic vulg. — Vett. *si vir abierit faxo*, Both. *sed vir faxo aberit domo.*

52. Both. *Satin' astu?* e. conl. Nostr. V. C.

55. Sic vett. et V. C. et Both. — Vulg. cum Pall. 3. *obsonia propera.* Opsona i. e. eme opsonia.

57. *sepiolas*, i. e. parvas sepias, pl-

Hordéias. *Ch.* Imo tríticeias, sí sapis.
*St.* Soleás. *Ch.* Qui, quaeso, pótius, quam sculpóneas,
Quibus bátuatur tíbi os, senex nequíssume? 60
*Ol.* Vin' língulacas? *St.* Quíd opus, quando uxór domi est?
Ea língulaca est nóbis: nam nunquám tacet.
*Ol.* In ré praesenti ex cópia piscária
Consúlere, quid emam, opórtet. *St.* Aequom orás: abi!
Argénto parci nólo; opsonato ámpliter. 65
Nam míhi vicino hoc étiam convento ést opus,
Ut, quód mandavi, cúret. *Ol.* Iamne abeó? *St.* Volo.
*Ch.* Tribus nón conduci póssim libertátibus,
Quin égo illis hodie cómparem magnúm malum,
Quinque hánc omnem rem méae herae iam faciám palam. 70
Manufésto teneo in nóxia inimicós meos.
Sed sí nunc facere vólt hera officiúm suom,
Nostra ómnis lis est: púlcre praevortár viros.
Nostro ómine it diés: iam victi vícimus.
Ibo íntro, ut id, quod álius condivít cocus, 75
Ego núnc vicissim ut álio pacto cóndiam:
Quoique íd paratum est, út paratum né siet,
Sitque eí paratum, quód paratum nón erat.

---

scis genus notissimum. *lepadas*, pro quibus vett. habent *lepidas*, ut plerique codices. Lepades, piscium genus testaceorum minorum, petris inhaerentium, occurrunt Rud. II, 1, 8. *Echinos*, *lepadas*, *ostreas*, *balanos captamus*, *conchas*. — *lolligunculas*. Sic vett. — Vulg. *lolligiunculas*. Lolligines piscium minorum genus volantium, atro sanguine. Hinc Hor. Serm. I, 4, 100. *Hic nigrae succus loliginis, haec est Aerugo mera.*

58. *Hordeias*. Hoc quoque piscium genus putandum. *triticeias*. Sic vett. — Vulg. *triticeas*. Contorquet iocans Chalinus nomen piscis, deque hordeo deducit, triticeiasque potius esse emendas ait, quo delicatius coenent, quia triticum melius hordeo.

59. *soleas*, item piscis genus, de quo cf. Colum. VIII, 16. *Limosa regio planum educat piscem, veluti soleam, rhombum, passerem.* Cf. Plin. H. N. IX, 20. — *sculponeae*, calceamenti rustici genus ex ligno. Cf. Cato de r. r. 59.

60. Dubium est, qua ratione recte versus scandatur, et *batuere* an producendum sit an corripiendum, siquidem ἅπαξ λεγόμενον videtur in poetis. Ceterum quoniam et adducitur forma *battuere*, et Franc. *battre* inde aperte originem ducit, producendum potius videtur. Sed *tibi* et elidi potest totum, ut accentus in *os* ponatur. Ex nostra autem ratione *senex* correptim tamquam monosyllabum pronunciandum. — *os* hic. ipsum caput, uti saepe. De quo vide Indicem; itemque de v. *senex* monosyllabo.

61. *lingulacae* item piscium genus. Cf. Plin. XXV, 11. Lambinus aliique maluerunt *lingulatas*, ut pro *pastinaca* dicenda sit *pastinata*.

64. Vulg. *Consulere*, *quid emam*. omisso verbo finito. Vett. *Consulere licebit*, *quid emam*. Lambinus cum Camerario: *Consulere potero*, *q. e.* Nostrum Bothius ex Pal. 6. Petit abi his verbis Olympio veniam ad forum abeundi.

66. *etiam* i. e. q. denuo.

71. *noxia*. Sic vett. — Vulg. *nexa*.

74. *nostro omine it dies*, hic dies nobis prosper faustusque est.

75. *alius coquus*, videlicet Stalino, per allegoriam. Intelligit autem eius astutiam, qua Casinam vult in vicini aedes deduci.

78. Vett. et vulg. *Quidquid paratum est*. Codices fere: *Quo id paratum est*. Bothius: *Quoi quidem par. est*. Ego scribendum duco: *Quoique id paratum est*, ut et dativus existat, cui paratum sit, et relativum, quo res parata significetur. Sub parato autem intellige Casinam deducendam. De dictione cf. IV, 4, 8. *Facient hanc mihi rem ex parata imparatam*. Cf. Capt. III, 4, 6. — *ei*, sc. Stalinoni aut Olympioni. — Pro

# ACTUS III. SCENA I.

*STALINO. ALCESIMUS.*

*ST.* Núnc, amici ánne inimici sis imago, Alcésime,
Míhi, sciam: nunc spécimen specitur: núnc certamen cérnitur.
„Cúr autem!" exime; cástigare, id pónito ad compéndium.
„Cáno capite, aetáte aliena," coáddito ad compéndium.
„Quoí sit uxor," íd quoque illuc pónito ad compéndium. 5
*AL.* Míseriorem ego éx amore, quám te, vidi néminem.
*ST.* Fác vacent aedés! *AL.* Quin edepol sérvos, ancillás, domo
Cértum est omnis míttere ad te. *ST.* Eho, nímium scite scítus es!
Séd facitodum tú memineris vérsus quos cantát Colax:
Cúm cibo suo quíqui facito ut véniant, quasi eant Sútrium. 10
*AL.* Méminero. *ST.* Hem nunc énim te demum núllum scitum scítiust.
Cúra! Ego ad forúm modo ibo; iam híc ero. *AL.* Bene ámbula.

*quod*, quae omnium fere est lectio librorum, Bothius: *quoi*. Sensus est: et ut Stalineni paratum sit, quod paratum non erat, h. e. quod ab ipso non erat comparatum aut provisum exspectatumque. Intelligo fustes, plagas a Chalino ingerendas. Utroque igitur versu pronomen *is*, *ea*, *id* non determinativum sed relativum indicandum est.

*Act. III. Sc. I.* Prodit Stalino cum Alcesimo ex huius aedibus, denuoque ab eo petit, ut vacivas sibi faciat aedes, promissaque praestet. Dein ad forum abit.

1. *anne*. Sic omnes editiones et V. L. et Pall. Bothius: *an*. Acidalius scribi mavet: *Nunc amicine, anne inimici* etc. putem potius: *Nunc amicine, an inimici*.

2. Similis locus legitur Bacch. III, 2, 15. *Nunc, Mnesiloche, specimen spectatur, nunc certamen cernitur, Sisne secus ut esse oportet*, qui locus forsasse ex nostro est depromptus. Eiusdem autem cum hoc nostro collatione coniicere possis, nostrum ita esse refingendum: *Nunc amicine, an inimici sis mago mihi, sciam. — Nunc, Alcesime, specimen specitur, nunc c. c.* etc. Iam in vett. et vulg. pronomen *mihi* adhaereret priori versui, et sensu sine dubio ad *amici* et *inimici* est referendum, non ad *sis*, neque ad *sciam*.

3. Vett. *Curam erue, exime, castig.* Vulg. *Cur autem! exime castigare, id* et Lamb. *Curam mi exime, castigare, id p.* Both. *Curam eximere, castigare, id p.* Ego sequor vulgatam, et *exime* interpretor: noli quaerere; omitte. — *omito ad compendium*, h. e. omitte, noli facere. De hac locutione cf. Capt. 3, 2, 12. As. 2, 2, 41. Most. 1, 1, 58. Mich. 2, 1, 41. Ba. 2, 2, 6.

4. *aetate aliena* sc. ab amoribus. *coaddito*. Sic vulg. — vett. *eo addito*.

8. *nimium scite scitus es*, i. e. lepidus es, valde scitus es. Similiter dictum ut alibi: *sapienter sapit*, aut *madide madeam*, aut *propere propera*.

9. Sic vulg. et vett. nisi quod *tu* addidi, quod nusquam legitur. Colax fuit Naevii fabula, in qua fortasse canticum erat ab Colace ipso recitandum, huius argumenti: quotquot domum ad se venturi sint ad convivium, omnes gratos acceptosque futuros, si cum cibo quisque suo accesserint. — Sed codices: *Sed facito dum merui aper vorsus* (al. *vorsis, versis*) *quos cantat colas cum cibo tum* (al. *tu*) *quique*. Citatur hic locus a Festo sub voce *Sutrium*; isque *merula* habet pro *memineris*. Hinc Bothius: *Sed facitodum, ut merula pueri vorses, quod cantat Colax*.

10. Vett. *Cum cibo tum quiqui f.* — *quasi eant Sutrium*. Festus: *Sutrium ire in proverbium abiit, natum ex eo, quod, orto quondam tumultu Gallico, edictum fuit, ut legiones Sutrii praesto essent cum suo cibo, quod usurpari coeptum est in iis, qui suis sumtibus officium praestarent, quibus deberent*. Deinde citat locum nostrum hoc modo: *Sed facito dum merula per versus, quod cantat, colas. cum suo quiqui facito ut veniant* etc.

11. Sic vulg. — Vett. *hem nunc enim tu demum nullo scito scitus es*. Sic et Lambinus, qui integrum hunc versum Alcesimo tribuit, ut sensus sit: enimvero tu nunc demum inscitus et inelegans es, qui moneas me, ut servi mei tibi servitum veniant, sed cum cibo suo. — *enim* pro *enimvero* cf. Capt. 3, 4, 60. Trin. 5, 2, 10. Most. 5, 2, 12.

*Sr.* Fác habeant linguám tuae aedes. *Al.* Quíd ita? *Sr.* Quom veniám, vocent.
*Al.* Áttatae, caedúndus tu homo es: nímias deliciás facis.
*Sr.* Quíd me amare réfert, nisi sim dóctus et dicáx nimis? 15
Séd tu cave inquisítioni míhi sis. *Al.* Usque aderó domi.

---

## ACTUS III. SCENA II.

*CLEOSTRATA. ALCESIMUS.*

*Cl.* Út properarem arcéssere hanc ad mé vicinam meam, hóc erat
Écastor, quod mé tanto vir ópere orabát meus,
Líberae aedes út sibi essent, Cásinam quo dedúceret.
Núnc adeo nequáquam arcessam, né qua ignavíssumis
Líberi locí potestas sít vetulis vervécibus. 5
Séd eccum egreditúr senati cólumen, praesidiúm popli,
Méus vicinus, méo viro qui liberum praebét locum.
Nón ecastor vilis emtu'st módius, qui venít, salis.
*Al.* Míror, huc iam nón arcessi in próxumum uxorém meam,
Quaé iamdudum, si árcessatur, órnata expectát domi. 10
Séd eccam, opino, arcéssit! Salve, Cleóstrata. *Cl.* Et tu, Alcésime.
Úbi tua uxor? *Al.* Íntus illa té, si se arcessás, manet:
Nám tuos vir me orávit, ut eam istúc adiutum mítterem

13. *quum veniam, vocent*, ultro me invitent, ne opus habeam pulsatione.

14. *caedundus*, atque dum haec ait, fortasse palma eum percutere cogitandus.

16. *Sed tu cave inquisitioni.* Sic vulg. et vett. — Lambinus autem ex libris, ut ait, mptis: *Sed cave tu in quaestione mihi sis.* Imper. *cave* propter *v* medium contracte legendus et elidendus totus praeter *c*. Vid. indicem.

*Act. III. Sc. II.* Prodit a se Cleostrata, declaratque, nolle se advocare Murrhinam, ne locus fiat vetulo. Itaque dicit Alcesimo, se nolle morari Murrhinam, velle potius post nuptias eam convenire. Quo facto, introit ad se; sed statim postquam abiit Alcesimus, denuo prodit, exspectans virum suum.

1. Inversa utitur constructione, quae sensu ita erit convertenda: Ecastor hoc erat, quod me tantopere orabat vir meus, ut properarem arcessere ad me vicinam meam. Vulg. *Ut pr. arc. hanc ad me vicinam meam, hoc erat.* Pron. *meam* totum elidendum. Ceterum memorabile, in omnibus legi hic *arcessere*, non, *accersere*. Both. *arcessire*.

2. In hoc versu plane sequor vett., in quibus et deest ineptum illud *id*, quod post *Ecastor* legitur in vulg. et Both., et praeclara tmesis habetur: *tanto vir opere*, quod non elidendum. Nam vulg. *Ecastor id, quod me vir tanto opere orabat meus.* Acidalius repeti vult *hoc* ante *Ecastor;* quo tamen haud opus, si non elidas in *opere;* quam rem ignorabat Acidalius.

4. Bothius: *Nunc adeo nequaquam arcessam illanc: ignavissimis* etc. et: *vetulis sit verv.* Nostr. vulg. et vett. Libri Pall. ignorant vv. *ne qua.*

8. Vett. *vili emptust.* Both. *vili is emptust.* vulg. *vilis emptu'st*, quod Lamb. explicat: *vilis emptu est.* Qui venit i. e. qui venum it. Sensus qui subsit toti versui, valde incertum est propter ironiam. Deinde sal potest significare amicitiam, potest et prudentiam. Proverbium autem de modio salis cum amico edendo antiquissimum est. Igitur modium salis puto significare amicum. Is venum iam it, h. e. vendetur iam, i. e. ludificabitur se. a me. Cf. Mil. 2, 6. 97. *Una hic et Palaestrio me habent venalem; sensi et iamdudum scio.* V. Stich. 2, 1, 18. Bacch. 4, 6, 18. *Non vilis* autem *emts est* ironice dictum pro: pervilis est emtu: h. e. vili iam vendetur pretio amicus hicce mariti mei non nimis sapiens, h. e. facili opera eum ludificabor.

11. *opino.* Vulg. vett. *opinor.* Vett. *accersit.*

13. Et vulg. et vett. *ut eam istuc ad te adjutum mitterem.* E quibus Bothius

Ad te. Vin' vocém? *CL.* Sine: nolo, si óccupata est. *AL.* Ótium est.
*CL.* Nil moror; molésta ei esse nólo; post convénero. 15
*AL.* Nón ornatis ístic apud vos núptias? *CL.* Orno ét paro.
*AL.* Nón ergo opus est ádiutrice? *CL.* Sát domi est. Ubi núptiae
Fúerint, tum istam cónvenibo; núnc vale, atque istám iube. —
*AL.* Quíd ego nunc faciám? Flagitium máxumum fecí miser
Própter operam íllius hirqui ímprobi atque edéntuli, 20
Quí hoc mihi contráxit. Óperam uxóris polliceór foras,
Quási catillatúm. Flagitium hóminis, qui dixít mihi,
Sóam uxorem hanc arcéssituram! ea se éam negat morárier.
Átque edepol mirúm, ni subolet iam hóc huic vicinaé meae.
Vérum autem altrovórsum quom eam mécum rationém puto: 25
Sí quid eius ésset, esset mécum postulátio.
Ibo intro, ut subdúcam navim rúrsum in pulvinárium. —
*CL.* Iam híc est lepide lúdificatus. Míseri ut festinánt senes!
Núnc ego illum nihilí, decrepitum, méum virum, veniát velim,
Út eum ludificém vicissim, póstquam hunc delusi álterum. 30
Nam égo aliquid contrahere cupio lítigii inter éos duos:
Séd, eccum, incedit! Át, quem adspicias trístem, frugi céenseas.

---

*stuc* ab initio seq. vs. collocat, ego *ad* e potius collocandum censeo.

14. Cf. praec. not. — Lamb. *si illa occupata est.*

15. In vett. deest *ei* post *molesta.*

18. *atque istam iube*, sc. valere.

20. *hirqui.* Sic vett. et vulg. Pro *atque* vett. *et.* Vulgata habet asyndeton.

22. *Quasi catillatum.* Fulgentius: *Catillare est, per alienas domus gyrare.* Festus: *Catillatio grave opprobrium hominibus generosis obiiciebatur, si qui provincias amicas populi Romani expoliassent.* Catillus diminutivum a catinus, i. e. tabula, tessera, patina. Catillo autem i. e. q. ligurritor, *ein Tellerlecker.*

26. *esset mecum expostulatio*, h. e. mecum illa expostulasset. Ergo non abiecit illi.

27. *ut subducam navim rursum in pulvinarium.* Hunc versum Lambinus fecit Cleostratae, et pulvinarium recte id esse navale, seu trabes, in quibus naves in litore fuerint collocatae. Denique autem Cleostratam ea dictione, mala iam sibi esse pacata, periculum se remotum, quia effecerit, ut ne ad eum veniret Murrhina. — Errat in versu Cleostratae assignando, ut opinor, Lambinus; verum qui nunquam errat, is nihil explicat, quia non potest fieri ut multa explices, quin et interdum aberres a veriori. Igitur non invehendum erat Acidalio, qui ipse multis in locis offendit, in Lambinum hoc loco, tamquam ineptientem, quum ad hunc usque diem a nullo dum vel sagacitate, vel diligentia, vel rerum peritia et acumine superatus sit Lambinianus Commentarius, ex quo tamquam communi fonte reliqui notarum scriptores omnes suas optimas opes plerumque hauserunt. Certe nec Taubmannus saepe, nec Gronovius ullum puto chiassent Grammaticum, nisi antea indigitasset Lambinus. Idem in aliis omnibus praeclarus.

29. *Nunc ego illum.* Accusativi, ut centies alibi obviam, pendent a v. *velim*, ut apud Sallustium Iug. 14. *me effecit ut ubivis tutius essem*, *quam* etc.

32. *At, quum adspicias tristem, frugi censeas.* Nimirum tristis a foro accedit Stalino ob moras, quas sibi attulerat cliens aliquis suus. Sensus: sed ecce tristis incedit, ita ut, qui talem eum conspexerit, possit existimare, frugi esse, neque nihili, ut est. *tristis* autem est nostrum: ernst.

## ACTUS III. SCENA III.

*STALINO. CLEOSTRATA.*

*St.* Stultítia magna est méà quidem senténtia,
Hominem ámatorem ullum ád forum procédere
In eúm diem, quoi, quód amet, in mundó siet;
Sicút ego feci stúltus: contriví diem,
Dum adsto ádvocatus quoídam cognató meo, 5
Quem, hercle, égo litem adeo pérdidisse gaúdeo:
Ne mé nequidquam síbi hodie advocáverit.
Rogitáre oportet príus et percontárier,
Adsítne animus éi, necne adsit, quem ádvocet;
Si néget adesse, exánimatum amittát domum. 10
Sed uxórem ante aedis éccam! hei miseró mihi!
Metuó, ne non sit súrda atque haec audíverit.
*Cl.* Audívi ecastor cúm malo magnó tuo.
*St.* Accédam propius. — Quíd agis, mea festívitas?
*Cl.* Te ecástór praestolábar. *St.* Iamne ornáta res 'st? 15
Iamne hánc traduxti huc ád nos vicinám tuam,
Quae te ádiutaret? *Cl.* Árcessivi, ut iússeras;
Verum híc sodalis túos, amicus óptumus,
Nescío quid se sufflávit uxorí suae:
Negávit posse, quándo arcesso, míttere. 20
*St.* Vitiúm tibi istuc máxumum est: blanda és parum.
*Cl.* Non mátronarum offícium est, sed meretrícium,
Viris alienis, mí vir, subblandírier.
I tu átque arcesse illam: égo intus, quod facto ést opus,
Volo ádcurare, mí vir. *St.* Propera ergó! *Cl.* Licet. — 25
Iam pól ego huic aliquem in péctus iniiciám metum.
Misérrumum hodie ego húnc habebo amásium.

---

*Act. III. Sc. III.* Conqueritur Stalino de mora sibi facta in foro a cognato quodam cliente suo. Alloquitur uxorem, quaeritque ex ea, an advocaverit iam vicinam ad se. Respondet illa, se quidem arcessivisse, sed illius maritum Alcesimum noluisse eam ad se mittere. Queritur senex, quod uxor parum sit blanda. Introit Cleostrata.

2. Sic scandendum puto, ut *amatorem* longa prima legatur, licentia poetica, quemadmodum et fit Epid. 2, 2, 32. Merc. 1, 1, 4. et Pseud. 1, 5, 1. ex l. vulg.

3. *quoi.* Sic vulg. — Vett. *cui*, ut V. C. et Pall. — Both. ex Langg. *qui*, pro *quo*, sc. die. — *in mundo siet*, h. e. paratum siet. Ducta locutio a mulieribus, quae quum in mundo h. e. ornatu sunt, paratae sunt ad visendum aliquem, ad foras eundum. Ep. V, 1, 2. Perperam int. Rostius Ferculo suo XVI. Cf. Liv. 34, 7. V. Ind. v. *mundus*.

9. In hoc et praecedentibus vss. vulgatam sequor et vett.

19. *se subflavit uxori suae*, i. e. iratus est, inflavit buccas adversus uxorem.

22. Vulg. *est officium, sed meretricium.* vett. *est off. sed meretricum.* Nostrum Lambinus, Dousa. — Bothius: *Non matronarum partum est*, i. e. partium, quia in quibusdam codd. Palat. legatur *N. m. parum est officium*, in aliis idem, omisso *officium*. Verum illud *parum* est ex vs. praec.

26. *aliquem metum.* Respiciunt haec ea, quae tractantur Act. III, Sc. V. qua Pardalisca Casinam ait intus furere, et gladio velle occidere, quicunque secum velit cubare.

# ACTUS III. SCENA IV.

*ALCESIMUS. STALINO.*

ʟ. Viso húc, amator si á foro rediít domum,
ıi me átque uxorem lúdificatust lárüa.
:d éccum ante aedis! Ád te hercle ibam cómmodum.
r. Atque égo hercle ad te. Quíd ais, vir minumí preti?
ıid tíbi mandavi? quíd tecum oravi? *Al.* Quid est? 5
r. Ut béne vacivas aédis fecistí mihi!
ı tráduxisti huc ád nos uxorém tuam!
ıtín' propter te péreo ego atque occásio?
ʟ. Quin tú suspendis té? Nempe tute díxeras,
ıam árcessituram ésse hinc uxorém meam. 10
r. Ergo árcessivisse áit sese et dixísse te,
ım nón missurum. *Al.* Quín ea ipsa ultró mihi
egávit eius óperam se morárier.
r. Quin ea ípsa me allegávit, qui istam arcésserem.
ʟ. Quin níhili facio. *St.* Quín me perdis. *Al.* Quín bene est. 15
uin étiam diu morábor; quin cupió tibi,
uin áliquid aegre fácere; quin faciám lubens.
unquám tibi hodie Quín erit plus, quám mihi.
uin hércle di te pérdant postremó quidem!
r. Quid núnc? missurusne és ad me uxorém tuam? 20
ʟ. Ducás, easque in máxumam malám crucem
umque hác, cumque istac, cúmque amica etiám tua!
bi, et áliud cura: ego iám per hortum iússero
'eam istúc transire uxórem ad uxorém tuam.
r. Nunc tú mihi amicus és in germanúm modum. — 25
Qua ego húnc amorem mi ésse avi dicám datum,

*Act. III. Sc. IV.* Exit a se Alcesimus. Expostulat cum eo Stalino de non missa ad se uxore. Defendit se Alcesimus, vicissim illi iratus. Denique tamen promittit, se uxorem per hortum se transmissurum. Laetus ea re Stalino, conqueritur tamen, sibi tot tantaque rei impedimenta. Et ecce clamor auditur in aedibus.

1. *si a foro*, i. e. an a foro etc. Cf. I, 2, 10 et 12.

2. Sic recte vulgata. Nam vox *larua* idque in Plaute tribus syllabis pronuntiatur. Vett. et Lamb. *larva ludificatus est.* Ego autem ablativum esse reor, ut sensit quod: spectro, aut imagine vana. Pontra Lambinus pro nominativo habuit, Bothiusque comma ponit post *ludificatus*, ut larva sit: homo ineptus.

5. *tecum oravi*, te oravi. Cf. Ba. 3, 90. As. 3, 3, 72.

9. *Nempe* monosyllabum, uti saepe. Indic. v. *Nempe monosyll.*

10. Vulg. *esse uxorem meam.* Bothius: *Tuam arc. esse uxorem uxorem meam*, non omisso *esse*, quod abundat ad versum. Mihi magis verisimile videtur, excidisse *hinc*, quod Lambinus et Dousa in textu habent.

16. *morabor*, sc. ne transeat uxor mea ad vos; impedimento ero tibi. Bothius in hoc et seq. versu priorem quamque partem Stalinoni, posteriorem Alcesimo tribuit, et v. 17. *faciam* legit pro *facere;* deinde v. 18. Stalinoni adscribit, 19 Alcesimo. At vulg. et vett. ea omnia a *Quin bene est* ad *postremo quidem* uni Alcesimo.

22. Both. *Cum hac, cum istac*, ex vett. edd. ut ait.

23. *Abi et aliud cura.* Mutavit iam mentem suam, decrevitque facere ex voluntate Stalinonis. Itaque eum quod hanc quidem rem attineat, sine cura esse, imo aliud quidlibet curare lubet. Sic Asin. 1, 1, 94. *Tum tu igitur aliud cura, quid lubet.*

24. Hic in Bothiana omissum prius *uxorem*, puto typorum peccato.

26. *avi.* Sic vulg. — Vett. *aut.* Lamb.

Aut quíd ego unquam erga Vénerem inique fécerim,
Quoi síc tot amanti mi óbviam eveniánt morae?
Attat!
Quid illúc clamoris, óbsecro, in nostrá domo est? 30

---

## ACTUS III. SCENA V.

*PARDALISCA. STALINO.*

*Pa.* Núlla sum, núlla sum! Tóta, tota óccidi!
Cór metu mórtuum est. Mémbra miseraé tremunt!
Néscio unde aúxili, praésidi, pérfugi
Mihi, aút opum cópiam cómparem aut éxpetam:
Tánta factís modo míra miris modis 5
Íntus vidí, novam atque íntegram audáciam.
Cáve tibi, Cleóstrata. Abscéde ab ista, óbsecro,
Né quid in té mali fáxit ita pércita.
Éripite istí gladium, quaé suae est impós animi.
*St.* Nám quid est, quod haec húc timida atque éxanimata éxsiluit [foras]? 10
Párdalisca! *Pa.* Unde úsurpant aúres sonitúm meae?
*St.* Réspice modo ád me. *Pa.* Here mi! *St.* Quíd tibi est? Quíd?
*Pa.* Perii.

*autem.* Ab initio versus vett. *Sortem qua ego hunc* etc.

27. Vett. *Aut quod.*

28. Both. *Qui sic tot* etc. ut *qui* dictum sit pro *unde, quare.* Vett. *Cui.*

29, 30. Sic et vulg. et vett. legunt, nisi quod *Attat* cum reliquis uno versu ponunt. Dubium nullum est hanc interlectionem separatim esse enunciandam. Bothius *Attate*, ut versus sit tetrameter trochaicus.

*Act. III. Sc. V.* Proruit ex aedibus Stalinonis Pardalisca ancilla, subornata a Cleostrata et Chalino, atque, furere intus Casinam, gladio armatam, minitarique se interfecturam, quicunque secum cubiturus esset. Iubet Stalino Pardaliscam nunciare uxori, ut exoret Casinam, efficiatque ut gladium ponat, eique donum promittit. Ceterum in proposito suo persistit. Promittit operam suam Pardalisca, et introit. Advenit Olympio cum pompa et opsonio. Canticum vivacissimum iucundissimumque, et paucis forsan exceptis, integrum Plautinum.

2. Vett. *cor mortuumst metu.*

4. *opum* pro *opis*, i. e. auxilii, ut vice versa *ops* pro opibus Capt. prol. 15. Vett. *aut opum nunc copiam.*

5. *mira miris modis.* Sic vett. et Lamb. — Vulg. *mira veris modis* Mira i. e. q. miracula. De constructione, dubium est quo referatur *factis.* Sensus videtur: tanta mira miris modis modo intus vidi, eaque non verbis, sed factis gesta.

6. *integram* puto synonymum v. *novam*, quod praecedit. *Integer* enim saepenumero i. e. q. *recens*, ut Caes. B. G. VII, 41 et 49. Ut igitur sensus sit: non antea usitatam, ut recte int. Lambinus.

8. Et vulg. et vett. habent: *faxit ira percita*, quod metrum iubet mutari, ut fecit Bothius.

9. Hic versus videtur choriambicus, ut et sequentes, usque ad v. 13. — Vett. post *Eripite* inserunt: *quaeso.*

10. *Nam quid est* i. e. q. *Quidnam est?* Cf. Aul. I, 1, 3 et 5.

11. Vulg. *Pardalisca! Pa. perii! unde meae usurpant aures sonitum?* Vett. *Pardalisca. Pa. perii unde usurpant aures sonitum meae.* Eleci *Perii*, quod ex sequentibus invectum, neque ad sensum requiritur. Probe enim scit adstare Stalinonem. Nomen autem Pardalisca trisyllabum legendum. In reliquis sequor vett.

12. *Quid tibi est? quid? P. Perii.* Vulg. et vett. *Quid tibi est? Quid timida es? P. Perii.* Eleci versus causa verba molesta *timida es.*

uíd periistí? *Pa.* Perii, et tú periistí. *Sr.* Aperi,
ibi? *Pa.* Vaé tibi. *Sr.* Ímo istuc tíbi siet!
é cadam, amábo, téne, tene me. *Sr.* Quídquid est, 15
ere míhi cito. *Pa.* Cóntine péctus,
réntulum, amabo, pállio.
imeo, hóc negotiúm quid est;
aéc meraclo se úspiam
isit flore Líberi. 20
btine aurés, amabo. *Sr.* Í in malám crucem!
, aurés, caput, téque di pérduint.
isi ex té scio, quídquid hoc sít, cito:
bi istúc cerebrúm
cutiam, éxcetra tú; 25
rio péssuma adhuc quaé me habuistí! *Pa.* Here mi!
uid vís, mea ancílla?
imiúm saevis. *Sr.* Numeró dicis.
óc quidquid ést, loquere; ín pauca réfer,
ntus tumúlti fuít. *Pa.* Scibis. Aúdi 30
pessimúm, quod modo íntus apúd nos
ncilla hoc pácto exórdiri coépit,
haúd Atticám condecét disciplínam.
uid ést id? *Pa.* Timór praepedít dicta línguae.
uid ést? Possum scíre ego ex té, quid negóti est? 35
ícam. Tua áncilla, quám tuo víllico
ire uxórem, ea intús — *Sr.* Quid intús? Quid est?
nitátur malárum malám disciplínam,
uae suo ínterminátur — *Sr.* Quid érgo? *Pa.* Ah!
uid ést? *Pa.* Interímere ait suó velle vítam. 40
m — *Sr.* Hém! *Pa.* gladium — *Sr.* Quid eúm gladium?

Vulg. *Quid, periisti?* ut et vett. *id* est acc. absol. Cf. Bacch. V, *Sed quid nihili sis, memora.* Vulg. et vett. *tibi sit.*

*tene, tene me.* Vett. et vulg. ter: *tene me.*

Vulg. *nisi haec meraclo se uspiam sit flore Libyco*, quod interprete de vino Mareotico, quod prope Adriam gignebatur. Vett. *Timeo potium quidem, nisi haec Chi-glossam uspiam percussit flore* Both. *nisi haec meraclo se percussit flore Libero.* Flos est vinum. Cf. Curc. I, 2, 1. *steris vini meis naribus obiectus* paullo post: *Liberi lepos.* — *o* autem est adiectivum ad *flore.* lus dimin. a *meracus.* — *Percus-* i. e. turbavit se.

*Obtine aures*, i. e. erige mihi prehensis auriculis; uti et fa-ciantes. Cf. As. 3, 3, 77. *de auriculis! compara labella bellis!*

24. Sic vulg. — Vett. *Iam tibi pol istuc c.*

25. Vett. *execrata.*

28. *Numero*, h. e. nimium cito dicis, me nimium saevire; nam nondum satis saevii, et vehementius etiam saeviturus sum. De hac voce cf. Amph. I, 1, 26.

29. *loquere, in p. r.* Hic locus inter eos referendus, in quibus *loqui* productum videatur occurrere. Saltem ego neque *eloquere* dederim, quod fecit Bothius, secutus ut ait cod. Pal. et Guelph., (nam V. C. habet *loquere.*) neque et praeposuerim.

31. Vulg. et vett. *quod hic modo.*

33. Vulg. *condecet.* Vett. *addecet.*

35. Vulg. *Quid est? Possum scire ego istuc Ex te, quid negotii est?* Vett. *quid negotii sit?*

39. Vulg. *viro suo quae interminatur vitam.* Vett. repetunt *suo* ante *vitam.* Apparet, scribendum: *Viro quae suo*, deinde, *vitam* accessisse huc ex sequentibus.

40. Vulg. *quid est? Pa. interimere*

*Pa.* Habet. *St.* Heí misero mihi! Cúr eum habet?
*Pa.* Inséctatur ómnes [domi] per aédes, nec quémquam
Sinít ad se adíre;
Ita ómnes, sub árcis, sub léctis laténtes, 45
Metú mussitánt. *St.* Occidi átque interí!
Quid íllí obiéctum est malí tam repénte?
*Pa.* Insánit. *St.* Sceléstissimúm me esse crédo.
*Pa.* Imó, si sciás, dicta quaé dixit hódie.
*St.* Istúc expetó scire, quíd dixit. *Pa.* Aúdi. 50
Per ómnes deós et deás deiurávit,
Occísurum eum, hác nocte quícum cubáret.
*St.* Me occídet? *Pa.* An quídquam id ad téd attinét?
*St.* Vah! *Pa.* Quíd cum ea negóti tibi est?
*St.* Peccávi: illunc dícere, víllicum, volébam. 55
*Pa.* Sciéns de via ín semitám regredíre.
*St.* Numquíd mi minátur? *Pa.* Tibi ínfesta sóli est
Plus quám cuiquam. *St.* Quam ób rem? *Pa.* Quia sé des uxórem
Olýmpioní: [neque sé tuam, neque sé suam,
Neque vítam viri ín crastinúm sinet protólli.] 60
Id húc missa súm
Tibi út dicerém,
Tibi ab ea út caveas. *St.* Perii hércle miser!
Neque ést neque fuít me senéx quísquam amátor
Adaéque misér. *Pa.* Ludon' húnc ego facéte? 65
Nam quaé facta díxi omnia huíc, falsa díxi.
Hera átque haec dolum éx proxumo húnc protulérunt.
Ego húnc missa súm ludere. *St.* Heús, Pardalísca.

*ait velle vitam. gladium.* Vett. *quid?* *Pa. interimere ait velle se vitam.* Admisi *suo*, omisi *se*, ob versum.

42. Vett. *cur habet?* Nostr. vulg.

44. Vulg. habet *prope* ante *sinit.*

45. *scelestissimum*, i. e. infortunatissimum, infelicissimum, ut Amph. II, 1, 2. Poen. I, 1, 72.

52. *Occisurum.* Legendus de hoc loco Gellius I, 7 ubi is docet, *occisurum* hic non esse participium, sed verbum indefinitum. Similiter enim et Gracchum in oratione de Quinto Popilio habuisse: *Credo ego inimicos meos hoc dicturum.* Idem adducit locum ex Verrina V: *hanc sibi rem praesidio sperant futurum*, et ex Quadrigarii Annalibus: *Dum ii conciderentur, hostium capias occupatas futurum*, et alibi apud eundem scriptum: *est quod speremus deos bonis bene facturum.* Porro ex Valerio Antiate: *haruspices dixerunt, omnia ex sententia processurum esse.* Denique nostrum etiam locum profert, cuius sensus: Se occisuram esse eum, quicum cubaret. Cf. v. 73. Merc. 2, 1, 20. Truc. 2, 4, 49.

53. *quidquam.* Sic vett. — Vulg. *quidpiam.* Addidi autem *id.*

56. Vett. *regredere.* Vulg. *degredere.*

57. Vett. post *mihi* addunt *quoque.*

58. Vulg. et vett. *Plus quam cuiquam.* Sed coni. *quam* et alibi saepe in his dictionibus omittitur.

59, 60. Vulg. *Neque viri vitam sinet in crastinum protolli.* Sic et vett. At Lambinus, omisso *se* pronomine: *neque tuam, nec suam.* Protollere est: prolongare, producere, ut: *protollo mortem mihi* Act. II, Sc. 8. v. 11. Lipsius maluit *sinere*, ut esset constructio obliqua, quod sane melius accommodatum loco esse videtur. Ego credo totum locum quem inclusi suppositum, ut tres hic breviores versus dochmiaci generis legantur: *Olýmpioní.* — *Id húc missa súm — Tibi, út dicerém.* Cf. Capt. 3, 2, 9. 10. 11.

65. Vett. *Ludon' ego hunc facete.* Vulg. *Ludo e. h. f.* Cf. Truc. 4, 2, 8. not.

67. Pro *hunc* vett. *huc.* — Iungenda *haec ex proxumo*, i. e. Murrhina.

68. *Ego hunc.* Hic et vulg. et vett.

*PA.* Quid ést? *ST.* Est, — *PA.* Quid? *ST.* ést, quod volo éx-
quirere éx te.
*PA.* Moram óffers mihi. *ST.* Át tu mihi óffers moerórem. 70
Sed étiamne habét Casina étiam nunc gládium?
*PA.* Habét; sed duós. *ST.* Quid duós? *PA.* Alteró te
Occísurum aít, alteró villicum hódie.
*ST.* Occísissumús sum omnium [iam], qui vívunt.
Lorícam induám mihi; optimum hóc esse opínor. 75
Quid úxor mea? án non adiít atque adémit?
*PA.* Nemo aúdet prope áccedere. *ST.* Éxoret. *PA.* Órat.
Negát ponere álio modo úllo profécto,
Nisí se sciát villicó non datum íri.
*ST.* Atque íngratiís, quia nevúlt, nubet hódie. 80
Nam cúr non ego íd perpetrém, quod cöépi,
Ut núbat mihi? — Íllud quidém non volébam,
Séd villicó nostró.
*PA.* Saépiculé peccás.
*ST.* Timór praepedít verba. Vérum, obsecró, dic, 85
Med úxorem órare, ut éxoret íllam,
Gladium út ponat, ét me redíre intro ut líceat.
*PA.* Núnciabo. *ST.* Ét tu oráto. *PA.* Et ego orábo.
*ST.* At blánde, ut solés.
Sed aúdin'? 90
Si éffexis, sóleas
Tíbi dabo, et ánulum
Ín digito aúreum,
Ét bona plúrima.
*PA.* Operám dabo. *ST.* Face ut ímpetres. 95
*PA.* Eo núnc ïam; nisi quídpiam
Remoráre me. *ST.* Abi et cúra.
*PA.* Redit éccum tandem obsónatu eius adiútor; pompam dúcit.

---

## ACTUS III. SCENA VI.

*OLYMPIO. COCUS. STALINO.*

*OL.* Vide, fúr, ut sentes súb signis

*hue habent.* Verum accusativus mihi quam maxime hic requiri videbatur.

71. Vulg. et vett. *Sed etiamne habet et nunc Casina gladium? et* mutavi in *etiam*, transposuique, et sensus et versus gratia.

73. *occisurum*, i. e. occisuram, ut v. 52.

74. Addidi *iam*, ut versus conferet.

75. Addidi *hoc*, pari ratione adductus.

76. Et in vulg. et vett. deest *an*, quod adieci.

79. Vulg. et vett. *Ni se.*

80. Vulg. *quia non vult*, reliqua ut nos. Scribendum autem *nevult*, ut saepius, ob metrum. Vett. *quem non vult, ei nubet hodie.*

81. Vett. *quod occepi.* Sed *coëpi* per diaeresin legendum.

82. Vulg. et vett. *Illud quidem volebam, non sed nostro villico.*

87. Vulg. et vett. *et redire me.*

89. Vulg. et vett. *At blande orato, ut s.*

91. Cf. Pseud. 5, 2, 25. ubi pariter *effecta* ictum in priori syllaba habet.

*ACT. III. SC. VI.* Accedit a foro Olympio cum pompa servorum coquorumque, opsonium adducens, (quales pompae plures occurrunt in comoediis,

Ducás. *Co.* Qui vero súnt sentes?
*Ol.* Quia, quód tetigere, illicó rapiunt;
Si éas ereptum, illicó scindunt;
Ita, quóquo adveniunt, úbiubi sunt, 5
Duplicí damno dominós multant.
*Co.* Eia! *Ol.* Áttat, cesso mágnifice
Patricéque [amiceque] ita hero meo ire ádvorsum?
*St.* Bone vír, salve. *Ol.* Fateór. *St.* Quid fit?
*Ol.* Tu amás, at ego esurio ét sitio. 10
*St.* Lepide éxcuratus incésti. *Ol.* Vah!
*St.* Mane véro, quamquam fástidis.
*Ol.* Heu heú, foetet tuus míhi sermo.
*St.* Quae rés? *Ol.* Haec res. *St.* Etiámne adstas?

ut Bacch. I, 2, 1. Aul. II, 4, 1. Men. 2, 2, 1. Merc. IV, 4, 8. Pseud. 3, 2, 1. Stich. 5, 4, 1. Truc. 2, 7, 1.). Alloquitur eum Stalino, quem, ut solet fieri in huiusmodi scenis, primo non agnoscit Olympio, morantemque sese repellit a se. Deinde postquam se recte agnovere, Stalino suam cupidinem ei declarat, et hortatur eum ut introeat, ut coena paretur. Mentionem tamen facit de Casina furente. Quare ille prior introire non vult. Itaque ambo simul introeunt. Scena varie interpolata ab serioribus, quod et ex sensu et metro apparet, quod maximum partem anapaesticum est, paucis intermixtis bacchiacis. *Cf.* Hermannum de metris. Praeterea locus est in libris lacunosus a v. 29 — 34 a Camerario additamentis suppletus, quae eius supplementa quoniam versus efficiebant, saltem non nimis impediebant, inclusa tamen dedimus.

1. Primum colloquitur Olympio cum coquo, quem adducit, quemque et ipsum furem appellat, et servos eiusdem sentibus comparat, qui quidquid tetigerint, vel retineant vel dilacerent. — *Sub signis.* Sic vulg. — Vett. *sub signum.* Lambinus: *sub signo.* Dictio tracta a re militari.

2. *Qui*, i. e. quomodo, quo iure a te ministri mei vocantur sentes? quo argumento?

4. *si eas ereptum*, si ex manibus eripere volueris, quae rapturi erant. Intelligenda sunt vasa e culina et caetera supellectilis.

7. *Eia!* Adnotat Lambinus, *Eia* hic non esse hortantis, sed potius revocantis, ut sensus sit: numquamne desines coquis maledicere? *Cf.* Amph. 3, 2, 20. et Cas. II, 3, 14. — Quae sequuntur, ad sensum quidem facilia, ad totum si conferas, difficiliora. Ac primum cavendum, ne credas, Olympionem conspexisse iam herum suum. Contra enim, non agnoscit in statim subsequentibus, etiam alloquentem se. Deinde in hac omni scena non vult se servum vocari Olympio, quippe qui liber iam sit; *cf.* v. 20 et 21. Atqui hic ipse Stalinonem herum suum vocat. Denique ad metrum abundat *amiceque.* Apparere igitur videtur, locum non esse sanum, et forsitan aut alterum, aut utrumque versum eliciendum. Servari tamen poterit prior: *Eia.* Ol. *Attat, cesso magnifice!* i. e. tarde progredior, tamquam magnificus sim. Sic Salustius Iug. 31. *sed incedunt per ora vestra magnifice.* Cf. Liv. II, 6.

9. *Fateor*, *se.* me bonum esse virum. Sed ignorat dum esse Stalinonem, retro se revocantem.

10. Hic versus perquam inepte huc intrusus; sensum quidem quod attinet, depromtus ex Act. IV. Sc. 3, v. 5 et 7. Ibi enim recte de esuriendo sitiendoque sermo esse potest; quippe decepti ibi sunt Stalino et Olympio, moraque facta de industria inius, ne posset coqui prandium. Hic de ea re plane nondum sermo esse debebat. Denique, ut iam dixi, non agnoscere cogitandus est Olympio herum; non igitur mentio debet fieri eius amoris.

11. *excuratus.* Cf. Pseud. V, 1, 8. *Ita victu excurato, ita munditiis digne, ah, Itaque in loco festivo sumus festive accepti.* Videtur igitur esse i. q. exornatus, adornatus. *incesti* scribendum erat pro *incessisti*, quod legitur in vulg. et vett. — *Vah!* Vulg. habet: *Aha hodie!* Vett. *Ah hodie.* Lamb. *Vah hodie.* Both. *Vaha*, omisso *hodie.*

13. *foetet tuus mihi sermo*, molestus mihi es, moraris me. Non enim agnoscit Stalinonem; quod, utut mirum, tamen verum, et solitum fieri in comoediis veterum, sicut et sane comicum quam maxime.

14. *Quae res?* i. e. quid sibi hoc vult?

*OL.* Enimvéro πράγματά μοι παρέχεις. 15
*ST.* Dabo μέγα κακόν, ut opinór, nisi [iam]
Restás. *OL.* Ὦ Ζεῦ, potin' á me abeas,
Nisi mé vis vomere hodié? *ST.* Mane[dum].
*OL.* Quid est? quís hic homo est? *ST.* Herus súm. *OL.* Qui herus?
*ST.* Quoiús tu servos es. *OL.* Sérvos ego? 20
*ST.* Atqué meus. *OL.* Non sum egó liber?
Meménto, meménto! *ST.* Mane átque adsta! *OL.* Omítte.
*ST.* Servós sum tuós. *OL.* Optume ést. *ST.* Obsecró te,
Olýmpisce mí, mi patér, mi patróne, ....
*OL.* Hem, sápis sane. *ST.* Tuos équidem sum. 25
*OL.* Quid míhi servo opus est tám nequam?
*ST.* Quid nunc? quam mox recreás me?
*OL.* Coená modo si sit cócta.
*ST.* [Intro] érgo abeant propere, Íntroite, et
Cito déproperate! [Ego] iam íntus ero. 30
Facité coënam mihi ut ébria sit!
Lepidé, nitide [coenáre] volo.
Nihil iám moror, barbaricó ritu
[Sane ésse.] I, sis: sed ego híc habito
[Nunc quidém.] *OL.* Numquid est, quod sít morae? 35
*ST.* [Gladium áncilla] Casinam íntus habere
Ait, quí med atque ted évitet.

quae causa est, quare tibi foeteat meus serme? *haec res*, i. e. opsonium, quod mihi decendum est domum. — *etiamne adstas?* Sensus: iterum iubeo te adstare; adstato, inquam.

16. Sic vulg. — Vett. *Dabo καὶ κακόν*, quod est aptius versui. Deinde et vulg. et vett. *ut ego opinor, nisi resistis.* Both. *nisi restas.* Ego *iam* addidi.

18. Addidi *dum.*

22. *Omitte;* sine me pergere, quo iterus sum. Nolo enim tecum loqui.

23. *Servos sum tuos.* Non dubitavi haec cum vulgata Stallmoni tribuere. Nam vett. haec quoque cum seq. *Optume est* Olympioni tribuerunt. Bothius tamen sic: *OL. Omitte: Sum servos tuos. ST. Optume est. Obsecro te* etc.

25. *Tuos equidem sum.* Sic vett. — Vulg. *Tuus sum equidem.*

29. Vulg. et vett. *ST. Intro ergo beant. OL. propere,* (vett. *abeant propere. OL.) cito introite et cito deproperate.* — Quae ab hoc versu usque ad v. 36. inclusa leguntur, lacunarum sunt supplementa Camerariana.

31. Sic vulg. — Vett. *Facite coena* i., fortasse melius.

32. Transponendum hic erat. Nam vett. et vulg. *Coenare lepide nitideque volo.*

33. *Nihil iam morer.* Vulg. et vett. *Nihil moror barb. ritu Sane esse iam.* Sensus: nolo iam barbarice i. e. Romane ritu coenare. Cf. Capt. 3, 1, 33. IV, 2, 105. As. prol. 11. Pro *Sane esse iam*, quod a Camerario profectum est, codices habent: *ne etiam isis* (al. *issis, ipsis.* Monac. *issised*) *ego hic habito.* Fortasse igitur scribendum: *Nae, etiam i sis: sed ego h. h.* h. e. iterum iterumque te iubeo introire. Sic *etiamne adstas?* v. 14.

34. *sed ego hic habito*, sc. in platea; nam introire nunc quidem non audeo in domum. Addidi *sed* ex cod. Monac.

35. Vulg. et vett. *nunc quidem, gladium Ancilla Casinam intus habere ait.* Sed post *Numquid est* scripti tantum non omnes habent: *ceterum quod morae sit.* Hinc scripsi: *Nunc quidem. Ol. Numquid est, quod sit morae?*

36. Verba *Gladium ancilla* a Camerario sunt addita ad supplendam lacunam.

37. *qui*, i. e. quo, cuius ope. *evitet*, i. e. vita privet, interficiat. Vett. *interimat.* Notissimus versus ex veteri poeta a Cicerone allatus Tusc. III, 19. *Priamo vi vitam evitari.* Nam Lipsius

*Ol.* Scio. Sic sine habere. Nugás agunt.
Novi égo illas malás merces.
Quin túte i modo mecúm domum.
*St.* At pól malum metuo. I tú modo.
Prius pérspicito, quid intús agatur.
*Ol.* Tam míhi mea vita, quám tua,
Tibi cára est. *St.* Verum i iám modo.
*Ol.* Si túte ibis, inibítur tecum.

## ACTUS IV. SCENA I.

*PARDALISCA.*

Nec pól ego Nemeae crédo, neque ego Olýmpiae,
Neque úsquam ludos tám festivos fieri,
Quam hic íntus fiunt lúdi ludificábiles
Seni nóstro et nostro Olýmpioni víllico.
Omnés festinant íntus totis aédibus;
Senex ín culina clámat, hortatúr cocos:
„Quin ágitis hodie? quín datis, si quíd datis?
„Properáte! coenam iam ésse coctam opórtuit!"
Villícus hic autem cúm corona, cándide
Vestítus laute éxornatusque, ámbulat.
Illae aútem in cubiculo ármigerum ornant [múlieres,]
Quem dént pro Casina núptum nostro [víllico;]
Sed nímium lepide díssimulant [mercés malae,]
Fore, húius quod futúrum est. Digne autém coci
Nimis lépide ei rei dant óperam, ne coenét senex:
Aulás pervortunt, ígnem restinguónt aqua.
Illárum oratu fáciunt: illae autém senem
Cupiúnt extrudere íncoënem ex aédibus:

in vetere libro invenit scriptum: *invitet*, quod habet vulgata, quum sit nihili.

38. *Scio.* Sed unde scivit Olympio? an in foro audivit? Ergo aut vitii aliquid latet, aut *Scio* i. e. q. *Esto.*

40. Vulg. et vett. *Quin tu i m.* Scripsi *tute.*

42. Vett. *i tu modo prius. perspicito quod intus agatur.* Vulg. *i tu modo, perspicito prius, quid intus agatur.* — *Perspicere* i. e. q. *perspectare* Most. 3, 2, 129. h. e. contemplari.

44. Et vulg. et vett. *verum modo.* Lamb. *verum i modo.*

45. Vulg. et vett. *si tu iubes, inibitur tecum.* Sed Acidalius iam scribendum censuit: *si tu ibis, inibitur tecum.* Iterum pro *tu* simplici, dedi *tute.*

*Act. VI. Sc. I.* Prodit Pardalisca ancilla, narratum, qui ludi intus fiant seni et villico, declaratumque, pro Casina subornari a mulieribus Challnum.

10. Sic vetus codex Camerarii. V. *laute* plene legendum. Vett. *obambulat.*

11. Sequentia interpolata sunt, addita *mulieres*, — *villico*, — *merces malae*, quae desunt in codd. Fortasse tetr. fuerunt antiquitus interpositi:

Illae autem in cubicio armigerum ornant,
quem dent pro Casina nuptum.
Sed nimium lepide dissimulant, fore
huius quod futurum est.
Condigne autem nimis lepide huc conducti coqui
Aulas pervortunt, ignem restinguunt aqua.
Illarum oratu faciunt: illae autem senem
Cupiunt extrudere incoënem ex aedibus etc.

— Nos tamen, paucis mutatis, Camerarium Bothiumque sequimur.

14. Vett. *Condigne autem nimis lepide huc conducti coqui rei d. o. n. c. s.* Fortasse verba *rei* — *senex* serius adiecta.

Ut ípsae solae véntres distendánt suos.
Novi íllas ambas estríces: corbitám cibi 20
Comésse possunt. Séd aperitur óstium.

## ACTUS IV. SCENA II.

*STALINO. PARDALISCA.*

*St.* Si sápitis, uxor, vós tamen coenábitis,
Coena úbi erit cocta. Rúri ego coenávero:
Nam nóvom maritum ét novam nuptám volo
Rus prósequi: novi hóminum mores máleficos:
Ne quís eam abripiat. Fácite vostro animó volup. 5
Sed próperate istum atque ístam actutum emíttere:
Tandem út veniamus lúci. Ego cras híc ero;
Cras hábuero, uxor, égo tamen convívium.
*Pa.* Fit, quód futurum díxi: incoenatúm senem
Forás extrudunt múlieres. *St.* Quid tu híc agis? 10
*Pa.* Ego éo, quo me ipsa mísit. *St.* Veron'? *Pa.* Sério.
*St.* Quid híc speculare? *Pa.* Níl equidem speculór. *St.* Abi.
Tu hic cúnctas; intus álii festinánt. *Pa.* Eo.
*St.* Abi hínc, sis, ergo, péssumarum péssuma!
Iamne ábiit illaec? Dícere hic quidvís licet: 15
Qui amát, tamen hercle si ésurit, nullum ésurit.
Sed eccúm progreditur cúm corona et lámpade
Meus sócerus, cómpar, cómmaritus, víllicus!

## ACTUS IV. SCENA III.

*OLYMPIO. STALINO.*

*Ol.* Áge, tibicen, dum íllam educunt húc novam nuptám foras:
Suaví cantu concélebra omnem hanc
Plateam hýmenaeo! Io hymén hymenaee!
Io hýmen! *St.* Quid agis, méa salus?
*Ol.* Esúrio hercle, atque adeo haúd parum 5
Sitio. *St.* Át ego amo. *Ol.* At ego hércle nihil

18. *incoēnem* per diaeresin legendum ex codd. — Al *incoenatum*. in al. transposita inepte.

20. Omnes: *Novi ego illas ambas estrices*, qui foret anapaesticus. B. *ego* omisit. *corbita* genus est navigii tardum et grande. Cf. Poen. III, 1, 40. Vett. *Corbitant*, *ubi*.

*Act. IV. Sc. II.* Impatiens factus, omittit omnem coenam senex, proditque, et abigit ancillam, exspectatque, dum prodeat villicus.

12. Vett. *Quid speculare*, omisso *hic*.

13. Vett. *Tu hinc, cunctas?*

16. Neminem credo fugere hic posse, *tamen si* poni pro *tametsi*. — *nullum*. Sic vett. et vulg. Both. *nilum*, cum Meursio.

18. *Socerus*. Lambinus malit: *socius*.

*Act. IV. Sc. III.* Progreditur cum tibicine pompaque Olympio, ad cantandum hymenaeum, exspectandamque Casinam. Simul cum illo occentat Stalino.

4. Bothius verba *Io Hymen* Stalinoni tribuit. Praeter notissima cuique huiusmodi cantica cf. Sarip. Troad. 308 — 341 Cassandrae hymenaeum.

5. Amplector lectionem vett. quae inserunt *parum*, quod in vulg. omittitur.

Facíó tibi, amor, perículi.
Mihi inánitate iámdudum
Íntestina múrmurant.
*St.* Nam quíd illaec nunc tamdíu intus 10
Remorátur, quasi ob indústriam?
Quo ego plús propero, tanto ílla minus.
*Ol.* Quid sí etiam occentem hýmenaeum?
*St.* Cénseo; et ego te ádiutabo in núptiis commúnibus.
*Ol.* Hýmen hymenaee, ío hymen! 15
*St.* Périi, hercle, ego misér; dirumpi cántando hymenaeúm licet:
Íllo morbo, quó dirumpi cúpio, non est cópia.
*Ol.* Édepol nae tu, sí esses equus, ésses indomábilis.
*St.* Quo árgumento? *Ol.* Nímis tenax es. *St.* Núm me expertus úspiam?
*Ol.* Dí melius faciánt. Sed crepuit óstium; exitúr foras. 20
*St.* Di hércle me cupiúnt servatum. Iam óboluit Casína procul.

---

## ACTUS IV. SCENA IV.

*ANCILLAE DUAE. OLYMPIO. STALINO.*

*An.* I, sénsim superattólle limen pedés, nova nupta. Sóspes
Iter íncipe hoc, ut víro tuo sémper sis supérstes:
Ut pótior sis polléntia, victríxque sis, superétque
Tuum impérium. Vir te véstiat, tú virum despólies;
Noctúque et diu ut viro súbdola sies, óbsecro, meménto. 5
*Ol.* Malo máximo suo hercle íllico, ubi tántulum peccássit!
*St.* Tacé. *Ol.* Non taceó. *St.* Quae res? *Ol.* Mála malae male mónstrant.
*St.* Faciént hanc mihí rem ex paráta imparátam.
Id quaérunt, volúnt, haec ut ínfecta fáciant.

10. *Nam quid illaec*, i. e. *Quidnam illae.*

11. B. ex Festo: *remorantur remeligines, quasi ob ind.* contra omnem rhythmum.

12. Vett. *Quanto ego plus propero, tanto minus.* Vulg. *Q. e. pl. pr. tanto illa minus.* Nostr. ex emend.

16. Vett. *miser: Iam me aedepol dirumpi* etc.

17. Lamb. malit *Nimis tendax es*, a tentigine. In quibusdam antiquis hic et seq. vss. desunt.

*Act. IV. Sc. IV.* Alia pompa Casina suppositilia ab ancillis, praesente forsitan et Cleostrata (cf. v. 14) ad Olympionem adducitur. Gaudet Stalino. Dum autem unus post alterum ad illam accedunt, nunc cubito illos agit, nunc pede tundit. Denique eam introducunt in aedes vicini. — Versuum genus ab initio videtur esse Saturnium; sequuntur bacchiaci, intermixtis anapaestis aliisque. Lectio interdum vacillat. Ceterum pleraque videntur esse genuina.

1. Addidi *I* ab initio, quod deest in editionibus. *superattolle* duobus verbis habet vulg. et Both.; vett. ut nos.

2. Vett. *at viro tuo.* Post *superstes* et vulg. et vett. addunt *atque.*

3. Vett. *Ut potior pollentia sit.* Vulg. *Ut potior pollentia sis.* Deinde utraque: *vincasque virum, victrixque sies.* Sed et Bothius verba: *vincasque virum* (Guelph. *vincas v.*) tamquam glossema, relecit.

4. Vett. *dispolies.*

5. Sic vett. et vulg.

8. Vett. et vulg. ex Camerario: *Perii. isthaec facient hanc rem mihi ex par. imp.* In codd. omittuntur verba: *Perii. istae facient.*

9. In vett. omittitur *ut.*

ge, [Olympio,] quándo vis, úxorem áccipe hanc a nóbis. 10
ıte érgo, datúrae si únquam estis hódie.
ɔíte intro. *AN.* Amábo, integrae átque imperítae huic
:ito. *ST.* Futúrum est. Valéte. Ite iam. *AN.* Valéte.
nne ábscessit úxor? *OL.* Domi ést: ne time. *ST.* Eúax!
pól demum ego súm liber. 15
córculum, verculum, mélliculum!
ed] heús tu, maió, si sapís,
s: mea ést haec. *ST.* Sció;
eús fructus ést priór.
ene hánc lampadém! *ST.* Imo ego íliam tenébo. 20
múltipotens, bonam vítam mihi
i, huius quúm copiám mihi dedísti.
sculum mélliculúm!
ea uxórculá! *ST.* Quid ést?
stitit plántam. 25
uási iocábor.
ı haud ést
, atque húius est — —
l papillam béllulam! — Hei miseró mihi!
uid est? *ST.* Péctus mi agit haec cúbito. 30
uid tu érgo hanc, quaeso, tráctas tam?
hi, qui belle hanc trácto, non.
*ST.* Quíd negoti est? *OL.* Óbsecro, ut valéntula est!
éxposivit cúbito. *ST.* Cubitum ergo íre vult.
uin ímus ergo? *ST.* Bélla, béllatulá. 35

---

ıut *Olympio*, aut *uxorem* elicesse, metrum videtur arguere.
'ost *hodie* additur *uxorem*, quod am Bothius omisit. Vett. *unquam hodie uxorem.*
Vett. verba *futurum est* — *uxor* linoni tribuunt. Vulg. sic: *OL. m est. valete. ST. ite. AN. iam* Ad metrum *iam* redundare, quilie videt.
Vett. et vulg. *Meum corculum, lum, verculum.*
Metri causa addidi *Sed.*
Vett. *imo ego hanc tenebo.*
*Mea uxorcula!* Exclamat prae Olympio, a Chalino planta pres- *Quid est?* l. e. quid clamas? — *plantam*, sc. meam, l. e. pedem ede vehementer pressit. Sic *inestes*, Corn. Nep. Ep. et Eum.
*Quasi iocabor.* Sic vett. — Vulg. *quasi iocabo.* Utrumque non videtur recte habere; legendumque fortasse: *quasi iocatur*, sc. Casina.

27. De prosodia v. *nebula* cf. Capt. 5, 3, 26.

28. Sic vulg. — Vett. *atque haec est.* Both. *atque h. est corpus*, ex Pal. 1. a recentiori manu. Lamb. *atque cutis huius est.*

30. Vulg. *nunc cubito.* — Vett. *nunc haec cubito.*

31. *Quaeso* per sensum melius abesset, et in fine rectius forte legeres: *tam male.* Tractare autem l. e. q. contrectare. Cf. As. III, 1, 20. Bacch. II, 2, 23. Capt. prol. 55. Ceteram personarum nomina varie in his versibus ordinantur.

35. Lamb. *bella bella tu mea.* Vett. *bella bella tula Casina.* Nostr. vulg.

## ACTUS V. SCENA I.

*MURRHINA. PARDALISCA.*

*Mu.* Accéptae bene ét commode, éximus íntus
Ludós visere húc in viá nuptiáleis.
[Lubet Chalinum, quid agitat, scire,
Nuptam novam cum novo marito.]
Nunquam écastor úllo dié risi adaéque, 5
Neque hóc, quod relíquom est, plus rísuram opínor;
Nec fállaciam ástutiórem ullus fécit
Poéta, atque ut haéc est fabré facta a nóbis.
Obtúnso ore núnc pervelím progredíri
Seném, quo senéx nequiór nullus vívit! 10
Ne íllum quidém nequiórem arbitro ésse, qui
Locúm praebet ílli.
Nunc praésidiúm tu esto híc, Pardalísca,
Qui híne exeát, eum ut lúdibrio hábeas.
*Pa.* Lubéns et soléns fecero. *Mu.* Hínc omnia íntus 15
Spectáto, quid íntus agánt. *Pa.* Pone amábo.
*Mu.* Et ílli licét libere aúdaciúsque
Quaevís proloquí. *Pa.* Tace; forís vostra crépuit.

---

## ACTUS V. SCENA II.

*OLYMPIO. MURRHINA. CLEOSTRATA.*

*Ol.* Neque quó fugiam, neque, ubí lateam, neque hoc dédecus quomodo célem,

*Act. V. Sc. I.* Prodit Murrhina, comitante Pardalisca, a Cleostrata, spectatum, quid intus novi nupti faciant. Vulg. et vett. inscribunt: *Pardalisca, Murrhina.* Lambinus habet: *Cleostrata, Pardalisca ancilla, Murrina.* Ab omnibus primi duo versus tribuuntur Pardaliscae, inepte; nam ea Cleostratae est. Itaque et hos et sequentes eidem Murrhinae tribuendos censeo. Lambinus 1 et 2 Cleostratae.

1. *Intus* interdum et significat motum de loco. Cf. II, 5, 43. Amph. II, 2, 147. Cist. III, 3, 8.

2. Omnes edd. *huc.* Bothius *hic.* Pro *in via* Lambinus malit *in viam.*

3. Hic et seq. versus, quem hoc loco Bothius collocavit, in vulg., vett. et Lamb. leguntur demum post verba *risuram opinor.* Utrumque spurium esse, primo statim adspectu patet.

8. *a nobis.* Praepositionem puto omittendam.

11. *Ne illum quidem*, sc. meum ipsius maritum. *arbitro* bene Bothius. Vulg. *arbitror.* Vett. *arbitrarier.* al. *arbitrarem*, al. *arbitrarer.* Verbum esse monosyllabum.

12. Clausula haec.

13. Vulg. *nunc praesidem * * hic, Pardalisca, esto: qui hinc exeat* etc. Vett. *nunc praedalisca etiam qui hinc exeat;* valde corrupte. Nos vulgatam aliquo modo explendam censuimus, ut et in sequentibus, ubi ea sic habet: *Lubens fecero et solens. Mu. spectato hinc omnia Intus quid intus agant. Pa. * * pone me. amabo. Mu. Et illi audacius licet quae vis libere Proloqui. Pa. tace: vostra foris crepuit.* Vett. *Spectatis hinc.* Lamb. *spectabo.*

17. *Et illi.* Lamb. intelligit Cleostratam. Caeterum *illi* potest et esse l. q. *illic.* Sensus paullo obscurior, quam qui lucide explicari possit.

*Act. V. Sc. II.* Prorumpit ex aedibus Alcesimi Olympio, narratque, quam male mulcatus sit intus, dum voluerit novam nuptam inire. Id autem narrat monologo spectatoribus, cui seriores inepte affinxerunt dialogum Cleostratae examinantis quasi Olympionem, ineptis

Scio: tántum herus atque ego flágitio superávimus nuptiis nóstris.
Ita núnc pudeo, atque ita núnc paveo, atque ita rídiculo sumus ámbo.
Sed ego ínsipiens nova núnc facio: pudet, quód prius non puditum úmquam est.
Operám date, dum mea fácta itero: est óperae auribus accípere; 5
Ita rídicula auditu, íteratu, ea sunt, quaé ego intus turbávi.
[Ubi intus hanc novam nuptam deduxi via recta: clavem
Abduxi. Sed tamen tenebrae ibi erant tanquam nox.
Colloco, fulcio, mollio
Ut prior quam senex nupt 10
Tardus esse eloco coepi, quoniam
Respecto identidem, ne senex,
Illesebram stupri, principio eam savium posco.
Repulit mihi manum, nec quietum dare sibi savium me sinit.
Enim iam magis adpropero, magis iam lubet in Casinam irruere, 15
Cupio illam operam seni subripere. Forem obdo, ne senex me opprimat.
*Mu.* Agedum, tu adi hunc. *Cl.* Ubi tua nova nupta est?
*Ol.* Perii hercle, manufesta res est.
*Cl.* Omnem ordine rem fateri ergo aequom est. Quid intus agitur?
Quid agit Casina? satin' morigera est? *Ol.* Pudet dicere me. *Cl.* Memora ordine, 20
Ut occeperas. *Ol.* Pudet hercle. *Cl.* Age audacter.
Postquam decubuisti, hinc te volo memorare, quid est factum.
*Ol.* At flagitium est. *Cl.* Cavebunt, qui audierint, faciam.
*Ol.* Hoc maius est. *Cl.* Perdis. Quin tu pergis? *Ol.* Ubi us subtus porro 25
quid. *Ol.* Babae! *Cl.* Quid? *Ol.* Papae!
quid est? *Ol.* Oh, erat maxumum.
Gladium ne haberet metui: id quaerere occoepi.
Dum, gladiumne habeat, quaero: arripio capulum.
Sed quom cogito, non habuit gladium: nam id esset frigidius. 30
*Cl.* Eloquere. *Ol.* At pudet. *Cl.* Num radix fuit? *Ol.* Non fuit. *Cl.* Num cucumis?
*Ol.* Profecto hercle non fuit quidquam olerum;
Nisi, quidquid erat, calamitas profecto attigerat nunquam.
Ita, quidquid erat, grande erat. *Mu.* Quid fit denique? Edissérta.

refertum, cuius nec iota Plautus agnoscat. Ultra quintum enim versum eius nihil genuinum iudico.

3. *ridiculo.* Sic Both. ex Helmst. et Pal. 2. — Vett. *irridiculo.* Vulg. *irridiculum.*

4. *nova nunc facio*, sc. eo quod pudet me. Numquam enim antea puditum est. Itaque narrabo.

5. Vulg. *percipere.* Vett. *accipere*, id quod metrum suadere videtur.

7. Haec et sequentia ex vulgata dedimus. Quamcumque enim sequaris editionem, paleas habebis pro tritico, et inepta seriorum figmenta. Itaque ridiculum est, operam in iis ordinandis perdere, aut ex nullis versibus versus velle efficere. Nam sine dubio genuina narratio antiquitus iam sublata erat, sive casu, sive consilio. Cum autem postea ageretur fabula, medio aevo infelix quidam poeta, quae sublata erant, supplevit, quo possent ab actoribus scenae iusta quadam serie agi. Atque haec recentiorum supplementa, etsi valde mutilata, tamen hic in codd. Pall. et V. C. leguntur. Ceterum versus ex iis constitui nulli possunt. Quae quoniam absque omni dubio sunt supposita, si minus abiicienda, at certe uncinis ab genuinis poetae fragmentis sunt seiungenda.

Ubi appello Casinam: „Casina," inquam, „Amabo, mea uxorcula, 35
Cur virum tuom sic me spernis? Nimis tu quidem hercle immerito meo
Mihi haec facis, quia te mihi expetivi." illa haud verbum
Facit et sepit veste id, qui estis. Ubi illum saltum video obseptum:
Rogo, ut altero sinat ire. Ita, quidquid erat, grande erat.
Tollo ut obvortam cubitissim. 40
Ullum muttire
Surgo, ut ineam in
Atque illam in
*Mu.* Perlepide narrat.
*Ol.* Savium dum quaero 45
ita quasi sentis labra mihi compungit barba.
Continuo in genua adstanti pectus mihi pedibus percutit.
Decido de lecto praeceps: subsilit, obtundit os mihi.
Inde foras tacitus (praefiscini!) exeo hoc ornatu, quo vides,
Ut senex hoc eodem poculo, quod ego bibi, biberet. 50
*Cl.* Optume est. Sed ubi est palliolum tuom? *Ol.* Hic intus reliqui.
*Cl.* Quid nunc? satin' lepide adita est vobis manus? *Ol.* Merito.
St, concrepuerunt fores. Num illa me nam sequitur?

---

## ACTUS V. SCENA III.

*STALINO. OLYMPIO.*

*St.* Maxumo ego ardeo flagitio, nec, quid agam meis rebus, scio:
Nec, meam ut uxorem adspiciam contra oculis: ita disperii.
Omnia palam sunt probra! omnibus modis occidi miser:
Ita manufesto faucibus teneor,
Nec quibus modis purgem scio me meae uxori, 5
Qui expalliatus sum miser!
palam sunt clandestinae nuptiae
censeo, mihi optumum est.
ea dixit uxorem meam
viam. 10
Sed ecquis est, qui homo munus velit fungier pro me?
Quid nunc agam, nescio, nisi ut improbos famulos imiter,
Ac domo fugiam: nam salus nulla est scapulis, si domum redeo.
Nugas istuc dicere licet; vapulo ego hercle invitus tamen,
Etsi malum merui. Hac dabo protinam me in fugam. *Ol.* Heus, sta eloco,
amator! 15
*St.* Occidi! revocor. Quasi non audiam, abibo.]

---

## ACTUS V. SCENA IV.

*CHALINUS. STALINO. CLEOSTRATA. MURRHINA. OLYMPIO. ANCILLAE.*

*Ch.* Úbi tu es, qui cólere mores Mássiliensis póstulas?

*Act. V. Sc. III.* Neque huius scenae ullum iota Plautinum esse, et sensus et metrum facile prodit. Post Olympionem autem Stalinonem quoque erupisse similiter affectum, ex sequenti apparet.

*Act. V. Sc. IV.* Iam demum post

Núnc tu si vis súbicitare mé, proba est occásio.
[periclum. Perilsti hercle! Age, accede huc modo.
Nunc ego te putam quem arbitrum extra
consideam captavero. 5
sic e via
lubeo ego murmur
(*St.*) Nunc ego inter sacrum saxumque sum, nec, quo fugiam, scio.
canes lupinas fuit
(*Ch.*) Hercle opinor illuc nunc ut nova vetus] 10
*St.* Hác ibo: canínam scaevam spéro meliorém fore.
*Cl.* Quíd agis tu, maríte mi vir? únde ornatu hoc ádvenis?
Quíd fecisti seipsione aut, quód habuisti pállium?
*An.* Ín adulterio dúm moechissat Cásinam, credo, pérdidit.
*St.* Óccidi! *Ch.* Etiamne ímus cubitum? Cásina sum! *St.* I in
malám crucem! 15
*Ch.* Nón amas me? *Cl.* Quín responde, tuó quid factum est pállio!
*St.* Bacchae ergo hercule, uxor, Bacchae, Bacchae ... *An.* Nugatur
sciens:
Nam ecastor nunc Bacchae nullae ludunt. *St.* Oblitus fui.
Sed tamen Bacchae ... *Cl.* Quid Bacchae? Enim id fieri non potest.
*An.* Ecastor times. *St.* Egone? *Cl.* Haud mentire hercle: nam palam
est.] 20

(*Hic in plerisque Mss. lacuna est versuum novem.*)

*St.* Nón taces? *Ol.* Non hércle vero táceo: nam tu máxumo
Me óbsecravisti ópere, Casinam ut póscerem uxorém mihi.
*St.* Túi amoris caúsa ego istuc féci. *Cl.* Imo hercle íllius.
Té quidem oppressísset. *St.* Feci ego ístaec, quae vos dícitis?
*Cl.* Rógitas etiam! *St.* Sí quidèm hercle féci, feci néquiter. 25
*Cl.* Rédi modo huc intró: monebo, sí quid meministí minus.
*St.* Hércle, opinor, pótius vobis crédam, quod vos dícitis.
Séd, uxor, da viró hanc veniam! Múrrhina, ora Cleóstratam!
Si únquam posthac aút amasso Cásinam, aut occepsó modo,

dimias naevosque meros ad homines relimus, verosque versus et verum poetam conspicamur, licet interturbantibus iterum iterumque seriorum explementis. Nam secunae sunt post v. 2 et 20 quarum prior fragmentis aliquot distinguitur ab Angelo Maio in codice palimpsesto reperis, ipsis quoque ineptis et ametris. Versus autem 8 est ex Capt. III, 4, 84. perto argumento, omnia haec esse spuria et excludenda, nec quidquam verae ocseos ex iis posse erui.

1. Massilienses impudicos et luxuriosos fuisse habitos disci potest ex Atheaeo, libro XII.

2. Both. *subigitare*. Sensum quod attinet, referri haec possunt ad II, 8, 27.

11. *Hac ibo*, sc. ab altera parte, nam in qua video adstantem uxorem ieam. Videlicet aufugere vult ab eius aspectu. — *caninam scaevam*. Antiquior vulgata habuit: *caninam cenam*. Scaeva autem i. e. q. omen occurrens alicui, vel faustum vel malum. Hic autem int. canis rabiosa. Sensus: puto canem rabiosam mitiorem fore uxore mea.

15. Vulg. omittit *I* ante *in malam cr.*

17. Qui hic sequuntur quatuor versus, inserti ab serioribus nihilique, sic, ut exhibuimus, a Bothio sunt constituti. In veteribus magna hic lacuna fuisse perspicitur, cum ex seqq. appareat omnia ac singula exprobrata hic fuisse Stalinoni, quae amore abreptus perpetraverit.

21. In vett. deest *vero*.

23. Vett. *Imo ecastor illius. Te quidem oppressi.* Vulg. *Imo hercle illius.* Deinde omnes: *Feci ego istaec dicta, quae vos dicitis?* Verborum autem *Te quidem oppressisset* quis sit sensus, aegre aliquis divinaverit.

Ne út eam amasso; sí ego unquam adeo pósthac tale admísero, 30
Núlla causa est, quín pendentem me, úxor, virgis vérberes.
*Mu.* Cénseo ecastór, hanc dandam véniam. *Cl.* Faciam, út iubes.
Própter eam rem hanc tíbi nunc veniam mínus gravate próspero,
Hánc ex longa lóngiorem né faciamus fábulam.
*Sr.* Nón irata es? *Cl.* Nón sum irata. *Sr.* Túae fidei credó?
*Cl.* Meae. 35
*Sr.* Lépidiorem uxórem nemo quísquam, quam ego habeo.
*Ch.* Hánc habe.
*Cl.* Áge tu, redde huic scípionem et pállium. *Ch.* Tene, sí lubet.
Míhi quidem edepol ínsignite fácta est magna iniúria:
Duóbus nupsi; neúter fecit, quód novae nuptaé solet.

---

*GREX.*

Spéctatores, quód futurum est íntus, hic memorábimus.
Haéc Casina huius réperietur fília esse e próxumo,
Éaque nubet Eúthynico nóstro herili fílio.
Núnc vos aequom est mánibus meritis méritam mercedém dare.
Quí faxit, clam uxórem ducat scórtum semper, quód volet; 5
Vérum qui non mánibus clare, quántum poterit, plúserit,
Eí pro scorto súpponetur hírcus unctus naútea.

30. Sic vulg. Vett. *Nedum ut eam am.*

32. Vett. *Censeo ecastor, veniam huic hanc dandam* C. *Faciam uti iubes.* Vulg. *veniam hanc dandam.* — In *faciam* ne elidatur.

33. Vett. *propero.* Ceterum per sensum omnis hic versus abesse possit; atque displicet illud: *Propter eam rem.*

36. Vett. *quam ego habeo, hac habet*, l. e. hac, (l. e. quam hanc) quam ego habeo, habet. Lamb. *hanc habet.* Nostr. vulg.

37. *tene si lubet.* Vulg. *Ch. Tene. Sr. lubet.* sicut et vett. Nostr. Bothius.

*Grex.* v. 6. *pluserit.* Sic vett. et Lamb. ut *cluserit* pro *clauserit.* Vulg. *plauserit*, quod Both.

7. *nautea.* Nonius: *nautea est aqua de coriis, vel, quod est verius, aqua de sentina, dicta a nautis. Plautus in Curcul. Nam omnium unguentum odor prae tuo nautea est; et Casin.* etc. Festus autem ait esse herbam granis nigris, qua coriarii utantur; nomen a navi ductum, quia nauseam faciat. Omnino foedissimus odor h. l. designatur, quum hircus iam per se male oleat, nedum nautea cum unctus fuerit.

# METRORUM IN CASINA

## DESCRIPTIO.

Prologus et Actus I. habet senarios iambicos.
Act. II. Sc. I. sunt tetrametri bacchiaci, intermixtis catalecticis, quales sunt 6, 7, 8, 11.
Spurii videntur v. 12 et 13.
Act. II. Sc. II. v. 1, 2 tetrametri cretici. 3 — 6 tripodiae dactylicae; reliqui sunt tetrametri cretici, intermixtis catalecticis, quales sunt 9, 14, 16, 37, 38 et 43.
Act. II. Sc. III. v. 1 et 2 tetrametri anapaestici hypercatalectici.
v. 3 — 11 tetrametri anapaestici acatalecti.
v. 12 tetr. anap. catalecticus.
v. 13 — 15 tetr. iambici acatalectici.
v. 16 — 19 tetrametri cretici.
v. 20 — 23 dimetri iambici.
v. 24 — 35 tetrametri iambici catalectici, intermixtis acatalecticis 32, 33, 35.
v. 36 — Act. II. Sc. IV. tetrametri trochaici catalectici.
Act. II. Sc. V. senarii iambici.
Act. II. Sc. VI. tetrametri trochaici catalectici.
Act. II. Sc. VII. et VIII. senarii iambici.
Act. III. Sc. I. et II. tetrametri troch. catal.
Act. III. Sc. III. et V. senarii iambici.
Act. III. Sc. V. v. 1 — 8 tetrametri Cretici.
v. 9 — 13 tetrametri choriambici.
v. 14 — 16 Cretici, intermistis pedibus catalecticis.
v. 17 — 20 dimetri iambici.
v. 21 — 23 Cretici tetr.
v. 24 dimeter Creticus hypercat.
v. 25 trimeter anapaesticus.
v. 26 tetrameter choriambicus.
v. 27 dimeter iamb. hypermeter.
v. 28 dimeter anapaesticus.
v. 29 — 35 tetrametri bacchiaci.
v. 36, 37 tetrametri Cretici.
v. 38 — 40 Bacchiaci tetrametri.
v. 41, 42 dimetri anapaestici.
v. 43 — 58 Bacchiaci tetr., interposito dimetro 44 et catalecticis 46, 53 itemque liberiore 55.
v. 59, 61, 62 dochmiaci.
v. 63 dimeter anapaesticus.
v. 64 — 82 Bacchiaci tetrametri.
v. 83, 84 trispondaei catalectici.
v. 85 — 87 Bacchiaci tetrametri.
v. 88 Creticus tetram. catalecticus.
v. 89 dochmiacus.
v. 90 Bacchiacus.
v. 91 dimeter creticus catal. cum anacrusi.
v. 92 — 94 dimetri dactylici.

v. 95 — 97 dimetri iamb. cum catalectico, sive anapaestico-iambici cum clausula.
v. 98 tetrameter anapaesticus catal.
Act. III. Sc. VI. v. 1 — 21 dimetri anapaestici.
v. 22 — 24 Bacchiaci tetrametri.
v. 25 — 45 dimetri anapaestici, interpositis catalecticis et iambicis.
Act. IV. Sc. I. et II. senarii iambici.
Act. IV. Sc. III. v. 1. tetram. troch. catal.
v. 2 — 6 dimetri anapaestici.
v. 7, 8 dimetri iambici.
v. 9 dimeter troch. catal.
v. 10 — 13 dimetri anapaestici.
v. 14 — 21 tetrametri troch. catal., interposito dimetro anapaestico 15.
Act. IV. Sc. IV. v. 1 — 4 Versus Saturnii.
v. 5, 6 tetrametri iambici catal.
v. 7 versus Saturnius.
v. 11 — 14 Bacchiaci tetrametri.
v. 15, 16 dimetri anapaestici.
v. 17 — 19 tripodiae bacchiacae.
v. 20 tetrameter bacchiacus.
v. 21 dimeter anapaesticus.
v. 22 bacchiacus tetrameter.
v. 23 tripodia anapaestica.
v. 24 tripodia iambica.
v. 25 — 28 versus Adonicorum similes.
v. 29 senarius iambicus.
v. 30 — 32 dimetri anapaestici.
v. 33, 34 senarii iambici.
v. 35 pentameter iambicus.
Act. V. Sc. I. Bacchiaci tetrametri, cum dimetro 12.
Act. V. Sc. II. 1 — 6 tetrametri anapaestici. Reliqua huius scenae, uti et Scena III. integra, sunt supposita. Veruntamen legebantur in codicibus.
Act. V. Sc. IV. v. 1, 2, et 11 — 16, et 21 — fin. tetrametri troch. catal. Post v. 2 lacuna est, expleta nuper ab Angelo Maio fragmentis aliquot ex palimpsesto, quae pariter atque v. 8, qui est depromtus ex Capt. III, 4, 84 et v. 17 — 20, quae ex cdd. Bothius sic, uti dedimus, refinxit, uncinis ab genuino textu seiungenda esse duximus.

---

# CISTELLARIA.

## DRAMATIS PERSONAE.

SILENIUM, exposita quondam, educata a Melaenide.
GYMNASIUM, meretrix.
LENA.
AUXILIUM, deus.
MELAENIS, lena.
ALCESIMARCHUS, adolescens.
LAMPADIO, servus Phanostratae.
PHANOSTRATA, uxor Demiphonis, mater Silenii.
HALISCA, serva Melaenidis.
DEMIPHO, pater Silenii.
CATERVA.

## SUMMARIUM.

Phanostratam Sicyoniam amaverat olim mercator Lemnius Demipho. Ea pepererat puellam, quam exponendam dedit servo suo Lampadisco. Sustulerat hanc puellam, inspiciente Lampadisco, lena quaedam, Melaenidique amicae dono dederat, apud quam ea sub nomine Silenii educta est. Eam puellam amat Alcesimarchus Sicyonius et habet apud se domi.

Interim Demipho, uxore mortua, ducit Phanostratam et res suas Sicyonem transfert. Ergo quaerunt filiam olim expositam. Demipho autem ex priore uxore susceperat aliam filiam, quam Alcesimarchi pater uxorem Alcesimarcho destinavit. Quare Melaenis filiolam suam ab Alcesimarcho abducit. Eo ipso tempore servus Phanostratae Lampadio invenit lenam illam, quae Silenium expositam sustulerat, ex eaque comperit, Silenium esse apud Melaenidem. Quod quum narrat herae suae, Melaenis prope stans, re comperta, consilium capit, Silenium suis parentibus sponte redhibendi. Sed dum id exsequi parat, Alcesimarchus Silenium vi domum suam abripit. Inter eam turbam ancilla Halisca amiserat in platea cistellam cum crepundiis Silenii, quibuscum illa exposita fuerat. Eam cistellam inveniunt Phanostrata et Lampadiscus. Alloquuntur Haliscam, comperiunt ex ea, ubi sit Silenium, introeunt, et filiam agnoscunt.

Scena est Sicyone.

# ARGUMENTUM.

Comprímit adolescens Lémnius Sicyóniam.
Is rédit in patriam, et gnátam generat núptiis.
Sicyónia parit aéque puellam. Hanc sérvulus
Tollit, et exponit, ét ex insidiis aúcupat;
Eám sublatam méretrix alii détulit. 5
Lemnó post rediens dúcit, quam compréſserat,
Lemnique gnatam spóndet adolescéntulo,
Amóre capto illius proiectítiae.
Requírens servos réperit, quam proiécerat;
Itáque hanc lege, et rite civem cógnitam 10
Alcésimarchus, ut erat nactus, póssidet.

# ACTUS I. SCENA I.

*SILENIUM. GYMNASIUM. LENA.*

Cum antehác ted amávi, et mihi amícam esse crévi,
a Gymnasium, et mátrem tuám; tum id mihi hódie
ruistis, tu átque haec. Sorór si mea ésses,
mágis potuerítis mihi honórem ire hábitum,
icio; nisi, ut méus est animus, fíeri non posse árbitror: 5

*ecum.* v. 3. *Sicyonia parit aeque.* vett. — Vulg. *S. aeque parit.*
Sic Bothius. Vulg. et vett. *Tollit e exp.*
Vett. et vulg. *Lemnique natam ondit adul.*
). Sic B. — Vett. *Itaque lege hanc.* ulg. et cdd. deest *hanc.* Habet Carius, ut vett.
*cr. I. Sc. I.* Scena est Sicyone. altera parte conspicitur domus, qua at Alcesimarchus, ab altera domus enidis; in media scena Phanostratae s.
pigerat Silenium, ut cum Alcereho esset, apud eum habitaret, eius curaret, servaret. Is quoniam aliam irus est, illa, iam eum iussu matris ura, advocavit ad se ad prandium is, lenam et eius filiam, Gymna-; petiique ab illis, ut Gymnasium m apud Alcesimarchum sui vice m servet; eique claves exhibet. facto, domum abit ad matrem suam eplinatur Melaenidem.

Prodeunt igitur hic Sil. Gymn. et lena ex aedibus Alcesimarchi. Alcesimarchus autem sextum iam diem in villa a patre suo detentus, redit demum Actu II. Sc. I.

Quatuor primi versus sunt bacchiaci; dein sequuntur tetrametri trochaici; post hos autem Saturnii, de quibus vide praefationem; dein a v. 20—24. bacchici; dein utrique inter se mixti. At a v. 38 iambici tetrametri.

1. *antehac.* Sic vett. cum V. C. et Pall. et contracte legendum. — Vulg. cum cdd. Langg. *antidhac.* Quod edd. et vulg. habent *ego* ante *antehac*, deerat a Pall. — *mihi* leg. *mi* et eliendum. — *crevi.* Varro de L. L. libro VI. explicat: *constitui*, deducique a *cernere*, ut sit i. q. ἔγνωκα, decrevi, persuasum mihi habui.

4. *potueritis.* Sic vett. cum Pall. 3. — Vulg. *potueris.* cum V. C. — Both. *potueratis*, ex Langg.

5. *nisi, ut m.*, hoc unum dico, hoc unum video, non posse fieri, ut magis mihi honorem habeatis, ut ego arbitror

Íta omnibus relíctis rebus mihi frequentem operám dedistis.
Éo ego vos amo, ét eo a me mágnam inistis grátiam.
*Gy.* Pol ístoc quidém nós pretio fácile est
Frequéntare tibi, útilesque habéri:
Ita ín prandió nós lepide atque nítide 10
Accépisti apúd te, ut sémper meminérimus.
*Si.* Lubéntique ánimo fáctum, et fiet á me,
Quae vós arbitrábor vélle, ea ut éxpetam.
*Le.* Quod ílle dixit, quí secúndo vento véctust,
Tranquillo marí, véntum gaudeo ád te: 15
Ita hódie hic accéptae sámus suavibus módis;
Nec nísi disciplína, apúd te fuit quídquam
Ibi, quín mihi placéret. *Si.* Quíd ita, amabo? *Le.* Ráro
Nimiúm dabat, quod bíberem, átque id [merum] infuscábat.
*Gy.* Amábo, hiccine ístuc decét? *Le.* Iusque fásque est: 20
Nemo álienus hic est. *Si.* Meritó vestro amó vos,
Quia mé colitis ét magnificátis. *Le.* Decét pol,
Meá Silenium, hunc ésse ordinem benevoléntes
Intér se, benéque utiér amicítia,
Úbi istas vídeas súmmo genere nátas, 25
Summátis matrónas, ut amícitiam cólunt,
Átque ut eam iúnctam béne habent intér se.

et ut meus est animus. Nimirum in his tautologia: *ut meus est animus*, et *ut arbitror*.

6. Vett. omittunt *rebus*. — *frequentem* i. e. assiduam, ut expl. Varro lib. VII. hunc locum citans. Sic v. 9. *frequentare*.

8. *facile est*. Sic V. C. et Pall. et vulg. — Vett. *est facile*. — *istoc pretio*, h. e. prandio tam nitido atque lepido, quale hodie instituisti, facile tibi erit efficere ut tibi *frequentemus*, h. e. frequentem assiduamque operam demus. — V. C. et vett. *haberi*. Vulg. *habere*.

11. Vett. *meminerim*, quod paene magis convenire metro videatur.

12. Vett. et vulg. *Lubentique edepol*. Editiones tamen medd. *Lubenti edepol*. — Vett. *fietque*. Sensus: et factum est, et fiet. Apparet, *edepol* insertum, ut in seqq. *ecastor*.

13. Both. ex Gronovio: *expetessam*, ut legitur Trin. II, 1, 4. As. III, 1, 23. Epid. II, 2, 70. Mil. IV, 6, 14. Nostr. vett. et vulg. atque sic metrum requirit.

14. Navigantes, ait, vento secundo usi dicere solent: *gaudeo ventum*. Sic nos gaudemus ventum a nobis esse h. e. venisse nos ad te. Ambiguitatis lusus in verbo *ventum*. *dixit* et *vectus est* sunt aoristi. Confer. Curc. II, 3, 35—37 ubi plane similis lusus in eodem verbo.

15. Et vett. et vulg. *gaudeo ecastor ad te*, inepte, sive sensum sive metrum spectes.

17. *Nos nisi*. Sic vulg. — Vett. *Haec nisi*. — *Disciplina est*: *der Commentt*, mos domesticus, ratio bibendi. Omnia mihi ibi, h. e. in prandio placuerunt, praeter disciplinam. Cf. Merc. I, 2, 6. Ceterum quidam voluerunt: *discipula*, i. e. famula.

18. *Quid ita?* cur? *wie so?*

19. *dabat*, sc. pincerna. — *atque id infuscabat*, h. e. infusa aqua corrumpebat. Et vulg. et vett. *atque id merum infuscabat*. Sed *merum* glossam esse, quilibet videt.

20. *hiscine istud decet?* sc. dicere. Increpat Gymnasium matrem ob oris sui protervitatem et impudentiam.

21. *Nemo alienus hic est;* ut alias: *nos sumus solae*. — Haec autem aversae paullum illae a Silenio inter se loquuntur.

22. *magnificatis*. Sic vett. et Camer. cum Pal. 2. — Vulg. *magnifacitis*.

23. *hunc ordinem*, h. e. nos meretrices.

24. *utier amicitia*. Sic vett. — Vulg. *amicitia utier*.

25. Sensus: quemadmodum et matronae inter se amicitiam colunt.

26. Vett. *patronas*, *ut sancte am. c.*

27. Pro *iunctam* vett. *vinctam*, quae permutatio saepe facta in libris.

Si idem ístuc nos fácimus, sí idem imitámur,
Íta tamen vix vívimus cum ínvidia súmma.
Suárum opum nós volunt ésse indigéntis, 30
Nostrá copiá nihil volúnt nos potésse,
Suíque omniúm rerum nós indigére:
Ut símus sibí supplicés. Eas si ádeas,
Abitúm quam aditum mális: ita órdini nóstro
Palám blandiúntur; clam, si óccasio úsquam est, 35
Aquám frigidám súbdole subfúndunt.
Virís cum suís praedicánt nos solére;
Suás pellicés aiunt ésse: eunt deprésum.
Quia nós libertinaé sumus, et ego ét tua mater, ámbae
Meretríces fuimus; ílla te, ego hánc mihi educávi 40
Ex pátribus conventítiis. Neque hanc supérbiai caúsa
Ego répuli ad meretrícium quaestúm, ni, ut ne esurírem.
*Si.* At sátius fuerat, eám viro dare núptum potius. *Le.* Heía,
Haec quidem écastor cotídie viro núbit, núpsitque hódie,
Nubét mox noctu. Núnquam ego hanc viduám cubare sívi: 45
Nam si haéc non nubat, lúgubri famé familia péreat.
*Gy.* Necésse est, quo tu mé modo voles ésse, ita esse, máter.
*Le.* Ecástor haud me poénitet, si, ut dícis, ita futúra es:
Nam sí quidem ita eris, út volo: nunquam aétate Hecata fíes,
Sempérque istanc, quam núnc habes, aetátulam obtinébis, 50
Multísque damno et míhi lucro sine méo eris saepe súmtu.
*Gy.* Di fáxint! *Le.* Sine operá tua nil di hórunc facere póssunt.
*Gy.* Equidem hércle addam operam sédulo. Sed quíd tu inter istaec vérba,

28. Indicativos recte vett. — Vulg. *faciamus* et *imitemur*. — V. C. et Pall. *imitamur*.

29. Abundat *ita*. — *invidia* sc. matronarum, quae illae volunt, nos plane a sese pendere.

31. Pro *nihil*, quod versus causa scribendum, vett. et vulg. *nihilo*.

34. *abitum*, *aditum* sunt praeterita impersonalium verborum: *aditur*, *abitur*.

36. In vett. deest *aquam*. — Proprie aquam frigidam qui balneatori suffundit in calida iacenti, recreat. Itaque potest esse hoc loco ironice dictum, uti saltem Lamb. explicat.

37. Vett. *Viris cum suis nos olere praedicant*.

39. *Quia nos libertinae sumus*. Nam lagenae natia non licebat quaestum corpore facere.

40. *illa te, et ego*. Sic vett. — Vulg. *illa te, ego*. — *te* corripiendum, graeco more, sequente vocali. Aut non elid. *ego*.

41. *Ex patribus conventiciis*. Vett. *Ex patribus contiguis, ego neque h. superbiae c.* Camerar. *Ex patribus conventus, ego neque h.* uti habuit V. C. — Vulg. nostram, nisi quod *superbiae*. Both. *commentis* cum Gronovio. — *superbiae*, ὕβρεως, *nicht aus Uebermuth*, *Wollust*.

42. *repuli*. Praep. *re* in perfectis producitur in Plauto.

43. Pro vulg. *Heia* vett. *etiam*, ut et Camerarius. Illud cdd.

46. Vett. *lugubri mihi fame f. p.* Vulg. et Both. *lugubre fame f. p.*

47. Sic vett. et vulg.: et *voles* correptim proferendum. Bothius omisit prius *esse*.

49. Vulg. *numquam Hecata fies*. Vett. *Hecate*. Sensus esse debet: numquam fies aetate anus. Both. *non Hecata fies unquam*, ab Hecala, anu, quae Theseum hospitio recepit, ut narrat Plutarchus. Ego sequor Camerarium: *numquam aetate Hecata fies*. Nam cedd. habent: *etatecate*, al. *etecate*, al. *etate* tantum. Possit et legi *Hecabe*.

51. Vett. et vulg. *sine meo saepe eris sumtu*.

53. Sic vulg. — Both. *Sed quid tu haec inter verba*. Praep. *inter* corri-

Íta omnibus relíctis rebus míhi frequentem operám dedistis.
Éo ego vos amo, ét eo a me mágnam inistis grátiam.
*Gy.* Pol ístoc quidém nós pretio fácile est
Frequéntare tíbi, útilesque habéri:
Ita ín prandió nós lepide atque nítide
Accépisti apúd te, ut sémper meminérimus.
*Sr.* Lubéntique ánimo fáctum, et fiet á me,
Quae vós arbitrábor vélle, ea ut éxpetam.
*Le.* Quod íllc dixit, quí secúndo vento véctust,
Tranquíllo marí, véntum gaudeo ád te:
Ita hódie hic accéptae súmus suavibus módis;
Nec nísi disciplína, apúd te fuit quídquam
Ibi, quín mihi placéret. *Sr.* Quíd ita, amabo? *Le.* Ráro
Nimiúm dabat, quod bíberem, átque id [merum] infuscábat.
*Gy.* Amábo, hiccine ístuc decét? *Le.* Iusque fásque est:
Nemo álienus híc est. *Sr.* Meritó vostro amó vos,
Quia mé colitis ét magnificátis. *Le.* Decét pol,
Meá Silenium, hunc ésse ordinem benevoléntes
Intér se, benéque utiér amicítia,
Úbi istas vídeas súmmo genere nátas,
Summátis matrónas, ut amícitiam cólunt,
Átque ut eam iúnctam béne habent intér se.

et ut meus est animus. Nimirum in his tautologia: *ut meus est animus*, et *ut arbitror*.

6. Vett. omittunt *rebus*. — *frequentem* i. e. assiduam, ut expl. Varro lib. VII. hunc locum citans. Sic v. 9. *frequentare*.

8. *facile est*. Sic V. C. et Pall. et vulg. — Vett. *est facile*. — *istoc pretio*, h. e. prandio tam nitido atque lepido, quale hodie instituisti, facile tibi erit efficere ut tibi *frequentemus*, h. e. frequentem assiduamque operam demus. — V. C. et vett. *haberi*. Vulg. *habere*.

11. Vett. *meminerim*, quod paene magis convenire metro videatur.

12. Vett. et vulg. *Lubentique edepol*. Editiones tamen medd. *Lubenti edepol*. — Vett. *fietque*. Sensus: et factum est, et fiet. Apparet, *edepol* insertum, ut in seqq. *ecastor*.

13. Both. ex Gronovio: *expetessam*, ut legitur Trin. II, 1, 4. As. III, 1, 23. Epid. II, 2, 70. Mil. IV, 6, 14. Nostr. vett. et vulg. atque sic metrum requirit.

14. Navigantes, ait, vento secundo usi dicere solent: *gaudeo ventum*. Sic nos gaudemus ventum a nobis esse h. e. venisse nos ad te. Ambigultatis lusus in verbo *ventum*. *dixit* et *vectus est* sunt aoristi. Confer. Curc. II, 3, 35—37 ubi plane similis lusus in eodem verbo.

15. Et vett. et vulg. *gaudeo e ad te*, inepte, sive sensum sive trum spectes.

17. *Nos nisi*. Sic vulg. — *Haec nisi*. — *Disciplina* est: *der ment*, mea domesticus, ratio hi Omnia mihi ibi, h. e. in prandio erunt, praeter disciplinam. Cf. Me 2, 6. Ceterum quidam voluerunt: *cipula*, i. e. famula.

18. *Quid ita?* cur? *wie so?*

19. *dabat*, sc. pincerna. — *atq infuscabat*, h. e. infusa aqua eo pebat. Et vulg. et vett. *atque id rum infuscabat*. Sed *merum* gla esse, quilibet videt.

20. *hiccine istud decet?* sc. d Increpat Gymnasium matrem ob sui protervitatem et impudentiam.

21. *Nemo alienus hic est;* ut *nos sumus solae*. — Haec autem sae pauliam illae a Silenio inter quuntur.

22. *magnificatis*. Sic vett. et C cum Pal. 2. — Vulg. *magnifacitis*.

23. *hunc ordinem*, h. e. nos trices.

24. *utier amicitia*. Sic vett. — *amicitia utier*.

25. Sensus: quemadmodum et matr inter se amicitiam colunt.

26. Vett. *patronas*, *ut sancte* 27. Pro *iunctam* vett. *vinctam*, permutatio saepe facta in libris.

Si idem ístuc nos fácimus, sí idem imitámur,
Íta tamen vix vívimus cum ínvidia súmma.
Suárum opum nós volunt ésse indigéntis, 30
Nostrá copiá nihil volúnt nos potésse,
Suíque omniúm rerum nós indigére:
Ut símus sibí supplicés. Eas si ádeas,
Abitúm quam aditum mális: ita órdini nóstro
Palám blandiúntur; clam, si óccasio úsquam est, 35
Aquám frigidám súbdole subfúndunt.
Viris cum suís praedicánt nos solére;
Suás pellicés aiunt ésse: eunt deprésum.
Quia nós libertinaé sumus, et ego ét tua mater, ámbae
Meretríces fuimus; íila te, ego hánc mihi educávi 40
Ex pátribus conventítiis. Neque hanc supérbiai caúsa
Ego répuli ad meretrícium quaestúm, ni, ut ne esurírem.
*Si.* At sátius fuerat, eám viro dare núptum potius. *Le.* Heía,
Haec quidem écastor cotídie viro núbit, núpsitque hódie,
Nubét mox noctu. Núnquam ego hanc viduám cubare sívi: 45
Nam si haéc non nubat, lúgubri famé familia péreat.
*Gy.* Necésse est, quo tu mé modo voles ésse, ita esse, máter.
*Le.* Ecástor haud me poénitet, si, ut dícis, ita futúra es:
Nam sí quidem ita eris, út volo: nunquam aétate Hecata fíes,
Sempérque istanc, quam núnc habes, aetátulam obtinébis, 50
Multísque damno et míhi lucro sine méo eris saepe súmtu.
*Gy.* Di fáxint! *Le.* Sine operá tua nil di hórunc facere póssunt.
*Gy.* Equidem hércle addam operam sédulo. Sed quíd tu inter istaec vérba,

28. Indicativos recte vett. — Vulg. *faciamus* et *imitemur*. — V. C. et Pall. *imitamur*.

29. Abundat *ita*. — *invidia* sc. matronarum, qua liiae volunt, nos plane a sese pendere.

31. Pro *nihil*, quod versus causa scribendum, vett. et vulg. *nihilo*.

34. *abitum*, *aditum* sunt praeterita impersonalium verborum: *aditur*, *abitur*.

36. In vett. deest *aquam*. — Proprie aquam frigidam qui balneatori suffundit in calida lacuni, recreat. Itaque potest esse hoc loco ironice dictum, uti saltem Lamb. explicat.

37. Vett. *Viris cum suis nos olere praedicant*.

39. *Quia nos libertinae sumus*. Nam ingenuae natis non licebat quaestum corpore facere.

40. *illa te*, *et ego*. Sic vett. — Vulg. *illa te*, *ego*. — *te* corripiendum, praeco more, sequente vocali. Aut non ill. *ego*.

41. *Ex patribus conventiciis*. Vett. *Ex patribus contiguis*, *ego neque h. superbiae c.* Camerar. *Ex patribus conventus*, *ego neque h.* uti habuit V. C. — Vulg. nostram, nisi quod *superbiae*. Both. *commentis* cum Gronovio. — *superbiae*, ὕβρεως, *nicht aus Uebermuth*, *Wollust*.

42. *repuli*. Praep. *re* in perfectis producitur in Plauto.

43. Pro vulg. *Heia* vett. *etiam*, ut et Camerarius. Illud cdd.

46. Vett. *lugubri mihi fame f. p.* Vulg. et Both. *lugubre fame f. p.*

47. Sic vett. et vulg.: et *voles* correptim proferendum. Bothius omisit prius *esse*.

49. Vulg. *numquam Hecata fies*. Vett. *Hecate*. Sensus esse debet: numquam fies aetate anus. Both. *non Hecala fies unquam*, ab Hecala, anu, quae Theseum hospitio recepit, ut narrat Plutarchus. Ego sequor Camerarium: *numquam aetate Hecata fies*. Nam codd. habent: *etatecate*, al. *etecate*, al. *etate* tantum. Possit et legi *Hecabe*.

51. Vett. et vulg. *sine meo saepe eris sumtu*.

53. Sic vulg. — Both. *Sed quid tu haec inter verba*. Praep. *inter* corri-

Meus óculus, mea Silénium (nunquam égo te tristiórem
Vidi ésse!) quid, cedo, te, óbsecro, tam abhórret hilaritúdo? 55
Neque múnda adaeque es, út soles. Hoc, sís, vide, ut petívit
Suspírium alte! Et pállida es. Elóquere utrumque nóbis,
Et quíd tibi est, et quíd velis nostram óperam: ut nos sciámus.
Noli, óbsecro, lacrumís tuis mihi exércitum imperáre!
*Sı.* Méa Gymnasium, mále excrucior, mále mihi est, male máceror; 60
Dóleo ab animo, dóleo ab oculis, dóleo ab aegritúdine.
Quíd dicam, nisí, stultitia méa me in moerorém rapit?
*Gy.* Índidem, unde oritur, fácito ut facias stúltitiam sepelíbilem.
*Sı.* Quíd faciam? *Gy.* In latebrás abscondas péctore penitíssume.
Túam stultitiam sóla facito ut scías sine aliis [arbitris]. *Sı.* Át mihi 65
Córdolium est. *Gy.* Quid id? únde est tibi cordólium, commemora, óbsecro,
Quód neque ego habeo, néque quisquam alia múlier, ut perhibént viri?
*Sı.* Sí quid est, quod doleát, dolet; si autem nón est, tamen hoc hic dolet.

plitur, ut Amph. V, 1, 1. Capt. III, 4, 84. *Nunc ego inter* etc. Vett. *Sed tu inter istaec verba*, omisso *quid*, uti et Camerarius. Interpunctio, quam nos dedimus, est in Vulgata. Vett. post Silenium comma, post *vidi esse* punctum. Certum est, anacoluthon esse.

55. *cedo*, *obsecro*, rarior pleonasmus. *te* quo referatur, incertum. Potest enim ad *obsecro*, potest et ad *abhorret*, quod posterius mihi videtur praeferendum.

57. Sic vulg. et cdd. — Vett. *et pallidula es. eloquere nobis utrumque.*

59. *mihi exercitum imperare.* Sic vulg.; atque solennis locutio: *imperare milites etc. alicui.* Explicant igitur: noli mihi lacrimis tuis imperare, ut exercear, ut fatiger, ut tristitia afficiar. Mihi tamen nullus sensus idoneus inesse videtur, licet defendat Camerarius. Unde amplectendam potius censeo lectionem vett., quae sic habent: *Noli obsecro imperare lacrumis mihi excruciatum tuis*, ita tamen, ut transponantur: *Noli obsecro lacrumis tuis mi excruciatum imperare*, ut *excruciatum* sit substantivum quartae. Nisi malis trochaicum esse, ut sequentes: *Nóli*, *obsecro*, *imperáre lacrumis mihi excruciatúm tuis.* Quam l. et Lambinus in suis invenit, et eam praefert illi alteri. — Pal. 4 et 6 *excruciatum imperare.*

60. Vett. *Sı. Mea excrucior mea gymnasium.* Vulg. *Mea. Sı. excrucior*, *mea Gymnasium.* Sed *Male* Bothius ait legi in Guelf. mss. Meurs. Iunt. Ald. Ego transponendum existimavi, ut vocativus allocutionis ab initio legatur, ut solet saepe, et ut accommodatum rei videtur.

62. *nisi*, *stultitia mea me in moerorem rapit.* Sic Vett. Camerar. Lamb. Dousa. — Vulg. et Both. *rapi.* Sed metrum prodit, *stultitia mea* esse nominativum. Hinc unice praeferendum definitum. Nimirum *me* leg. *med.* Similiter centies in Seneca directa constructio pro obliqua ponitur.

63. Vett. et Camer. et vulg. *Indidem*, *unde oritur*, idque retinendum duco. Existimo enim quasi esse attractionem, pro *ibidem*, quod habet B. ex Acidalio. Sic *tibi quoi*, Ep. 3, 1, 9.

64. B. *Qui faciam?*

65. Vett. *ut scias sine arbitris. Sı. at mihi.* Vulg. *ut scias sine aliis arbitris. Sı. at mihi.* Bothius retinet *arbitris*, et sq. versum ita habet: *At mihi cor est. Gy. Qui id? unde est tibi cor, commemora obsecro*, et ad sensum et metrum minus apte.

67. *Quod neque.* sc. (non cordolium, sed) cor, quod involvitur v. *cordolium.* Loquuntur autem et feminae et meretrices, quae neutiquam ad amussim omnia dirigunt.

68. *Si quid est etc.* Sive cor habeam, sive non habeam, dolet. Bothius: *Si quidem est, quod doleat, dolet; sin autem est, tamen hoc huic dolet*, ex Guelf. ut ait. Mihi vulgata planissima. Si quid est nobis (sc. cor.) quod dolere possit, dolet mihi; sin autem non est

*Le.* Ámat haec mulier. *Gy.* Ého, an amare occípere, amarum est, óbsecro?
*Le.* Námque ecastor ámor et melle et félle est fecundíssumus; 70
Gústu qui dat dúlce; amarum ad sátietatem usque óggerit.
*Si.* Ád istam faciem est mórbus, qui me, méa Gymnasium, mácerat.
*Gy.* Pérfidiosus ést amor. *Si.* Ergo in mé peculatúm facit.
*Gy.* Bóno animo es: erit ísti morbo mélius. *Si.* Confidám fore,
Sí medicus veniát, qui huic morbo fácere medicinám potest. 75
*Gy.* Vénict. *Si.* Spissum istúc amanti est vérbum „Veniet," nísi venit.
Séd ego mea culpa ét stultitia péius misera máceror,
Quía ego illum unum mi éxoptavi, quícum aetatem dégerem.
*Le.* Mátronae magis cónducibile est ístuc, mea Silénium,
Únum amare, et cúm eo aetatem exígere, quoi nupta ést semel; 80
Vérum enim meretrix fórtunati est óppidi simílluma:
Nón potest suam rem óbtinere sóla sine multís viris.
*Si.* Hóc volo agatis: qua árcessitae caúsa ad me estis, éloquar.
Nám mea mater, quía ego nolo mé meretricem dícier,
Óbsecuta est; de éa re gessit mórem morigeraé mihi: 85
Út me, quem ego amárem graviter, síneret cum eo vívere.
*Le.* Stúlte ecastor fécit. Sed tu en únquam cum quiquám viro
Cónsuevisti? *Si.* Nísi quidem cum Alcésimarcho, némine,
Néque pudicitiam méam mihi alius quísquam imminuit. *Le.* Obsecro,
Quó is homo insinuávit pacto se ád te? *Si.* Per Dionýsia 90
Máter pompam mé spectatum dúxit. Dum redeó domum,
Cónspicillo cónsecutust clánculum me usque ád foris;
Índe in amicitiam ínsinuavit cúm matre et mecúm simul
Blánditiis, munéribus, donis. *Le.* Mihi ístum hominem vellém dari!
Út ego illunc vorsárem! *Si.* Quid opust vérbis? Consuetúdine 95
Coépi amare cóntra ego illum, et ílle me. *Le.* O mea Silénium,
[*Si.* Quid est?

nobis cor, tamen hic i. e. in pectore, mihi hoc (h. e. aliquid) dolet.

69. 70. Recitus dedi personarum nomina. Nam vulg. pro *Le.* habet *Gy.* et pro *Gy.* habet *Si.*

70. Vett. *Nam ecastor.*

71. Vett. et Vulg. *Gustu dat.* Camer. *Gustu qui dat.* Atque in V. C. inter *Gustu* et *dat* rasura ést, ut fere fuerit *qui.* Cuius loco alii substituunt *vix.* Sine dubio altera versus syllaba debet esse longa; hinc nequit admitti Bothii: *Gustui.* — Ceterum aptius foret, verba v. 69. *Amat haec mulier*, et v. 70. 71. Lenae tribui, illa autem: *Eho — obsecro* Gymnasio.

73. *peculatum*, i. e. furtum pecunia publicae, ut perfidiosi magistratus.

75. *spissum*, h. e. tardum, ut Poen. III, 1, 3, *Sicut ego hos duco advocatos, homines spissigradissimos*, h. e. tardigradissimos. Cic. Ep. ad Att. X, 20. *Omnia tarda et spissa.* — Pro istuc vett. et Vulg. *istud.*

83. *Hoc volo agatis.* Solemnis locutio, ubi aliquis admonetur, ut ad aliquam rem attendat: *Hoc age.* Cf. Capt. II, 3, 84. Asin. Prol. 1. ubi v. n.

86. Vett. *gnaviter.* Vulg. *graviter*, uti cdd.

89. Pronunciandum: *Neque puditiam*, ut sine dubio factum ab antiquis. Cf. Amph. III, 2, 49. Nam Epid. III, 3, 23. *Pudicitiam quisquam suae servare filiae* plane aliter nequit. Sic et *amicitiam* leg. *amitiam* Merc. V, 2, 5. Ceterum nostro loco Bothius pro *mihi* dedit *mi.*

92. *Conspicillo.* Conspicillum Nonius ait esse locum, ex quo conspicere aliquid possimus. Alii et vitrum ocularium significasse credunt.

95. *vorsarem.* Cf. Arist. Lysistr. 839. σὸν ἔργον εἴη, τοῦτον ὀκτᾶν καὶ στρέφειν etc.

96. Vett. et Vulg. *Coepi am. contra ego illum, et ille me. Le. O mea Silenium. Si. Quid est?* Ego exstirpan-

*Le.*] Ádsimulare amáre oportet; nám si ames extémpulo,
Mélius illi múlto, quem ames, cónsulas, quam réi tuae.
*Si.* Át ille conceptís iuravit vérbis apud matrém meam,
Me úxorem ductúrum esse. Ei nunc ália ducenda ést domum, 100
Súa cognata Lémniensis, quae hábitat hic in próxumo:
Nam éum pater eius subégit. Nunc mea máter irata ést mihi,
Quía non redierím domum ad se, póstquam eam rem resciverim,
Eum úxorem ductúrum esse aliam. *Le.* Níhil amori iniúrium est.
*Si.* Núnc ego ted amábo, ut hanc hoc tríduom solúm sinas 105
Ésse hic et serváre apud me: nam ád matrem arcessíta sum.
*Le.* Quámquam mi istud érit molestum tríduom, et damnúm dabis:
Fáciam. *Si.* Facis benígne et amice. Séd tu, Gymnasiúm mea,
Sí me absente Alcésimarchus véniet, nolito ácriter
Eum íniclamare (útut erga me est méritus, mihi cordi ést tamen); 110
Séd, amabo, tranquílle; ne quid, quód illi doleat, díxeris.
Áccipias clavés; si quid tibi ópus est promtu, prómito.
Égo volo ire. *Gy.* Ut mi éxcivisti lácrumas! *Si.* Gymnasiúm mea,
Béne vale. *Gy.* Curá te, amabo. Síccine immunda, óbsecro,
Íbis? *Si.* Immundás fortunas aéquom est squalorém sequi. 115
*Gy.* Ámiculum hoc sustólle saltem. *Si.* Síne trahi, quom egomét trahor.
*Gy.* Quándo ita tibi lubét: vale atque sálve. *Si.* Si possím, velim.
*Gy.* Númquid me vis, máter, intro quín eam? Ecastór mihi
Vísa amare. *Le.* Istóc ergo aures gráviter obtundó tuas,
Né quem ames. Abi íntro. *Gy.* Numquid mé vis? *Le.* Ut valeás.
*Gy.* Vale. 120

---

## ACTUS I. SCENA II.

*LENA.*

Idem míhi, magnae quod párti est vitium múlierum,

dum duco illud ineptum *Quid est?* et *ille μονοσυλλάβως* legendum.

97. Vulg. et Vett. cum V. C. et Pall. *Adsimulare.* At quidam libri *adsimulate*, quod paene praeferendum videtur.

102. *eum*, sc. Alcesimarchum. *eius*, ipsius Alcesimarchi. Cf. I, 3, 47. *Pater adolescenti dare volt uxorem.* — *subegit*, coëgit.

104. Vulg. *Nihil amori iniurium est.* Vett. *Nihil amare iniurium est.* Lamb. in codicibus invenit plerisque: *Nihil amore iniurium est*, ut et habet V. C. Iniurium Festus antiquis ait idem fuisse quod *periurium.* Sensus igitur, Amori periurium nihil est, h. e. pro nihilo est. Sic *iniurus* pro periuro, Pers. 3, 3, 4. *Impure*, *inhoneste*, *iniure*, *illex*, *labes popli.*

105. Vett. *Nunc tu amabo, ut hanc triduum hoc sinas Esse hic et servare ap. me: nam ad matrem accersita sum.* ut et Camerarius. Vulg. *Nunc te am.* deinde ut nos. *ego* leg. in edd. medd. *servare* est custodire rem, adservare, *wirthschaften. apud me*, apud Alcesimarchum, ubi illa habitabat.

107. *damnum dabis*, et tu mihi causa eris, ut damnum faciam.

112. *opus est promtu.* Sic lego ex Camer. et vett. quae habent: *opus est, erit promtu*, duplici lectione, ut saepe fit in codd., iuxta se positis. Vulg. *opus erit pr.* ut et Both. et Pall.

116. *sustolle*, ne humum verrat. Cf. Poen. 1, 2, 139. *cum egomet trahor*, explicant: amore ducor. Ego potius de miserlis, in quibus trahitur illa tamquam pallium in pulvere, et squallida est.

117. Vett. *Quando ita tibi iuvet.* V. C. *iuvet.*

*Act. I. Sc. II.* Restat Lena et eloquitur historiam Silenii.

Quae hunc quaéstum facimus, quae, úbi saburratać sumus,
Largíloquae extemplo súmus; plus loquimur, quám sat est.
Quin égo nunc, quia sum onústa mea ex senténtia,
Quiaque ádeo me complévi flore Líberi, 5
Mage líbera uti língua collibitúm est mihi;
Tacére nequeo mísera, quod tacito úsus est.
Nam illánc ego olim, quae hínc flens abiit, párvolam
Puellám proiectam ex ángiportu sústuli.
Adulescens quidam hic ést apprime nóbilis: 10
Sicyóne summo génere ei vivít pater;
Is amóre misere hanc déperit muliérculam,
Quae hinc módo flens abiit; cóntra amore haec pérdita est.
Eam méae ego amicae dóno huic meretrici dedi:
Quae saépe mecum méntionem fécerit, 15
Puerum aút puellam alicúnde ut reperirém sibi
Recéns natum, eapse quód sibi suppóneret.
Ubi míhi potestas prímum evenit, íllico
Feci éius eii, quód me oravit, cópiam.
Postquám puellam eam á me accepit, íllico 20
Eandém puellam péperit, quam a me accéperat,
Sine óbstetricis ópera, et sine dolóribus,
Item ut áliae pariunt, quaé malum quaerúnt sibi:
Nam amátorem aibat ésse peregrinúm sibi:
Suppósitionem eius réii facere grátia. 25
Id dúae nos solae scímus, ego, quae illí dedi,
Et ílla, quae a me accépit; praeter vós quidem.
Haec síc res gesta est: sí quis usus vénerit,
Meminísse ego hanc rem vós volo. Ego abeó domum.

---

1. *Idem* μονοσυλλάβως legendum.
2. *saburratae*, bene potae cibisque saturae.
4. Versus 4 — 7 in vulg. et vett. sequuntur post vs. 10. Transposuit Bothius ex Acidalii emendatione. *onusta sc.* cibis. *mea ex sententia* potest esse *ut opinor*, potest et: *ut volui.* —
5. *flore Liberi*, vino. Sic Curc. I, 2, 1. Cas. III, 5, 20.
6. *mage libera*, liberiore.
7. *quod tacito usus est*, l. e. opus est. Sic Amph. II, 1, 79. *nam mi istuc primum exquisito est opus.* Unde non est quod pro *quod* scribatur *quo*, ut voluerunt Camer. et Lamb. Cf. Trin. II, 4, 102 *ubi usus nil erat dicto.*
9. *ex*, quod omnes habent, sustulit B. sine omni causa.
10. De verbo *apprime*, *apprimus*, cf. Gell. VII. 7.
11. *Sicyone* l. e. hic. Nam scena in ipsa urbe Sicyone est, prope quam villa, in qua habitat pater Alcesimarchi. Cf. II, 1, 21.
14. *amicae*, Melaenidi.
15. Vett. et Camer. *fecerat.* Vulg. *fecerit*, uti Pall., qui et: *Quae saepe* pro vulg. *Quod s.*
17. *eapse*, l. e. ea ipsa. *quod est* relativum, ut apud Cic. *militum quod haberent*, aut Tacitum: *quod castrorum.* Nota autem, *recens natum* genere non ad proxime praecedens, sed ad remotius *puerum* referri, uti saepe.
23. *malum*, l. e. poenam, maleficio deprehenso.
29. *abeo domum* sc. meam, quae non est in scena, sed in remotiore parte urbis. — Ut vero abit hinc Lena, persequitur eam Lampadiscus, Phanostratae servus, qui eam abeuntem agnorat esse eandem, quam olim vidisset ex Hippodromo tollentem proiectam a se puellam a Phanostrata natam, Silenium. Cf. II, 2.

## ACTUS I. SCENA III.

*AUXILIUM.*

Utrúmque haec, et multíloqua et multibiba, ést anus.
Satin' víx reliquit déo, quod loqueretúr, loci?
Itá properavit dé puellae próloqui
Suppósitione. Quódsi tacuissét, tamen
Ego erám dicturus, déus, qui poteram plánius: 5
Nam mi ést Auxilio nómen. Nunc operám date,
Ut ego árgumentum hoc vóbis plane pérputem.
Fuére Sicyoní iamdiu Dionýsia;
Mercátor venit húc ad ludos Lémnius,
Isque híc compressit vírginem adulescéntulus 10
Violéntus, in tenebrís, multa nocte, ín via.
Is úbi malam rem scít se meruisse: íllico
Pedibús perfugium péperit; in Lemnum aúfugit,
Ubi túm habitabat. Ílla, quam compréesserat,
Decumó post mense exácto hic peperit filiam. 15
Quoniám reum eius fácti nescit, quí siet:
Patérnum servom súi participat cónsili;
Dat eám puellam ei sérvo exponendam ád necem.
Is eám proiecit; haéc puellam sústulit;
Ille clam óbservavit sérvos, qui eam proiécerat, 20
Quo aut quás in aedis haéc puellam déferat.
Ut eámpse vos audístis confitérier,
Dat éam puellam méretrici Melaénidi;
Eaque éducavit éam sibi pro filia
Bene ác pudice. Tum íllic autem Lémnius 25
Propínquam uxorem dúxit, cognatám suam.
Ea diém suom obiit; fácta morigera ést viro.
Postquam ílle uxori iústa fecit: íllico
Huc cómmigravit; dúxit uxorem híc sibi
Eándem, quam olim vírginem hic compréesserat. 30

*Act. I. Sc. III.* Auxilium uberius de argumento fabulae exponit.

2. *Satine* interdum i. e. q. *Nonne?* Amph. II, 2, 1. Pseud. I, 2, 33. Poen. V, 5, 20. Men. V, 1, 41. Most. V, 1, 60. Mil. II, 4, 40.

7. *perputem* interpr. *perfecte*, *exacte exponam*. Lambinus deducit a *putare*, *verschneiden*, quasi superfluis resecatis, ea quae ad rem pertinent narrare. Cf. *disputem*, Men. prol. 50. Igitur simpliciter est: exponere, narrare.

8. Vett. *Sicione*. Both. *Sicyone fuere*.

9. *Mercator Lemnius*, Demipho, Phanostratae vir.

11. Vulg. *Vinulentus*, *multa nocte*, *in via*. Vett. *Vinolentus in tenebris raptam multa nocte in via*. Pareus et Bothius: *Vi*, *vinolentus*, *multa nocte*, *in via*, ut ne liquescat *nocte*. Lambinus cum Camerario: *Vinolentus in tenebris*, *multa nocte in via*. Repone *Violentus*, et habebis sat bonum versum, nisi quod inest tautologia: *in tenebris*, *multa nocte*.

12. *malam rem* i. e. poenam.

14. Vulg. et vett. *Ubi habitabat tum*.

19. *haec*, sc. Lena.

20. In vulgata versus imperfecto sic legitur: *Ille clam observavit servos*. Vett. et Cam. e coni. addunt: *qui eam proiecerat*, versu optimo. Nam *Ille* una syllaba legendum. Bothius tamen, additamento hoc relecto: *Ille illam clanculum observavit servolus*.

26. *Pronpinquam* non solum affinitatem videtur significare, sed et, popularem fuisse, ex Lemno ipsa.

29. V. *hic* expunxit Bothius.

Ut eám cognoscit ésse, quam compréssérat,
Illa illi dicit, éius se ex inlúria
Peperísse gnatam, átque eam se servo íllico
Dedísse exponendam. Ílle extemplo sérvolum
Iubet íllum eundem pérsequi, si quá queat 35
Reperíre, quae sustúlerit. Ei rei núnc suam
Operam úsque assiduo sérvos dat, si póssiet
Meretrícem illam invenire, quam olim tóllere,
Quom ipse éxponebat, éx insidiis víderat.
Nunc, quód reliqüom réstat, volo persólvere, 40
Ut éxpungatur nómen, ne quid débeam.
Aduléscens hic est Sícyoni, ei vivít pater:
Is amóre proiecticiam illam déperit,
Quae dúdum flens hinc ábiit ad matrém suam;
Et ílla hunc contra, qui ést amor suavíssumus. 45
Ut súnt humana; níhil est perpetuóm datum:
Pater ádulescenti dáre volt uxorem. Hóc ubi
Matér rescivit, iússit arcessi eám domum.
Haec rés sic gesta est. Béne valete, et víncite
Virtúte vera, quód fecistis ántidhac; 50
Serváte vestros sócios, veteres ét novos;
Augéte auxilia vóstris iustis légibus;
Perdíte perduelles: párite laudem et laúream:
Ut vóbis victi Poéni poenas súfferant.

---

## ACTUS II. SCENA I.

*ALCESIMARCHUS. MELAENIS.*

*AL.* Credo égo amorem primum ápud homines carnúficinam comméntum.
Hanc égo de me coniécturam domi fácio, ne foris quaéram:
Qui omnés homines supero, ántideo cruciábilitatibus ánimi:
Iáctor, crucior, ágitor, stimulor, vórsor in amoris rota
Miser, éxanimor, 5
Feror, dífferor, distrahor, díripior:
Ita núbilam mentem animi hábeo; ubi sum,

31. In fine praecedentis omnes edd. vett. habent punctum, in huius colon. Itaque audacter scribe *Ut eam cogn.* pro *Et eam c.* quod habent edd.

34. *dedisse* et correptim proferri possit, quasi *d'disse*. Similiter enim faciendum Bacch. 4, 3, 50 et Men. 4, 3, 15. Cf. Inf. II, 3, 29. Nos tamen hic vulgarem scansionem secuti.

41. *Ut expungatur nomen*, quasi debeat prologus narrationem spectatori. Simile v. Capt. prol. 16.

42. Sic interp. vett.

45. Similiter Mil. Gl. II, 1, 23. *Et illa illum contra, qui est amor cultu optimus.*

50. Eadem fere leguntur Cas. prol. fin.

*Act. II. Sc. I.* Redit in urbem ex villa Alcesimarchus. Declarat ei Melaenis, se non remissuram Silenium ad eum. Igitur ille iurat per omnes deos deasque, se utramque occisurum, seque ipsum, nisi remittat. Quo dicto ad se introit. Dum Melaenis formidans adstat, redit Lampadiscus, qui secutus erat lenam.

1. Locum dedi, ut constituit rhythmos Hermannus.

3. Editiones: *supero atque antideo.* Est autem asyndeton, frequens Plauto.

Ibi nón sum; ubi non sum, ibi ést animus:
Ita mihi ómnia nunc ingénia insunt;
Quod lúbet, non lubet iam id cóntinuo: 10
Ita amór lapsum animi lúdificat,
Fugat, ágit, appetit et ráptat,
Retinét, lactat, largítur;
Quod dát, non dat; delúdit;
Modo quód suasit, dissuádet; 15
Quod díssuasit, id osténtat.
Marítumis moribús
Mecum éxperitur: íta meum
Frangít amantem animum; néc nisi quia
Miser nón eo pessum, úlla abest 20
Mihi pérdito pernícies: ita patér apud villam détinuit
Me hos diés sex ruri cóntinuos,
Neque lícitum interea est méam amicam vísere.
Estne hóc miserum memorátu?
*Me.* Eo facetus's, quía tibi alia est spónsa locuples Lémnia? 25
Hábeas! Neque nos fáctione tánta, quanta tú, sumus;
Néque opes nostrae tám sunt validae, quám tuae; verúm tamen
Haúd metuo, ne iúsiurandum nóstrum quisquam cúlpitet;
Tú, iam si quid tíbi dolebit, scíes, qua doleat grátia.
*Al.* Dí me perdant ... *Me.* Quódcunque optes, vélim tibi contíngere. 30
*Al.* Si íllam uxorem dúxero mihi unquám, quam despondít pater!
*Me.* Ét me, si unquam tíbi uxorem fíliam dederó meam.
*Al.* Périurare mé patiere? *Me.* Átque aliquanto fácilius,
Quám, me meamque rém perire et lúdificari fíliam.
Ábi! quaere, ubi iurfiurando túo satis sit súbsidi: 35
Ilíc apud nos iam, Alcésimarche, cónfregisti tésseram.
*Al.* Fáce semel perículum! *Me.* Saepe féci, quod factúm queror.
*Al.* Rédde mihi illam! *Me.* Intér novam rem vérbum usurpabó vetus:
Quód dedi, datúm non vellem; quód reliqüom est, nón dabo.
*Al.* Nón remissura és mihi illam? *Me.* Pró me responsá tibi. 40
*Al.* Nón remittes? *Me.* Scís iamdudum omném meam senténtiam.
*Al.* Sátin' tibi istuc in córde certum est? *Me.* Quín ego commentór quidem;

7. Vett. pro *nubilam* habent *nullam*.
9. *nunc* in edd. non legitur. Addendum erat versus causa.
11. Edd. *Ita me amor*. Vett. *lapsum* pro vulg. *lassum*, ut et Camer. et Lamb. et Pall. 1 et 6.
20. Vulg. et vett. *mihi ulla abest Perdito pernicies*.
26. *factione*, *Stand*, *Rang*. Cf. Aulul. II, 2, 50. Trin. II, 4, 51.
28. *iusiurandum*, quod nos tibi dedimus, uti vicissim tu nobis.
29. Vulg. *scies*. Vett. *scias*.
35. Sic vett. et Pal. 6. — Vulg. *Abi quaerere*, *ubi iurando tuo s. s. s.* Sensus: abi, quaere alios, qui tibi iuranti credant.
36. *confregisti tesseram*, amicitiam consuetudinemque pristinam dissolvisti.
42. Sic, uti dedimus, et hunc et sequentem versum vulg. et vett. habent. Ego autem intactos relinquo, etsi videam, metrum non optime constare. Mutavit Bothius. — *commentor*, aliud ago, uti quidem interpretantur. Sed fortasse potius est: cogito, animo agito, ut nostrum: *gedenken*. Cf. Men. 5, 7, 30. Poen. prol. 1. Descendit quippe a *comminisci*.

Nón edepol istaéc tua dicta núnc in aures récipio.
*AL.* Nón? hem! Quid agis? *ME.* Ígitur animum advórte iam, ut, quid agás, scias.
*AL.* Át ita me di deaéque, superi atque inferi, et medióxumi, 45
Ítaque me Iunó regina et Ióvis supremi fília,
Ítaque me Satúrnus, patruus éius .... *ME.* Ecastór pater.
*AL.* Ítaque me Ops opulénta, illius ávia ... *ME.* Imo matér quidem.
*AL.* Iúno filia ét Saturnus pátruus, summus Iúpiter ....
Tú me delenís; propter te haec pécco. *ME.* Perge dícere. 50
*AL.* Ánne, ut etiam, quíd consultura és, scias? *ME.* Perge éloqui.
Nón remittam: définitum est. *AL.* Énimvero ita me Iúpiter,
Ítaque me Iuno ét Saturnus; íta, — quid dicam, néscio! —
Iám scio! Imo, múlier, audi, meam út scias sententiam:
Dí me omnes, magní minutique ét patellarií *** 55
Fáxint, ne ego dem vívos hodie sávium Silénio,
Nísi ego te tuámque filiam méque hodie obtruncávero,
Póst autem cum prímo luci crás nisi ambo occídero,
Ét quidem hercle nísi pedatu tértio omnis efflíxero,
Nísi tu illanc remíttis ad me! Díxi, quae voluí. Vale. 60
*ME.* Ábiit intro irátus. Quid ego núnc agam? Si rédierit
Íla ad hunc, ibidém loci res érit. Ubi odium occéperit:
Íllam extrudet, cum hánc uxorem Lémniam ducét domum.
Séd tamen ibo et pérsequar: amans né quid faciat, caúto opust.

44. Vulg. et vett. *Non? hem! quid agis?* Plerique codd. addunt *iam*. Langiani: *quid agam?* Potest tamen retineri *quid agis?* ut reciproce accipiatur dictum, suppleaturque: o Alcesimarche.

46. *filia*. Iocose confundit genealogiam.

50. *delenis*, tu mihi quasi incantamentis mentem adimis. Amph. II, 2, 221. *Delenitus sum profecto, ita ut me qui sim nesciam.* — Ceterum vett. *Tu, Melaenis*, *nunc propter te* etc.

51. Vulg. et vett. *quid cons. sis sciam*, quod propter metrum ferri nequit. Lambinus: *An nec etiam — sis sciam?* idque interpretatur: an ne hoc quidem sciam, quid consilii captura sis? At vero hoc iam elocuta est illa satis perspicue in superioribus. Sensus requirit ut eam minitabundus praeparet ad ea quae in sequentibus ei minaturus. Itaque pro *sciam* repono *scias*, cf. v. 54, nisi *sciam* ita malis accipere, ut, hic quoque confundens, posuerit pro eo quod debuerit poni, *scias*.

53. Sic vett. et vulg. Intrusit B. *et Rhea*.

55. Vett. et vulg. *Di me omnes magni minutique et patellarii, Faxint ne ego dem vivos hodie* (vulg. om. *hodie*) *savium Silenio*. Beth. *Divi med omnes magnique minutique et patellarii*. Ego censeam aliquid in fine excidisse, ut v. c. *simul*, aut tale quid. — *me* per pleonasmum adiectum est, ut saepe. Sensus: dii faxint ut ne savium dem h. S., nisi vos omnes obtr., nisi tu illam remittis. *patellarios* intelligunt lares, quibus cibus in patella adponebatur.

56. Addidi *hodie* ex vett. licet repetitum in seqq. Nam in vulg. abest. Bothius: *vivos vivae*.

57. *te tuamque*. Sic vett. et Camer. — Vulg. *teque tuamque*. — *filiam* dabus legendum.

58. Vett. et vulg. *Postea autem*. Nostr. Both. — Vett. *cum primo lucu*. Camer. et vulg. *cum primo luci*. Cf. Aul. IV, 10, 22. *Luce claro deripiamus aurum matronis palam*. Veteres enim *lucis* ut masculinum usurpabant.

59. *pedatu*. Sic vulg. — Vett. et Cam. *perdatu*. — *Pedatu tertio* i. e. q. tertia vice, aut tertio. Sic int. Nonius adductis verbis ex Catonis Origg. lib. I. *Igitur tertio pedatu bellum nobis fecere*.

60. Redit in suam domum Alcesimarchus, non in Melaenidis.

63. *cum*, quod legitur in omnibus, emittit Bothius.

64. Vulg. et B. *amens*. Vett. Camer. Lamb. et Pall. *amans*, quod praetuli. Ambigit autem Melaenis, quid faciat, et hoc versu inclinat ad remittendam ad eum Silenium. Idem tamen consilium in seq. ablicit.

Póstremo, quando aéqua lege paúperi cum dívite 65
Nón licet: perdam óperam potius, quám carebo fília.
Séd quis hic est, qui récta platea cúrsum huc contendít suum?
Ét illud paveo, et hóc formido: ita tóta sum misera ín metu.

## ACTUS II. SCENA II.

*LAMPADISCUS.*

Anúm sectatus súm clamore pér vias;
Misérrumam habui. Ut íllaec hodie quót modis
Sibí moderatrix fúit, atque immemorábilis!
Quot illí blanditias, quíd illi promisí boni!
Quot ádmovi illi fábricas, quot fallácias 5
In quaéstione! Víx exculpsi ut díceret,
Quia éi promisi dólium viní dare.

## ACTUS II. SCENA III.

*PHANOSTRATA. LAMPADISCUS. MELAENIS.*

*Ph.* Audíre vocem vísa sum ante aedís modo
Mei Lámpadisci sérvi. *La.* Non surda és, hera:
Recte aúdivisti. *Ph.* Quíd agis hic? *La.* Quod gaúdeas.
*Ph.* Quid id ést? *La.* Hinc ex hisce aédibus pauló prius
Vidi éxeuntem múlierem. *Ph.* Illam, quaé meam 5
Gnatám sustulerat? *La.* Rém tenes. *Ph.* Quid póstea?
*La.* Dico éi, quo pactod éam ab hippodromo víderim
Herílem nostram fíliam sustóllere.

65. Sensus: *Non remittam. Nam non licet pauperi aequa lege cum divite frui. Igitur amittam potius lucrum, quam non retineam apud me filiam.* Sic autem intelligendum est: *operam perdam.* Opera i. e. q. lucrum ex opera, quam datura esset Silenium Alcesimarcho, si eam remitteret ad eam.

67. Vett. cum V. C. *cursum huc tendit suum.* Vulg. *curs. hic contendit s.*

*Act. II. Sc. II.* Redit Lampadiscus domum a persecutione quam instituerat lenae, quam olim viderat tollere Silenium a se expositam. Edixit autem primo illa, Silenium apud Melaenidem esse, eam tamen peregre esse avectam. Dein verum fassa, dixit, se eam monstraturam, si prius quamdam mulierem convenisset.

2. *miserrimam habui*, valde molestus ei fui clamando.

3. *sibi moderatrix fuit*, h. e. caute continebat ne ediceret. — *immemorabilis*, h. e. ut quae noluerit mihi memorae, quomodo res se haberet.

5. Vett. et Camerar. cum V. C. *Quot admovi illi fabricas.* Vulg. et B. *Quot admoenivi fabr.* Istud praetuli ob repetitum *illi*, quo videtur opus esse.

6. Sic interpunxit Bothius. Nam vett. et vulg. in fine praec. vs. punctum, haec autem uno tenore habent. *ut diceret*, sc. ubi esset puella.

7. pro *dolium* vett. *modiolum.* Illud vulg.

*Act. II. Sc. III.* Prodit Phanostrata et exquirit rem ex servo suo. Deinde intro abit. Lampadiscus autem dum ad anum recurrere parat, alloquitur eam Melaenis, quae auscultaverat omnia, exquiritque de rebus Phanostratae et de exposita filia. Abit ille. Melaenis autem sponte Silenium ad parentes reducere decernit.

2. Vett. *Non surda hera es.* Camer. *Non surda est hera.* Nostr. vulg. et B. atque *es* interdum producitur.

4. Vulg. et Camer. cum V. C. et Pall. *Quid id est?* Vett. *quid est?* ut saepe obviam.

Extímuit tum illa. *Me.* Iam hórret corpus, cór salit:
Nam míhi ab hippodromo mémini afferri párvolam 10
Puéllam, eamque mé mihi suppónere.
*Ph.* Age, pérge, quaeso: ánimus audire éxpetit,
Ut gésta res sit. *Me.* Útinam audire nón queas!
*La.* Pergo illa *** dictis: „illaec te anus
„Fortu *** seras vocat. 15
„Nam illaéc tibi nutrix ést: ne matrem cénseas.
„Ego té reduco et vóco ad divitiás, ubi
„Tu cóllocere in lúculentam fámiliam,
„Unde tíbi talenta mágna vigintí pater
„Det dótis. Non enim híc, ubi ex Tuscó modo 20
„Tuté tibi indigne dótem quaeras córpore!"
*Ph.* An, amábo, meretrix ílla est, quae illam sústulit?
*La.* Imó meretrix fuit. Séd ut sit, de ea re éloquar.
Iam pérducebam illam ád me suadelá mea.
Anus éi amplexa est génua, plorans, óbsecrans, 25
Ne déserat se: éam suam esse filiam;
Seque eám peperisse, sáncte adiurabát mihi.
„Istánc, quam quaeris," ínquit, „ego amicaé meae
„Dedi, quae éducaret éam pro filiolá sua;
„Et vívit," inquit. „Úbi ea est?" inquam extémpulo. 30
*Ph.* Serváte me, dei, óbsecro! *Me.* At me pérditis!
*Ph.* Quoi illám dedisset, éxquisisse opórtuit.
*La.* Quaesívi: et dixit, méretrici Melaénidi.
*Me.* Meum élocutust nómen! interii óppido!

8. Vett. et vulg. *Herilem filiam nostram s.* Transposuit Bothius.

9. *Extimuit tum illa.* Sic vulg. et vett. — Bothius: *Extimuit. Me. Male etiam horret c., c. s.* Libri: *iam horret*, ut et vett. Guelf. *iam male horret.*

12. Both. addit *te* post *quaeso*, ex Guelf.

13. Vulg. et vett. *Ut res gesta sit.*

14. Haec in codd. vetustioribus sic:
*Pergo illa *** dictis: illaec te anus*
*Fortu *** seras vocat.*
ex quibus Camerarius fecit:
*Pergo illam his alloqui dictis, illaec anus Fortuito matrem ne se deseras, vocat.* Lambinus: *Pergo. puellam his alloquor dictis: illaec anus Fortuito inventam, ne se deseras, vocat.* Vett. sic: *Pergo illo subagito blandis et benedicis dictis — Illaec forte fortuna, fortius aures obserat. — Ego Lemniam feras voco.* Omitto adscribere Bothiana, aut quae Acidalius exsculpserit, pariter omnia inepta. Hoc patet, longiorem lacunam esse debere, in qua narraverit Lampadiscus, se puellam evocasse eique dixisse: haec te falso vocat filiam. Nam illaec etc. Sed et corruptus est omnis locus, neque sequentes versus optimi, et, quod nemo dum animadvertit, contradicit sibi poeta. Nam Gymnasium non potuit esse apud Lenam, quippe quae servet apud Alcesimarchum loco Silenii. Cf. I, 1, 105. Fortasse igitur totus locus usque ad vers. 28. *Istanc* etc. ab alio est insertus. V. 17. *voco* plene legendum.

18. Vett. *Tu collocere.* Vulg. V. C. et Pall. *Tu locere.*

20. *Non enim hic*, sc. habitabis. *ubi ex.* Sic omnes. At Both. *ubi es.* — *Tusco modo.* Tusci aut Etrusci ab Lydis descenderunt. Apud hos autem mos fuit, ut filiae omnes meretrices essent, suoque corpore sibi dotem quaererent, ut refert Herodotus libro I. Hinc *vicus Tuscus* i. e. q. meretricius. V. Liv. II, 14. fin. Curc. IV, 1, 21.

23. *sed ut sit*, ut vere se res habeat. Versus pessimus.

24. *illam*, Gymnasium.

29. *Dedi* una syllaba profer: *D'di.* Cf. I, 3, 34. — Vett. *educeret.*

34. *oppido*, quod deest in vulg. et aptis, legitur in vett. Alii fecerunt: *perii.*

*La.* Ubi élocuta est, égo continuo intérrogo: 35
„Ubi hábitat?“ inquam. „Dúc ac demonstrá mihi!“ —
„Avécta est,“ inquit, „péregre hinc habitatum.“ *Me.* Óbsipat
Aquolám. *La.* „Quo avecta est, éo sequemur! Síccine
Agis núgas? Periistí, ni hercle hoc edísseris.
Instáre usque adeo, dónec se adiurát anus 40
Iam míhi monstrare. *Ph.* Át non missam opórtuit.
*La.* Servátur; sed illaec sé quandam aibat múlierem
Suam bénevolentem cónvenire etiám prius,
Commúne quacum id ésset sibi negótium;
Et scío, venturam. *Me.* Me índicabit, ét suas 45
Ad méas miserias áddet. *Ph.* Fac me cónsciam,
Quid núnc vis facere me? *La.* Íntro abi atque animó bono es.
Vir túus si veniet, iúbe domi opperírier,
Ne in quaéstione míhi sit, si quid éum velim.
Ego ad ánum recurro rúrsum. *Ph.* Lampadio, óbsecro, 50
Curá! *La.* Perfectum ego hóc dabo negótium.
*Ph.* Deos téque spero. *La.* Eósdem ego, ut abeás domum. —
*Me.* Aduléscens, adsta atque aúdi! *La.* Men', muliér, vocas?
*Me.* Te. *La.* Quíd negoti est? nam óccupatus sum ámpliter.
*Me.* Quis ístic habitat? *La.* Démipho, dominús meus. 55
*Me.* Nempe ístic est, qui Alcésimarcho fíliam
Suám despondit ín divitias máxumas?
*La.* Is ípsust. *Me.* Eho tu, quám vos igitur fíliam
Nunc quaéritatis álteram? *La.* Ego dicám tibi:
Non éx uxore gnátam uxoris fíliam. 60
*Me.* Quid istúc est verbi? *La.* Éx priore múliere
Nata, ínquam, meo hero fília est. *Me.* Certé modo
Huius, quaé locuta est, quaérere aibas fíliam.

35. Vett. et vulg. *ego continuo anum interrogo.*

37. Vett. *habitatum longius. Me. obstipat.* Verbum *obsipat* ab eodem fonte descendit cum v. *dissipat.* Sensus: adspergit aquam mihi, recreat me.

39. Vett. *periisti, ni hercle hoc edisseris. Instare* etc. Item Camerarius. Vulg. uti cd. Pal. 4. *periisti, ne hercle hoc longe. destiti Instare usque adeo* etc. Al. codd. *longe dedisti.* Vulgatam servat B. mutato tamen *destiti* in *Institi.*

40. *Instare* nihil impedit quin infinitivum esse historicum censeamus.

46. *et suas ad meas miserias addet*, h. e. et me et se ipsam miseram reddet. Bothius pro *addet* habet *alias*, idque interpretatur: et alias suas ipsius miserias ad meas. Nam V. C. *Ad meas miserias alias faciem consciam.* Pal. 1. *Admis. meas alias faciam cum sciam.* et similiter fere reliqui.

49. Vulg. *Ne in questione.* — Vett. et B. *Ne quaeçtioni.* Utrumque occurrit, illud Pseud. II, 2, 68. hoc Capt. II, 2, 56. V. C. habet: *Ne quaestionem.*

52. *Deos teque spero*, h. e. in dis et in te spem meam colloco. Cf. Mil. 4, 5, 10. Cas. 2, 5, 38. — *Eosdem ego* sc. spero, sive precor, ut tu abeas domum, nec longius me moreris. Sic saepius servi ab heris discedentes, hortantur illos ut abeant citius. Sic Poen. I, 3, 18. As. I, 1, 92. sqq. — Bothius haec perperam Metaenidi tribuit.

58. *Eho tu.* Revocat abire properantem. Hinc non opus est mutate in *Ehodum*, ut habet Bothius cum Meursio.

60. *Non ex uxore*, quia nondum fuit tum uxor. *uxoris* sc. quae nunc est. Aenigmatice autem profert.

61. *ex priore muliere.* Non ait *uxore*, quia non fuit. Intelligenda autem Phanostrata puella. Sensus verus: ex muliere quadam qua ante usus est herus, quam uxorem duceret.

63. *Certe modo:* Sed nonne paullo ante aiebas, te quaerere fíliam huius,

*La.* Huiús ego quaero. *Me.* Quó modo igitur, óbsecro,
Haec ést prior, quae núpta nunc est? *La.* Cónteris
Tu tuá me oratióne, mulier, quísquis es.
Medióxumam quam dúxit uxorem, éx ea
Nata haéc est virgo, Alcésimarcho quaé datur.
Ea uxór diem obiit. Iám scis? *Me.* Teneo istúc satis;
Sed ego illud quaero cónfragosum, quómodo
Priór posterior sít, posterior sít prior?
*La.* Prius hánc compressit, quam úxorem duxít domum:
Prius grávida facta est, príusque peperit fíliam;
Eam póstquam peperit, iússit parvam próiici;
Ego eám proieci; ália mulier sústulit;
Ego ínspectavi; hérus hanc duxit póstibi.
Eam núnc puellam filiam eius quaérimus.
Quid núnc supina súrsum in coelum cónspicis?
*Me.* I núnc iam istuc, quó properabas: níl moror:
Nunc íntellexi. *La.* Dís hercle habeo grátiam:
Nam ni íntellexes, núnquam, credo, amítteres.
*Me.* Nunc míhi bonae necéssum est esse ingrátiis,
Quamquam ésse nolo: rém palam esse intélligo.
Nunc égomet potius hánc inibo grátiam
Ab íllis, quam illaec índicet me. Ibó domum,
Atque ád parentes súos ducam Silénium.

---

# ACTUS III.

## *MELAENIS. ALCESIMARCHUS. SILENIUM.*

*Me.* Rem élocuta súm tibi omnem: séquere, mea Silénium,

quae modo tecum locuta hic est, h. e. Phanostratae?

65. *Haec*, Phanostrata. *quae nupta nunc est*, sc. Demiphoni, paullo ante.

66. *quisquis* femininum, ut *quisque* Poen. prol. 107. Rud. 4, 4, 102. Pers. IV, 3, 76.

67. Declarare vult in his, priorem uxorem non fuisse priorem, sed medioxumam, i. e. mediam.

68. Sic vett. Vulg. *Nata est haec v.*

69. Vett. et Pall. omittunt *Iam* ante *scis;* habet V. C.

70. *confragosum*, difficile, impeditum. Men. IV, 2, 26. *conditiones tortas, confragosas.*

71. Sic vett. — Vulg. *sit*, *et posterior.* — *Prior* sc. ea, quam ante Phanostratam duxit. *posterior sit prior*, Phanostrata autem vocari possit prior.

72. *hanc*, quod legitur in omnibus, B. omisit. *quam uxorem*, i. e. quam eam uxorem duceret.

76. Bothius *modo* infercit post *herus.* — *hanc*, Phanostratam.

78. Sic vett. et vulg. — Camer. *supina sic iam c. c.* — V. C. *sup. susum iam coel. c.* — Gestus depingitur admirantis, ut videtur.

81. *amitteres*, sc. me.

86. Vett. *Atque ad parentes suos reducam Silenium.* In V. C. et Pall. 5. deest *suos.* Camerarius: *Atque ad par. redducam Silenium*, ut et Lamb. Plautus tamen nusquam fere syll. *re* in compositis producit, nisi in perfecto et in impersonali *refert.* Nam Amph. II, 2, 66. licentia obtinet poetica. Hinc malim: *Atque ad parentes suos ducam Silenium.* Nam et facile additum est τὸ *re*, et pronomine *suos* vix carere h. l. possumus.

*Act. III.* Prodit Melaenis cum Silenio, cistulam tenens, quam dat portandam ancillae Haliscae. Alcesimarchus adstat ante suas aedes, gladiumque tenet, et in eo est, ut se interimat. Accurrit Silenium. Ille vero eam in domum suam abripit. Sequuntur mulieres; Haliscae

Út eorum, quoiam ésse oportet té, sis potius, quám mea.
Quámquam invita té carebo, ánimum ego inducám tamen
Méum, ut illud, quód tuam in rem béne conducat, cónsulam.
Nam híc crepundia ínsunt, quibuscum te ílla olim ad me détulit, 5
Quaé mihi dedít; parentes te út cognoscant fácilius.
Áccipe hanc cistéllam, Halisca, atque ágedum pulta illás foris;
Díc, me orare, ut áliquis intus pródeat. Propera ócius!
*Al.* Récipe me ad te, Mórs, amicum et bénevolum! *Si.* Matér mea,
Périimus miserae! *Al.* Utrum hac me fériam, an ab laevá, latus? 10
*Me.* Quíd tibi est? *Si.* Alcésimarchum nón vides? Ferrúm tenet.
*Al.* Écquid agis? Remoráre. Lumen línque! *Si.* Amabo, adcúrrite,
Né se interimat! *Al.* Ó salute méa salus salúbrior,
Tú nunc, sive ego vólo seu nolo, sóla me, ut vivám, facis!
*Me.* Haú, voluisti istúc severum fácere? *Al.* Nil mecúm tibi: 15
Mórtuos tibi sum; hánc, ut habeo, cértum est non amíttere:
Nam hércle iam ad me adglútinandam tótam decretúm est dare.
Úbi estis, servi? Occlúdite aedis péssulis, repágulis,
Úbi hanc ego tetúlero intra límen! *Me.* Abiit; ábstulit
Múlierem. Ibo, pérsequar iam illum íntro, ut haec ex mé sciat 20
Éadem, si possúm tranquillum fácere ex irató mihi.

---

## ACTUS IV. SCENA I.

*LAMPADISCUS. PHANOSTRATA.*

*La.* Núllam ego me vidísse credo mágis anum excruciábilem,
Quam íllaec est: quae dúdum fassa est míhi, quaene inficiás eat?
Séd eccam heram videó! Sed quid hoc est, haéc quod cistella híc iacet

autem inter hanc turbam cistulam in platea amittit.

1. Vulg. et vett. *sequere me mea Sil.*

2. *quoiam*, i. e. culam.

3. Vett. et vulg. *animum ego inducam tamen, Ut illud, qu.* etc. Bothius: *an. ego ind. tamen Meum, ut illud.* Pron. *meum* abest a V. C. et Pall., legitur in Helmstad. post *animum*, in edd. medd. ante h. v. — *animum* non elidendum.

7. *illas fores*, Demiphonis.

8. Vulg. *prodeat propere ocius.* Nostr. vett. et B. cum 5. Pall.

10. *Periimus*, quia Alcesimarchus ferrum manu tenet. — *miserae.* Vett. *misere.*

11. Vett. *Alcesimarchum ferrum tenentem manu non vides?* Camer. *Alcesimarchum non vides ferrum tenentem manu?* Vulg. omittit *manu*, ut et Bothius, nec edd. habent. V. C. *ferrum tenenst. Ecquis* etc. Hinc puto legendum *tenet.*

12. *Ecquid agis?* Se ipsum alloquitur. *Remorare*, i. e. tu remoraris, seu: quid remoraris?

14. *sive ego volo.* Vulg. et B. *si ego v.* uti V. C.

15. Vett. *Haud voluisti istuc saevum.* Nostr. Cam. Vulg. Both. — *Nil mecum tibi*, sc. o Melaenis. Nihil mihi rei tecum est.

21. Sic vulg. — Vett. et Cam. *Eadem sic possum.* — *si*, si fortasse poss.

*Act. IV. Sc. I.* Redit Lampadiscus ab Lena, quae omnia quae ante confessa fuerat, nunc inficias ierat. Id nunciaturus herae, in via invenit cistulam ab Halisca abiectam, quam dum aperit, Phanostrata agnoscit crepundia filiae suae olim expositae.

1. *excruciabilem*, active, ut sit: quae me magis excruciaverit.

2. *quaene inficias eat.* Constructio: quaene inficias eat ea, quae dudum fassa mihi est. Cf. Amph. II, 2, 75. *quaene vigilans dormiat?*

Cúm crepundiís, nec quemquam cónspicor alium ín via?
Fáciundum est puerile officium: cónquiniscam ad cístulam. 5
*PH.* Quíd agis, Lampadio? *LA.* Haéc cistella núnnam hinc ab nobís domo est?
Nam híne ab ostió iacentem sústuli. *PH.* Quid núntias
Súper anu? *LA.* Sceléstiorem in térra nullam esse álteram.
Ómnia infitiátur ea, quae dúdum confessa ést mihi.
Nam hércle, ego illam anum írridere me út sinam, satiúst mihi 10
Quóvis exitio ínterire. *PH.* Di, óbsecro vostrám fidem ...
*LA.* Quíd deos obsecrás? *PH.* Servate nós! *LA.* Quid est? *PH.* Crepúndia
Haéc sunt, quibuscum tu éxtulisti nóstram filiolam ád necem.
*LA.* Sánane es? *PH.* Haec súnt profecto. *LA.* Pérgin'? *PH.* Haec sunt. *LA.* Sí mihi
Ália mulier ístoc pacto dícat, dicam esse ébriam. 15
*PH.* Nón ecastor cássa memoro. Nam, óbsecro, unde haec géntium?
Aút quis deus obiécit hanc ante óstium nostrúm? Quasi
Dédita opera, in témpore ipso Spés mihi sancta súbvenit!

---

## ACTUS IV. SCENA II.

*HALISCA. LAMPADISCUS. PHANOSTRATA.*

*HA.* Nisí quid mi opís
Di dánt, disperií, neque, unde auxílium expetam, hábeo.
Itaqué petulantiá mea me ánimi miseram hábet,
Quae in térgum meúm ne veniát, male formído,
Si héra mea sciát tam socórdem esse, quám sum: 5
Quamne ín manibus ténui atque accépi hic ante aédis
Cistéllam; ubi ea sít, nesció; nisi, ut opínor,
Loca haéc circitér excidít mihi. Mi hómines,
Mi spectatores, facite indicium,] si quís vidit, sí quis eam ábstulerit, quísve

5. *puerile officium*, qui conquiniscunt in platea, cacandi causa. *conquiniscam*, sc. ut tollam eam.

6. Vett. *Quid ais, L.*

9. Vett. *Omnia inficiatur ea.* Vulg. *Omnia inficias ire ea.* Both. *Omnia infitiared ea*, ex mptis. — *dudum est*: nullo ante.

10. Sic vett. — Vulg. signum interrogationis habet post *sinam*. Construe: Satius est mihi quovis exitio interire, quam ut sinam anum me irridere.

16. *cassa.* Sic vett. et vulg. — Cuerar. et Lamb. *falsa.* Cassa sunt vana et inania. — *Nam obsecro unde*, sc. Undenam obsecro, ut saepe *nam* interrogativum praeponitur.

18. Melius foret: *mihi Spes sancta s. Act. IV. Sc. II.* Inter pulcherrimas matronarum referenda haec scena. Quaerit Halisca cistulam. Alloquuntur eam Lampadiscus et Phanostrata, et ex ea comperiunt, Silenium esse, quam quaerant filiam. Igitur introit ad eam Phanostrata. — Versus sunt maximam partem bacchici, intermixtis anapaesticis et Creticis.

3. *animi miseram habet*, aegritudine afficit.

4. *veniat.* Sic edd. — Both. *eveniat* ex coni.

6. *Quamne*, relativum adiuncto *ne* interrogativo, constructum hic cum indicativo, ut alias coniunctivo. Cf. Amph. II, 2, 74. *Quaene vigilans dormiat?* et supra Cist. IV, 1, 2. Edd. vett. haec coniungunt cum praecedentibus quodammodo, licet et sequentia arcte cum iisdem cohaereant. Bothius cum vulg. punctum ponit post *quam sum.*

7. *sit* vulg. Al. *est.*

Sustúlerit, et utrum hác an illác iter instíterit. 10
Non súm scitiór, quae hos rogem aút quae fatígem,
Qui sémper maló muliebrí sunt lubéntes.
Nunc véstigia híc si qua súnt, noscitábo:
Nam sí nemo hác praeteriít, postquam intro ábii,
Cistélla hic iacéret. Quid híc? Periit, opínor. 15
Actum ést! ilicét me infelícem et sceléstam!
Nulla ést, neque ego súm. Perdita haéc perdidít me!
Sed pérgam, ut cöépi, tamén; quaerítábo:
Nam et íntus paveo, ét foris formído: ita núnc
Útrobique mé metus agitat. 20
Íllo sunt homines mísere miseri.
Ílle nunc laétus est, quísquis est, qui íllam habet,
Quaé neque alii úlli quidquam úsui est, mihi ésse potest.
Sed mémet morór, quom hoc agó seciús.
Hálisca, hoc age: ád terram ádspice, et díspice, 25
Óculis invéstiga, ástute aúgura!
*La.* Hera! *Ph.* Hém, quid est? *La.* Haec ést. *Ph.* Quis?
*La.* Haec quoi éxcidit cistélla.
Hem! cérte eum signát locum, ubi ea éxcidit. *Ph.* Appáret.
*Ha.* Séd is hac iit: hác socci vídeo vestígium.
Pérsequar hác. In hoc iám loco cum áltero 30
Cónstitit. Híc meis túrbod oculís modo
Se óbiecit, néc prorsum íniit hac; híc stetit. —
Híne illuc éxiit.
Híc conciliúm fuit.
Ád duos áttinet; 35
Hi quí sunt? Attat, síngulum videó vestigiúm! Sed
Is hac ábiit. Contemplábor. Hinc huc íit; hinc nusquam abívit.
Actám rem ago. Quod periít, periit: meum córium cum cistélla!

9. Verba inclusa glossema aperte sapiunt. Apodosis: *indicate*, supplenda.

11. *Non sum scitior.* Sic vulg. Camer. Both. Lambinus ex suis libris dedit *inscitior*, idque explicat: *Nonne sum inscita?* Vett. *Sed nonne ecastor ego sum multo inscitior, hos quae rog., aut qu. f.* in qua l. Gulielmus pro *multo* vult legi *mulo*. Contextus praebet verborum *Non sum scitior* hunc debere esse sensum: *Sed ego parum scita sum.*

12. *lubentem esse*, est: delectari. *lubens* enim i. e. q. hilaris. Pers. V, 1, 8. Asin. II, 2, 2.

15. *Quid hic?* Quid autem stulta dico *hic?* non enim iacet.

16. Vett. *Actum hic est.* — *Ilicet* plerumque est: *ire licet*, h. e. conclamatum est.

17. Vulg. *Nulla est, neque ego sum usquam. Perdita perdidit me.* Addidi *haec*, omisi *usquam.*

18. *coepi* lege *coëpi* per diaeresin, ut Aul. IV, 33 et Capt. I, 2, 70. *coëna.* — Vett. *quaeritabo ego hic tamen.*

21. *Illo sunt homines m. m.* Lambinus *illo* refert ad metum.

23. Sic B. — Vulg. et vett. *Quae neque illa illi.*

24. Vulg. *secius*, Vett. *socordius.* Sensus: quum id ago, quod non ad rem est, sc. philosophor, queror.

26. Vett. *investiga.* Vulg. *investigans.* Camer. *investiges*, uti V. C.

27. Vulg. *quoi haec*, ut et vett.

28. Sic B. — Vulg. *Certe eccum locum signat.* Vett. *Eccum locum s.* — *Hem* legitur in Guelf.

30. Vett. *in* omittunt.

31. Sic Vulg. — Vett. *meis hic oculis turbo se obiecit modo.*

32. Vett. *Neque prorsum iit hac.*

Redeo íntro. *PH.* Mulier, heús! mane: sunt, quí volunt te convéntam.
*HA.* Quis mé revocat? *LA.* Bona foémina et malus másculus volúnt te. 40
*HA.* Malum aúfer [masculúm]; bonum mihi ópus est. Postremo ílle
Plus, quí vocat, scit, quíd velit, quam ego, quaé vocor. Revórtor.
Ecquém vidistis tóllere hic, amábo, in hac regióne
Cistéllam cum crepúndiis, quam ego híc amisi mísera?
Iam ut dúdum adcurrimús ad Alcesimárchum, ne suam vítam 45
Interímeret, tum mí puto prae timóre hic excidísse
Cistéllam. *LA.* Haec mulier [nóstra est: quin operám d]amus, hera, parúmper.
*HA.* Dispérii, misera! quíd ego herae dicám, quae me opere tánto
Servére iussit, quí suos Silénium paréntes
Facílius posset nóscere, quae herae meaé supposita párva est, 50
Quam quaédam meretrix éi dedit? *LA.* Nostram haéc rem fabulátur.
Hanc scíre oportet, fília tua úbi sit, signa ut dícit.
*HA.* Nunc éam volt suae matri ét patri, quibus náta est, reddere últro. —
Si homo, óbsecro, alias rés geris; ego tíbi meas res mándo.
*LA.* Istúc ago atque istúc mihi cibús est, quod fabuláre; 55
Sed ínter rem agendam ístam herae huic respóndi, quod rogábat;
Nunc ád te redeo. Sí quid est opús, dic, impera, ét tu.
Quid quaéritabas? *HA.* Mí homo et mea múlier, vos salúto.
*PH.* Et nós te. Sed quid quaéritas? *HA.* Vestígium hic requíro,
Qua aufúgit quaedam, néscio quo, míhi. *PH.* Quid id? *LA.* Quid íd nam est? 60
*HA.* Aliénum quod damnum áfferat, et moerórem familiárem.
*LA.* Mala mérx, hera, haec et cállida est. *PH.* Ecástor ita vidétur.

39. Vulg. et vett. *Mulier mane.* Bideci illud *heus.* Sequentia sic vulg. quo *volunt* pyrrhichium facit, aut monosyllabum est, uti Pseud. 4, 1, 2. Trin. 2, 1, 41.

40. Vett. *masculus hic te volunt.*

41. Desunt haec in edd. et in vett. nec verba *Postremo ille* habent, nec leguntur in edd. . At Nonius addit locum: *Malum aufer, bonum mihi ipse est.* Hinc in vulg. recepta, quibus Ceus causa addidi *masculum.* Verum *postremo* saepius in mutata animi sententia usurpatur, ubi denique consilium capitur. Sic supra II, 1, 65. *Postremo quando aequa lege* etc.

43. Vulg. et Camer. *Ecq. v. quaerere.* Amb. *Ecq. v. aufferre.* Vett. *Ecq. v. tollere*, quod quoniam unice sensui cenuit, repono, sive legatur, sive non, edd.

45, 46. Sic fere vulg. At in edd. ms lacunosus: *Interimeret, tum *** re ** excidisse.* Vett. sic: *Nam dum ut ad Alcesimarchum huc omnes accurrimus, Capillo scisso atque exsiccatis auribus tumultuantem ne se vita Interimeret, tum timore puto hic excidisse cistellam mihi.*

47. Inclusa addidit Camer.

49. *qui suos* h. e. ut suos.

54. *Mi homo, obsecro, alias res geris.* Nam inter haec, dum rem exponit Halisca, non desinit Lampadiscus laete cum hera colloqui et ire atque redire ad eam.

55. Vett. *atque istic mihi.*

60. Vulg. *PH. Quid id? quid id nam est?* uti et vett.

61. Vett. hunc versum sic: *Alienamne, an familiarem hanc ego memorem?* Both. *Nescio, alienumne hoc ego anne memorem familiare.* Nostrum Camerarius reposuit. Nam locus in cedd. corruptus. *Alienum damnum*, sc. nobis, qui sumus alieni, h. e. non vere cognati Silenio. *familiarem* sc. veris eius cognatis, qui, amissa cistula, non poterunt agnoscere filiam suam.

*La.* Imitátur nequam béstiam et damníficam. *Ph.* Quamnam, amábo?
*La.* Invólvolum, quae in pámpini folio íntorta implicát se:
Itidem haéc exorditúr sibi intórtam oratiónem. 65
Quid quaéritas? *Ha.* Cistélla mi hic, mi aduléscens, evolávit.
*La.* In cávea latam opórtuit. *Ha.* Non édepol praeda mágna.
*La.* Mirúm, quin grex venálium in cistélla infuerit úna.
*Ph.* Sine dícat. *La.* Si dicát quidem. *Ph.* Age, loquére tu, quid ibi infúerit.
*Ha.* Crepúndia una. *La.* Est quídam homo, qui illam áit se scire, ubí sit. 70
*Ha.* At pól ille a quadam múliere, si eam mónstret, gratiam íneat.
*La.* At sibi ille quidam vólt dari mercédem. *Ha.* At pol illa quaédam,
Quae illánc cistellam pérdidit, quoidám negat esse quód det.
*La.* At enim ille quidam argentum éxpetit. *Ha.* At enim éxpetit nequídquam.
*La.* At pól ille quidam, múlier, in nulla ópera gratuíta est. 75
*Ph.* Commodá loquelam tuám: tibi nunc próderit. Confitémur
Cistéllam habere. *Ha.* At vós Salus servássit! Ubi ea núnc est?
*Ph.* Salvam éccam! Sed ego rém meam magnám confabulári
Tecúm volo: sociám mihi te adópto ad meam salútem.
*Ha.* Quid istúc negoti est, aút quis es? *Ph.* Egó sum illius máter, 80
Quae haec géstitavit. *Ha.* Híccine tu ergo hábitas? *Ph.* Harioláre.
Sed, quaéso, ambages, múlier, mitte atque hóc age:
Elóquere, unde haec sunt tíbi, cito, crepúndia.

64. Vett. et vulg. *intorta*. Both. *Intorto*.

65. Post *intortam* adverb. *hic* addit Camerar., quod deest in vulg. et cdd. — Vett. *Itidem haec intortam hic orationem exorditur sibi.*

66. Vett. et Camer. *Cistellam hic mihi adulescens evolavit.* Nostram vulg.

67. *In cavea latam oportuit.* Sic recte vett. atque *latam* est partic. verbi *fero*. Sensus: Debebas eam in cavea portare, ne posset evolare. Vulg. *In caveam latam*, ut et Camer. et V. C. — *Non edepol praeda magna* h. e. cistella, seu quod inest, non magni pretii est.

68. *Mirum quin.* Sensus: Quis scit, an non mentiaris. Fortasse enim grex venalium (h. servorum) infuerit. *grex venalium* cf. Aul. III, 3, 4. *una* hic accipiunt pro adverbio, *zusammen*.

69. Vulg. et vett. *Age loquere tu, quid ibi infuerit.* Both. *Age tu, loquere*, q.

70. *Crepundia una.* Unus, a, um saepe pleonastice adhibitur. Cf. Capt. 4, 2, 83. As. 3, 1, 13. Itaque *una* hic est neutrum et ref. ad crepundia, et fortasse itidem supra *una* ad *grex* referendum, quod interdum feminino genere legitur.

73. Vett. *Quae illam cistellam perdidit, eam qui dat sibi esse, quod ei det, negat.* Nostrum vulg.

74. Vulg. et vett. *At nequicquam argentum expetit*, quod per versum ferri nequit. Bothius bene: *At enim expetit nequidquam.* Locus in cdd. est lacunosus: *At enim ille quidam* **** *quam argentum expetit.*

75. *in nulla opera gratuita est*, h. e. nihil facit gratuito. *gratuita* productum, ut *fortuitus* Aul. II, 1, 41.

76. Vulg. *Commoda loquelam tuam: tibi nunc proderit. confitemur Cistellam habere.* Vett. *Commoda loquelam tu tibi. nunc prodimus et confitemur C. h.* uti et Camerarius. Patet a v. *Commoda* versum incipere apte non posse. Nil tamen muto; nam et alii versus in hac fabula non optime habent. Sic et *proderit* metro non aptum.

79. Vett. *sociam te mihi opto.*

*HA.* Mea haéc herilis géstitavit filia.
*LA.* Mentíris: nam mea géstitavit, nón tua. 85
*PH.* Ne oblóquere. *LA.* Taceo. *PH.* Múlier, perge dícere.
Ubi ea ést, quae gestitávit? *HA.* Hic in próxumo.
*PH.* Istíc quidem edepol méi viri habität gener.
*LA.* Nae ... *PH.* Oblóquere rursum? — Pérge porro dícere.
Quot ánnos nata dícitur? *HA.* Septem ét decem. 90
*PH.* Mea ést! *LA.* Ea est, ut númerus annorum áttulit.
*HA.* Quod quaéris, reperísti: iam quaeró meam.
*LA.* At pól [suas nactaé] sunt: quaero tertiam.
*PH.* Quod quaéritabam, fíliam invení meam.
*HA.* Aequúm 'st, tenere, pér fidem quod créditum est, 95
Ne béne merenti sít malo benígnitas.
Nostra haéc alumna est túa profecto fília,
Et rédditura hera ést tibi tuam, et ea grátia
Domó profecta est. Céterum ex ipsa, óbsecro,
Exquíritote: ego sérva sum. *PH.* Aequom póstulas. 100
*HA.* Illíus ego istanc ésse malo grátiam.
Sed istánc cistellam te óbsecro ut reddás mihi.
*PH.* Quid fít, Lampadio? *LA.* Quód tuom est, teneás tuom.
*PH.* At me húius miseret. *LA.* Síc faciundum cénseo:
Da istí cistellam et íntro abi cum istác simul. 105
*PH.* Tibi aúscultabo. Téne tu cistellám tibi.
Abeámus intro. Séd quod nomen ést tuae
Dominaé? *HA.* Melaenis. *PH.* Í prae; iam ego té sequar.

---

# ACTUS V.

*DEMIPHO. LAMPADISCUS.*

*DE.* Quíd hoc negotii est, quód omnes homines fábulantur pér viam,
Míhi esse filiám inventam? et Lámpadionem me ín foro

90. Sic vulg. — Vett. *septendecim.* Ante hunc versum Vett. aliis tamen literis haec ex Prisciano et Nonio inferciunt, tamquam Lampadisci: *Adhinnire equulam possim ego hanc, si detur sola soli: Nam ita mustulentus aestus nareis attigit.* Quae tamen hic in nullo cd. leguntur.

92. Hos duo versus imperfecte Vett. et Camerarius cum cdd. sic habent:

*Quid qua *** iam quaero meam.*
*At po *** sunt quaero tertiam.*

Supplementa debentur Camerario. Ante hos versum habet Bothius eum qui apud nos est 94. Qui autem apud nos sunt 95 et 96, eos ille collocat ante versum 107. Phanostrataeque attribuit. Nos exhibuimus locum, uti legitur in Vett. et Vulg.

95. *tenere*, i. e. recipere. Intelligit autem et filiam, et vero etiam cistellam.

99. *Domo profecta est*, sc. itura ad vos.

101. Hunc versum Vett. tribuunt Phanostratae.

105. Vett. *Da cistellam tu, et intro abi.* Nostram l. vulg.

108. Sic Vett. — Vulg. cum V. C. duplex *I*, *i*. Sed *iam* ne elide.

*Act. V.* Redit Demipho ex senatu; comperit sibi inventam filiam; introit ad Alcesimarchum.

1. *Quid hoc* etc. Cf. As. 2, 4, 1. Amph. 2, 1, 27. II, 2, 146 ubi legitur coniunctivo modo: *Quid hoc sit?* — Vett. omittunt *omnes;* quod legitur ante *homines* in vulg. et reliquis cdd. Et plane eadem scansio legitur Mil. 1, 1, 55. *Quid tibi ego dicam, quód omnes mortalés sciunt.* — Deinde vett. *viam*, vulg. *vias.* Sed una intelligenda est via, in qua habitat Demipho. Reliquarum enim

Quaésivisse aiúnt. *La.* Here, unde is? *De.* Éx senatu. *La.* Gaúdeo,
Tíbi mea opera líberorum esse ámplius. *De.* Enim nón placet:
Níl moror, aliéna mi opera fieri pluris líberos. 5
Séd quid istuc est? *La.* Própera ire intro húc ad affinem tuom:
Fíliam tuam iám cognosces. Íntus ibidem uxór tua est.
Ábi cito! *De.* Praevórti hoc certum est rébus aliis ómnibus.

---

## CATERVA.

Ne éxpectetis, spéctatores, dum illi huc ad vos éxeant:
Némo exibit: ómnes intus cónficient negótium:
Úbi id erit factum, órnamenta pónent; postideá loci,
Quí deliquit, vápulabit; quí non deliquít, bibet.
Núnc, quod ad vos, spéctatores, reliqüum relínquitur, 5
Móre maiorúm date plausum póstrema in comoédia.

incolae parum curaverint eius res domesticas.

4. *enim non placet.* Vett. et vulg. *Et enim non pl.* Sed eius nullus sensus idoneus, nisi legas: *At enim*, aut, ut nos scripsimus *Enim* pro *Enimvero*, ut saepius. Quamquam et metrum requirit emendationem.

*Caterva.* Al. leg. *Grex.*

3. *ornamenta*, sc. scenica histriones.

4. *Qui deliquit, vapulabit*, Vett. *Qui deliquerit, vap., qui non deliquerit, b.* Merito autem conlicitur ex hoc loco, qui histrionum male rem egerint, revera vapulasse. Nam histriones plerumque servi erant.

---

# METRORUM IN CISTELLARIA

## DESCRIPTIO.

Act. I. Sc. I. v. 1—4 tetr. bacchiaci.
v. 5 — 7 tetr. trochaici.
v. 8 — 19 Saturnii.
v. 20 — 24 bacchiaci.
v. 25 — 30 Saturnii.
v. 31 — 35 bacchiaci.
v. 36 Saturnius.
v. 37, 38 bacchiaci.
v. 39 — 59 iambici tetram. catal.
v. 60 — 120 trochaici tetr. catal.
Act. I. Sc. I. et II. iambici trimetri.
Act. II. Sc. I. v. 1 — 3 anapaest. tetr. catal.
v. 4 troch. tetr. catal.
v. 5 dipodia anapaest.
v. 6 — 11 anapaest. tetr.
v. 12 — 16 tripodiae anap. catal.
v. 17 tripodia iamb.
v. 18 dimeter iamb.
v. 19 anapaesticus.
v. 20 iambicus.
v. 21 iamb. tetram.
v. 22 anapaesticus.
v. 23 senarius iamb.
v. 24 clausula anapaestica.
v. 25 — 68 tetram. troch. catal.
Act. II. Sc. II. et III. senarii iamb.
Act. III. et Act. IV. Sc. I. trochaic. tetr. catal.
Act. IV. Sc. II. v. 1 dochmiacus.
v. 2 — 19 bacchiaci.
v. 20 — 21 trochaici dimetri.
v. 22 — 23 cretici.
v. 24 bacchiaci.
v. 25 — 26 cretici.
v. 27 — 28 iambic. tetr. catal.
v. 29 — 32 cretici tetr.
v. 33 — 35 dimetri cretici.
v. 36 — 81 iamb. tetr. catal.
v. 82 — 108 senarii iamb.
Act. V. troch. tetr. catal.
Item Caterva.

# CURCULIO.

## DRAMATIS PERSONAE.

PALINURUS, servus Phaedromi.
PHAEDROMUS, adolescens.
LENA.
PLANESIUM, meretrix.
CAPPADOX, Leno.
COCUS.
CURCULIO, parasitus.
LYCO, trapezita.
CHORAGUS.
THERAPONTIGONUS, miles.

## SUMMARIUM.

Abrepta olim Planesium, est apud Cappadocem lenonem, amaturque a Phaedromo, qui ad sumendum mutuum argentum, Curculionem ad aliquem amicum suum in Cariam miserat. Ibi Curculio militem quendam Therapontigonum convenerat, qui ipse quoque cum Cappadoce de Planesio pepigerat. Ab eo inter ludendum anulum aufert, cuius opo redux ab lenone Planesium abducit, quasi missus ad hanc rem ab milite cum anulo. Eum anulum Planesium agnoscit fuisse sui patris. Advenit Therapontigonus et agnoscitur esse frater Planesii, Planesium autem ingenua. Ergo ea despondetur Phaedromo. Cappadox autem, qui, si liberali aliquis manu Planesium assereret, argentum se redditurum spoponderat, ad numerandum cogitur.

Scena est Epidauri.

# ARGUMENTUM.

Curcúlio missu Phaédromi it Cáriam,
Ut pétat argentum; ibi eludit ánulo
Riválem. Scribit átque obsignat litteras.
Cognóscit signum Lýco, ubi vidit, militis:
Ut amícam mittat, prétium lenoni dedit. 5
Lycónem miles ác lenonem in iús rapit;
Ipsús sororem, quám peribat, répperit,
Orátu cuius Phaédromo nuptúm locat.

# ACTUS I. SCENA I.

*PALINURUS. PHAEDROMUS. PUER.*

*Pa.* Quo téd hoc noctis dícam proficiscí foras
Cum istóc ornatu, cúmque hac pompa, Phaédrome?
*Ph.* Quo Vénus Cupidoque ímperat, suadétque Amor.
Si média nox est, síve est prima véspera;
Si státus condictus cum hóste intercedít dies; 5
Tamen ést eundum, quo ímperant, ingrátiis.
*Pa.* At tándem, tandem ... *Ph.* Tándem es odiosús mihi.
*Pa.* Istúc quidem nec béllum est nec memorábile:
Tuté tibi puer es: laútus luces céreum.

*Argumentum.* 1. Vulg. cum V. C. et Pall. *Curculio missus Phaedromi it Cariam.* Vett. *Curculio missus a Phaedromo it in Cariam.* Both. *Curc. missu Phaedromi ivit Cariam*, ex emendatione Gulielmi. Cf. Epid. Arg. 2. *Cariam* ut. terram Cariam. cf. I, 1. 67 ubi addita praepositione legitur; quamquam in reliquis scenis eâ omissâ occurrit.

2. Both. *ibique eludit.* Vett. cum V. C. et Pall. *ibi eludit.* Vulg. *ibi ille eludit.* At τὸ *ille* in nullo mpto visitur. Nihil autem elidendum.

3. Vett. *obsignat.* Vulg. *obsignavit.*

*Act. I. Sc. I.* Nox est. In scena conspicitur aedes Aesculapii et prope eam domus Cappadocis lenonis, ubi habitat Planesium. Venit cum pompa Phaedromus, cum cereis, cum servis, lenaeum et vinum gerentibus. Accedit ad domum lenonis, ut inde evocet lenam, Planesium custodientem. Adspergit carines vino, partim, ut ne sonitum edant, nam leno aegrotus in fano est Aesculapii,) partim ut eius odore elicias ex domo vetulam.

1. *hoc noctis*, ad hoc noctis tempus. Cf. Amph. I, 1, 9. 11. *ted* vulg. uti et alibi (v. Indic.); ne quis huius paragogicae ridicule inimicus nos hic novi quid intulisse existimet.

3. Vett. *imperant.* Vulg. ut V. C. et Pall. *imperat.*

5. *Status condictus cum hoste*, hoc est, si mihi dies constitutus esset cum peregrino. Nam *hostis* apud antiquos peregrinum significabat, ut patet ex legibus XII. tabularum. *status* autem et *condictus* unum idemque significant.

7. *At tandem*, *tandem*, potest suppleri: effaris, quo tendas; potest et ironice: *tandem hoc facis*, ut intelligatur, nimis sero esse ad hoc. Nam dormitum ire cupit Palinurus. Lambinus supplet: Tandem desine desipere. Verum huiusmodi moralia edere, non est servorum.

8. *Istuc quidem*, sc. quod tu ipse

*Ph.* Egon' ápicularum operá congestum nón feram,
Ex dúlci oriundum, mélliculo dulcí meo?
*Pa.* Nam quó te dicam ego íre? *Ph.* Si tu mé roges,
Dicam, út scias. *Pa.* Si rógitem, quid respóndeas?
*Ph.* Hoc Aésculapi fánum est. *Pa.* Plus iam annó scio.
*Ph.* Huic próxumum illud óstium occlusíssumum.
Salvé! Valuistin', óstium occlusíssumum?
*Pa.* Caruítne febris te hére vel nudius tértius,
Et héri coenavistíne? *Ph.* Deridésne me?
*Pa.* Quid tu érgo, insane, rógitas, valeatne óstium?
*Ph.* Bellíssumum hercle vídi et taciturníssumum:
Nunquam úllum verbum múttit; quom aperitúr, tacet;
Quomque ílla noctu clánculum ad me exít, tacet.
*Pa.* Numquíd tu, quod te aut génere indignum sít tuo
Facis aút inceptas fácinus facere, Phaédrome?
Num tú pudicae quoípiam insidiás locas,
Aut quám pudicam ésse oportet? *Ph.* Némini;
Nec me ílle sirit Iúpiter! *Pa.* Ego itém volo.
Ita tuóm conferto amáre semper, sí sapis,
Ne id, quód ames, populus sí sciat, tibi sít probro.
Sempér curato, né sis intestábilis.
*Ph.* Quid istúc est verbi? *Pa.* Caúte ut incedás via:
Quod amás, amato téstibus praeséntibus.
*Ph.* Quin léno hic habitat. *Pa.* Némo hinc prohibet néc vetat,
Quin, quód palam est venále, si argentum ést, emas.
Nemo íre quemquam pública prohibét via.
Dum né per fundum séptum facias sémitam,
Dum téte abstineas núpta, vidua, vírgine,

cereum praefers. *memorabile*, i. e. laudabile.

9. *puer es*, servile officium facis, cereum gestando. *lautus*, quamquam lautus sis. *luces*, i. e. praefers ut luceat. Sic Cas. I, 1, 30. *Primum omnium huic lucebis novae nuptae facem.*

10. Quidni ego id, h. e. q. cereum, feram, quod congestum est operâ apum, cum ex dulci sit oriundum, egoque illud gerens ad melliculum meum, h. e. ad puellam, me conferam?

12. *Nam quo*, i. e. Quonam, ut saepe. Cf. Aul. I, 1, 3.

16. Vulg. cum V. C. et Pall. *usque* addit post *valuistin'*. Deest illud in vett. — Lamb. pro *occlusissimum* hacet *oculeissimum* utroque versu, i. e. aeque atque oculi carum, ex Festo, qui tamen habet *oculissimum*, quod in altero versu Bothius. Cf. I, 2, 30. Nostr. vulg. et vett., sensu optimo.

17. Sensus est: Num tu forte hodie febri laboras? Si enim omnino febri laborat, ea autem heri vel nudius tertius caruit, sequitur, eum hodie ea affligi. *et heri coenavistine*, h. e. liber fuisti febri.

20. *vidi*, suppl. modo. Alium enim sensum nullum video.

22. Vulg. *Quumque*. Vett. *Quum*.

26. Vett. *esse oportet* cum V. C. et Pall. — Vulg. *oportet esse*.

27. *sirit*. Sic sine dubio legendum, quod suasit Guil. et recepit Bothius, ex cdd. Langg. Nam vulg. et Pall. *sinit*. Vett. *sinat*, quod ad sensum idem est.

28. *tuum amare*, substantive, pro: *tuum amorem*, graeco more, τὸ σὸν ἐρᾶν.

30. *intestabilis*. Ioco utitur verbo iuridico in re amatoria. Intestabilis proprie est, qui neque testamentum facere, neque testis adhiberi potest. Deinde i. q. probrosus. Hic autem et obsceni quid latet, ut int. non sine testibus, qui locus et alibi occurrit in Plaute. Cf. Amph. II, 2, 202. et Mil. V, 23. 24. 33. — Post hunc versum in vulg. et vett. statim sequitur v. 32, qui recte transpositus est a Bothio.

31. *Quid istuc est verbi?* sc. quod ais: intestabilis.

Iuventúte et pueris líberis: ama quíd lubet.
*PH.* Lenónis hae sunt aédes. *PA.* Male istis évenat!
*PH.* Qui? *PA.* Quía scelestam sérvitutem sérviunt. 40
*PH.* Oblóquere! *PA.* Fiat máxume. *PH.* Etiám taces?
*PA.* Nempe óbloqui me iússeras. *PH.* At núnc veto.
Id utí occepi dícere: ei ancíllula est ...
*PA.* Nempe huíc ienoni, qui híc habitat? *PH.* Recté tenes.
*PA.* Minus fórmidabo, ne éxcidat. *PH.* Odiósus es. 45
Eam vólt meretricem fácere. Ea me déperit;
Ego aútem cum illa fácere nolo mútuom.
*PA.* Quid itá? *PH.* Quia proprium fácio: amo paritér simul.
*PA.* Malus clándestinus ést amor; damnum ést merum.
*PH.* Est hércle ita, ut tu dícis. *PA.* Iamne ea férat iugum? 50
*PH.* Tam a mé pudica est, quási soror mea sít, nisi
Si est ósculando quídpiam impudícior.
*PA.* Sempér, tu scito, flámma fumo est próxuma.
Fumó comburi níl potest, flammá potest.
Qui núculeum e nuce ésse volt, frangít nucem; 55
Qui vólt cubare, pándit saltum sáviis.
*PH.* At illa ést pudica, néque dum cubitat cúm viris.
*PA.* Credám, pudor si quoíquam lenoní siet.
*PH.* Imo út illam censes? Út quaeque illi occásio est

38. Notanda hic verbi *ama* pronunciatio metrica, ideo quod ea tenenda est a versu ordinando ubi occurrunt derivata, ut *amator*, *amicus* etc. e. g. Pseud. I, 5, 1. Aperte enim hic elidenda prior syllaba legendumque *'ma*.

39. Vulg. et vett. *eveniat*. Nostr. Goth.

40. *Qui?* i. e. q. Cur istuc dicis? Iam non vult maledici aedibus, in quibus habitet Planesium.

41. *Obloquere* pro Obloqueris. At vero Palisaurus pro imperativo accipit. De v. *obloqui* cf. Cist. IV, 2, 86. 89. Sensus voc. est: intempestive aliquem aliquando interpellare. *Fiat maxume*, vere assentientis formula, quia nimirum *obloquere* pro imperativo accepit. *Etiam taces*, i. e. etiam etiamque te tacere iubes.

43. Vett. et vulg. cum V. C. *Id uti coepi dicere*. Lambinus malit: *Ita ut occ. d.* nihil tamen mutat, ideo quod alibi ea forma occurrat. At Bothius: *sed (ita, ut iam occ. d.)* ex Helmst. qui habent: *Si indutias occ. d.* et ex Gronovii coniectura.

44. *qui hic habitat*. Fortasse leg. *qui hic habet*.

45. Vulg. cum V. C. et Pall. *Minus formidabo ne exedat*. Vett. *Nimis formido ne exedat*. Al. *excedat*. Hinc recte Lambinus coniecit, legendum esse *excidat*, sc. τὸ πέος. Nam non est dubium, ambigue dictum esse, similiter ac in Poenulo III, 1, 62. *Ag. Tenetis rem? Ad. Vix quidem hercle, (ita pauxilla est,) digitulis primoribus.* Atque tales loci et in antiqua et recentiori veterum comoedia saepius obvii. Cf. Arist. Nub. 730.

47. *facere nolo mutuum*. Exspectari poterat, dicturum esse: *volo facere mutuum*, h. e. mutuo eam amo atque amare cupio. Ille tamen delicatulus, eleganti conversione ait, non mutuum, sed *proprium* se cum illa velle facere, h. e. propriam possidere.

50. De *jugo* cf. Hor. Od. II, 5, 1. *Nondum subacta ferre jugum valet* etc.

52. *impudicior*, h. e. paullo temerata.

55. Vulg. et vett. *Qui e nuce nucleum esse vult, frangit nucem*. Sed necessario transponendum ob v. *nuce* prosodiam; uti fecit Bothius.

56. Vulg. *pandit saltum saviis*. vett. *pangit saltem suavium* ut et Camer. quod Lamb. expl. *figit suavium*. Cum vulg. faciunt V. C. et Langg.; cum vett. Pall.

58. Vett. *si quipiam*.

59. *Imo ut illam censes?* Similis locutio Bacch. II, 2, 31. *Imo ut eam credis?* Sensus: Imo quomodo censes illam agere, seseque praestare amantem? Ceterum haec et ad pudicitiam et ad

Subrípere se ad me, ubi sávium oppegit, fugit. 60
Id eó fit, quia hic léno aegrotus íncubat
In Aésculapi fáno. Is me excruciát. *Pa.* Quid est?
*Ph.* Aliás me poscit pro ília trigintá minas,
Aliás talentum mágnum, neque quidquám queo
Aequí bonique ab eo impetrare. *Pa.* Iniúrius 's, 65
Qui, quód lenoni núlli est, id ab eó petas.
*Ph.* Nunc híne parasitum in Cáriam misí meum
Petítum argentum a méo sodali mútuom;
Quod sí non affert, quó me vortam, nescio.
*Pa.* Si deós salutas, déxtrovorsum cénseo. 70
*Ph.* Nunc ára Veneris haéc est ante horánc foris:
Me inférre Veneri vóvi iam ientáculum.
*Pa.* Quid? án te pones Véneri pro ientáculo?
*Ph.* Me te átque hosce omnis. *Pa.* Tám tu Venerem vómere vis.
*Ph.* Cedo, púere, sinum. *Pa.* Quíd facturus? *Ph.* Iám scies. 75
Anus híc solet cubitáre custos, iánitrix.
Ei est nómen lenae Múltibiba atque Mérobiba.
*Pa.* Quasi tú lagenam dícas, ubi vinúm solet
Chium ésse. *Ph.* Quid opust vérbis? Vinosíssuma est;
Eáque, extemplo ubi víno has conspersí foris, 80
De odóre adesse mé scit: aperit éloco.
*Pa.* Eine híc cum vino sínus fertur? *Ph.* Nísi nevis.

amorem pertinent, et vere etiam ad enarrandam rem.

60. *Surripere* plerique ad *occasio* pertinere putant, pro *surripiendi se*. Possit et esse inf. historicus; possit et referri ad *illam censes*.

61. *Id eo fit*, h. e. quod statim aufugit, quod non diutius apud me moratur. — *incubat*, h. e. per noctem dormit, ut somnio a deo moneatur, quid faciendum sibi sit, quo sanetur. Nam ita solebant facere, ut notum ex Arist. Pluto, et ex Cic. de Divinatione I.

64. *talentum magnum* valebat centum minas.

67. Intellige Cariam, provinciam Asiae. Cf. III, 73.

70. *dextrovorsum*. Qui enim deos salutabant, circumagebant se dextrovorsum, et operto capite. Cf. III, 19. Plutarch. Camill. c. 5. fin.

73. *an te pones*. Sic vulg. Hoc autem eo pertinet, quod dixerat Phaedromus: *Me* inferre etc. Palinurus enim illud *me* tamquam appositionem ad v. *ientaculum* accipit. Vett. *Quid antepones Veneri ientaculi?* Sed codex Puteanus Lambino teste habuit: *Quid antepones Veneri pro ientaculo?* Camer. et vulg. *a ientaculo*. Both. *Quid antepones Veneri iam ientaculo?* De dictione cf. Tibull. I, 1, 14. *et quodcunque mihi pomum novus educat annus, libatum agricolae ponitur ante deos*. Cf. Men. II, 2, 2.

75. *sinum*. Nonius: *sinus et gulosa, vasa sinuosa*. Atque tum syllaba si producitur, ut legitur in Virg. Ecl. VII, 33. *Sinum lactis, et haec tibi dona, Priape, quotannis Expectare sat est*.

76. Vett. *Anus hic recubare custos, ianitrix*, omisso *solet*, quod habet vulg.

77. Vulg. *Nomen ei est lenae*. Vett. *Nomen est lenae*. Both. *Est nomen lenae*. *Tò ei*, quod nusquam in cdd. legitur, ad sensum tamen ut quam maxime requiritur.

79. *Chium*. Nam hoc vinum non miscebatur; merum semper erat. Cf. Hor. Sat. II, 2.

80. Displicet versus, uti nunc legitur ex vulg., utut scandatur; quem olim sic dederam: *Eaque, éxtemplo ubi* etc. ut ne elideretur ultima in *éxtemplo*. Ea tamen scansio quia praeter modum incommoda videtur, praeplacet produci mediam in *eáque*, uti saepenumero *a* primae nomin. producitur; (v. Indic. statim init.) praesertim quia sequitur *qu*. Interim omne illud *eaque* molestum est, ac fortasse legendum: *Extémpulo ubi vino has conspersi foris*. Cf. Bacch. 4, 8, 44. *uno ictu extempulo Cepi spolia*.

*PA.* Nolo hércle: nam istí hunc quí fert, afflictúm velim.
Ego nóbis ferri cénsui. *PH.* Quin tú taces?
Si quíd super illi fúerit, id nobís sat est. 85
*PA.* Quisnam ístic fluviust, quém non recipiát mare?
*PH.* Sequere hác, Palinure, me ád foris! fi mi óbsequens!
*PA.* Ita fáciam. *PH.* Agite, bíbite, festivaé fores!
Potáte! fite míhi volentes própitiae!
*PA.* Voltísne olivas aút pulmentum aut cápparim? 90
*PH.* Exsúscitate vóstram huc custodém mihi!
*PA.* Profúndis vinum. Quaé te res agitánt? *PH.* Sine.
Vide ut áperiuntur aédes festivíssumae!
Non múttit cardo: est lépidus! *PA.* Quin das sávium?
*PH.* Tace! óccultemus lúmen et vocém! *PA.* Licet. 95

---

## ACTUS I. SCENA II.

*LENA. PHAEDROMUS. PALINURUS.*

*LE.* Flós veteris víni meis náribus obiéctus est.
Éius amos cúpidam huc me pér tenebras prólicit,
Úbiubi est. Própe me est. Euax! hábeo! Salve, ánime mi!

83. Vulg. et vett. *nam istunc qui fert affl.* vett. *afflictum.* Both. *isti hunc,* quod recipio. *afflictum* est: in terram delectum, prolapsum.

84. *Ego nobis adferri censui.* Hoc ordine et vulg. et vett. — Both. *Nobis adferri ego censui.* Facilis est ementatio *ferri*, quae stabilitur etiam versu praec.

85. Sensus: Si quid illa reliquerit, id etc.

86. Vett. *Quisnam hic fluv. est.* Sensus: ubinam est fluvius, quem non recipiat mare? Similiter et illa nihil de vino relinquet.

87. Vett. cum Pall. *si mihi obsequeris.* At V. C. *fi mihi obsequens.*

90. Vulg. et vett. *ol. aut pulpamentum aut c.* — *pulmentum* Both. ex Guelf. iubente iam Scaligero, et Bentl. ad Eun. 3, 1, 36. ubi occurrit: *Tute lepus es et pulpamentum quaeris.* Nam pulpamentum ex carne fiebat leporis, aut omnino ferina. Pulmentum contra est cibus ad modum pultis factus: *Pottage.* — Sensus est: Anne etiam vultis cibum? nec solum vinum.

93. Vulg. et vett. *Viden' ut aperiuntur.* Both. *Vide ut a.* quemadmodum et alibi.

94. Sic vett. — Vulg. *Num muttit cardo?* quod et B. — *quin das savium?* videlicet quia dixerat: *est lepidus*, tamquam si lepida esset puella aliqua.

95. *lumen*, i. e. cereum, quem gerebat ipse Phaedromus manu v. 9. *licet* simpliciter i. e. q. *ita fiat.*

*ACT. I. Sc. II.* Canticum anus multibibae atque merobibae. Prodit lena, odore vini illecta, cupitque ipsum vinum, non tantum odorem, sibi dari. Alloquitur eam Phaedromus et lagenam ostendit v. 25. Illa antequam bibat, libat Veneri, quamquam invita v. 38. Dein bibit, 39. Interim Phaedromus cum Pal. consultant, quid faciendum. Illa iterum bibit, v. 44. Denique Ph. eam adit, dicitque se perditum esse, quia carest Planesio. Igitur illa introit, ut eam adducat v. 50. Laetatur Phaedromus, exspectatque.

1. Tres versus priores choriambici sunt. Flos vini i. e. q. vinum ipsum. Cf. Cas. 3, 5, 19. Cist. 1, 2, 5. Sensus: Obolui mihi vinum vetus.

2. Vett. *cupidam huc me per tenebras prolicit.* Vulg. *cup. me huc prolicit per tenebras.*

3. *Ubi ubi est.* Haec edd. iungunt cum sequentibus, ego cum praec. iungenda duco. *euax* monosyllabum, ut Bacch. IV, 3, 87. *Euax nimis bellus atque, ut esse maxume optabam, locus*, versu trochaico. — Quae sequuntur: *Liberi lepos. Ut veteris vetusti cupida sum*, spuria iudico, uti et illa: *Tu crocinum et casia es, tu bdelium.*

Líberi lepós!
Út veteris, vetásti 5
Cépida sum!
Nam ómnium unguéntûm oder prae tuo nuítea est.
Tá mihi stácte, tu cinnamum, tá rosa,
Tú crocinum et cásia es, tu bdéllium.
Nám ubi tu profúsus, ibi me pérvelim sepúltum. 10
Séd quum adhuc náso, odos, óbsecutús 's meo,
Dá vicissím meo gútturi guódium.
Níhil ago téeum. Ubi est ípse? Ipsum éxpeto
Tángere; invérgere in mé liquorés tuos
Síro ductím. Sed hac ábiit, hac pérsequar. 15
*Pa.* Sitit haéc anus. *Pa.* Quantillúm sitit? *Pa.* Modica ést; capit quadrántal.
*Pa.* Pol, út tu praedicás, vindemia huíc non satis est sóli. —
Canem hánc quidem esse magis pár fuit. Sagáx nasum habet.
*Le.* Amábo
Cáia vox sonát procul?
*Pa.* Cénseo hanc áppellandam ánum. Adibó. Redi, et 20
Réspice ad méd huc, lena! *Le.* Ímperatór quis est?
*Pa.* Viní pollens, lepidús Liber,
Tibi quí screanti, siccaé, semisomnae,
Affért potum, et te sédatum it.
*Le.* Quám longe a méd abest? *Pa.* Lúmen hoc víde! 25
*Le.* Grándiorém gradum ergó fac ad me, óbsecro.
*Pa.* Sálve! *Le.* Egon' sálva sim, quae siti sícca sum?
*Pa.* Át iam bibés. *Le.* Diu fít.
*Pa.* Hém tibi, anús lepidá.
*Le.* Sálve, oculíssime homó. 30

8. Vett. *cinnamum*. Vulg. *cinnamomum*.

10. Vulg. et vett. *ibi ego me perv. sepult.* Eieci *ego*.

11. Vett. et Camer. cum V. C. *obsecutus est*. Sed vulg. *es* cum Pall. 4.

13. Pergit alloqui odorem. Sed fortasse verbum excidit, ut sit leg. *Nil ago, odos, tecum*.

15. Omnes edd. *Sino ductim*, contra metrum. Quidni autem hic aeque *siro* legatur, atque supra I, 1, 27 *sirit*. Cf. Epid. 3, 3, 19. Bacch. 3, 2, 18. Nam necessario debet esse aut optativus aut coniunctivus. — *Sed hac abiit; hac persequar*. Cf. Cist. IV, 2, 29. 30.

16. *Quantillum*. Ad metrum melius foret legi: *quantum*. — Vett. *quantulum*.

17. Sic constituendum duxi hunc versum, qui in vulg. et vett. sic legitur: *Pol, ut tu praedicas, Vindemia haec huic anui non satis est soli*. In quibus v. *haec* nullum sensum habet; aperte autem abundat *anui*.

18. Interim cogitanda est anus pergere odorando, canum more, quo sit vinum. Hinc addit Palinurus: *Canem* etc. Vulg. et vett. *Canem esse hanc quidem*. — V. *esse* una syllaba pronunciandum, ut saepe. — *sagax nasum*. Nam *nasum* veteres et neutro genere usurparunt, teste Nonio. Cf. Amph. I, 1, 291.

20. Sic vulg. — Vett. *Hanc appellandam anum censeo*. — *Redi*. Nam iam praeterlit eos lena procedendo per scenam. Hinc iubet eam revorti.

24. Vulg. *Affert potionem, et te sedatum it*. Vett. *Affert potionem, et sitim sedatum it*. Mutavi *potionem* in *potum*, ut existeret anapaestus, sti praecedentes nullo dubio sunt.

25. Vett. *Quam longe abest a me?* Nostr. edd. et vulg. — *lumen hoc vide*. Nimirum occuluerat lumen in fine scenae superioris; id iam denuo effert. Simul et ostendit sinum vini. Fortasse leg. *Lumen hoc sis vide*.

30. *oculissime*, i. e. prae oculis care.

*PA.* Áge, effunde hóc cito
In barathrúm! propere
Prólue cloacám! *PH.* Tace!
Nólo huic maledícier.
*PA.* Fáciam igitur mále potius. 35
*LE.* Venús, de paullo paúllulum hoc tíbi dabo, haud lubénter.
Nam tíbi amantes propínantes, vinúm danunt potántes
Omnés: mihi haud saepe éveniunt talés hereditátes.
*PA.* Hoc víde, ut impura ingúrgitat [in se] merum avériter faucibus plénis!
*PH.* Perii! hércle, huic quid primúm dicam, nescío. *PA.* Hem, istuc, quod míhi dixti. 40
*PH.* Quid id ést? *PA.* Periisse ut té dicas. *PH.* Male tíbi di faciant! *PA.* Díc isti.
*LE.* Áh! *PH.* Quid est? ecquid lúbet? *LE.* Lubet!
*PA.* Etiám mihi quoque stímulo fodere [lubet] té. *PH.* Tace, noli! *PA.* Táceo.
Ecce aútem, bibit arcús: pluet, credo, hércle, hodie. *PH.* Iámne
Ego huíc dicam? *PA.* Quid díces? *PH.* Me periísse. *PA.* Age dice. *PH.* Anus, aúdi. 45
Hóc volo scíre te: pérditus súm miser.
*LE.* Át pol ego óppido sérvata. Séd quid est,
Quód lubet pérditum dícere te ésse? *PH.* Quia
Id, quód amo, careo. *LE.* Phaédrome mi, ne plóra, amabo: tú me
Curáto ne sitiam; égo tibi, quod amás, iam huc addúcam. 50
*PH.* Tíbi nae ego, sí fidem sérvas mécum,
Víneam pro aúrea státua státuam,
Quaé tuo gútturi sít monuméntum. —
Qui me ín terra aeque fórtunatus érit, si illa ad me bítet,
Palinúre? *PA.* Edepol, qui amát, si eget, misera áfficitur aerúmna. 55
*PH.* Non íta res est: nam cónfido, parasítum hodie adventúrum

32. *in barathrum*, in gurgitem tuum.

34. Vulg. et vett. *maledici*. Sed forsan et hic et seq. versus spurii.

36. *Venus*, etc. Lena, accepta lagena, ad aram Veneris, quae est ante aedes suas, accedit, eique aliquantillum vini libat. — *de paullo*, h. e. de pauculo hoc quod nacta sum, vino; nam utut magna sit lagena, mihi paulum est, quod inest.

37. Vett. *vinum danunt mihi*, *haud saepe tales haereditates eveniunt*. Vulg. ut Pall. *Vinum potantes dant omnes. mihi h.*

39. In hoc et seqq. dedi vulgatam immutatam, nisi quod illa *ingurgitat impura*, ut et vett. — Illa autem *in se* ob versum includenda. Pro *faucibus plenis* vett. *plenis faucibus*.

40. Vett. omittunt *primum*; neque habet sensum. Ceterum in hoc versu si omnia sunt integra, inesse putandi sunt duo anapaestici dimetri. Item in sequenti.

42. *Ah!* Nimirum postquam longum ductum ex lagena fecit, respirans quasi, prae voluptate ita exclamat. *lubet!* hoc dulce est, hoc me recreat, iuvat.

43. Vulg. et vett. *Etiam mihi quoque stimulo fodere lubet te*. Fortasse *lubet* omittendum.

44. *bibit arcus*. Sic Virgilius Georg. I, 380 arcum coelestem habet inter prognostica imbris futuri: *Numquam imprudentibus imber Obfuit — Saepius extulit ova Angustum formica terens iter; et bibit ingens Arcus*, etc.

45. *dicam?* Sic vett. — Vulg. *dico?*

48. Vett. *quod lubet*. Vulg. *quid l.*

49. *Id*, *quod amo*, *careo*. Videtur attractio esse *Id* ad *amo*.

54. Sic vulg. — Vett. *alter qui me in terra aeque Fortunatus erit Palinure, si illa ad me bitet.*

Cum argénto ad me. *Pa.* Magnum ínceptas, si id éxspectas, quod núsquam est.
*Ph.* Quíd, si adeam ad fores átque occentem? *Pa.* Sí lubet, neque vetó neque iubeo,
Quándo ego te video ímmutatis móribus esse, here, átque ingenio.
*Ph.* Péssuli, heus, péssuli, vós salutó lubens, 60
Vós amo, vós volo, vós peto atque óbsecro:
Gérite amantí mihi mórem, amoeníssumi!
Fíte causá mea lúdii bárbari:
Súbsilite, óbsecro, et míttite istánc foras,
Quaé mihi miseró amanti ébibit sánguinem. 65
Hóc vide, ut dórmiunt péssuli péssumi,
Néc mea grátia cómmovent se ócius!
Pérspicio, níhili meam fácere vos grátiam.
St! táce, tace. *Pa.* Taceo hércle. Quid est?
*Ph.* Sentió sonitum. Tandem édepol mihi 70
Morígeri pessuli fíunt.

---

## ACTUS I. SCENA III.

*ANUS. PLANESIUM. PHAEDROMUS. PALINURUS.*

*An.* Plácide egredere et sónitum prohibe fórium et crepitum cárdinum:
Né, quod hic agimus, hérus percipiat fieri, mea Planésium.
Máne: suffundam aquolám. *Pa.* Viden', ut anus trémula medicinám facit?
Eápse merum condídicit bibere; fóribus dat aquam, quám bibant.
*Pl.* Úbi tu es, qui mé vadatus 's Véneriis vadimóniis? 5
[Úbi [tu es], qui me libéllo Venerió citavisti? Écce me!]

58. In vett. desunt vv. *si lubet.*

60. *pessuli*, *Riegel*, qui apud veteres sursum ducebantur, ubi aperiebatur ianua. Hinc in sqq. ait: *subsilite.* De pessulis cf. Aul. I, 3, 26. Truc. 2, 3, 30. Cist. 3, 18. Erant autem duo. Aul. l. c.

63. *ludii* sunt histriones, qui saltant, subsiliunt, uti facere vult pessulos. *barbari* sunt Latini apud Plautum. Cf. Poen. 3, 2, 21. Asin. prol. 11. Trin. prol. 19. Capt. 3, 1, 32. IV, 2, 105.

68. Vett. et vulg. *Respicio*, *nihili meam vos gratiam facere.* Ineptum *Respicio.* Iam pridem Lambinus mutavit, qui et vs. seq. pro *Sed tace* dedit *St! tace.*

*Act. I. Sc. III.* Educit Lena Planesium, quae alloquitur Phaedromum. Rixatur Planesium cum Palinuro, isque vapulat a Phaedromo. Sed quoniam ex sonitu claustrorum audiunt, Cappadocem brevi affore ex templo, discedunt; Planesium autem hortatur Phaedromum, uti sibi libertatem procuret. Quod ille promittit et cum Palinuro abit.

1. *forium.* Sic bene vett. et Both. — Vulg. *forum*, quod foret plene legendum. Idem tamen iam Camerarius.

2. Sic edd. omnes. At Both. *Ne hic quod agimus*, absque omni auctoritate et ratione. Istud autem tenendum est in hac, et in aliis fabulis, versus non omnes ad amussim esse constructos aut perpolitos.

3. Ad *suffundam aquolam* cf. Arist. Thesm. 487.

5. Hic quoque et sequens versus non optime sonant nec recte legi queunt, nisi reponas *vadatus* pro *convadatus*, quod libri habent, (cf. Bacch. II, 2, 3. *Ita mé vadatum amore vinctumque attines.*) et in altero omittas *tu es.* Libellus ab eo, qui alterum in ius vocabat, dabatur praetori. Forsitan tamen alter versus suppositiius plane indican-

Sísto ego tibi me et míhi contra itidem, téd ut sistas, suádeo.
*PH.* Ádsum: nam si absim, haúd recusem, quín mihi male sit, mél meum.
*PL.* Ánime mi, tam prócul amantem abésse, haud consentáneum est.
*PH.* Pálinure, Palinúre! *PA.* Eloquere, quíd est, quod Palinurúm voces? 10
*PH.* Ést lepida. *PA.* Nimis lépida. *PH.* Sum deus. *PA.* Ímo homo haud magní preti.
*PH.* Quíd vidisti aut quíd videbis mágis dis aequiparábile?
*PA.* Mále valere té, quod mi aegre est. *PH.* Mále mihi morigerús! tace!
*PA.* Ípse se excruciat, quí homo, quod amat, vídet, nec potitur, dúm licet.
*PH.* Récte obiurgat. Sáne haud quidquam est, mágis quod cupiam tám diu. 15
*PL.* Téne me, amplectere, érgo! *PH.* Hoc etiam est quámobrem cupiam vívere.
Quía te prohibet hérus, clam potior. *PL.* Próhibet, nec prohibére quit,
Néc prohibebit, nísi mors meum animum ábs te abalienáverit.
*PA.* Énimvero nequeó durare, quín ego herum accusém meum:
Nám bonum est pauxíllum, amare sáne; insane, nón bonum est; 20
Vérum totum insánum amare, hoc ést, quod meus herús facit.
*PH.* Síbi sua habeant régna reges, síbi divitias dívites,
Síbi honores, síbi virtutes, síbi pugnas, sibi proélia!
Dúm mi abstineant ínvidere, síbi quisque habeant, quód suum est!
*PA.* Quíd tu? Venerin' pérvigilare té vovisti, Phaédrome? 25
Nam hóc quidem edepol haúd multo post lúce lucebít. *PH.* Tace!
*PA.* Quíd taceam? quin tu ís dormitum? *PH.* Dórmio: ne occlámites!
*PA.* Tú quidem vigilas. *PH.* Át meo more dórmio: hic somnúst mihi.
*PA.* Heús tu, mulier, mále mereri de ímmerenti inscítia est.

dus; non enim legitur in V. C. et Pall. praeter Pal. 6.

7. Sic vulg. In vett. deest *te*, ut et apud Camerarium.

9. Vulg. *Anime mi, procul amantem.* Vett. post *procul* addunt *quidem.* Deest tamen in V. C. et Pall. Both. *Anime mi, me procul am.* ex Guelf. et Monac. Ego addidi *tam.*

11. Vett. non interrogationis signum habent post prius *lepida* et *deus*, sed punctum, ut et vulg. Posuit signum Lamb. et Both.

13. *Male valere te*, sc. video aut vidi.

14. Vulg. et vett. *Ipsus se.* Ipse autem monosyllabum. In fine vett. *nec potiri licet.*

16. *Hoc etiam est* etc. Sensus: hoc est, quare adhuc (etiam) cupiam vivere. Nam *etiam* continuationem significat: *noch.*

17. Vulg. et vett. *Quia te prohibet herus, clam hero potior.* — Ad hunc autem versum cogitandi sunt amplecti inter se.

20. *sane*, h. e. sobrie, si sobrie fiat.

26. *hoc*, i. e. coelum, ut Amph. I, 3, 45. *luciscit hoc iam.* — *luce* per pleonasmum adiectum.

27. *dormio*, h. e. noctem ago apud Planesium.

29. *male mereri.* Vulg. *merere.* Nostr. vett. et Camer. *Inscitia* i. e. q. stultitia, ex Festi interpretatione, et *inscitus* i. q. stultus Bacch. 4, 9, 2. Truc. 1, 2, 96. Men. 2, 3, 93. Merc. 5, 4. 59. Contra *scitus* i. e. q. lepidus, pulcer, elegans. V. indicem. Ergo sensus hic: illepidum est, te male mereri de me immerente,

*Pl.* Irascére, si te edentem hic á cibo abigat? *Pa.* Ílicet! 30
Páriter hos perire amando vídeo; uterque insániunt.
Víden', ut misere móliuntur? Néqueunt complectí satis.
Étiam dispartímini? *Pl.* Nulli est hómini perpetuúm bonum:
Iam huíc voluptati hóc adiunctum est ódium. *Pa.* Quid ais, prépudium?
Tún' etiam cum nóctuinis óculis odium mé vocas, 35
Ébriola, persólla, nugae? *Ph.* Tún' meam Venerem vituperas?
Quód quidem mihi políctus virgis sérvos sermoném serat!
Át nae tu hercle cúm cruciatu mágno dixisti id tuo!
Hém tibi, maledíctis pro istis, díctis moderari út queas.
*Pa.* Túam fidem, Venus nóctuvigila! *Ph.* Pérgin etiam, verbero? 40
*Pl.* Nóli, amabo, vérberare lápidem, ne perdás manum.
*Pa.* Flágitium probrúmque magnum, Phaédrome, expergéfacis:
Béne monstrantem púgnis caedis; hánc amas, nugás meras.
Hóccine fieri, ut ímmodestis te híc moderere móribus?
*Ph.* Aúro contra cédo modestum amátorem! a me aurum áccipe! 45
*Pa.* Cédo mihi contra aúrichalco, quoí ego sano serviam!
*Ph.* Béne vale, ocule mí: nam senitum et crépitum claustrorum audio,
Aédituomque aperíre fanum. *Pl.* Úsque, quaeso, ad hánc modum
Inter nos amóre utemur sémper subreptício?
*Ph.* Mínume: nam parasítum misi núdius quartus Cárium 50
Pétere argentum; is hódie hic aderit. *Pl.* Nímium consultís diu.
*Ph.* Íta me Venus amét, ut ego te hoc tríduom nunquám sinam

ce quod tam diu retines apud te Phaedromum, meque vigilare hic cogis.

32. Vett. *nec queunt.*

33. *Etiam dispartimini?* ut alibi *etiam taces?* Sensus: iterum iterumque vos iubeo discedere et domum ire. V. ind. v. *etiam.*

34. *huic voluptati*, sc. Phaedromo, *hoc odium* sc. Palinurus.

35. *noctuinis*, ut noctuae habent, γλαυκοῖς. Idem autem h. l. sign. quod *nocturnis*, i. e. deformibus, ut Poen. I, 2, 110. (107.) *Quae habent nocturna era*, collato ib. v. 113. (110.) Ceterum antiquiores edd. ante Camer. cum Pall. legebant ipsum: *cum nocturnis oculis*, non *noctuinis*, quod habet V. C.

36. Vett. *Ebriola persolae nugae*, quod expl. solae seu meras nugae, ut Men. I, 2, 43. ex lectione vulg. *Oculum effodito persolum*, versu acatal. *Persolla* autem est diminut. a *persona*. Bothius: *Ebriolae persolla*, h. e. quae ebriolae personam agit. *A* nom. primae haud raro producitur.

37. Censet Lamb. haec esse verba Planesii. Omnes tamen Phaedromo tribuunt. *Quod* cum coniunctivo est: si forte fiat, ut etc. Cf. Aul. I, 1, 25. Asin. III, 4, 12. sqq. Quid autem tum sit faciendum, praebet versu seq. Ergo vert.: *das fehlte noch, dass* etc. — *polluctus.* Pollucere est sacrificare Iovi aut Herculi. Hinc *polluctum*, cena large apposita, ut Rud. V, 3, 63. et *pollucturа*, Stich V, 4, 6. et *polluctus*, libatus, cumulatus, largiter exceptus, tractatus. Cf. Rud. II, 4, 11. Igitur hic sensus est: largiter acceptus virgis, cumulatus virgis.

44. *Hoccine fieri*, sc. par est? — *immodestus*, *jähzornig*, *hitzig*. Sine dubio *moderari se immodestis moribus* hic i. e. q. iracundum esse.

45. Sensus: amator nullus modestus est. Auro emam amatorem modestum. — *auro contra.* Cf. Epid. III, 3, 20. *Non carus 'st auro contra.*

46. *quoí ego sano* s. i. e. sanum, cui ego s. — Vett. *ericalco.* Nostr. vulg.

47. Both. *senitu et crepitu* cl. *audio*, *Aedituum aperire fanum.* Nostr. vulg. et vett. *Aedituumque* autem habent edd. mediae. Nam vulg. *Aedituum.* Deinde: *Quousque quaeso.* Sed huic l. non consentaneum est *Minime* v. 50. Igitur leg. *Usque*, ut sit pleonasmus usque et *semper.*

49. Vett. *Inter nos utimur amore.* Vulg. *amore utimur.* Futurum repsuit B.

Ín domo esse istác, quin ego te líberalem líberem!
*PL.* Fácito, ut memineris! Tene etiam, priúsquam hinc abeo, sávium!
*PH.* Síquidem hercle mihi régnum detur, núnquam id potius pérsequar! 55
Quándo ego te vidébo? *PL.* Hem, istoc vérbo vindictám para!
Sí amas, eme! ne rógites! facito ut prétio pervincás tuo!
Béne vale! *PH.* Iamne égo relinquor? — Púlcre, Palinure, óccidi!
*PA.* Égo quidem, qui et vápulando et sómno pereo. *PH.* Séquere me.

---

## ACTUS II. SCENA I.

*CAPPADOX. PALINURUS.*

*CA.* Migráre certum est iám nunc e fanó foras,
Quando Aésculapi ita séntio senténtiam,
Ut quí me nihili fáciat, nec salvóm velit.
Valétudo decréscit, accrescít labor:
Nam iám, quasi zona, líene cinctus ámbulo; 5
Geminós in ventre habére videor fílios.
Nihil métuo, nisi, ne médius disrumpár miser.
*PA.* Si récte facias, Phaédrome, auscultés mihi,
Atque ístam exturbes éx animo aegritúdinem.
Pavés, parasitus quía non rediit Cária? 10
Afférre argentum crédo: nam si nón ferat,
Torménto non retinéri potuit férreo,
Quin réciperet se huc ésum ad praesepím suam.
*CA.* Quis hic ést, qui loquitur? *PA.* Quóiam vocem ego súdio?
*CA.* Estne híc Palinurus Phaédromi? *PA.* Qui hic ést homo 15
Cum cóniativo véntre atque oculis hérbeis?
De fórma novi; dé colore nón queo
Novísse. Iamiam nóvi: leno est Cáppadox.

53. *liberalem liberem.* Paronomasia, pleonasmusque: liberem, liberamque reddam.

56. *istoc verbo vindictam para*, i. e. ut illud, quod ais te oppero (sc. ut me videas) possis consequi, vindictam para, h. e. libera me. Nam *vindicta* erat virga praetoris, qua qui servus tangebatur, liber fiebat. Horat. Sat. II, 7, 76. Ad. *istoc verbo* cf. Most. 3, 1, 57.

57. *ne rogites*, sc. quando me sis revisurus. — *pervincas*, sc. quemvis alium emtorem; seu: efficias.

58. *pulcre* largitatis significationem habet. Cf. Amph. III, 2, 49. *pulcre plenam.* Asi. III, 1, 6. *Neque ligna ego usquam gentium praeberi vidi pulcrius.*

*Act. II. Sc. I.* Progreditur leno Cappadox ex Aesculapii fano, conqueriturque de valetudine qua affectus sit. Progreditur item ex Phaedromi domo Palinurus, intus adhuc cum hero suo colloquens, eumque consolans de parasito ex Caria redituro. Alloquitur lenonem, qui somnium ei est narraturus, quod habuerit in fano, id ut sibi conliciat.

4. *Valetudo*, i. e. sanitas corporis. *labor*, dolor, πόνος.

5. *liene* sc. tumido, inflato, nimis magno.

12. *tormento ferreo*, i. e. catena ferrea.

13. Both. *Quin recipiat se.*

16. *conlativo*, i. e. magno, turgido ventre. Coniativum Festus ait esse, in quem omnia edulia conferantur, ut *conlativa coena*, in quam omnes convivae sua pro parte cibos conferant. — *oculis herbeis*, viridibus, luridis.

Congrédiar. *Ca.* Salve, Pálinure. *Pa.* O scelerúm caput,
Salvéto. Quid agis? *Ca.* Vívo. *Pa.* Nempe, ut dígnus es. 20
Sed quíd tibi est? *Ca.* Lién necat, renés dolent,
Pulmónes distrahúntur, cruciatúr iecur,
Radíces cordis péreunt, hirae omnés dolent.
*Pa.* Tum te ígitur morbus ágitat hepatárius.
*Ca.* Lién dierectust. *Pa.* Ámbula: id lieni óptumum est. 25
*Ca.* Facile ést miserum irridére. *Pa.* Quin tu aliquót dies
Perdúra, dum intestína exputescúnt tibi,
Nunc, dúm salsura sát bona est. Si id féceris,
Veníre poteris íntestinis vílius.
*Ca.* Aufér istaec, quaeso, atque hóc responde, quód rogo. 30
Potin' cóniecturam fácere, si narrém tibi,
Hac nócte quod ego sómniavi dórmiens?
*Pa.* Vah, sólus hic homo est, quí sciat divínitus.
Quin cóniectores á me consiliúm petunt.
Quod éis respondi, eà ómnes stant senténtiâ. 35

---

## ACTUS II. SCENA II.

*COCUS. CAPPADOX. PALINURUS. PHAEDROMUS.*

*Co.* Palinúre, quid stas? quín depromuntúr mihi,
Quae opus súnt, parasito ut sít paratum prándium,
Quom véniat? *Pa.* Mane sis, dum huíc coniicio sómnium.
*Co.* Tute ípse, si quid sómniasti, ad mé refers.
*Pa.* Fateór! *Co.* Abi, deprome! *Pa.* Áge, tu interea huic sómnium 5
Narrá: meliorem, quam égo sum, supponó tibi:
Nam quód scio, omne ex hóc scio. *Ca.* Operam ut dét. *Pa.* Dabit.
*Ca.* Facit híc, quod pauci, ut sít magistrod óbsequens.

22. *Radices cordis*, quae sunt ipsi pulmones. — *hirae* sunt intestina, teste Nonio. — Hos autem duo versus transposuit inter se Bothius. Idem sequentia collocavit, ut nos, ex Acid. sententia. Nam in vulg. et vett. v. 25. legitur post 29. Sed tum non perspicitur, quare dicat leno: *Facile est miserum inridere.* Id autem iam liquet; iussit enim Palinurus eum *ambulare;* quod difficillimum est lienoso aut hepatario.

25. *dierectust*, tumidus, turgidus. Vett. *diruptu'st.*

27. Hoc vult: Exspecta adhuc aliquot dies. Spero enim, te tum ita futurum esse putridum, ut, si macteris, intestina plane sint abiicienda, nec macerari queant, tuque igitur vilior veneas. Nunc enim si mactere, forsitan adhuc sat bona futura est salsura, h. e. sat bona salsamenta ex te confieri poterunt. — Pro *exputescunt* Lamb. malit ex libris: *exputrescunt.* — Et vulg. et vett. post *exputescunt tibi* habent punctum, post *bona est* comma.

30. *Aufer istaec*, ut Aul. IV, 4, 11. *aufer cavillam.* Sensus: noli iocari; ne sis odiosus.

33. *hic homo*, i. e. ego, Palinurus.

*Act. II. Sc. II.* Coquus prodit ex aedibus Phaedromi, apparaturus coenam redituro Curculioni, rogatque Palinurum, ut praebeat sibi, quae opus sint ad prandium. Igitur introit Palinurus. Coquus autem conlicit lenoni somnium. Interim conspiciunt advenientem ex Caria parasitum. Igitur evocat Phaedromum Palinurus; secedunt paullum, et exspectant adcurrentem Curculionem.

7. *Operam ut det.* Lambinus suppleri iubet: *videat, ut det operam.* Fortsitan rectius: cura ut det operam. Similiter *ut* nullo praemisso verbo Stich. 1, 2, 49. Poen. 4, 2, 90. Ceterum locus obscenus subest verbo *dare*, quod est: se praebere alicui.

Da mi ígitur operam. *Co.* Támetsi non noví, dabo.
*Ca.* Hac nócte in somnis vísus sum vidérier 10
Procúl sedere lónge a me Aesculápium,
Neque eum ád me adire néque me magni péndere
Visú' 'st. *Co.* Item alios déos facturos scílicet:
Sane ílli inter se cóngruont concórditer.
Nihil ést mirandum, mélius si nihil sít tibi. 15
Namque íncubare sátius te fuerát Iovi,
Qui tíbi auxilium in iúreiurandó fuit.
*Co.* Siquidem íncubare vélint, qui periuráverint,
Locus nón praeberi pótis est in Capitólio.
*Co.* Hoc ánimum advorte: pácem ab Aesculápio 20
Petás: ne forte tibi éveniat magnúm malum,
Quod ín quiete tíbi portentum est. *Ca.* Béne facis.
Ibo átque orabo. *Co.* Quaé res male vortát tibi!
*Pa.* Proh di ímmortales, quém conspicio? quí illic est?
Estne híc parasitus, quí missus est in Cáriam? 25
Heus, éxi, Phaedrome, éxi, exi: exi, inquam, ócius!
*Ph.* Qui istíc clamorem tóllis? *Pa.* Parasitúm tuom
Videó currentem, éllum, usque in platea última.
Hinc aúscultemus, quíd agat. *Ph.* Sane cénseo.

---

## ACTUS II. SCENA III.

*CURCULIO. PHAEDROMUS. PALINURUS.*

*Cu.* Dáte viam, noti átque ignoti, dúm ego hic officiúm meum

9. *non novi*, quale sit tuum somnium. Nam lenonem novit.

10. *visus sum viderier*. Sic vett. vulg. et Both et cdd. Pall. pro quo tamen Lambinus ex obscuris codicum vestigiis reponit: *visus sum tuerier*, quia illud ferri nequeat. Verum dictio recte habet et solita est adhiberi in his. *Visus sum*, *es kam mir vor*, *viderier*, *als schiene* Aesculap etc. Cf. Suet. Calig. 50. *Pelagi quondam speciem colloquentem secum videre visus est.* Et *cf.* indicem v. *Visus sum*. Plutarch. Pomp. 68.

13. *visust*. Abundat hoc ad praecedentia, quae probe claudentur, si punctum ponas ad *pendere*. Neque corrigitur locus, si emendes: *Visum est*, ut fecit Bothius; neque omnino versus 13 et 14 cum hoc omni loco congruunt. Nam in seqq. ait, Iovem potius adeundum ei fuisse. Qui autem hoc potest suadere, postquam dixit, item alios quoque deos facturos? Igitur subtestae fidei utrumque versum esse apparet.

15. *melius si nihil sit tibi*, suppl. quoniam, ut ais, Aesculapius a temet aversus sedit.

16. *Namque* i. e. q. igitur, itaque.

17. Vett. cum Pall. *auxilio*. Vulg. cum V. C. *auxilium*. Ad sensum suppliendum: eo quod saepe per Iovem iurasti periurium, idque impune.

23. *Ibo atque orabo*. Quibus dictis, abit leno, an domum, an in aedem Aesculapii, incertum. Sed posterius verisimilius.

24. Redit Palinurus ex domo. Ceterum Lambinus malit haec tribui eidem coquo. Sed tamen interest Palin. scenae sequenti.

25. *Tò hic* deest in mptis.

26. *Heus exi*, *Ph.* Sic bene vett. — Vulg. *Heus*, *Phaedrome*.

27. *Qui istic*, i. e. Cur istic clamorem tollis?

28. *Video currentem*. Sic vett. et Both. ex codd. — Vulg. *occurrentem* cum V. C. et Pall.

*Act. II. Sc. III.* Accurrit Curculio et viam sibi servorum scurrarumque more fieri iubet. Alloquitur eum Phaedromus. Queritur Curc. lassitudinem, famem, sitim.

Fácio! fugite ómnes, abite, et dé via secédite,
Né quem in cursu cápite aut cubito aut péctore offendam, aút genu:
Íta nunc subito, próperé et celere obiéctum est mihi negótium;
Néc quisquam sit tám opulentus, quí mi obsistat in via, 5
Néc strategus, néc tyrannus quísquam, neque agoránomus,
Néc demarchus, néc comarchus, néc cum tanta gloria,
Quín cadat, quin cápite sistat in via de sémita!
Tum ísti Graeci páliiati, cápite operto qui ámbulant,
Qui íncedunt suffárcinati cúm libris, cum spórtulis; 10
Cónstant, conferúnt sermones inter sese drápetae;
Óbstant, obsistúnt, incedunt cúm suis sententiis;
Quós semper videás bibentes ésse in theraápólio,
Úbi quid subripuére operto cápitulo; calidúm bibunt,
Trístes atque ebrioli incedunt. Eós ego si offéndero, 15
Éx unoquoque córum excutiam crépitum polentárium.
Tum ísti, qui ludúnt datatim sérvi scurrarum in via,
Ét datores ét factores ómnes subdam sub solum.
Proínde se domí contineant, vítent infortúnio!
*Ph.* Récte hic monstrat, si imperare pósit. Nam ita nunc mé viget, 20

Promittunt illi omnia benigne. Denique narrat, se non quidem argentum, sed annulum afferre, quem abstulerit militi, qui emerit a lenone Planesium hac conditione, ut, qui afferret tabellas illo anulo obsignatas ad Lyceneum trapezitam, ab eo argentum auferret, et pro eo ab lenone puellam adduceret. Ergo introeunt, uti tabellas componant.

1. Vulg. et vett. *Date viam mihi, noti* etc.

4. Both. ex Langg. *et propere.*

5. *Nec quisquam.* Vett. *Ne quisquamst*, ut V. C. et Pall.

8. *capite sistat*, h. e. in caput cadat, procidat. Cf. Capt. IV, 2, 13. *Nam qui obstiterit, ore sistet.* — *in via de semita.* Notus est locus in Phaedro III. prol. 39. *Ego porro illius semita feci viam.* Hinc fortasse Lambinus credit, hic significare Curculionem, ex via factam esse semitam prae multitudine hominum occurrentium. Perperam, ut puto. Nam semita est ea pars viae, in qua quis currit. De hac igitur detrusus, sistet caplte in latiore via.

9. *palliati.* Nam pallium Graecorum, ut toga Romanorum. Intelliguntur autem parasiti. — *capite operto*, pallio super caput inlecto, ne agnoscantur.

10. Vulg. et vett. *suffarcinati*, l. e. onusti, ferentes aliquid. Cf. Ter. Andr. IV, 4, 31. Lambinus tamen malit: *subsarcinati. Sportula* est corbis, qua deferebantur cibi, ab aliquo dono accepti; deinde illi ipsi cibi, a divitibus dati pauperioribus. *libris*, ex quibus hauriunt suas sententias, quibus ditioris delectent. Cf. Pers. III, 1, 62. *Librorum occillam habeo plenum seracum: Dabuntur dein tibi inde sarcenti logi.*

11. *drapetae*, fugitivi, servi, parasiti.

12. *sententiis*, dictis, facetiis, si oblectandos convivas.

13. Vett. et vulg. *bibentes.* Acidilius emendavit: *lubentes*, l. e. laetos, gaudentes.

14. *subripuere*, nacti sunt a diliere, aut furto. Cf. v. 9.

15. Male Both. pro *incedunt* scribi *abscedunt*, e coniectura. *tristes*, severa fronte, ut videantur philosophi.

16. Vett. *excutiam.* Pall. *cicium.* Vulg. ut V. C. *exciam.* — *polentarium*, polentam olentem. Nam polenta est Graecorum, uti puls Romanorum. Ceterum notandum, hic syllabam po produci et in ictu poni.

17. *qui ludunt datatim*, sc. pila. *servi scurrarum*, servi hominum lepidorum, urbanorum, otiosorum. *datatim*, l. e. pilam de manu in manum iacientes. Sed quoniam incidit in verbum *dare*, obscenum infert locum. *datores* enim sunt qui sese praebent, *factores*, qui pedicant.

18. *sub solum*, sub soleam seu plantam pedis. Cf. Ind. v. solum.

19. *infortunio.* Vett. *infortunia*, ut et Camer. et V. C. cum Pall. et Lamb. Sed nostr. vulg. et Acid. ex antiqua editione. Nam *vitare* interdum constru-

ita nunc servitium ést. Profecto módus haberi nón potest.
*Cu.* Écquis est, qui míhi commonstret Phaédromum, geniúm meum?
ita res subita est: céleriter mi hoc hómine convento ést opus.
*Pa.* Té ille quaerit. *Ph.* Quíd, si adeamus? Heús, Curculio, té volo!
*Cu.* Quís vocat? quis nóminat me? *Ph.* Quí te conventúm cupit. 25
*Cu.* Haúd magis cupis, quam égo te cupio. *Ph.* Ó mea opportúnitas,
Cúrculio exoptáte, salve! *Cu.* Sálve! *Ph.* Salvom gaúdeo
Te ádvenire! Cédo tuam mihi déxtram! Ubi sunt spés meae?
Éloquere, obsecro, hércle! *Cu.* Eloquere, te óbsecro, hercle, ubi súnt meae?
*Ph.* Quíd tibi est? *Cu.* Tenebrae óboriuntur, génua inedia súccidunt. 30
*Ph.* Lássitudine hércle, credo. *Cu.* Rétine, retine me, óbsecro!
*Ph.* Víde, ut expalluít! datin' isti séllam, ubi adsidát, cito,
Ét aqualem cum aquá? properatin' ócius? *Cu.* Animó male est.
*Ph.* Vín' aquam? *Cu.* Si frústulenta est, da, óbsecro, hercle: obsórbeam.
*Ph.* Vaé capiti tuo! *Cu.* Óbsecro hercle, fácite, ventum ut gaúdeam. 35
*Ph.* Máxume. *Cu.* Quid fácitis, quaeso? *Pa.* Véntum. *Cu.* Nolo equidém mihi
Fieri ventulúm. *Ph.* Quid igitur? *Cu.* Ésse, ut ventum gaúdeam.
*Ph.* Iúpiter te díque perdant! *Cu.* Périi, prospició parum;
Ós amarum habeo, déntis plenos; líppiunt faucés fame;
Íta cibi vacívitate vénio laxis láctibus. 40
*Ph.* Iám edes aliquid. *Cu.* Nólo hercle aliquid; cértum, quam aliquid, mávolo.
*Ph.* Ímo si sciás, reliquiae quaé sint .... *Cu.* Scire nímis lubet,
Úbi sient: nam illís conventis sáne opus est meis déntibus.
*Ph.* Pérnam, abdomen, súmen sueris, glándium. *Cu.* Ain'? tu ómnia haec

ltur ut *cavere*, cum dativo. Sic Cas. II, 2, 36. *huic verbo vitato.*

20. *si imperare possit.* Coniunctio *si* saepe l. e. q. an. Monstrat, an possit imperare. Hinc non est, quod mutetur: *se imperare posse*, ut fecit Bothius, aut *impetrare*, ut censet Lamb. Hoste autem l. e. q. pulcre.

21. *Ita nunc servitium est*, ita nunc sunt servi imperiosi, procaces. — *modus haberi*, nemo illis potest moderari.

22. Malim *Ecquis hic est.*

24. Notandum in vett. scribi *Curgulio*, per *g* literam, et hic et in reliquis locis, in textu.

29. Bothius ex Guelf. *te obsecro, hercle, ubi sunt meae?* Nam in vulg. et vett. hic desideratur *hercle;* quod tamen et potest omitti, ita ut ne elidatur *obsecro.*

32. Vulg. et vett. *Videa' ut exp.*

34. *si frustulenta est*, h. e. si insunt frusta carnium. Al. l. *si iurulenta est*, quod melius convenit seq. *obsorbeam*, int. cibaria liquida.

35. *Vae capiti tuo!*, exclamatio solita in facetiis, perinde ut in seqq. *Iupiter te dique perdant.* — *facite ventum ut gaudeam*, h. e. facite ut gaudeam, me venisse.

37. Vett. et vulg. *Quid igitur vis?* Quod si retinere malis, lege: *Fieri ventum.*

39. Bothius e coni. *Osmarum habeo*, quod nihili est.

40. *Lactes* sunt intestina, ut expl. Nonius, qui et habet *laxis*, quum vett. habeant *lassis.*

44. Vett. *Pernam, abdomen, suis glandium.* Vulg. *Pernam, abdomen, sumen, suis glandium.* Sueris, metro

Ín carnarió fortasse díeis. *Ph.* Imo in lánciibus; 45
Quaé tibi sunt paráta, [illegible]tquam scímus venturám. *Cu.* Vide,
Né me ludas. *Ph.* Ít[illegible] amabit, quám ego amo, ut ego hanc méntior.
Séd quo te misí, nihilo sum cértior. *Cu.* Nihil áttuli.
*Ph.* Pérdidisti me! *Cu.* Invenire póssim, si mi operám dabis.
Póstquam tuo iussú profectus sum, pervení in Cáriam; 50
Vídeo tuom sodálem; argenti rógo uti faciat cópiam.
Scíres, velie grátiam tuam: nóluit frustrárier,
Út decet veile hóminem amicum amíco, atque opitulárier:
Réspondit mihi paúcis verbis, átque adeo fidéliter,
Quód tibi est, itém sibi esse, mágnam argénti ínopiam. 55
*Ph.* Pérdis me tuis díctis! *Cu.* Imo sérvo et servatúm volo.
Póstquam mihi respónsum est, abeo ab íllo moestus ád forum,
Méd illo frustra ádvenisse. Férte adspicio mílitem;
Ággredior hominém, saluto advéniens. Salve, inquít mihi,
Préndit dexterám, seducit, rógat, quid veniam Cáriam. 60
Díco, me illo advénisse animi caúsa. Ibi me intérrogat,
Écquem in Epidauró trapezitám Lyconem nóverim?
Díco, me novísse. — Quid ienónem Cappadocem? — Ádnuo
Visitasse. Séd quid eum vis? — Quía de illo emi vírginem
Tríginta minís, vestem, aurum. Et pro his decem coaccedúnt minae. — 65
Dédisti tu argentum? ínquam. — Imo ápud trapezitám situm est
Íllum, quem dixí, Lyconem; atque éi mandavi, qui ánulo
Méo tabellas óbsignatas áttulisset, út daret
Óperam, ut mulierem á lenone cum aúro et veste abdúceret.
Póstquam hoc mihi narrávit, abeo ab íllo; revocat me éloco, 70
Vócat ad coenam; réligio fuit: dénegare nólui.
Quíd, si adeamus, décumbamus? ínquit. Consiliúm placet.
Néque diem decet mé morari, néque nocti nocérier.

suadente, reposuit Bothius. *Glandium* est iugulum suis.

48. *Sed quo te misi.* Sic omnes edd. — Both. *quod.*

49. *invenire possim*, sc. te, quoniam dixerat: *perdidisti.* Lambinus tamen supplet: argentum. Idem legit *datis.*

58. *Me illo frustra dévenisse.* Sic vett. — Vulg. *Me illo fr. advenisse*, uti V. C. et Pall. Et cf. vs. 61.

62. Sic vett. — Vulg. *Lyconem trapezitam.*

64. *visitasse*, crebro vidisse. Cf. Pers. 1, 1, 20. Ep. 4, 1, 16. 28.

65. *decem* monosyllabum, uti Truc. 2, 4, 22. et 5, 21. Merc. V, 2, 6. — *aurum*, ornatum ex auro. — *pro his*, sc. pro veste, auro. *coaccedunt* contracte leg. Cf. Most. 3, 2, 145. Cas. 3, 1, 4.

66. *Dedisti* hic, ut et alibi (cf. Men. IV, 3, 15. Bacch. IV, 3, 50.) duabus syllabis pronunciandum quasi *d'disti.* Nequaquam enim prima potest produci. Igitur in seqq. aut legendum *tute*, et saepe, aut *inquam ego*, aut neque *inquam* elidendum, neque *Imo.* Quod posterius praeferendum duco.

68. Bothius ex codd. et edd. *tabellas.* At vett. et vulg. *Tabulas.* In sept. vett. *Ut mulierem ille a lenone cum auro et veste abdúceret.* Sed *ille* deest in vulg. et V. C. et Pall.

72. Vulg. et vett. *Quid si adeamus ac decumbamus?* Lambinus tamen hanc legit in notis: *abeamus*, sc. domum ad me, quod recepit Bothius. Ego tamen dubitavi. Nam quid obstat quin suppleas: si adeamus statim domum meam? *Wie wenn wir gleich hin gingen?*

73. *Neque diem decet me morari*, i. e. non decet me morari, quin die adhuc, siquidem ita vis, coenemus; *neque nocti decet noceri.* Duplex his subesse potest

Ómnis res paráta est, et nos, quíbus paratum est, ádsumus.
Póstquam coenati átque adpoti, tálos posuit sibi ín manum; 75
Próvocat me in áleam, ut ego lúdam. Fundo pállium;
Ílle suom anuium ópposivit, ínvocat Planésium.
*Ph.* Méosne amores? *Cu.* Táce parumper. Iácit volturios quátuor.
Tálos arripio, ínvoco almam méam nutricem. Me Hércule,
Iácto basilicúm; propino mágnum poclum; ille ébibit, 80
Cáput deponit, cóndormiscit; égo ei subduco ánulum,
Déduco pedés de lecto clám, ne miles séntiat;
Rógant me servi, quó eam; me dico íre, quo saturí solent;
Óstium ubi conspéxi, exinde me íllico protinám dedi.
*Ph.* Laúdo. *Cu.* Laudató, quando illud, quód cupis, effécero. 85
Eámus nunc intro, út tabellas cónsignemus. *Ph.* Nón moror.
*Cu.* Átque aliquid prius óbtrudamus, pérnam, sumen, glándium.
Haéc sunt ventri stábilimenta, páne et assa búbula,
Póculum grande, aúla magna: ut sátis consilia súppetant.
Tú tabellas cónsignato; híc ministrabit; égo edam: 90
Dícam, quemadmodúm conscribas. Séquere me hac intró. *Ph.* Sequor.

---

## ACTUS III.

*LYCO. CURCULIO. PUER. LENO.*

*Ly.* Beátus videor: súbduxi ratiúnculam,

sensus, vel ut sit: nec coenam proferri ad multam noctem; vel: nec obnili, quin noctu, si iubeas, coenem tecum. Sed prius probat unice Lambinus. Atque coenabant veteres sub vesperam. Hoc igitur fieri tempus exprimere vult Curculio.

78. *volturios.* Vulturium iactum eunlem credunt esse cum cane aut canicula, qui erat infelicissimus. Iulius Pollux IX, 7. *καὶ τὸ μὲν μονάδα δηλοῦν, καλεῖται κύων.* Iecit igitur quatuor unitates.

79. *Herculem.* Sic vulg. — Vett. *Herem*, tamquam deam praesidem hereditatum. Sed nusplam ea alias dicitur nutrix parasitorum. Vulgatae autem lectionem et interpunctionem ineptam esse, nemo non videt. Nam quo iure Hercules potest vocari nutrix? deinde parasitorum nutrix? Eorum enim nutrix potius Saturitas, prout Ergasilus ait Capt. IV, 2, 97. *Ita me amabit sancta Saturitas* etc. Itaque hanc ipsam suppleverunt hic ad nutricem, et *Herculem* iunxere cum seq. *basilicum*, ut Hercules basilicus esset iactus felix. Consentio in supplenda Saturitate, quam hic non nominat parasitus, pariter ac supra vs. 47. Phaedromus puellam non nominavit. Quin autem *Herculem* cum *basilicum* iungi posse statuam, duo obstant: primum metrum; deinde quod nusplam alias occurrit iactus *Hercules basilicus*. Ceterum aptum huic loco videtur, fieri exclamationem *Hercule*, quod interdum tribus syllabis occurrit, ut Rud. I, 2, 72. Itaque legerim vel: *et Hercule*, vel: *me Hercule*, vel *et Hercules*, vel *me Hercules*. Atque *hercle* legitur in Pal. 6.

80. *poclum.* Sic Both. — Vulg. et vett. *poculum.* Fortasse leg. *poculum; ille bibit*, pro *ille ebibit*, quod vulg. et vett.; ut *ille* una syllaba proferatur.

86. *Non moror.* Sic vett. et Camer. — Vulg. *Num moror?* Nam dictiones *Num* et *Non* persaepe a librariis inter se sunt permutatae.

88. Both. *pane*, ἀρχαϊκῶς, pro *panis*, quod habent vett. Vulg. *panem*, quum sequantur nominativi. Sed illud et stabilitur auctoritate Nonii in voce *panis*, ubi ait, veteres et neutro genere *pane* dixisse.

90. Vett. *hic mihi ministrabit.* Vulg. tamen omittit *mihi*, ut et V. C. et Pall.

*Act. III.* Lyco trapezita prodit a se, in forum iturus, ut emat puerum, uti ipse ait vs. 12. Dum autem praeterit sedem Aesculapii, capite operto deum salutat. Alloquitur eum Curculio, ait se Summanum esse, servum Therapontigoni,

Quantum aéris mihi sit, quántumque alieni siet.
Divés sum, si non réddamus, quibus débeo;
Si réddo eis, quibus débeo, plus álieni est.
Verum hércle vero cúm illis recógito, 5
Si mágis me instabunt, ád praetorem sáfferam.
Habént hunc morem plérique argentárii,
Ut álius alium póscant, reddant némini,
Pugnís rem solvant, si quis poscat dúrius.
Qui homó mature quaésivit pecúniam, 10
Nisi eám mature pérsit, mature équrit.
Cupio áliquem emere pérum, qui usurárius
Nunc míhi quaeratur: úsus est pecúnia.
*Cu.* Nil tá me saturum mónueris: memini de solo.
Ego hóc effectum lépide tibi tradám. Tace. 15
Edepól nae ego hic med íntus expleví probe;
Et quidém reliqui in véntre cellae uní locum,
Ubi réliquiarum réliquias recónderem.
Quis hic ést, qui operto cápite Aesculápium
Salútat? Attat, quém quaerebam! Séquere me. 20
Simulábo, quasi non nóverim. Heus tu! té volo.
*Ly.* Unócule, salve. *Cu.* Quaéso, deridéane me?
*Ly.* De Cóclitum prosápia te esse árbitror:
Nam ii súnt unoculi. *Cu.* Cátapulta hoc ictám est mihi
Apúd Sicyonem. *Ly.* Nám quid id refért mea, 25
An aúla quassa cúm cinere effossús siet?
*Cu.* Supérstitiosus híc quidem est: vera praédicat:

redditque epistolam ab hero suo datam; legit eam Lyco. Accedit leno. Ergo Lyco ait, se paratum ad argentum leneni exhibendum. Ille autem post aliquam dubitationem cum illo introit, ut accipiat.

1. *Beatus*, i. e. sic satis dives.

2. Lamb. malit: *Quantum aeris mei sit.*

4. Hunc v. uncinis inclusit B., ut ineptum et ἄμετρον. Idem tamen legitur in omnibus, et videtur eiusmodi antithesis huic loco esse congrua. Praesens autem *reddo* hunc sensum involvit: si eo sim animo ut reddam aliquando, quae debeo, tum plus alieni mihi sit, quam propri.

5. *cum belle recogito.* Sic vulg. — Camer. *cum vere recogito.* Vett. cum Pall. *Verum hercle vero convellere illis cogito.* Both. *Verum hercle vero viros convellere cogito*, quae qui senarium possint efficere, non video. Vulgata est ex Guilelmi coniectura, et ex vestigiis V. C. et Langg., qui habent: *cum velle recogito*, in quo litera *v* locum obtinet literae *b*, ut saepe in cdd.

6. *me instabunt.* Sic passim *instare* cum acc. loco dativi; ut Corn. Nep. *instare hostes*, h. e. urgere hostes. Epam. 9, 1. Eun. 4, 2. — *Ad praetorem sufferam*, suppl. me rapi, trahi.

9. *durius.* Sic vett. cum Pall. et Both. — Vulg. cum V. C. *clarius.*

10. Perperam et non necessario transposuit haec Bothius. — *Mature.* Hunc locum profert Charisius lib. II. Instit. gramm. explicatque *mature*, tarde, vix et aegre. Ait enim *mature* utrumque, et *cito* et *tarde*, significare. De eodem verbo v. Gell. X, 11. Mihi tamen nostri loci sensus esse videtur: qui homo cupit mature i. e. quam primum, quam cito fieri possit pecuniam nancisci, nisi etc.

14. Progreditur Curculio a Phaedrome, eumque eodem intus adhuc loquitur.

17. *Et quidem* i. e. q. et tamen.

19. Sic vulg. et vett. — Bothius transposuit *qui* ante *Aesculapium*, nulla auctoritate. Non autem elidendum est.

20. *Sequere me.* Ad puerum haec ait, qui eum comitatur. Numquam enim soli actores in scenam procedebant.

25. *Nam quid*, i. e. Quidnam.

26. *aula cum cinere*, i. e. cinere plena. Cf. Capt. I, 1, 21.

27. *Superstitiosus.* Cf. Amph. I, 1, 170.

Nam illaéc catapultae ád me crebro cómmeant.
Aduléscens, ob rem públicam hoc ictúm est mihi,
Quod ínsigne habeo: quaéso, ne me incómitiis. 30
*Ly.* Licetne ínforare, si íncomitiare haúd licet?
*Cu.* Non ínforabis mé quidem; nec míhi placet
Tuóm profecto néque forum nec cómitium.
Sed húnc, quem quaero, cómmonstrare sí potes,
Iníbis a me sólidam et grandem grátiam. 35
Trapézitam Lycónem quaero. *Ly.* Díc mihi,
Quid eúm nunc quaeris, aút quoiatis. *Cu.* Éloquar.
Ab Thérapontigono Plátagidoro mílite.
*Ly.* Novi édepol nomen: nám mihi istoc nómine,
Dum scríbo, explevi tótas ceras quátuor. 40
Sed quíd Lyconem quaéris? *Cu.* Mandatúm est mihi,
Ut hás tabellas ád eum ferrem. *Ly.* Quís tu homo es?
*Cu.* Libértus illius, quem ómnes Summanúm vocant.
*Ly.* Summáne, salve. Quí Summanus? fác sciam.
*Cu.* Quia véstimenta, ubi óbdormivit ébrius, 45
Summáno: ob eam rem me ómnes Summanúm vocant.
*Ly.* Alibí te meliust quaérere hospitiúm tibi:
Apud mé profecto níhil est Summanó loci.
Sed istúm, quem quaeris, égo sum. *Cu.* Quaeso, túne is es
Lycó trapezita? *Ly.* Égo sum. *Cu.* Multam mé tibi 50
Salútem iussit Thérapontigonus dícere,
Et hás tabellas dáre me iussit. *Ly.* Míhin'? *Cu.* Ita.
Cape; signum nosce. Nóstin'? *Ly.* Quidni nóverim,
Clypeátus elephantum úbi machaera díssicit?
*Cu.* Quod ístic scriptum est, íd te orare iússerat 55
Profécto ut faceres, súam si velles grátiam.
*Ly.* Concéde: inspiciam, quíd sit scriptum. *Cu.* Máxume,
Tuo árbitratu, — dum aúferam abs te id, quód peto.

29. *ob rem publicam*, h. e. ob factum aliquod et rem pro republica gestam, ob publicum aliquod negotium. Cf. Amph. I, 1, 42. — *ictum est.* Sic Both. ex Acidalio. Nam et vulg. et vett. et Cam. et Lamb. et edd. *intus*, nullo sensu.

30. *incomities.* Incomitiare Festus ait esse: tale convicium facere, pro quo necesse sit in comitium venire.

31. *inforare*, sensu obsceono, quamquam et a *foro* deducatur, ut sit: in ius vocare, trahere. — pro *haud licet* vulg. et vett. *non licet.*

32. *non mihi placet.* Sic vett. — Vulg. *nec mihi pl.* V. C. et Pall. *nec mihi placens*, ut Both.

36. Vulg. et vett. *Lyconem quaero trapezitam.* Sed *trapezita* nusquam ab ima. producitur.

37. *quoiatis*, i. e. cuius tu es? sc. servus.

40. *ceras quatuor*, ob longitudinem nimirum nominis; hyperbola. *dum scribo*, i. e. dum scripsi. V. Indicem v. praesens pro praeterito.

44. *qui Summanus?* Cur tibi nomen Summani impositum? Summanus proprie inferorum deus. Cic. de div. I, 10. V. Indic. Hic iocose nomen ad parasitum translatum.

45. Vett. et vulg. *Quia vestimenta, ubi obdormivi ebrius.* Camer. *Quia v., ubi obdormivi ibi ebrius.* Et sic etiam Lamb. in textu. At in notis aperte legit *obdormivit*, sc. aliquis, quod et Scal. probavit, et Bothius recepit. V. C. et Pall. *obdormivi.* — Refertur res ad ipsum illud quod fecit Curculio in Therapontigono ebrio, postquam is obdormierat. Cf. II, 3, 81.

54. *dissicit*, nullo dubio hic pro *dissecat.*

57. *Maxime* concedentis est in colloquiis. Sic Most. 4, 3, 17. Et v. Ind.

*Ly.* „Miléa Lyceni in Epidauro hóspiti
Suo Thérapontigonus [illegible]ídorus plúrimum 60
Salútem dicit.“ *Cu.* [illegible]hic est: hominém verat!
*Ly.* „Tecum óro et [illegible], qui hás tabellas áddérat
Tibi, út ei detur, quam ístic emi vírginem
(Quod té praesente istic égi teque intérprete)
Et súrum et vestem. iám scis, ut convénerit. 65
Argéntum des lenóni, huic des vírginem.“
Ubi ípse? cur non vénit? *Cu.* Ego dicám tibi.
Quia nódius quartus vénimus in Cáriam
Ex Índia: ibi nunc státuam volt dare súream
Solidám faciundam ex áuro Philippeo, quadríjugi 70
Septémpedalis, fáctis monumentóm suis.
*Ly.* Quamobrem ístuc? *Cu.* Dicam. Quía enim Persas, Páphlagonas,
Synopéas, Arabes, Cáras, Cretanós, Syros,
Rhodiam átque Lyciam, Pérediam et Perbibesiam,
Centaúromachiam et Clássiam Unomámmiam, 75
Libýamque et oram ómnem Conterebrónianam,
Dimídiam partem nátionum usque ómnium,
Subégit solus íntra viginti dies.
*Ly.* Vah! *Cu.* Quid mirare? *Ly.* Quía enim, in cavea sí forent
Conclúsi, itidem út páili gallinácei, 80
Ita nón potuere uno ánno circumírier.
Credo hércle, te esse ab ílio: nam ita nugás blatis.
*Cu.* Imo étiam porro, sí vis, dicam. *Ly.* Níhil morer.
Sequere hác: te absolvam, qua ádvenisti grátia.
Atque éccum video. Léno, salve. *Le.* Dí te ament. 85
*Ly.* Quid hóc, quod ad te vénio? *Le.* Dicas, quíd velis.
*Ly.* Argéntum accipias, cum ílio mittas vírginem.
*Le.* Quid, quód iuratus súm? *Ly.* Quid id refert tua,
Dum argéntum accipias? *Le.* Quí monet, quasi ádiuvat.
Sequímini. *Cu.* Leno, cáve in te sit míhi mora! 90

---

62. *Tecum oro*, pro *Te oro*, solenni Plauto locutione. Cf. Asin. 3, 3, 96. et Ind. v. *orare cum aliquo*.

70. *auro Philippeo*. Cf. Truc. V, 6. *Hem tibi talentum argenti. Philippicum est; tene tibi.* et Bacch. 2, 2, 42. *Nam istoc fortasse auro est opus. P. Philippeo quidem.* Verbum contractim efferendum, quasi *Ph'lipp'o*.

74. *Perediam et Perbibesiam*, locose facta nomina, ut I, 1, 77. *Multibiba atque Merobiba.*

75. Pro *Classiam* Lamb. malit *Elatiam*. Idem *Unomammiam* censet esse Amazonum terram. Vett. *Unimammiam*.

76. In vulg. et vett. deest *et* ante *oram*. Vulg. *Conterebroniam*. Vett. *Conterebromniam*. Both. *Conterebromiam*, idque explicat: locos in quibus conteritur Bromius, i. e. vinum. At *Bromius* corripitur. Ideo unice probo *Conterebroniam*, a *conterebrone*, facto substantivo.

86. *Quid hoc, quod ad te venio?* Quam ob causam existimas me ad te venisse? Seu: quid facies de hac re, quam ob rem ad te nunc venio?

88. *Quid quod iuratus sum?* Lambinus suppiendum censet: me Phaedrome eam esse traditurum. Sed ubinam hoc legitur? Certe nusquam. Igitur potius suppl. me nulli alii nisi militi eam traditurum aut missurum. Cf. IV, 4, 10.

89. *Qui monet, quasi adiuvat*, Recte mones. Qui autem alterum monet, i. e. consilium suppeditat, quasi particeps est eius facti.

90. Vett. *mora mihi*. Both. cave

# ACTUS IV. SCENA I.

*CHORAGUS.*

Édepol nugatórem lepidum lépide hunc nactust Phaédromus.
Hálophantam hunc an sýcophantam mágis esse dicam, néscio.
Órnamenta, quaé locavi, métuo ut possim récipere.
Quánquam cum istoc míhi negoti níhil est: ipsi Phaédromo
Crédidi; tamen ádservabo. Séd dum hic egreditúr foras, 5
Cómmonstrabo, quo ín quemque hominem fácile inveniatís loco,
Né nimio opere súmat operam, sí quem conventúm velit,
Vél vitiosum vél sine vitio, vél probum vel ímprobum.
Quí periurum cónvenire volt hóminem, mitto in cómitium;
Quí mendacem et glóriosum, ápud Cloacinaé sacrum. 10
Dítis damnosós maritos súb Basilica quaérito.
Íbidem erunt scorta éxoleta, quíque stipularí solent.
Sýmbolarum cóllatores ápud forum piscárium.
Ín foro infimó boni homines átque dites ámbulant.

*míhi sit in te mora.* Puto voluisse scribere: *cave mihi in te sit mora.* Sed non opus transpositione.

*Act. IV. Sc. I.* Merum interludium haec scena, cuius priores versus occupantur in laudando actore, qui Curculionem agebat, reliqua locum habent, a fabula ipsa plane alienum, cuius summa est: omnes, quicumque vel in foro, vel ad forum degant, nihili esse nequamque. Nam qui commemorantur, omnes frequentant forum. Perstringuntur igitur proceres, qui assidue in foro versabantur.

2. *Halophantam hunc an* etc. Vulg. et vett. *Halophantam an Sycophantam hunc magis esse dicam nescio.* Vett. omittunt *esse.* Both. *Kalophantam*, ut sit: cuius honesta quidem dicta, sed a factis discrepantia, ex Alciato Παρέργων 11, 4. Lambinus Halophantam deducit ab ἅλς, ἁλός, mare, quia Curculio nautae habitum induerit, utpote mari ex Caria advectus. Idque verum credo. Nam *ornatus nauclericus* et alibi obvius: Mil. 4, 3, 16. IV, 4, 41. As. I, 1, 54. *Sycophanta* Latinis erat impostor, qui alia sub persona alios decipiebat. Sic Trin. IV, 2. ubi et Choragus et eius ornamenta recurrunt.

3. *metuo*, sc. ob illius fraudulentiam et malitiam.

5. *adservabo*, diligentius paulo eum sequar et observabo, ne mihi aufugiat.

6. *quo in*, pro: *in quo:* per anastrophen. Vett. omittunt *facile.*

9. *Qui periurum convenire vult hominem.* Hoc ordine in vulg. et vett.; nec mutandum aut transponendum censeo. Nam in v. *convenire* ultima e in pronunciatione omittenda. Haud pauci enim sunt loci, in quibus infinitivorum postrema omissa *e* finali pronuntianda, Italicorum more, qui dicunt *dar* pro *dare*, *far* pro *fare* etc. Sic *esse* centies occurrit monosyllabum. Ipsum v. *convenire* v. Epid. I, 1, 73 (67.). Cf. indic. s. v. *e finale infinitivi omissum.* Bothius tamen: *Periurum hominem convenire qui vult.* — *Comitium*, h. e. in locum, quo conveniebat populus Rom. vel ad eligendos magistratus, vel ad leges iubendas etc.

10. *Cloacinae.* Narrat Lactant. de falsa rel. lib. I, cap. 20. sub Tatio repertam esse statuam in cloaca, eamque sub Cloacinae nomine sacratam. Veneris est cognomen, quod et *Cluacina* scribitur, sign. que lustrantem seu purificantem, quia steterit ejus statua eo loco, quo se Romani Sabinique, armis positis, lustraverint, myrtisque purificarint.

11. *damnosos*, h. e. qui sua prodigunt. Truc. I, 1, 64. — *sub Basilica.* Sic *subbasilicani* Capt. 4, 2, 36. Basilica erat Porcia, a Catone aedificata. Plut. Cat. min. 5. et Cat. mai. 12. Liv. 39, 44.

12. *exoletus* est, qui olescere, i. e. crescere desiit, secundum Festum. *stipulatio* frequentissima erat in foro, quia quidquid negotii transigebatur, stipulando h. e. interrogando et respondendo agebatur. Cf. Bacch. IV, 7, 40.

13. *Symbolarum collatores*, videlicet ad coenas communes. συμβολὴ enim erat ciborum portio, quam quilibet conviva afferebat. *forum piscarium.* Commemorantur Capt. 4, 2, 34. piscatores prope Basilicam, igitur prope forum.

14. *boni homines* neutiquam sunt probi, sed: qui bona possident, beati, divites,

In medio proptér Canalem, ibi óstentatorés meri. 15
Cónfidentes gárruilique et malevoli suprá Lacum,
Qui áiteri de nihilo aud[illegible] dícunt contuméliam,
Ét qui ipsi sat habént quód ipsis vére possit dicier.
Súb Veteribus, ibi sunt, qui dant quíque accipiunt fenóeri.
Póne aedem Castóris, ibi sunt, súbito quibus credás malo. 20
In Tusco vico, ibi sunt homines, qui ípsi sese véneditant.
In Velabro vél pistorem, vél lanium, vel haróspicem,
Vél qui ipsi versánt, vel, qui aliis súbversentur, praebeant.
Dítis damnosós maritos ápud Leucadiam Óppiam.
Séd interim forés crepuere: línguae moderandum ést mihi. 25

---

## ACTUS IV. SCENA II.

### *CURCULIO. CAPPADOX. LYCO.*

*Cu.* I tú prae, virgo: nón queo, quod póne me est, servére.

ut ipse addit. Sic Catull. 35, 14. Her. Sat. 2, 2, 1. Sic et Capt. 3, 4, 51.

15. *propter canalem.* Festus: Canaliciae forenses homines pauperes dicti, quod circa canales fori consisterent.

16. *supra lacum*, fort. Curtium, qui fuit in foro, postero tempore exsiccatum, cf. Ovid. Fast. lib. VI.

18. *quod ipsis.* Sic vett. et Both. — Vulg. *quod in se.*

19. *Sub Veteribus*, sc. tabernis. Cf. Suet. in Augusto: *bifariam laudatus est; pro aede divi Iulii a Tiberio pro Rostris; sub Veteribus a Druso, Tiberii filio.* Locus erat circa Ianum medium. Similiter occurrit *sub Novis*, Cic. Orat. Lib. II. et Varr. de L. L. libr. V. — *ibi.* Sic vett. Vulg. *ubi.*

20. *Pone aedem Castōris.* Sic leg. ex veterum more, producta *o* litera. Transposuit B. *Castoris pone aedem.* Castoris autem aedes erat ipsa quoque in foro.

21. Iterum perverse transponit Both.: *Tusco in vico*, quum in omnibus sit: *In Tusco vico.* Tuscus vicus meretricum fuit, sine dubio ipse quoque prope forum. Tusci enim a Lydis descendebant, apud quos moris erat, ut virgines sibi corpore dotem quaererent. Cf. Cist. 2, 3, 20. Her. Sat. II, 3, 228. De origine Tusci vici v. Liv. II, 14. fin.

22. *Velabrum* item erat ad forum.

23. *Vel qui ipsi vortant, vel qui alii subversentur, praebeant.* Sic vett. et vulg. Locus autem impeditus. Lambinus: *Vel qui ipsi vorsant, vel qui aliis subvortendos praebeant.* In notis tamen l. *vortant*, ut habent libri; qui lidem quoque tantum non omnes: *subvorsentur.* Interpretatur Lambinus: in Velabro sunt, qui vel ipsi frandent pistorem, vel lanium, vel haruspicem, vel eos alios frandandos tradant. Verum sine dubio et ad vs. superiorem, et ad hunc supplendum est *quaerite*, ex vs. 11. Deinde certum, si legendum *subversentur*, legi et debere *versant.* Ceterum an *alii* legas, an *aliis*, perinde est. Ego in vulgata acquiesco, ita tamen, ut reponam *versant*, sensumque subesse chaoseum indicem: qui paedicant aut paedicandos praebent. Bothius: *vortant*, vel, *quae aliis subversentur*, pr. addique in nota: *quae ab aliis subv.*, *quae alii tamquam sub ipsis vertant et mutent*, *ut alibi suppromus dicit et subballio et sublingio. Cf. Gron. ad h. l.* Perperam omnia. Etenim quid sibi vult coni. *vortant?* deinde ubinam gentium *vortere* i. e. q. pecuniam mutare aut eiusmodi negotium gerere?

24. Huius versus principium repetitum ex v. 11, quare eum includit Bothius. Legitur tamen in omnibus libris. *Leucadia Oppia* quae fuerit, N. L. Eliciendum versum iudicat et Lambinus. Ego crediderim, literatos esse *dites damnosos maritos*, ob leporem facetiae, risus renovandi causa, addito tamen alio loco aut persona, apud quam illi praeter Basilicam sint quaerendi.

*Actr. IV. Sc. II.* Producit Curculio Planesium, mutam in hac scena personam, a Cappadoce. Transigunt inter se lene et trapezita. Carpit utrumque Curculio. Abiture dein lene commendat, ut puellam bene tractet, illamque in abitu plorantem consolatur. Abit Curculio ad versum 38. Lyco item ad v. 40. In

Et aúrum et vestem omném suam aiebat, quídquid haec habéret.
*Ca.* Nemo ít inficias. *Cu.* Áttamen meliúsculum est monére.
*Ly.* Memento promissísse te, si quísquam hanc líberáli
Causá manu adsererét, mihi omne argéntum redditum íri, 5
Minás triginta. *Ca.* Méminero; de istóc quietus ésto:
Et núnc idem dico. *Ly.* Ét commeminisse haéc ego volám te.
*Ca.* Memini ét mancupio tíbi dabo. *Cu.* Egon' áb lenone quídquam
Mancúpio accipiam, quíbus sui nihil ést, nisi una língua,
Qui abiúrant, si quid créditum est? Aliénos mancupátis, 10
Aliénos manumíttitis, aliénisque imperátis;
Nec vóbis auctor úllus est, nec vósmet estis úlli.
Itém genus est lenónium inter hómines meo quidem ánimo,
Ut múscae, culices, címices, pedésque, pulicésque:
Odio ét malo et moléstiae, bono úsui estis núlli; 15
Nec vóbiscum quisquam ín foro frugí consistere aúdet:
Qui cónstitit, culpánt eum, conspúitur, vituperátur.
Eum rém fidemque pérdere, tametsí nil fecit, áiunt.
*Ly.* Edepól lenones méo animo novísti, lusce, lépide.
*Cu.* Eodem hércle vos pono ét paro: paríssumi estis íbus. 20
Hi sáltem in occultís locis prostánt: vos in foro ípso:
Vos foénore, hi malé suadendo et lústris lacerant hómines.
Rogitátiones plúrimas proptér vos populus scívit,
Quas vós rogatas rúmpitis: aliquám reperitis rímam.
Quasi aquám ferventem frígidam esse, ita vós putatis léges. 25
*Ly.* Tacuísse mavellem. *Ca.* Haú, male meditáte maledicáx es.

fine aeius relictus Cappadox gratulatur sibi de re bene gesta, et in fanum Aesculapii abit supplicatum.

2. Sic vett. et Camer. — Vulg. *omnem suam esse aiebat*, sc. miles. Both. *esse aibat*. Sed *suam* totum elidendum, ut alibi *eum* etc. Nisi malis: *Et aurum et vestem suam esse aiebat, quidquid haec haberet*, omisso *omnem*. Both. *suom*.

3. Vulg. et vett. *it*. Both. *iit*.

4. *Memento*. Haec ad Cappadocem lenonem. — *liberali causa*, i. e. ad vindicandam eius libertatem, cf. Poen. V, 2, 4. et infra V, 2, 68.

7. In vulg. et Both. verba *Et commeminisse* etc. perperam Curculioni tribuuntur, in vett. recte Lyconi, item in Camer. Verba ipsa B. transponit: *Et volam ego haec te commeminisse*. Vulg. cum V. C. et Pall. *ego haec*. Vett. recte *haec ego*.

8. *mancupio tibi dabo*, promitto, me eius habere dominium, ut, si forte illa evincatur, h. e. ab alio vindicetur seu asseratur, ego evictionis periculum in me recipiam, sine tuo damno.

8. Curculio arripit occasionem, quoniam dixerat leno: *Memini* etc., invehendi primum in lenones tamquam periuros, deinde, quoniam interloquitur Lyco, et in trapezitas.

10. *qui* pro *quo* aut *qua*, abl. — *alienos*, h. e. qui non vestri sunt dominii, sed aliorum.

11. Libri et edd. *manumittitis*. Transponit B. Fortasse tamen per licentiam syllaba *ma* producenda, ut *revortimini* Amph. 2, 2, 65. et al. multa.

12. *Nec vobis auctor*. Auctor i. e. q. venditor, h. e. qui rem iure possidet aut acquirit. Cf. Epid. 3, 2, 21.

14. *Ut muscae* etc. Vulg. *Ut muscae, culices, pedesque, pulicesque*. Vett. add. *cimices*. Transponendum, ut fecit B. — *pedesque*, i. e. pediculi.

20. *ibus* pro *illis*, sc. lenonibus. Memorabile autem, quod hic prima producta legitur, ut et Mil. 1, 1, 74. *Latrones, ibus dinumerem stipendium*. Nam Capt. arg. v. 5 corripitur. Item Rud. prol. 73. et forsan etiam Truc. I, 2, 14. quamquam ibi dubium est. Ceterum hic et vulg. et vett. *iibus*. Lamb. malit hibus pro his, ut et Both. et V. C. cum Pall. 2, 3, 4.

25. Ex verbis sensus esse debet: vos leges pariter non leges esse iudicatis, ac qui aquam ferventem non ferventem, sed frigidam esse iudicet.

*Ca.* Indígnis si maledícitur, maledíctum id esse díco;
Verúm si dignis dícitur, benedíctum est, meo quidem ánimo.
Ego máncipem te níl moror, nec lénonem alium quémquam.
Lycó, numquid vis? *Ly.* Béne vale. *Cu.* Vale. *Ca.* Heús tu:
tibi ego díco. 30
*Cu.* Elóquere, quid vis. *Ca.* Quaéso, ut hanc curés, bene ut sit ísti.
Bene égo istam eduxí méae domi et pudíce. *Cu.* Si huius míseret:
Ecquid dás, qui bene sit? *Ca.* Málum. *Cu.* Tibi opus est hóc,
qui te procúres.
*Ca.* Quid, stúlta, ploras? Né time; bene hércle vendidi égo te.
Fac, sís, bonae frugí sies. Sequere ístum, bella, bélle! 35
*Ly.* Summáne, numquid núnc ïam me vís? *Cu.* Vale atque sálve:
Nam et óperam et pecúniam benígne praebuísti.
*Ly.* Salútem multam dícito patróno. *Cu.* Nunciábo.
*Ly.* Numquíd vis, leno? *Ca.* Istás minas decém, qui me procúrem
Dum mélius sit mi, dés. *Ly.* Dabuntur; crás peti iubéto. 40
*Ca.* Quandó bene gessi rém, volo hic in fáno supplicáre:
Nam illánc minis olím decem puéllam parvolam émi;
Sed eúm, qui mi illam véndidit, nunquám postilla vídi;
Periísse credo. Quíd id mea refért? ego argentum hábeo.
Quoi hómini dei sunt própitii, lucrum eí profecto obíiciunt. 45
Nunc réi divinae operám dabo. Certum ést bene me curáre.

---

## ACTUS IV. SCENA III.

*THERAPONTIGONUS. LYCO.*

*Ty.* Nón ego nunc mediocri incedo irátus iracúndia,
Séd eapse illa, qua éxcidionem fácere condidici óppidis.

26. Vett. ut fere Pall. *Tacuisse mallem. Lk. haud in male meditantem, male dicassis.* Vulg. ut fere V. C. *Tacuisse mavellem. L. au! male meditate male dicax ex*, quod et Camerarius, et Lamb. — Both. ex codd. *Haud male meditate maledicax es.* Alii codd. *hau, male meditare malediceres*, vel: *haud vel in male meditantem maledicax es.* — *meditate* adverb. occurrit Mil. I, 1, 40. Bacch. 3, 6, 16. ubi i. e. q. probe, accurate, prudenter, diligenter. Lambinus vero *male meditate* pro vocativo habuit. Ceterum omnes de exitu versus nunciant, nemo de v. *mallem*, an sic, an *mavellem* habuerint libri. Et V. C. quidem sic: *Tacuisse mallem an male meditate maledicaxes.* Vulgatae, quam sequor, sensus: hau, tu permeditate maledicax es: ut *meditate* sit adverbium, *male* autem pleonastice adiectum, ut Amph. I, 1, 135. *Haec nox scita est exercendo scorto conducto male.*

27. *Indignis*, h. e. qui non meruerunt. *dignis*, qui meruere.

30. *tibi ego dico*, sc. *Heus*, quod dixi.

32. *pudice*, h. e. inviolatam, intemeratam.

33. *Ecquid das*, sc. mihi. *Qui bene sit*, sc. illi per me. — *malum* sc. tibi dabo aut apprecor. — In fine versus impeditus est a metro. Transposuit Bothius: *Hoc tibi opust, qui te procures.* Non necessario. — *Qui te procures* i. e. q. ut te curare possis.

34. Both. ex Guelf. *bene ego hercle vendidi te.* Verum vulg. cum Pall. et vett. *vendidi ego te*, et similes rhythmi in simili persona saepius adhibentur, ut Asin. II, 4. Pseud. I, 2 et infra v. 44 et 45.

37. *benigne*, i. e. largiter. *mihi* post *operam* habent vett., omittunt vulg. cum V. C. et Pall. et Both. et Cam. et Lamb.

39. Constr. Istas decem minas des, ut me procurem, dum convalescam. Intellige illas decem minas pro veste et auro, quas adhuc debebat Lyco. Nam triginta numeraverat.

*Act. IV. Sc. III.* Advenit miles

Núnc nisi tu mihi própere properas dáre iam trigintá minas,
Quás ego apud te déposivi, vítam propera pónere!
*Ly.* Nón edepol nunc égo te mediocrí macto infortúnio, 5
Séd eopse illo, quó mactare sóleo, quoi nil débeo:
Né te mihi faciás ferocem, aut súpplicare cénseas!
Néc tu me quidem únquam subiges, rédditum ut reddám tibi,
Néc daturus súm! *Th.* Idem ego istuc, quóm credebam, crédidi,
Té nihil esse rédditurum. *Ly.* Cúr nunc a me igitúr petis? 10
*Th.* Scíre volo, quoi réddidisti. *Ly.* Lúsco libertó tuo;
Ís Summanum sé vocari díxit; eii réddidi,
Qui hás tabellas óbsignatas áttulit. *Th.* Quas tú mihi [tabulas,]
Quós tu mihi luscós libertos, quós Summanos sómnias?
Néc mihi quidem libértus ullus ést. *Ly.* Facis sapiéntius, 15
Quám pars latronúm, libertos quí habent et eos déserunt.
*Th.* Quíd fecisti? *Ly.* Quód mandasti, [feci] túi honoris grátia,
Túom qui signum ad me áttulisset, núncium ne spérnerem.
*Th.* Stúltior stultó fuisti, qui ís tabellis créderes.
*Ly.* Quís res publica ét privata géritur, nonne iis créderem? 20
Égo abeo: tibi rés soluta est récte. Bellatór, vale.
*Th.* Quíd valeam? *Ly.* At tu aegróta, si lubet, pér med aetatém quidem.
*Th.* Quíd ego nunc faciám? quid refert mé fecisse régibus,
Út mi obedirént, si hic me hodie umbráticus deríserit?

---

## ACTUS IV. SCENA IV.

*CAPPADOX. THERAPONTIGONUS.*

*Ca.* Quoí homini di súnt propitii, ei nón esse iratós puto.

militabundus argentum petitum a Lycone. Is autem se Summano illud iam exhibuisse ait, et valere iubet militem.

5. Sic vulg. et vett. — Both. *mediocri te. mactare* proprie hoc sensu est *augere*, *magis augere*, hoc loco autem: *optare* ut aliquis augeatur accumuleturve infortunio. Cf. Indicem v. *mactare aliquem malo.*

7. Bothius cum vulg. hunc v. tribuit militi, sequentem Lyconi. At in vett. et Cam. et Lamb. recte continuantur haec Lyconi; ut versuum quoque numero reponatur militi.

13. *tabulas* in omnibus libris legitur. Verum aut tollendum illud, aut in sequenti versu collocandum, ibique omittenda *tu mihi*, aut denique integer vs. 13. includendus.

15. Sic vulg. — Vett. *libertust ullus.*

16. *Quam pars latronum.* Latrones sunt *homines militares;* cf. Mil. Glor. I, 1, 74. et IV, 1, 3. Vett. et vulg. et Lamb. cum V. C. et Pall. *Quam pars Lenonum*, quod Lambinus scribit habere omnes libros. Idem tamen censet, *lenonum* hic plane locum habere non posse, mavultque *militum.* Ceterum sapientia militis in eo est, ut neget plane sibi esse libertos; quos deserere, h. e. in penuria relinquere, dedecorum erat patronis.

17. B. om. *tui*, quod in omnibus: nec per sensum abesse potest. Potius enim *feci* includendum.

22. *Quid valeam?* Sic saepius *Quid* in huiusmodi ἀποροίαις. Sic Amph. 4, 2, 1. *Quid ego sum?* Truc. 2, 2, 2. *Quid ego?* Bothius tamen emendat: *Qui val.* — *si lubet.* Sic vulg. et vett. — Both. *si vis*, ex codd. qui habeant *vives* aut *vivis*, uti Pall. At V. C. *luvet*, h. e. *lubet.* Metrum autem bene habet.

24. *umbraticus*, producta *bra* syllaba, ut sine dubio item legendum Truc. 2, 7, 59 (49). *Umbraticolam typanotribam*, in spondiacis. — Umbraticus, qui domi manet, non in publicum prodit, non pro republica pugnat.

*Act. IV. Sc. IV.* Prodit ex aede

Póstquam rem divínam feci, vénit in mentém mihi,
Né trapezita éxulatum abíerit, argentum út petam:
Út ego potius cómedím, quam ille. *Th.* Iússeram salvére te.
*Ca.* Thérapontigone Plátagidore, sálve. Salvos quom ádvenis 5
Ín Epidaurum, hic hódie apud me — núnquam delingés salem.
*Th.* Béne vocas; verúm vocata rés est, — ut male sít tibi.
Séd quid agit meum mércimonium ápud te? *Ca.* Nihil apud mé quidem
(Né facias testés), neque equidem débeo quidquám. *Th.* Quid est?
*Ca.* Quód fui iurátus, feci. *Th.* Réddin', an non, vírginem, 10
Priúsquam te huic meaé machaerae óbicio, mastígia?
*Ca.* Vápulare ego té vehementer iúbeo. Ne me térritea.
Ílla abducta est; tu aúferere hinc á me, si pergés mihi
Mále loqui, profécto, quoi ego, nísi malum, nil débeo.
*Th.* Míhin' malum minitáre? *Ca.* Atque edepol nón minitabor, séd dabo, 15
Míhi si pergis ésse molestus. *Th.* Léno minitatúr mihi,
Méaeque pugnae proéliares plúrimae obtritaé iacent?
Át ita me machaéra et clypeus
Béne iuvent pugnántem in acie: nísi mihi virgo rédditur,
Iam égo te faciam ut híc formicae frústillatim différant! 20
*Ca.* Át ita me volsélíae, pecten, spéculum, calamistrúm meum
Béne me amassint, méaque axicia, línteumque extérsui,
Út ego tua magnífica verba, néque istas tuas magnás minas
Nón pluris fació, quam ancillam méam, quae iatrinám lavat.
Égo illam reddidí, qui argentum a te áttulit. *Th.* Quis is ést homo? 25

Aesculapii Cappadox, argentum petitum ab Lycone, ne aufugiat. Alloquitur eum miles, ab eoque petit virginem. Ille valere eum iubet, quia eam iam tradiderit Summano. Miles suspicatur, Curculionem sibi hanc fraudem struxisse.

1. Ludit in apodosi; nam unum idemque est cum protasi, quod ait, cum potius dicendum ei erat: *ei bona consilia suppeditant.* Nimirum diis hoc tribuit, quod sibi venerit in mentem, ut argentum statim peteret.

3. *exulatum abierit*, i. e. aufugerit.

4. *Iusseram*, cf. III, 55, ubi aperte *iusserat* est pro *iussit*. Perfectum *iussi* autem As. 2, 4, 4. aperte est pro *iubeo*. Unde et nostro loco merito iudicabimus, plusquamperfectum positum esse pro praesenti.

5. Sic vett. et B. — Vulg. *Therapontigonoplatagidore*, uno verbo.

6. *hic hodie apud me;* addendum erat: *coena dabitur.*

7. *bene vocas*, bene me ad coenam vocas. *vocata res est*, Similiter in Sticho III, 2, 17. *Coenabis apud me, quoniam salvus advenis. E. Vocata est opera.* Hoc tamen loco sensus: *destinata res est.*

9. *ne facias testes*, sensu et iuridico et obscoeno, uti videtur.

13. *auferere*, sc. ita te verberibus contundam. Sic Amph. I, 1, 105. *Auferere, non abibis*, sc. ab servis publicisve ministris. *a me* suppl. mulcatus.

17. *proeliares.* Sic vulg. — Vett. et Cam. divisim: *proelia, res.* Illud tamen Lamb. ait legi in omnibus libris suis; licet a sensu sibi minus bene perspiciatur; unde malit: *Meaeque pugnae et proelia et res pl.* etc. *Proeliares dies* leguntur Macrob. I, 16. Atque proeliares pugnae videntur opponi velitationibus.

18. *At ita me machaera et clypeus.* Versus imperfectus in vulg. quem sic expleri posse iudicat Lamb. ut addatur: *et lorica et cassida* pro *cassis*, antique, ut *chlamyda* pro *chlamys*. Sed eorum nihil legitur in edd.

19. Pro *nisi* possit l. *ni*.

21. *volsellae*, forcipes ad evellendos pilos.

22. Vulg. et vett. *meaque axicia*, quod nihili iudicat Lamb. censetque legendum

*CA.* Túom libertum sése aiebat ésse Summanúm. *TH.* Meum?
Áttat, Curculio hércle verba míhi dedit, quom cógito:
Ís mihi anulúm subripuit. *CA.* Pérdidistin' tu ánulum?
Míles, pulcre cénturiatus és expuncto in mánipulo!
*TH.* Úbi nunc Curculionem inveniam? *CA.* In trítico facíllume
Vél quingentos cúrculiones pro úno faxo réperias.
Égo abeo. Vale átque salve. *TH.* Mále vale! male sít tibi!
Quíd ego faciam? máneam an abeam? Síccine mi esse os óblitum?
Cúpio dare mercédem, qui illunc, úbi sit, commonstrét mihi.

---

## ACTUS V. SCENA I.

*CURCULIO.*

Ántiquom poétam audívi scrípsisse in tragoédia,
Múlieres duás peiores ésse, quam unam. Rés ita est;
Vérum mulierém peiorem, quam haéc amica est Phaédromi,
Nón vidi, neque audívi; neque pol díci, nec fingí potest
Péior, quam haec est: quae úbi me habere hunc cónspicata est ánulum,
Rógat, unde habeam. — Quíd id tu quaeris? — Quía mihi quaesíto opust. —
Négo, me dicere. Út eum eriperet, mánum arripuit mórdicus.
Víx foras me abripui, átque effugi. Ápage istanc canículam!

---

*exeutia*, *Bürste*. — *extersui* bene Bothius ex Palmerio. Vulg. et vett. cum edd. *extersum*, quod metro non congruit.

25. *Ego illam reddidi*, *qui*, int. *ci*, qui. Cf. v. 34.

29. *centuriatus es* Both. Sed et vett. et vulg. *est*. Centuria decem habebat manipulos, manipulus decem milites. Centuriati sunt, qui sunt adscripti in centuriam aliquam. Manipulus *expunctus* i. e. q. manipulus electus, sublatus, *cassirt*.

32. *vale atque salve*, etiam atque etiam vale. Utrumque enim dicebatur in abitu. Cf. As. 3, 3, 2. 3.

34. Sensus: mercedem darem ei, qui mihi Curculionem ostenderit.

*Act. V. Sc. I.* Conspexerat intus apud Phaedromum Planesium in digito Curculionis anulum, quem agnorat eundem esse, quem suus pater olim gestitaverit. Igitur arripuerat illa digitum Curculionis, ut anulum detraheret. Quod quum ille fieri non pateretur, illa autem mordicus eum peteret, Curculio aufugit; conqueritur de malitia feminae.

1. *Antiquum poetam*, qui quis fuerit, n. l. Transposuit Bothius: *Antiquom audivi poetam*, sine ratione et auctoritate.

4. Bothius censet scribendum esse: *audii*, idque legendum: *audi*. Perperam. Retinendum potius, quod omnes libri et edd. habent: *audivi*, idque plene legendum, et elidendum prius *neque*, quod alteram habet negationem, quasi sit: *Nón vidi*, *n'audivi; neque pol* etc. Atque sic faciendum est Amph. I, 1, 5. Most. 2, 2, 18. Poen. 5, 5, 5. Pseud. I, 4, 6. As. I, 13, 22., posteriori loco ex lectione vulgata. Praeterea Cic. ad Att. II, 19. *Si neque leges neque móres cognt*, ubi plane omittendum in enunciatione.

6. *Quid id tu quaeris?* Sic vulg. et vett. — Both. perperam: *Quid tu id qu.* — *Quia mihi quaesito opust.* Sic optime vett. At Both. et vulg. centra metrum: *quaesito est opus*.

7. Iterum pro lubitu B. *mordicus arripuit manum*, quum nostram omnes libri et edd.

8. Sic legendus versus, ut *foras* tamquam monosyllabum proferatur, uti plerumque fieri solet in *foras*, *foris*, *fores*. Cf. Mil. 4, 6, 33. Men. 1, 2, 17. Truc. 2, 7, 1.

## ACTUS V. SCENA II.

*PLANESIUM. PHAEDROMUS. CURCULIO. THERAPONTIGONUS.*

*Pl.* Phaédrome, properá .... *Ph.* Quid properem? *Pl.* Párasitum ne amíseris!
Mágna res est! *Ph.* Núlla est mihi: nam, quam hábui, absumsi céleriter.
*Pl.* Téne. *Ph.* Quid est negóti? *Pl.* Rogita, unde ístunc habeat ánulum.
Páter istum meus géstitavit. *Cu.* Át pol mea matértera.
*Pl.* Máter eii uténdum dederat. *Cu.* Páter tuus rursúm mihi. 5
*Pl.* Núgas garris. *Cu.* Sóleo: nam proptér eas vivo fácilius.
Quíd nunc? *Pl.* Obsecró, parentes né meos mihi próhibeas!
*Cu.* Quíd? ego sub gemmán' abstrusos hábeo tuam matrem ét patrem?
*Pl.* Líbera ego sum náta. *Cu.* Et alii múlti, qui nunc sérviunt.
*Pl.* Át enim irascor. *Cu.* Díxi equidem tibi, únde ad me hic pervénerit. 10
Quótiens dicundum ést? Elusi mílitem, inquam, in álea.
*Th.* Sálvos sum: eccum, quém quaerebam. Quíd agis, bone vir?
*Cu.* Aúdio.
Sí vis, tribus bolís, vel in chlamydem. *Th.* Quín tu is in malám crucem

*Act. V. Sc. II.* Persequitur e domo Phaedromi Planesium Curculionem, Phaedromumque hortatur, ut idem faciat. Restat Curculio, seque anulum istum in alea ab milite nactum ait. Et ecce ipse miles adest, et agnoscit Curculionem. Petit ergo ab eo et argentum et virginem; quam liberam contendit Phaedromus, militemque in ius abripere tentat, in quo eum adiuvat Curculio; qui a milite vapulat. Denique et Phaedromus et Planesium militem obsecrant, ut dicat, unde illunc anulum habuerit. Is igitur ait, se eum ab patre suo hereditate nactum. Quo audito, Planesium eum fratrem salutat, matremque suam indicat et nutricem, et narrat, qua aetate et occasione abrepta fuerit; denique alium anulum profert, quem sibi frater olim dono dederit. Eum agnoscit miles, sororemque salutat. Ergo Curculio rogat, ut eam despondeat Phaedromo. Is ait, lenonem sibi debere triginta minas, quia luraverit, si quis eam liberali causa adserturus esset, se argentum redditurum. Fit sponsio. Advenit leno.

1. *Quid properem?* quid iubes me properare?

2. *Nulla est mihi*, sc. res, i. e. familiaris. Iocus in ambiguo. *absumsi.* Sic vett. Cam. Lamb. et Pareus. — Vulg. et Both. *adsumsi.*

4. *At pol.* Sic Both. ex Iuntina et Argent. Nam in vulg. deest *pol*, ut et in cdd.

5. Vulg. et Camer. et Lamb. *Pater tuus rursum tibi*, ut fere cdd. — Vett. *quit pater tuus rursum tibi.* Langiani habent: *Pater eius*, et *mihi* legendum duxit Taubmannus. Hinc Bothius: *Pater eius rursum mihi.* Mihi *pater eius* absonum videtur, probo tamen *mihi.* Ceterum ante *pater* fortasse leg. *At* aut *Et.*

8. Sic vulg. et vett. — Both. *Quid ego?*

10. *At enim irascor.* Sic aperte vett. At vulg. et Camer. et Both. *Enimvero irascor*, contrarium metro. Aliae antiquae: *Enim irascor*, quod item per metrum ferri potest.

11. *elusi.* Cf. v. 31. *Eludere aliquem aliquid*, est, vincendo in alea aut alio ludo aliquid nancisci ab aliquo.

12. *Quid agis?* Sic vulg. — Vett. *quid ais?* — *Audio*, sc. te esse, qui me vocat. Seu: me a te vocari bonum virum; ecce me.

13. *tribus bolis*, tribus talorum iactibus, *βόλοις*. Suppl. *ludamus.* Cf. II, 3, 76. *Provocat me in aleam*, *ut ego ludam. Pono pallium; Ille suum anulum opposivit, invocat Planesium.* De constr. *in chlamydem* cf. Cas. pr. 75. Poen. 5, 4, 86. De scansione autem v.

Cúm bolis, cum búllis? Reddin' étiam argentum aut vírginem?
*Cu.* Quód argentum, quas tú mihi tricas nárras? quam tu vírginem 15
Mé reposcis? *Th.* Quam áb lenone abdúxti hodie, scélus viri.
*Cu.* Núllam abduxi. *Th.* Cérte eccistam vídeo. *Ph.* Virgo haec líbera est.
*Th.* Méan' ancilla líbera ut sit, quam égo nunquam emisí manu?
*Ph.* Quís tibi hanc dedít mancupio aut únde emisti? fác sciam.
*Th.* Égo quidem pro istác rem solvi áb trapezitá meo. 20
Quam égo pecuniám quadruplicem ábs te et lenone aúferam.
*Ph.* Quí scias mercarí furtivas átque ingenuas vírgines,
Ámbula in ius! *Th.* Nón eo. *Ph.* Licet ántestari? *Th.* Nón licet.
*Ph.* Iúpiter te mále disperdat! íntestatus vívito!
*Cu.* Át ego, quem licét, te .... *Ph.* Accede huc. *Th.* Sérvom antestarí? vide! 25
*Cu.* Hem, út scias, me líberum esse! *Th.* Ergo ámbula in ius! hém tibi!
*Cu.* Ó cives, civés! *Th.* Quid clamas? *Ph.* Quíd tibi istum táctio est?
*Th.* Quía mihi iubitúm est! *Ph.* Accede huc, tu! Égo illum tibi dedám; tace.
*Cu.* Phaédrome, obsecró, serva me! *Ph.* Tánquam me et geniúm meum.

ind. s. v. *vel elidendum*. De significatu scilo *vel* esse l. q. adeo.

14. Vett. *Cum bolis, cum bullis. redde etiam*. Vulg. et Camer. *Cum boletis, cum bulbis: redde etiam*. Boleti et bulbi sunt fungi. Both. *Cum bolis cum bullis? Reddin' etiam* etc. Nam *reddin'* legendum esse vidit iam Dousa, nec quisquam huic repugnaverit, qui scierit, *etiam* repetitionem interrogationis significare: *Ich frage dich, ob du* etc.

22. *Qui scias*. Both. *Qui scis*. Illud omnes edd. codices tamen alii *scies*, al. *scis*. At Pal. 2. *scias*.

23. *Licet antestari?* Sic vett. — Vulg. *licet te antestari?* Sensus: liceine mihi aliquem eorum, qui hic adsunt, prehensa eius auricula, monere, ut mihi testificetur, me militem in ius vocasse? Haec autem Phaedromus ad Curculionem. De antestatione cf. Pers. 4, 9, 10. Horat. Sat. I, 9, fin. — *Non licet*, sc. quia non liber Curculio, neque igitur potest testis esse.

24. Vett. et vulg. *Iupiter te male perdat: int. viv.* At Camer. et Lamb. *Iupiter tete m. p.* Argent. a. 1514. *Iup. te male disperdat*, quod Bothius. — *intestatus*, sine testibus, sensu ambiguo.

25. *At ego, quem licet, te*. In his et seqq. magna confusio est circa personarum nomina, atque varietas. Nam in vett. Lamb. Cam. sic: *Mi. At ego, q. l.* — *Ph. tu accede huc. Cu. Servum ant. vide. Mi. Hem. ut sc.* — *hem tibi. Cu. O cives, c. Mi. Quid cl. Ph. Quid* etc. Vulg. ut nos. Curculio haec: *At ego, quem licet, te*, sc. o Phaedrome, antestor, me militem in ius vocare. — *Accede huc* sc. o Curculio, et auriculam meam prehende, antestandi causa.

26. *Hem* est increpantis et pulsantis. Vel igitur pulsat Curculio militem, vel similem gestum facit. — *Hem tibi!* atque haec dicens, pulsat Curculionem.

27. *Quid tibi istunc tactio est?* quid tu hunc tangis? Cf. Aul. 3, 2, 9. *mutitio*. Amph. I, 3, 21.

28. *Accede huc, tu*, sc. miles. — *illum*, Curculionem tibi in potestatem tradam; hoc unum modo dicas, unde habueris istum anulum.

29. *tamquam me et gen. meum*, sc. ego te servabo. Quibus verbis significat, se effecturum ut ne quid ei sit timendum. — Vett. *Tanquam met genium meum*. Bothius omittit *et*, ut sit sensus: quoniam tu es genius meus, i. e. patronus, per quem ego nanciscar liberam Planesium, uti iam praecipit animo. Ad *genium* cf. II, 3, 22. Men. 1, 2, 29. Capt. 4, 2, 100.

Míles, quaeso, út mihi dícas, únde illum habeas ánulum, 30
Quém parasitus hic te elusit. *Pl.* Pér tua genua te óbsecro,
Út nos facias cértiores. *Th.* Quíd istuc ad vos áttinet?
Quaératis chlamydem ét machaeram hanc, únde ad me pervénerit!
*Cu.* Út fastidit glóriosus! *Th.* Mítte istum: ego dicam ómnia.
*Cu.* Níhil est, quicquid ílle dicit. *Pl.* Fác me certiorem, óbsecro! 35
*Th.* Ego dícam. Surge! Hanc rem ágite, atque animum advórtite!
Patér meus habuit Périphanes, Planésium.
Is, priúsquam moritur, míhi dedit, tamquám suo,
Ut aéquom fuerat, fílio .... *Pl.* Proh Iúpiter!
*Th.* Et istíc me heredem fécit. *Pl.* O, pietás mea, 40
Servá me, quando ego té servavi sédulo!
Fratér mi, salve! *Th.* Quí credam istuc egó? Cedo,
Si véra memoras, quaé fuit matér tua?
*Pl.* Cleobúla. *Th.* Nutrix quaé fuit? *Pl.* Archéstrata.
Ea mé spectatum túlerat per Dionýsia. 45
Postquam ílle ventum est, iam út me collocáverat,
Exóritur ventus túrbo; spectacla íbi ruunt;
Ego pértimesco: [tum] ibi mé, nescio quis, árripit
Timidam átque pavidam, néc vivam, nec mórtuam;
Nec, quó me pacto abstúlerit, possum dícere. 50
*Th.* Memini, ístanc turbam fieri. Sed tu, díc mihi,
Ubi is ést homo, qui té subripuit? *Pl.* Néscio;
Verum húnc servavi sémper mecum una ánulum.
Cum hoc ólim perii. *Th.* Cédo, ut inspiciam. *Cu.* Sánan' es,
Quae isti committas? *Pl.* Sine modo. *Th.* Proh Iúpiter, 55
Hic ést, quem ego tibi mísi natalí die.
Tam fácile novi, quám me. Salve, méa soror!
*Pl.* Fratér mi, salve! *Ph.* Déos volo bene vórtere
Istánc rem vobis! *Cu.* Ét ego nobis ómnibus:
Tu ut hódie adveniens coénam des soróriam; 60
Hic núptialem crás dabit. Promíttimus.
*Ph.* Tace tú! *Cu.* Non taceo, quándo res vortít bene.

30. Vulg. et vett. *illunc*. Sed cf. 34. *istum*.

34. *istum* sc. Curculionem mihi dede.

35. Sic vett. et vulg., atque, *certiorem* quo hic rhythmo legendum, eodem alibi passim comparativi enunciandi sunt. Bothius tamen adiecit *te* ex coni. et in antecedentibus legit: *Nihil est, quod ille dicit*, ut V. C. et Pall.

36. *hanc rem agite* i. e. q. hoc agite, attendite.

37. *habuit*, sc. hunc anulum. *Planesium*, o Planesium. Sic autem vett., quamquam nullo commate interposito. At Vulg. *Pl. Periphanes?* nullo metro.

40. Sic vulg., cui addidi *O* ante *pietas mea*. Both. *Et iste me heredem fecit. Piet. mea*, Ad rem cf. Poen. V, 4, 29 (17). *Redde his libertatem, invictae praemium ut esse sciam pietati.* Pietas hic sensum sign. amoris erga suos, per omnia discrimina conservatum. Ceterum imper. *serva* videtur esse pro praes. *servas*, uti fere Aristoph. Nub. 1331 πάττε pro πάττεις. Et cf. ind. s. v. *serva me*.

48. Vulg. et vett. *tum ibi me nescio quis*. — Pro *arripit* Lamb. malit *abripit*. Ego includendum duco *tum*. Both. *nescio qui*, insulsatum.

51. Vulg. et vett. *Meministi hanc turbam fieri?* Nostram Both. ex Guelelmo.

56. *ego tibi*, sc. parvulae, absens.

61. *Promittimus*, sc. nos venturos ad coenam. Cf. Stich. 3, 2, 19. 25. 27.

Tu istánc desponde huic, míles: ego dotém dabo.
*TH.* Quid dótis? *CU.* Egone? ut sémper, dum vivát, me alat.
*TH.* Verum, hércle, dico: mé lubente féceris. 65
Et léno hic debet nóbis trigintá minas.
*PH.* Quamobrem ístuc? *TH.* Quia ille íta repromisít mihi,
Si quísquam hanc liberáli adseruissét manu,
Sine cóntroversia ómne argentum réddere.
*PH.* Nunc eámus ad lenónem. *TH.* Laudo. *PH.* Hoc príus volo, 70
Meam rem ágere. *TH.* Quid id est? *PH.* Út míhi hanc despóndeas.
*CU.* Quid céssas, miles, hánc huic uxorém dare?
*TH.* Si haec vólt. *PL.* Mi frater, cúpio. *TH.* Fiat. *CU.* Béne facis.
*PH.* Spondésne, miles, mi hánc uxorem? *TH.* Spóndeo.
*CU.* Et ego hóc idem unum spóndeo. *TH.* Lepidé facis. 75
Sed eccúm lenonem, incédit, thesaurúm meum.

---

## ACTUS V. SCENA III.

*CAPPADOX. THERAPONTIGONUS. PHAEDROMUS. PLANESIUM.*

*CA.* Árgentariís male credi qui áiunt, nugas praédicant:
Nam ét bene et male crédi dico: id ádeo ego hodie expértus sum:
Nón male creditúr, qui nunquam réddunt, sed prorsúm perit.
Vélut decem minás dum hic solvit, ómnis mensas tránsiit;
Póstquam nil fit, clámore hominem pósco; ille in ius mé vocat; 5
Péssume metuí, ne mi hodie ápud praetorem sólveret;
Vérum amici cómpulerunt: réddit argentúm domo.
Núnc domum properáre certum est. *TH.* Heús tu, leno, té volo.
*PH.* Ét ego te volo. *CA.* Át ego vos nolo ámbos. *TH.* Sta, sis, íllico,

Sed edd. omnes hoc verbum tribuunt Phaedromo. Correxit Acidalius.

65. *me lubente feceris*, sc. o Curculio, ut temet ipsum illi dotem des. Sed et alia accedet dos a lenone. — Sed Acidalius malit *dicit*, et postrema ad Planesium dicta.

73. *Fiat.* Nam patre mortuo frater tutor erat sororis.

74. *Spondesne?* Stipulationis formula, quae fiebat rogando et respondendo. Cf. Capt. 1, 2, 70. Bacch. 4, 7, 42.

75. *Et ego hoc idem unum spondeo*, similitum: ut semper, dum vivat, me alat, uti iam v. 64 proposuerat. Id quare de coni. Bothius mutaverit, nescio.

*ACT. V. Sc. III.* Redit leno a foro, ubi se aegre argentum ab Lycone trapezita exegisse narrat. Arripiunt eum miles et Phaedromus, argentumque ab eo repetunt. Orta lite in ius eum rapiunt. Intercedit Planesium. Permittunt iudicium Phaedromo. Negat tamen leno, se promisisse de pecunia reddenda, si quis virginem assereret. Denique, plagas ei minante milite, se numeraturum promittit.

1. Sensus: Errant, qui dicunt, argentariis male credi pecuniam. Bene potius credi dicendum est, quippe qui nemini, quod creditum sit, reddant.

2. *Nam et bene et male cr. d.* Sic vett. et vulg. — Lamb. maluerat: *Nam nec bene nec male.* Both. *Nec bene nec male.* Mihi ad sensum vulgata idem praebere videtur.

4. Vett. *Velut hic decem min. dum s.* ad metrum aeque bene. Nam *decem* leg. *d'cem*, ut saepius. Cf. Merc. V, 2, 4. Vulgata *hic* ponit ante *dum solvit.* Camer. omittit. — Ad *velut* cf. Pseud. 3, 1, 5.

6. *apud praetorem*, i. e. cessione bonorum.

9. *at ego vos nolo ambos.* Simile v. Pseud. 1, 3, 30 sq. (21.)

Átque argentum própere propera vómere. *Ca.* Quid tecum ést mihi, aut 10
Técum? *Th.* Quia ego ex te hódie faciam pílum catapultárium,
Átque ita te nervó torquebo, ítidem ut catapultaé solent.
*Ph.* Délicatum te hódie faciam cúm catello ut ádcubes;
Férreo ego dico. *Ca.* Át ego vos ambo ín robusto cárcere
Út pereatis! *Th.* Cóllum obstringe! abdúce istum in malám crucem! 15
*Ph.* Quídquid est, ipse íbit potius. *Ca.* Próh deum atque hominúm fidem,
Hóccine pactod índemnatum atque íntestatum me árripi?
Óbsecro, Planésium, et te, Phaédrome, auxilium út feras!
*Pl.* Fráter, obsecró te, noli hunc índemnatum pérdere!
Béne et pudice mé domi habuit. *Th.* Haúd voluntate íd sua: 20
Aésculapio huíc habeto, quóm pudica es, grátiam:
Nám si is valuissét, iampridem, quóquo posset, mítteret.
*Ph.* Ánimum advortite, sí potissum hoc ínter vos compónere.
Mítte istunc! Accéde huc, leno! Dícam meam senténtiam,
Sí quidem voltis, quód decrero, fácere. *Th.* Tibi permíttimus. 25
*Ca.* Dúm quidem hercle ita iúdices, ne quísquam a me argentum aúferat.
*Th.* Quódne promisti? *Ca.* Quí promisi? *Ph.* Língua. *Ca.* Eadem núnc nego.
Dícendi, non rém perdundi grátia, haec nata ést mihi.
*Th.* Níhil agit: collum óbstringe homini! *Ca.* lámiam faciam, ut iússeris.
*Th.* Quándo vir bonús 's, responde, quód rogo. *Ca.* Roga, quód lubet. 30
*Th.* Promistin', si líberali quísquam hanc adsererét manu,
Te ómne argentum rédditurum? *Ca.* Nón commemini dícere.
*Th.* Quíd? negas? *Ca.* Nego hércle vero. Quó praesente? quo ín loco?
*Th.* Me ípso praesente ét trapezitá Lycone. *Ca.* Nón taces?
*Th.* Nón taceo. *Ca.* Non égo te flocci fácio, ne me térrites. 35
*Th.* Me ípso praesente ét Lycone fáctum est. *Ph.* Satis credó tibi.
Núnc adeo, ut tu scíre possis, léno, meam senténtiam:

10. Vett. et vulg. *quid mecum est tibi? Aut tecum? aut?* Duplex *tecum* Both.

11. Vett. omittunt *Hodie* et *ego*. Illud tamen recte retineri, patet ex v. 13. — *pilum catap.*, laculum, quod e catapulta mittitur. Sensus: te in tormento imponam.

12. *solent*, sc. torqueri.

13. Omnes habent *delicatum*. Both. *Deligatum*, quod subintelligi vult poëta. *catellus* seu *catulus* vinculi genus.

15. *Collum obstringe*, i. e. vinci catena seu laqueo. Cf. Amph. 3, 2, 72. Aul. I, 2, 39. II, 4, 12. Haec autem ait pedissequo alicui.

16. *Quidquid est*, Sic vett. — Vulg. *Quid? quid est?*

19. Vett. et Pareus: *indemnatum*. Vulg. *condemnatum*.

21. *pudica*, i. e. intemerata.

24. *Mitte istunc*, scilicet ad servum haec, qui lenonem iam obstricto collo abripere parabat.

27. Dubitari non debet, *quodne* hic monosyllabum esse, uti *quodque* Mil. 2, 6, 26. et alia multa similia.

28. Vett. *haec gratia*.

34. Et vett. et vulg. *et Lycone trapezita*.

35. *ne me territes:* ne forte existimes te terrere me posse.

Líbera haec est; híc huius frater ést, haec autem illiús soror;
Haéc mihi nubet: tu huíc argentum rédde! Hoc iudiciúm meum est.
*TH.* Tu aútem in nervo iám iacebis, nísi mi argentum rédditur. 40
*CA.* Hércle istanc rem iúdicasti pérfidiose, Phaédrome.
Ét tibi oberit, ét te, miles, dí deaeque pérduint!
Tú me sequere! *TH.* Quó sequar ego te? *CA.* Ád trapezitám meum,
Ád praetorem: nam índe rem solvo ómnibus, quibus débeo.
*TH.* Égo te in nervom, haud ád praetorem, hinc rápiam, ni argentúm refers! 45
*CA.* Égo te vehementér perire cúpio, ne tu néscias!
*TH.* Ítane vero? *CA.* Ita hércle vero! *TH.* Nóvi ego hos pugnós meos.
*CA.* Quíd tum? *TH.* Quid tum? rógitas? Hisce ego, sí tu me irritáveris,
Pláeidum te hodie réddam! *CA.* Age, ergo récipe actutúm. *TH.* Licet.
*PH.* Tú, miles, apud mé coenabis: hódie fient núptiae. 50
*TH.* Quaé res bene vortát mi, et vobis, spéctatores. Plaúdite.

46. Vulg. et vett. *ne tu me nescias.* Both. *ne me nescias.*

49. *recipe.* Sic vulg. vett. Both. producta praeter solitum syllaba *re.* Fortasse tamen non elidendum. Nam in praesenti nusquam producitur *re*, nisi in impersonali *refert*, et eius coniugatis.

51. Ante v. *Spectatores* Bothius interposuit *Cantoris* personam, quia in Helmst. cod. legatur ibi *cur.* Cf. Hor. Art. poet. 154. *donec cantor*, „*vos plaudite*", *dicat.*

# METRORUM IN CURCULIONE

## DESCRIPTIO.

Act. I. Sc. II. v. 1—3 Choriambici.
v. 4 Ditrochaeus hyperc.
v. 5 Dactylus cum ditrochaeo.
v. 6 creticus.
v. 7 — 8 cretici.
v. 9 duo choriambi cum cretico.
v. 10 troch. tetr. catal.
v. 11 — 15 cretici.
v. 16 — 18 tetr. iamb. catal.
v. 19 ditroch. cum cretico.
v. 20, 21 cretici.
v. 22 — 24 Anapaestici.
v. 25 — 27 cretici.
v. 28 dipodia cret. hyperm.
v. 29, 30 dipodiae dactyl. hyperm.
v. 31 — 35 dipodiae creticae.
v. 36 — 39 tetr. iamb. cat.
v. 40, 41 tetr. anap. acat.
v. 42 dipod. troch.
v. 43 — 45 iamb. tetr. cat.
v. 46 — 48 cretici.
v. 49, 50 iamb. tetr. cat.
v. 51 — 53 cret., ad finem imminuti.
v. 54 — 57 iambic. tetr. cat.
v. 58, 59 troch. tetr. acat.
v. 60 — 67 cretici.
v. 68 choriambicus.
v. 69 — 71 anapaestici.

# EPIDICUS.

## DRAMATIS PERSONAE.

EPIDICUS, servus Periphanis.
THESPRIO, servus Stratippoclis, quicum militavit.
STRATIPPOCLES, Periphanis filius, e bello redux.
CHAERIBULUS, Stratippoclis amicus.
APOECIDES, amicus Periphanis.
PERIPHANES, pater Stratippoclis.
MILES.
PHILIPPA, Periphani quondam amica.
VIRGO.
FIDICINA.
DANISTA.
GREX.

## SUMMARIUM.

Periphanus, senex Atheniensis, quondam Thebis habuerat amicam Philippam, ex qua nata ei erat puella. Eius filius, Stratippocles, bello cum Thebanis orto, cum legione eo profectus est. Antequam tamen eo abiret, mandaverat servo Epidico, ut puellam quandam fidicinam emeret, quam Athenis amoveret, idque ille ita effecerat, ut senex Periphani perveniret, esse filiam suam, quam ab hostibus captam audierit.

Stratippocles interim e bello redux aliam puellam captivam ex praeda emtam adduxit, usque dominam, a qua argentum mutuum sumpserat, petiique ab Epidico, ut hoc quoque argentum sibi quaeret. Ergo Epidicus fabulam fingit, quasi Stratippocles vellet fidicinam aliquam liberare; quod ne fieri possit, suadet senii, ut ipse eam emat et apud se custodiat. Acceptoque in eam rem argento, statim illud Stratippocli dat; pro illa autem fidicina condemtam aliquam aliam fidicinam ad Periphanum adducit.

Verum utraque fraus brevi aperitur. Primum enim advenit Philippa, filiamque illam suam non agnoscit. Deinde accedit miles, qui fidicinam illam, sibi quoque amatam, redimere a Periphane cupit. Qua educta, apparet denuo Periphanum ab Epidico deiusum esse. Hoc itaque iam quammaxime irato, ecce domina adducit Stratippoclis captivam, quam statim Epidicus agnoscit esse Periphanis et Philippae filiam, cui olim ipse dona attulerit a Periphane illi missa. Ergo, agnita filia, Epidico et fraudes condonantur et libertas obvenit. Stratippocles autem ne fidicina sua solatur.

Scena est Athenis.

# ARGUMENTUM.

Emít fidicinam, filiam credéns, senex
Persuásu servi, aliám qui conducticiam
Iterúm pro amica éi subiecit; filio
Dat herili argentum; éo sororem déstinat
Imprúdens iuvenis. Móx compressae ac militis 5
Cognóscit opera sibi senex os súblitum,
(Ut ille amicam, haec quaéritabat filiam);
Sed invéntâ gnatâ sérvulum emittit manu.

# ACTUS I. SCENA I.

*EPIDICUS. THESPRIO.*

*Ep.* Heús, adulescens! *Th.* Quís properantem mé prehendit pállio?
*Ep.* Fámiliaris. *Th.* Fáteor: nam odio es nímium familiáriter.
*Ep.* Réspice vero, Thésprio! *Th.* Oh, Épidicumne ego cónspicor?
*Ep.* Certe óculis utere. *Th.* Sálve. *Ep.* Di dent, quaé velis.
Venire salvom gaúdeo. *Th.* Quid céterum? *Ep.* Quod ádsolet: 5
Coená tibi dabitur. *Th.* Spóndeo. *Ep.* Quid? *Th.* Me ácceptu-
rum, sí dabis.

*Argum.* 2. *aliam qui cond.* Sic Iuntina et aliae vett. et vulg. ex emendatione. Nam edd. *atque conductam.*

4. *destinat*, i. e. emit, ut expl. Nonius. *sororem*, h. e. aliam puellam, quam postea sororem suam esse cognoscit.

5. *compressae*, eius, quam olim Periphanes compresserat, Philippae.

7. *ille*, Periphanes, *amicam*, Philippam, *haec*, Philippa ipsa.

*Act. I. Sc. I.* Redit ex bello Thesprio, ad Chaeribulum missus a Stratippocle. Examinat eum Epidicus. Comperit, valere herilem filium Stratippoclem; sed patrem nondum velle adire, quia de praeda mercatus sit captivam. Id aegre fert, quoniam ipse quoque, Stratippoclis iussu, aliam ei procuraverat, suadens seni, ut eam emeret, tamquam filiam suam ex Philippa. Introit ad Chaeribulum Thesprio v. 76. Lamentatur Epidicus, dubiusque est, quid sibi sit faciendum. Advenientem autem videt ipsum cum Chaeribulo Stratippoclem, tristem, ut ex vultu cognoscit, propter numerandam pro illa captiva pecuniam. Ergo secedit parumper, ut eorum sermonem percipiat.

1. *prehendit pallio.* Properabat enim Thesprio, Epidicus autem eum persecutus revera pallio prehensum retinebat. Cf. Trin. 3, 1, 23. *Eunt uterque: ille reprehendit hunc priorem pallio.* — *Adolescens* non est: *Jüngling*, sed appellatio amicalis, quale nostrum: *guter Freund.* Nam *adolescens* veteribus erat i. q. vir, vocabanturque adolescentuli usque ad quadragesimum aetatis annum.

4. *Certe oculis utere.* Vulg. et vett. *uteris.* Sensus: *non falleris cernendo.* Similiter V, 1, 28. *utilitatem obtinere oculis.* — Gronovius malit: *Recte oculis utere*, cum Scaligero.

5. Pall. 4. *quod esse adsolet.* Vulg. et vett. cum V. C. *quod eo adsolet.* Lamb. *quod adeo adsolet.* Puto legendum: *quod adsolet*, cui adscripserit aliquis scholion: *esse*, i. e. edere, ex quo alius quidam metri gratia fecerit: *eo*, quorum alterum rhythmo bono, alterum sensui aperte officit. Cf. Pers. 5, 1, 7.

## SUMMARIUM.

Periphanes, senex Atheniensis, quondam Thebis habuerat amicam Philippam, ex qua nata ei erat puella. Eius filius, Stratippocles, bello cum Thebanis orto, cum legione eo proficiscitur. Antequam tamen eo abiret, mandaverat servo Epidico, ut puellam quandam fidicinam emeret, quam Athenis amaverit, idque ille ita effecerat, ut seni Periphani persuaderet, esse filiam suam, quam ab hostibus captam audierit.

Stratippocles interim e bello redux aliam puellam captivam ex praeda emtam adducit, unaque danistam, a que argentum multum sumpserat, petitque ab Epidico, ut hoc quoque argentum sibi quaerat. Ergo Epidicus fabulam fingit, quasi Stratippocles velit fidicinam aliquam liberare; quod ne fieri possit, suadet seni, ut ipse eam emat et apud se custodiat. Acceptoque in eam rem argento, statim illi Stratippocli dat; pro illa autem fidicina conductam aliquam aliam fidicinam ad Periphanem adducit.

Verum utraque fraus brevi aperitur. Primum enim advenit Philippa, filiamque illam suam non agnoscit. Deinde accedit miles, qui fidicinam illam, sibi quoque amatam, redimere a Periphane cupit. Qua educta, apparet denuo Periphanem ab Epidico deiusum esse. Hoc itaque iam quummaxime irato, ecce danista adducit Stratippoclis captivam, quam statim Epidicus agnoscit esse Periphanis et Philippae filiam, cui olim ipse dona attulerit a Periphane illi missa. Ergo, agnita filia, Epidico et fraudes condonantur et libertas obvenit. Stratippocles autem se fidicina sua solatur.

Scena est Athenis.

# ARGUMENTUM.

Emit fidicinam, filiam credéns, senex
Persuásu servi, aliám qui conducticiam
Iterúm pro amica éi subiecit; filio
Dat heríli argentum; éo sororem déstinat
Imprúdens iuvenis. Móx compressae ac militis 5
Cognóscit opera sibi senex os súblitum,
(Ut ille amicam, haec quaéritabat filiam);
Sed invéntâ gnatâ sérvulum emittit manu.

# ACTUS I. SCENA I.

*EPIDICUS. THESPRIO.*

*Ep.* Heús, adulescens! *Th.* Quís properantem mé prehendit pállio?
*Ep.* Fámiliaris. *Th.* Fáteor: nam odio es nímium familiáriter.
*Ep.* Réspice vero, Thésprio! *Th.* Oh, Épidicumne ego cónspicor?
*Ep.* Certe óculis utere. *Th.* Sálve. *Ep.* Di dent, quaé velis.
Venire salvom gaúdeo. *Th.* Quid céterum? *Ep.* Quod ádsolet: 5
Coená tibi dabitur. *Th.* Spóndeo. *Ep.* Quid? *Th.* Me ácceptu-
rum, sí dabis.

*Argum.* 2. *aliam qui cond.* Sic Iuntina et aliae vett. et vulg. ex emendatione. Nam cdd. *atque conductam.*

4. *destinat*, i. e. emit, ut expl. Nonius. *sororem*, h. e. aliam puellam, quam postea sororem suam esse cognoscit.

5. *compressae*, eius, quam olim Periphanes compresserat, Philippae.

7. *ille*, Periphanes, *amicam*, Philippam, *haec*, Philippa ipsa.

*Act. I. Sc. I.* Redit ex bello Thesprio, ad Chaeribulum missus a Stratippocle. Examinat eum Epidicus. Comperit, valere herilem filium Stratippoclem; sed patrem nondum velle adire, quia de praeda mercatus sit captivam. Id aegre fert, quoniam ipse quoque, Stratippoclis iussu, aliam ei procuraverat, suadens seni, ut eam emeret, tamquam filiam suam ex Philippa. Introit ad Chaeribulum Thesprio v. 76. Lamentatur Epidicus, dubiusque est, quid sibi sit faciendum. Advenientem autem videt ipsum cum Chaeribulo Stratippoclem, tristem, ut ex vultu cognoscit, propter numerandam pro illa captiva pecuniam. Ergo secedit parumper, ut eorum sermonem percipiat.

1. *prehendit pallio.* Properabat enim Thesprio, Epidicus autem eum persecutus revera pallio prehensum retinebat. Cf. Trin. 3, 1, 23. *Eunt uterque: ille reprehendit hunc priorem pallio.* — *Adolescens* non est: *Jüngling*, sed appellatio amicalis, quale nostrum: *guter Freund.* Nam *adolescens* veteribus erat i. q. vir, vocabanturque adolescentuli usque ad quadragesimum aetatis annum.

4. *Certe oculis utere.* Vulg. et vett. *uteris.* Sensus: *non falleris cernendo.* Similiter V, 1, 28. *utilitatem obtinere oculis.* — Gronovius malit: *Recte oculis utere*, cum Scaligero.

5. Pall. 4. *quod esse adsolet.* Vulg. et vett. cum V. C. *quod eo adsolet.* Lamb. *quod adeo adsolet.* Puto legendum: *quod adsolet*, cui adscripserit aliquis scholion: *esse*, i. e. edere, ex quo alius quidam metri gratia fecerit: *eo*, quorum alterum rhythmo bono, alterum sensui aperte officit. Cf. Pers. 5, 1, 7.

*Ep.* Quid tú? agis, ut velís? *Th.* Exemplum adést. *Ep.* Intellego. Eúgepae,
Córpulentiór videre atque hábitior! *Th.* Huic grátia.
*Ep.* Quam quidém iamdiu te pérdidisse opórtuit.
*Th.* Mínus iam furtificús sum, quam antehac. *Ep.* Quíd ita? *Th.* Rapio própalam. 10
*Ep.* Di ímmortales te ínfelicent, út tu is gradibus grándibus!
Nam út apud portum té conspexi, cúrriculo occepí sequi:
Víx adipiscendí potestas módo fuit. *Th.* Scurra és. *Ep.* Scio,
Te ésse quidem hominem mílitarem. *Th.* Audácter quamvis dícito.
*Ep.* Quíd ais? perpetuón' valuisti? *Th.* Várie. *Ep.* Qui varié valent, 15
Cáprigenum hominum nón placet mihi, néque pantherinúm genus.
*Th.* Quíd tibi vis dicám, nisi, quod est? *Ep.* Ut ílla respondeás probe:
Quid herílis noster fílius? valet? *Th.* Púgilice atque athlétice.
*Ep.* Voluptábilem mihi túo adventu áttulisti núncium.
Sed ubi ést is? *Th.* Advení simul. *Ep.* Ubi is érgo est? nisi si in vídulo, 20
Aút si in melina áttulisti. *Th.* Dí te perdant! *Ep.* Té volo
Pércontari. Óperam mihi da; ópera reddibitúr tibi.
*Th.* Ius dícis. *Ep.* Me decét. *Th.* Iam tu autem nóbis praeturám geris?
*Ep.* Quém me dices dígniorem esse hóminem Athenis álterum?
*Th.* At enim únum a praeturá tua, Epídice, abest. *Ep.* Quidnám? *Th.* Scies: 25

7. *exemplum adest*, i. e. ipse potes ex habitu corporis mei perspicere, an valeam. Vett. cum V. C. et Pall. *Exemplum adesse intelligo. Ep. Euge.*

8. *habitior.* Sic vulg. idque aptius verbo *corpulentior.* Atque *habitior* legebatur in Guelf. et Roveriano. — Vett. et V. C. cum Pall. *agilior.* — *huic gratia*, sc. manui.

9. Sic vulg. cum V. C. et Pall. — Vett. *te iamdiu deperdidisse.*

11. *te infelicitent, ut tu is gr. gr.* Haec est lectio vett. pro qua vulg. *Di imm. infelicent, ut tu es gr. gr.* Certe *is* retinendum. De forma *infelicent* cf. Merc. 2, 3, 99. Poen. 2, 1, 1.

13. *Scurra es.* Scurra est i. q. homo urbanus. Cf. Trin. 1, 2, 165: *Quam urbani assidui cives, quos scurras vocant.* Poen. 3, 2, 35. *Faciunt, scurrae quod consuerunt: pone sese homines locant.* et V, 5, 2. Sensus igitur: Non mirum est, te assequi me non potuisse, quia urbanus es homo umbraticusque, ego autem militaris.

17. Sic vulg. atque *illa* monosyllabum. Sed vett. *Ut illi illa responde. Th. Probe.* V. C. *Ut illi respondi. Th. Probe.* Both. *Utilia responses probe.*

19. Sic vett. versu perbono. Vulg. *Vol. mihi nuncium tuo adv. attulisti.*

21. *melina.* μηλωτή, pellis, ovilla; hinc melina, scortea mantica. Sic cum Turnebo Scal. — *Di te perdant*, solitum dici in facetiis, ut *Vae capiti tuo*, Curc. 2, 3, 35. cf. ib. v. 38; *te volo* duplici sensu, ut partim suppleatur: *di perdant*, partim referatur ad *Percontari.* Similis locus Pseud. 1, 3, 28. *Iupiter te Perdát, quisquis és. Ps. Te volo. Ba. At vos ego ámbos.*

22. *operam mihi da.* Sic vett. — Vulg. cum cdd. omittit *mihi.* — Et vett. et vulg. *reddibitur.* Cf. Cas. I, 1, 41. Men. 5, 7, 49. quibus in locis similiter atque hic syllaba *di* corripienda est.

23. *Ius dicis.* Similiter Trin. 5, 2, 37. *Ius hic orat*, ubi pariter atque hic de vicissim praestandis officiis sermo est. Et Aul. 4, 10, 21. — Vett. *Me decet quidem.* Quod si malis, expungendum in seqq. *nobis.*

24. Vett. *Quem me dices dignioren.* Vulg. omittit *me*, et in seqq. habet *hodie* post *hominem.*

25. *enim*, quod post *at* omittit vulg. cum cdd., praebent vett. — De nomine *Epidici* monendus lector, valde dubium

Lictóres duo, duo víminei fascés virgarum. *EP.* Vaé tibi!
Séd quid aia tu? *TH.* Quíd rogas? *EP.* Ubi árma sunt Stratíppocli?
*TH.* Pól illa ad hostis tránsfugerunt. *EP.* Ármane? *TH.* Atque quidém cito.
*EP.* Sérione dícis haec tu? *TH.* Sério, inquam; hostés habent.
*EP.* Édepol facinus ímprobum! *TH.* At iam ante álii fecerúnt item. 30
Érit illi illa rés honori. *EP.* Qui? *TH.* Quia ante aliís fuit.
*EP.* Múlciber, credo, árma fecit, quaé habuit Stratíppocles:
Trávolaverúnt ad hostis. *TH.* Tum ille prognatús Theti,
Síne, perdat: alia ápportabunt éii Nerei fíliae.
*EP.* Id módo videndum est, út materies súppetat scutáriis, 35
Si in síngulis stipéndiis ad hóstes exuviás dabit.
*TH.* Supérsede istis rébus iam. *EP.* Tu ipse, úbi lubet, finém face.
*TH.* Desíste percontárier. *EP.* Loquere, ípse ubi est Stratíppocles.
*TH.* Est caúsa, qua causá simul mecum íre veritust. *EP.* Quídnam id est?
*TH.* Patrém videre sé nevolt etiám nunc. *EP.* Quaproptér? *TH.* Scies: 40
Quia fórma lepida et líberali cáptivam adulescéntulam
Dé praeda mercátust. *EP.* Quid ego ex te audio? *TH.* Hoc, quod fábulor.
*EP.* Cúr eam emit? *TH.* Ánimi causa. *EP.* Quót illic homo animós habet?
Nam cérto, priusquam hinc ád legionem abiít domo,

in quibusdam locis videri scansionem, paene ut credas, syllabam *di* producendam esse, velut infra v. 47, et v. 55 et 60. et 96. imprimis vero III, 4, 61. *Euge, euge, Epidice, frúgi es! bene pugnáti! homo es!* et IV, 2, 35. *Ego relictis rébus Epidicum óperam quaerendó dabo.* Quemadmodum in propriis nominibus saepius a vera prosodia recedimur in Plauto. Interim tamen sollennem prosodiam hic sum secutus.

26. *lictores.* Pleterius tr. pl. tulit plebiscitum: *Praetor urbanus qui nunc est, quique posthac fuat, duo lictores apud se habeto, isque usque ad supremam ius inter cives dicito.* Postea praetorem sex lictores praecedebant, consulem XII, dictatorem XXIV. Loquitur autem de fascibus virgisque, ut innuat, dignum esse Epidicum, qui vapulet.

27. *tu*, quod deest in codd. et edd., addidit Bothius, ut raptum a sequenti nota personae. Recte, ut opinor.

29. Vett. *dicis haec tu.* Vulg. cum V. C. et Pall. omittit *haec.* Both. *dicis tute.*

30. Redolent haec antiquam Graecorum comoediam Aristophanemque, in que similia saepe obvia, de ὁιψασπίσιν.

31. *ante.* Sic emendandum fuit ex vs. praeced. Cdd. *antea.*

32. Sic vulg. — Vett. *quae in bello hab. Str.*

33. *Travolaverunt ad hostes*, i. e. hostes iis sunt potiti, ut armis Achillis, quibus indutus fuerat Patroclus. Praeterea, quae fabrefecerat Vulcanus, animata quasi erant, ut isti tripodes, Iliad. XVIII, 375. Sed videtur Plautus hoc loco sequi traditionem aliquam plane singularem, fictionemque poëticam ab Homero plane recedentem. Nam apud hunc priora Achillis arma non fuerunt a Vulcano facta; altera autem Thetis ipsa ei adportavit. — *Tum*, i. e. q. Praeterea. — Personarum nomina quod attinet, vulgata v. 32—36. uni tribuit Epidico, vett. autem verba *quia ante — ad hostes* Thesprioni tribuunt, sequentia usque ad v. 36 Epidico.

38. Vett. *eloquere, ubi ipse est Str.* vulg. *eloquere, ipse ubi est.* Nostram Both. cum V. C. et Pall.

40. Vett. cum V. C. et Pall. *Patrem videre senem non vult.* Vulg. *Patrem videre se non vult.* Sic infra v. (67) 73: *Quia patrem prius se convenire non vult neque conspicarier.* Apparet, legendum *se nevult.*

Ipse mihi mandavit, áb lenone ut fidicina 45
Quam amábat, emeretúr sibi. Id ei ímpetratum réddidi.
*Th.* Utcúnque in alto véntust, Epidice, éxin velum vértitur.
[*Ep.* Vae misero mihi! male perdidit me! *Th.* Quid istuc? quidnam est?]
*Ep.* Quíd? istanc, quam emit, quánti eam emit? [*Th.* Vili.
*Ep.* Haud istuc te rogo.
*Th.* Quid igitur? *Ep.* Quot minis?] *Th.* Tót. *Ep.* Quadraginta minis! 50
*Th.* Íd adeo argentum áb danista apud Thébas sumsit foénore,
Ín dies minásque argenti síngulas numís. *Ep.* Papae!
*Th.* Ét is danista advénit una cúm eo, qui argentúm petit.
*Ep.* Di immortales, út ego interii básilice! *Th.* Quid ium, aút quid est,
Epídice? *Ep.* Perdidít me! *Th.* Quis? *Ep.* Quis? Ílle, qui arma pérdidit. 55
*Th.* Nam quíd ita? *Ep.* Quia cotídie ipse ad me áb legione epístolas
Mittébat .... Sed taceam, óptumum est. Plus scíre satiust, quám loqui
Servom hóminem; ea sapiéntia est.
*Th.* Nescio édepol, quid tu tímidus es.
Trepidás, Epidice, ita vóltum tuom 60
Videó. Videre cómmeruisse
Hic me ábsente in te aliquíd mali.
*Ep.* Potin', út molestus né sies?
*Th.* Abeo. *Ep.* Ádsta! Abire hinc nón sinam.
*Th.* Quid mé retines? *Ep.* Amátne istanc, 65
Quam émit de praedá? *Th.* Rogas?

44. *ad legionem* habent Pall. at V. C. inepte: *ad legationem.*

45. Vulg. *Ipse mandavit mihi, ab lenone ut fidicina.* Vett. *Ipse m. m., ab lenone quaedam ut fidicina.* In utraque displicet illud *ipse;* contra requiri videtur *quaedam*, quod tamen cdd. ignorant. Ceterum *Ipse* interdum admodum correpte profertur.

47. Eadem leguntur Poen. 3, 5, 9. *Utcunque est ventus, exin velum vertitur.* Sensus: consilium pro re mutatur.

48 — 50. Corrupta haec et a serioribus mutata. Vulg. *quid istuc? quidnam est? — Quid igitur? Quot minis? Th. Tot. Ep. Quadraginta minis.* Vett. *Quidnam istuc, quid est? — Quid igitur, q. m.? T. tot, quadr. m.* Lamb. v. 50. *Th. Redde igitur.. Ep. Quot minis emit? Th. Tot, quadr. m.* Apparet, ad vocem *tot* gestum facere digitis Thesprionem, solitum in computationibus. — Inepta autem esse illa: *Quid istuc? quidnam est?* et illa: *Vili* sqq. quivis videt.

52. *In dies minasque argenti singulas numis*, ita ut in dies singulas pro singulis minis argenti numus sit ei pro foenore numerandus. Nam *numis* appositio est ad *foenore* addita. Numus autem Plauti aetate valebat duas drachmas, ut ait Salmasius. Tantum autem foenore dabatur plerumque in mensem.

55. Primum addidi alterum *Quis?* deinde ex vett. dedi: *qui arma perdidit.* Nam vulg. *ille qui perdidit arma.*

56. *Nam quid ita*, i. e. q. Quidnam ita?

59. Sic vett. et Pareus. — Vulg. omisit *tu.*

60. Vett. *Trepidas Epidice, ita voltum tuum videor videre commeruisse Hinc me absente aliquid mali.* Vulg. *video. videre c. Hic, me abs., in te aliquid mali*; i. e. Prout voltum tuum video, videris etc.

63. Vulg. *ne sis.*

65. Vulg. et vett. *Quid nunc me r.*

Déperit eam. *Ep.* Détegetur córium te tergó meo!
*Th.* Plúsque amat, quam te únquam amavit. *Ep.* Iúpiter te pérduit!
*Th.* Mítte nunc iam me; nam ílle me vetuit
Dómum venire; ad Chaéribulum iússit huc in próxumum. 70
[Ibi manere iussit:]
Éo venturust ípsus. *Ep.* Quid ita? *Th.* Dícam. Quia patrém prius
Se cónvenire nevólt neque conspicárier,
Quám id argentum, quód debetur pro ílla, dinumeráverit.
*Ep.* Heú edepol res túrbulentas! *Th.* Mítte me, ut eam núnc ïam. 75
*Ep.* Haéccine ubi scibít senex,
Púppis pereunda ést probe.
*Th.* Quíd istuc ad me áttinet,
Quó tu intereás modo?
*Ep.* Quía perire sólus nolo; té cupio períre mecum, 80
Bénevolens cum bénevolente. *Th.* Abi ín malam rem máxumam a me
Cum ístac conditióne. *Ep.* I sane, sí quid festinás magis.
*Th.* Núnquam hominem quemquám conveni, unde ábierim lubéntius.
*Ep.* Íllic hinc abiit: sólus es nunc. Quo ín loco haec res sít, vides,
Épidice. Nisi quíd tibi in tete aúxili est, absúmtus es. 85
Tántae in te impendént ruinae: nísi suffulcis fírmiter,
Nón potes subsístere, itaque in te írruunt montés mali.
Néque, nunc quomodo me éxpeditum ex ímpedito fáciam, iam
Cónsilium placet. Égo miser meis pérpuli dolís senem,
Út censeret, súam sese emere filiam: is suo filio 90
Fídicinam emit, quam ípse amavit, quam ábiens mandavít mihi.
Is síbi nunc ab legióne adduxit álteram
Ánimi causa. Córium perdidi: nám senex ubi sénserit,
Síbi data esse vérba, virgis dórsum depoliét meum.
Át enim tu [prae]cave! — Níhil est istuc! pláne hoc corruptúm est caput! 95

67. *Deperit eam.* Addidi *eam.* — Vulg. eum V. C. et Pall. *Detegetur.* Vett. *Degetur.*

69. Sic vulg. atque fortasse *mitte* monosyllabum, uti Cas. 2, 3, 15. Mil. 4, 2, 76. et ut alibi *ite, quumque, vosne, quodque, nempe,* de quibus v. praef. — *ille* monosyllabum.

70. Verba *Ibi manere iussit* excludenda arbitror.

72. Vett. *Convenire se non vult.* Vulg. *Se conv. non vult.* Legendum *nevult,* et in v. *convenire* omittenda *e* postrema, ut Cure. 4, 1, 9. —

73. *Conspicarier,* sic scribendum erat. Vulg. et vett. *conspicari.*

74. Vett. *Quam id argentum, quod debet, dinumeraverit.* Vulg. nostr.

76. Perperam interrogandi signum posueris post *probe. ne* enim neutiquam interrogativum hic est. Cf. Mil. 2, 3, 38.

77. Per *puppim* int. tergum aut posteriora. *Perire* autem active i. e. q. *perdere.*

78. leg. *ad med.*

79. leg. *tute.*

87. *montes mali.* Sic Most. 2, 1, 5. *Ita mali moeroris montem maximum ad portum modo Conspicatus sum.* Et Merc. 3, 4, 32. *Montes tu quidem mali in me ardentes iamdudum iacis.*

88. Addidi *iam* in fine, omisi *ego* post *Neque.*

89. Vulg. et vett. *perpuli meis dolis senem.* Transposui.

91. Et vulg. et vett. *quam ipse amat.* Sed et sensus et metri gratia legendum aut *amabat* aut *amavit.* Cf. v. 46.

92. Vulg. et vett. *Is sibi nunc alteram ab legione adduxit.* Transponendum erat. Both. *abduxit.* Nostr. vulg. et vett.

93. Vett. *nam iam ubi senex senserit.*

*Ch.* Unde lubet. Nam ni ante solem occasum elo,
Meam domum ne imbitas; tu te in pistrinum.]
*Ep.* Fácile tu istuc síne periclo et cúra, corde líbero,
Fábulare; nóvi ego nostros: míhi dolet, quom ego vápulo.
*St.* Quíd tu nunc? Patiérin', ut ego me ínterimam? *Ep.* Ne féceris. 45
Égo istuc accedám periclum pótius atque audáciam.
*St.* Núnc places; nunc égo te laudo. *Ep.* Pátiar ego istuc quód lubet.
*St.* Quíd illa fiet fídicina igitur? *Ep.* Áliqua res reperíbitur;
Áliqua ope exsolvam, éxtricabor áliqua. *St.* Plenus cónsili es:
Nóvi ego te. *Ep.* Est Eubóïcus miles lócuples, multo auró potens, 50
Qui, úbi tibi istam emtam ésse scibit, átque hanc adductam álteram,
Cóntinuo te orábit ultro, út illam tramittás sibi.
Séd ubi illa est, quam tu ádduxisti técum? *St.* Iam faxo híc erit.
*Ch.* Quíd hic nunc agimus? *St.* Eámus intro [huc] ád te, ut hunc hodié diem
Lúculente habeámus. *Ep.* Ite intro: égo de re argentária 55
Iám senatum cónvocabo in córde consiliárium,
Quói potissimum índicatur béllum, unde argentum aúferam. —
Épidice, vide, quíd agas: ita res súbito haec obiectá est tibi.
Nón enim nunc tibi dórmitandum, neque cunctandi cópia est.
Aúdendum est! Senem óppugnare cértum est consiliúm mihi. 60
Íbo intro, adulescénti dicam nóstro herili fílio,
Ne híc foras ambulét, neve usquam véniat obviám seni.

---

## ACTUS II. SCENA I.

*APOECIDES. PERIPHANES.*

*Ap.* Plérique omnes hómines, quos, quom níhil refert, pudet; úbi pudendum est,

qui et v. 42 habet *tute i in pistrinum*, nullo tamen metro. Ceterum eiusmodi qui emendat, operam atque oleum perdit.

44. *novi ego nostros*, suppl. *heros*, ut sunt immodesti atque iracundi.

48. Vulg. *de illa;* et monosyllabum *illa*, ut saepe hoc pronomen. Melius tamen habebit versus. electo *de*, ubi pariter *illa fidicina* ablativi erunt. Cf. ind. v. *fieri aliquo*.

53. *Iam faxo hic erit.* Fic hoc demum Act. V, Sc. I.

54. *huc*, quod habet vulg. cum V. C. et Pall., deest in vett.; neque opus.

58. Itidem in vett. deest *haec*, ut et in Pall. et Langg.

59. vett. *contandi.*

60. Vulg. *At cundem senem opp. c. e. consilium. I, i, abi Intro, atq. ad. dic iam, n. h. f.* Vett. *Tibi audendum est, sen. opp., c. e. c. mihi: Ibo intro, atque ad. dicam n. h. f.* In Palatinis, teste Pareo, legebatur: *adeundum*. In Monac. *Ad eundem.*

61. *atque*, quod legebatur post *intro*, eleci, ut sit asyndeton.

*Act. II. Sc. I.* Colloquuntur duo senes de rebus suis. Atque P. aperuisse cogitandus Apoecidi consilium suum, ducendi Philippam, si inveniri posset; metuere tamen se de filio, ne is illud aegre ferret. Igitur confirmat eum Apoecides. — Sed rem quod attinet, ineptam esse totam scenam, nec a Plauto profectam, apparet, sed interpositam a seriori, ut locus esset Epidico introeundi et revertendi. Quomodo enim consilium capere potuit Periphanes, ducendi, quam

eos deserít pudor, quom usus ést, ut pudeat. Is adeo tu es.
iid ést, quod pudéndum
ét, genere nátam bonó pauperém te
múm ducere úxorem? Praésertim eám, qua ex 5
bí commemorés hanc, domí quae est, prognátam?
:. Révereor fílium. *Ap.* At pól ego te crédidi
ám tu uxorem éxtulistí pudore éxsequi;
óius quotiéns sepulcrúm vides, sácrificas
ico Orco hóstiis, néque adeo iniúria, 10
ia lícitum eam tibi ést vivendo víncere. *Pe.* Oh,
ércules égo fui, dum ílla mecúm fuit;
que séxta aerumna acérbior pol Hérculi
iam ílla obiecta ést mihi.
P. Pulcra édepol dos pecúnia est. *Pe.* Quae quídem pol non
maríta est. 15

---

## ACTUS II. SCENA II.

*EPIDICUS. APOECIDES. PERIPHANES.*

P. St! st!
icéte, habete animúm bonum: liquido éxeo auspició foras, [avi sinistra].

orabat ubi esset? Nihil certe eius-
di commemoratur Act. IV. Sc. I., ubi
venit Philippa. Deinde sequenti scena
initio non de suo aliquo proposito
uitur senex, sed de filio, quem vult
ritum fieri. Ipse autem neutiquam
cit Philippam. Denique quae adduntur
etiae, ita sunt ieiunae ac nihili, ut
bono poëta profectae esse nequeant,
i dormitante.

1. *omnes*, additum ab Hermanno, in
ris non legitur.

2. *quum usus est ut pudeat*, intolenda tautologia cum praec. *ubi pudenm est*. De re cf. Ter. Andr. IV, 1, . ubi fere eadum sententia legitur.

4. *te* addidit Hermannus. — 6. Vulg. vett. *quae domi est, filiam progn.*

8. Vulg. et vett. *uxorem quam tu exlisti pudore exsequi.*

10. Vett. *horco hostias.* Nostr. vulg.

11. Vulg. et vett. *Quia licitum est m tibi vivendo vincere.*

13. *pol* deest in codd. et edd.

14. Vulg. *quam illa mihi est obiecta.* ilg. *obiecta est.*

15. Vett. *marita est, Apoedices.* Vulg. *uritata est*, uti V. C. et Pall.

*Act. II. Sc. II.* Colloquuntur senes Stratippocle. Epidicus fingit se quaere Periphanem, seque fessum esse rrendo. Nunciat, remissos esse milites Thebis. Iis occurrisse meretrices, et inter eas unam Stratippocli, quam ille liberare velit, eamque ob rem argentum mutuum sumpserit apud Thebas. Suadet igitur, ut continuo uxor detur Stratippocli, ilia autem fidicina, quam velit liberare, ematur, ut perpetuo serviat. Ergo Apoeciden seque cum argento mittat emtum fidicinam, quam paullo post cum lucro sit venditurus militi cuidam. Consentit Periphanes.

1. Haec usque ad v. 7. item iudico centonem esse, ab seriori adiectum, scenamque demum ex abrupto ordiri v. 8. *Continuo* etc. cuius rei adeo externum argumentum est in fine scenae superioris in vett. additum nomen *Apoecides.* — Loquitur E. intus ad Stratippoclem et Chaeribulum. — Pro vulg. *St, St!* Pall. *At At*, V. C. *State.* Apparet ex verbo *tacete*, vulgatam l. recte habere. *liquido*, fausto. Cf. Pseud. 2, 4, 72. *avi sinistra, auspicio liquido atque ex sententia.* Most. 3, 2, 64. *Tam liquidus est, quam liquida tempestas solet*, et Persa 4, 4, 57: *Vide ut ingrediare auspicato. Dor. Liquidum est auspicium. Tox. Tace.* — *avi sinistra*, fausta. Nam converso ad meridiem sinistra est Oriens, dextra Occidens. Hinc illa fausta fuisse arbitratur Festus. — Et vulg. et vett. *Acutum cultrum.* —

Acútum cultrum habeó, seni qui exénterem marsúpium.
Sed eccum ípsum ante aedes cónspicor Apoécidae,
Qualís volo, vetulós duo!
Iam ego mé convortam in hirúdinem atque 5
Eorum éxsugebo sánguinem,
Senáti qui columén cluent.
*Ap.* Contínuo uti marítus fiat. *Pe.* Laúdo consiliúm tuum.
*Ap.* Nam ego íllum audivi in amórem haerere apud néscio quam fídicinam.
*Pe.* Id égo excrucior. *Ep.* Dí hercle omnes me ádiuvant, augénti amant: 10
Ipsi hí quidem mihi dánt viam, quo pácto ab se argentum aúferam.
Age núnc ïam orna te, Épidice, et pallíolum in collum cóniice.
Ita ádsimulato, quási per urbem tótam hominem quaesíveris.
Áge, si quid agis! — Di ímmortales, útinam conveniám domi
Périphanem, pér ómnem urbem quem súm defessus quaérere, 15
Pér medicinas, pér tonstrinas, ín gymnasio, atque ín foro,
Pér myropolia ét lanienas círcumque argentárias.
Rógitando sum raúcus factus; paéne in cursu cóncidi.
*Pe.* Épidice! *Ep.* Epidicúm quis est qui révocat? *Pe.* Ego sum, Périphanes.
*Ap.* Ét ego Apoecidés sum. *Ep.* Et ego quidem sum Épidicus. Sed, here, óptuma 20
Vós video opportúnitate ambo ádvenire. *Pe.* Quíd rei est?
*Ep.* Mané, mane! sine respírem, quaeso! *Pe.* Imo ádquiesce.
*Ep.* Animó male est:
Recípiam anhelitúm. *Ap.* Clementer réquiesce. *Ep.* Animum advórtite!
Á legione omnés remissi súnt domum Thebís. *Ap.* Quis hoc
Scit factum? *Ep.* Ego ita ésse factum díco. *Pe.* Scin' tu istúc?
*Ep.* Scio. 25
*Pe.* Quí tu scis? *Ep.* Quia ego íre vidi mílites plenís viis.
Árma referunt ét iumenta dúcunt. *Pe.* Nimis factúm bene!
*Ep.* Túm captivorúm quid ducunt sécum! pueros, vírgines,
Bínos, ternos; álius quinque; fít concursus pér vias;
Fílios suos quísque visunt. *Pe.* Hércle rem gestám bene! 30
*Ep.* Túm meretricum númerus tantus, quántum in urbe omní fuit,
Óbviam ornatae óccurrebant súis quaeque amatóribus;

Vett. *seni.* Vulg. *senis.* — Versus quod attinet, *St*, *St!* separatim sunt ponendae, verba autem *avi sinistra* exterminanda, ut glossema. — *marsupium* cf. Men. 2, 3, 37.

3. Vulg. et vett. *Apoecidae.* Acidalius maluit: *et Apoeciden.* Sed copula non legitur in cdd.

4. *qualis v., v. d.* Fit in his quodammodo mutatio numeri, ut singularem pluralis sequatur.

9. Vulg. *in amorem*, ἀρχαϊκῶς. Vett. *in amore.*

11. *mihi dant viam*, videlicet quia daturus ipse est consilium v. 84, ut maritus fiat Stratippocles.

13. Vulg. *Ita ads.* Vett. *Atque ads.*, Both. *Itaque ads.*, ut V. C. et Pall.

22. Adieci alterum *mane.*

23. Vett. *Clementer acquiesce.* Vulg. *requiesce.*

25. *Quis hoc Scit factum?* Sic vulg. sensu optime congruente. Atque V. C. habet *Scit factum* v. 24, et ab initio v. 25 signum lacunae. Ceterum Pall. *Sic factum est?* ut Bothius. — De sciscitatione istiusmodi et verbo *scire* cf. v. 67. III, 4, 73. sq.

ı captabant: íd adeo, qui máxume animum advórterim:
raeque hae sub véstimentis sécum habebant rétia.
ɔm ád portum venio, átque ego illam illic vídeo praestolárier, 35
cum ea tibícinae ibant quátuor. *PE.* Quicum, Épidice?
. Cum ílla, quam tuus gnátus annos múltos deamat, déperit,
ı fidemque, rémque, seque, téque properat pérdere.
praestolabátur illum apud pórtum. *PE.* Viden' venéficam!
. Séd vestita, auráta, ornata, ut lépide! ut concinne! út nove! 40
. Quíd erat induta? án regillam indúculam, an mendículam?
. Ímpluviatam, ut ístae faciunt véstimentis nómina.
. Útin' impluvium érat induta? *EP.* Quíd istuc est mirábile?
ísi non fundis éxornatae múltae incedant pér vias.
tributus quum ímperatus ést, potesse pendí negant; 45
s, quibus tribútus maior pénditur, pendí potest.
íd, istae quae vestí quotannis nómina inveniúnt nova!
nicam rallam, túnicam spissam, línteolum caesícium,
usiatam, pátagiatam, cáltulam aut crocótulam,
pparum aut submíniam, ricam, básilicum aut exóticum, 50
natile aut plumátile, cerinum aut mélinum. Gerrae máxumae!
ıi quoque etiam adémtum nomen. *PE.* Quí? *EP.* Vocant Lacónicum.
éc vocabula aúctiones súbigunt ut faciánt viri.
. Quín tu, ut occepísti, eloquere. *EP.* Occépere aliae múlieres
ae post me sic fábulari inter sése; ego abscessí solens 55
úlum ab illis; díssimulabam, mé sermoni operám dare;
c sat exaudíbam nec sermónis fallebár tamen,

2. Vulg. et vett. *suis quaeque am.* cod. Helmst. *quisque*, quod interdum minine usurpatur. Cf. Poen. prol. 107. l. 4, 4, 102. Pers. 4, 3, 76. Hinc hius scripsit *quisquis*, ut obviam l. 2, 3, 66. *Conteris Tu tua me tione, mulier, quisquis es.* Ceterum d desunt loci, in quibus v. *amator* na producta videatur legendum, uti in s valde correpta prima et secunda. qua re v. indicem. — Quamquam *seque* non opus est eiidi h. l.

3. *Id adeo, qui m.* Sic vulg. — t. *id adeo quam maxime a. a.* Il- Lambinus scribit se in omnibus libris isse scriptum, explicatque: id adeo ɔ, quippe qui maxime animadverterim. sterum autem ait, *qui* esse idem quod *rmobrem.*

5. *atque* i. e. q. statim, continuo, itque apodosin. Cf. Capt. 3, 1, 19. ɛch. 2, 3, 45. V. indicem. — *illic* nesyllabum. *illam*, sc. fidicinam.

1. Occasione data ab Epidico versu seriore commemorando vestitu fidici-ı, seriorum aliquis hic attexuit centonem de luxu in ea re usque ad v. 53. mus tamen versus citatur ab Nonio, et quidem sic: *regillam tuniculam an m.* Regilla descendit a rege, ut mendicula a mendico. Oppositio omni sensu et lepore vero carens.

42. Vett. *ut istaec facimus.*

43. Sic vett. atque *impluvium* non liquescit. Vulg. *induta eat?* cum Acidalio. Sed *Utine erat* i. e. q. quid ego audio? verene induta erat impluvio? Atque sic *Utine* similiter construitur, atque alibi *Satine.* V. C. *induta erit.*

45. *potesse pendi negant.* Sic vett, atque *potesse* duabus pronunciandum syllabis, ut *esse* saepius una. Vulg. *negant pendi potesse*, uti V. C. et Pall.

47. Sensus: Quid dicam, quae quotque liae quotannis vestibus inveniant nomina nova!

51. Cf. Most. 1, 3, 107. ubi tamen alia in v. *melinum* prosodia aut scansio obtinere videtur.

55. *inter sese;* sic vulg. et vett. Both. *inter se.* At v. *inter* correptim proferendum, ut Amph. 4, 3, 1. Capt. 3, 5, 19. Cist. I, 1, 53. — *solens*, ut soleo.

56. Libri ante *sermoni* intrudunt *harum*, quod extrudendum duxi.

57. *sat* vett. *satis* vulg.

Quaé loquerentur. *Pe.* Íd lubido est scíre. *Ep.* Ibi illarum áltera
Díxit illi, quícum ipsa ibat .... *Pe.* Quíd? *Ep.* Tace ergo, ut aúdias.
Póstquam illam sunt cónspicatae, quám tuus gnatus déperit: 60
„Quám facile et quam fórtunate evénit illi múlieri,
Líberare quam vólt amator!" — „Quís is est? inquit áltera.
Nóminat Stratíppoclem. *Pe.* Perii hércle, quid ego ex te aúdio?
*Ep.* Hóc, quod actum. Égomet post, ubi íllas audiví loqui,
Coépi rursum vórsum ad illas paúxillatim accédere, 65
Quási retruderét hominum me vís invitum. *Pe.* Intéllego.
*Ep.* Íbi illa interrogávit illam: „Quí scis? quis id dixít tibi?" —
„Quía hodie allataé tabellae súnt ad eam a Stratíppocle:
Argentum eum sumsísse apud Thebas áb danista foénore;
Íd paratum, et sése ob eam rem id férre." *Pe.* Cedo, ego óccidi! 70
*Ep.* Haéc se aiebat síc audivisse áb ea atque ex epístola.
*Pe.* Quíd ego faciam núnc? Consilium a te éxpetesso, Apoécides.
*Ap.* Réperiamus áliquid calidi cónducibilis cónsili:
Nam ílle quidem aut iam hic áderit, credo hercle, aút iam adest.
*Ep.* Si aequóm siet,
Mé plus sapere quám vos: dederim vóbis consiliúm catum, 75
Quód laudetis, út ego opino, utérque .... *Pe.* Ergo ubi id est, Épidice?
*Ep.* Átque ad eam rem cónducibile. *Ap.* Quíd istuc dubitas dícere?
*Ep.* Vós priores ésse oportet, nós posterius dícere,
Quí plus sapitis. *Pe.* Héia vero! Age, díce! *Ep.* At deridébitis.
*Ap.* Nón edepol faciémus. *Ep.* Imo, sí placebit, útitor 80
Cónsilium; si nón placebit, réperitote réctius.
Mihi ístic nec seritúr, nec metitur; nísi ea, quae tu vís, volo.

61. Vett. *Quam facile et fortunate evenit illi, obsecro, mulieri.* Vulg. *Quam f. et quam fort. evenit illi, obs., mulieri.* Sequor vulg. electo *obsecro.*

62. *Liberare.* Elidenda e finalis. Cf. I, 1, 72. I, 2, 25. II, 2, 45. Curc. 4, 1, 9. V. Indic. v. *e finale infinitivi omissum* etc. Atque sic et vulg. et vett. — Vulg. et vett. *Quisnam is est?*

63. Inepte vulg. et vett. praecedenti versui addunt huius ab initio: *Illi.* Deinde: *Ibi nominat Stratippoclem, Periphanae filium*, ex similibus locis consarcinata. Ex his enim et sequentibus unum versum oportere confieri, satis patet, ideo quod et praecendens et subsequens recte habent.

65. *rursum vorsum.* Teneant lectores, in tali locutione *vorsum* pleonastice esse adiectum. Eadem dictio occurrit Amph. 5, 1, 63, ubi i. e. q. *retro.* Atque ita et hoc loco.

67. Vulg. et vett. *illam.* Both. *aliam* i. e. alteram.

68. Libri: *Quin hodie.*

69. Sic B. — Vulg. et vett. *cum Arg. sums.* quod si praetuleris, *cum* totum erit elidendum.

71. Vulg. *Haec sic aiebat: sic audivisse ab se, atque ab epistola.* Vett. *sic aud. se ab se atque epistola.* Lamb. *Haec se aiebat sic audivisse ab ea, atque ex epistola*, ex codicum vestigiis. Both. iambum: *Haec sic aiebat: sic audivisse ab sese atque ab epistola.* Verum *ab sese* neutiquam hic potest dictum esse pro: *ab illa*, neque haec locutio est Plautina. Itaque Lambinum probo. Pareus: *sic aud. se ab se, atque epistola.*

73. *calidi*, celeris. Cf. I, 2, 39.

76. *opino.* Vulg. et vett. *opinor.* — Vulg. *Ergo ubi est, E.* Vett. *ubi id est.*

80. Vulg. cum V. C. et Pall. *utitor.* Vett. *utiminor.* Verum saepius in Pl. fit, ut, cum duo sint, ad quos oratio pertineat, singularis immisceatur.

82. *nisi ea* etc. h. e. hoc certum est, me velle, quod tu vis. Cf. Cist. I, 1, 5.

ɛ. Grátiam habeo. Fác participes nós tuae sapiéntiae.
ɛ. Cóntinuo arbitrétur uxor tuó gnato; atque ut fidicinam
am, quam is volt líberare, quae íllum corrumpít tibi, 85
lciscare; atque íta curetur, úsque ad mortem ut sérviat.
ɛ. Fíeri oportet. *Pɛ.* Fácere cupio quídvis, dum id fiát modo.
*Ɛp.* Hem!
inc occasio ést faciundi, príus in urbem quam ádvenit,
cut cras hic áderit; hodie haud vénerit. *Pɛ.* Qui scís? *Ɛp.* Scio,
ía mihi alius díxit, qui illinc vénit, mane hic ádfore. 90
ɛ. Quín tu eloquere: quíd faciemus? *Ɛp.* Síc faciundum cénseo,
ási tu cupias líberare fídicinam animi grátia,
ásique ames veheménter tu illam. *Pɛ.* Quam ád rem istuc refért? *Ɛp.* Rogas?
enim praestinés argento, priúsquam veniat filius,
que ut eam te in libertatem dícas emere .... *Pɛ.* Intéllego. 95
ɛ. Úbi erit emta, ut áliquo ex urbe amóveas; nisi si quíd tua est
cus sententia. *Pɛ.* Ímo docte. *Ɛp.* Quíd tu autem, Apoécides?
ɛ. Quíd ego nam? nisi, té commentum nímis astute, intéllego.
ɛ. Iám tunc igitur ámota ei erit ómnis consultátio
iptiarum, né gravetur, quód velis. *Ap.* Vive, út sapis 100
placet! *Ɛp.* Tum tu ígitur calide, quídquid acturús's, age.
ɛ. Rem hércle loquere. *Ɛp.* Et réperi, haec te qui ábscedat suspício.
ɛ. Síne me scire. *Ɛp.* Scíbis: audi. *Ap.* Sápit hic pleno péctore.
ɛ. Ópus est homine, qui íllo argentum déferat pro fídicina:
m te illo non aéque opus facto est .... *Pɛ.* Quíd iam? *Ɛp.* Ne te cénseat 105
ii causa fácere .... *Pɛ.* Docte! *Ɛp.* Quo íllum ab illa próhibeas:

4. *arbitretur* passive accipiendum, ut i. q. prospiciatur. Active occurrit *itrarem* Pseud. 4, 2, 57. *Te si ararem dignum, misissem tibi.* Cf. et . 5, 1, 11. Deinde *arbitrari*, *arbi*- saepius de inspectando accipienda. Aul. 4, 1, 21. *Hinc ego et huc et c potero, quid agant, arbitrarier.* et Ep. V, 2, 29. Cf. Amph. prol. 16. it. 2, 1, 19. Cas. I, 1, 2. 55.

6. *ulciscare*, i. e. punias.

8. Vulg. *priusquam in urbem advenit.* Vett. egregie antiquam servant: *ns in urbem quam advenit.*

9. *hodie haud v.* Vulg. et vett. *ie non venerit.* Sed *non* et *haud* ro sunt permutatae.

4. Sic vulg. — Vett. *Ut ei pr.* — *estinare* est: ante omnia emere. Cf. t. 4, 2, 69. Pseud. 1, 2, 37.

6. Vulg. et vett. *nisi quid tua Se- sententia est.* Addendum fuit *si*, sponendum autem *est.*

9. Vulg. *Iam igitur am.* Vett. *Iam g ig. am.* Sic *Iam nunc* As. 2, 4,

89. — *consultatio.* Amota fidicina amota quoque erit omnis consultatio de nuptiis cum ea contrahendis.

100. *ne gravetur*, ne adversetur tibi in eo, *quod velis*, quod de uxore ei danda constitueris. — Vulg. cum V. C. *vive sapis! et placet.* *Ɛp.* *Tum tute igitur calide*, *quidquid acturus*, *age.* Vett. cum Pall. *ut sapis? et placet. Tum tu igitur callide iam quicquid acturus's, age.* Bothius: *Vive, ut sapis et pl.* ex codd.

102. *haec te qui abscedat susp.* Sensus est: Simul etiam reperi, quomodo sit instituendum, ne ulla existat suspicio, te eam emere, quo prohibeatur ab illa filius. Vult autem impedire his, ne ipse Periphanes eam emtum eat, sed Apoeciden eo secum mittat.

105. Bothius ex Scioppio: *Nam de lenone aeque opus facto est.* Vulg. nostr. Suppl. *te illo ire ipsum.* Leno autem potest suppleri ad *censeat.* Hoc vero diserte addendum erat, non esse ipsi Periphani eo eundum.

Né qua ob eam suspícionem difficultas évenat.
*Pe.* Quém hominem inveniémus ad eam rem útilem? *Ep.* Hic erit óptumus:
Híc poterit cavére recte, iúra qui et legés tenet.
*Pe.* Épidice, habeas grátiam. Sed ego ístuc faciam sédulo. 110
*Ep.* Ego illunc conveniam átque adducam huc ád te, quoia est fidicina;
Átque argentum ego cum hóc feram. *Pe.* Quanti émi potest minimo? *Ep.* Ílliane?
Ád quadragintá fortasse eam pósse emi minumó minis;
Vérum si plus dederis, referam. Núlla in ea re cáptio est.
Átque id non decem óccupatum tíbi erit argentúm dies. 115
*Pe.* Quídum? *Ep.* Quia enim múlierem alius filiam adulescens déperit,
Aúro opulentus, mágnus miles, Rhódius, raptor hóstium,
Glóriosus; híc emet illam dé te, et dabit aurúm lubens.
Fáce modo: est lucrum híc tibi amplum. *Pe.* Déos quidém oro.
*Ep.* Impetras.
*Ar.* Quín tu is intro atque húc argentum prómis? Ego visum ád forum. 120
Épidice, eo vení. *Ep.* Ne abeas, priúsquam ego ad te vénero.
*Ar.* Úsque opperiar. *Pe.* Séquere tu intro. *Ep.* I, númera: nil ego té morer.

---

## ACTUS II. SCENA III.

### *EPIDICUS.*

Nullum ésse opinor égo agrum in agro Áttico
Aequé feracem, quam híc est noster Périphanes;
Quin éx occluso atque óbsignato armário
Decútio argenti tántum, quantum míhi lubet.
Quod pól ego metuo sí senex rescíverit, 5
Ne ulmós parasitos fáciat, quae usque attóndeant.
Sed me úna turbat rés ratioque: Apoécidi
Quam osténdam fidicinam áliquam conductítiam. —

108. *Hic erit optimus*, Apoecides videlicet.

110. Haec Apoecidi tribuit B., sed vulg. priora Periphani, posteriora vero Epidico. Ego universa Periphani accensenda opinor.

111. *illunc*, sc. lenonem. *quoia*, i. e. cuius est.

112. Sic vulg. et vett. Mutavit Bothius.

113. Vett. et vulg. *minas*. Nostr. Both. ex Gronovio. Cf. Sueton. Iul. C. 20.

114. Vulg. *nihil in ea r. c. e.* Vett. *nulla in ea re c. e.*

116. Vulg. et vett. *illam alius.*

118. *et dabit aurum lubens.* Sic vulg. pro quo vett. *et dabit aurum*, ubi *eam emtam sciet.*

119. *Face modo.* Sic Vulg. — Vett. cum codd. *Tace modo.* — Vett. *impetra.*

121. *Ne abeas*, sc. a foro.

*Act. II. Sc. III.* 6. *quae usque attondeant.* Sic vulg. — Vett. *atque usque attondeat.* Utrumque in codd., alterum tamen metro repugnat. Parasitorum est, attondere mensas divitum. Sic Phocylides: *Μηδὲ τραπεζοκόρους κόλακας ποιεῖσθαι ἑταίρους· Πολλοὶ γὰρ κόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι.*

8. Vett. cum V. C. et Pall. *aliquam.* Vulg. *aliqua.* Cf. v. 10.

Atque íd quoque habeo: máne me iussít senex
Condúcere aliquam fídicinam sibi húc domum: 10
Dum rém divinam fáceret, cantarét sibi;
Ea cónducetur, átque ei praemonstrábitur,
Quo pácto fiat súbdola advorsús senem.
Ibo íntro: argentum accípiam ab damnosó sene.

---

## ACTUS III. SCENA I.

*STRATIPPOCLES. CHAERIBULUS.*

*Sr.* Expectando éxèdor míser atque exénteror,
Quómodo mi Épidici blánda dicta évenant.
Nímis diu máceror. Sítne quid, nécne sit,
Scíre cupió. *Ch.* Per illám tibi cópiam
Cópiam paráre aliam lícet. Scivi equidem ín principio 5
Illico, nullam tibi ésse in illo cópiam. *Sr.* Interii hércle ego!
*Ch.* Absúrde facis, qui te ángas animi. Si hércle ego illum prehéndero,
Námquam irridére nos íllum inultúm sinam
Servom hóminem! *Sr.* Quid illunc férre vis, qui, tíbi quoi divitiaé domi
Máxumae súnt, numum ís 10
Núllum habes, néc sodalí tuo in te cópia est?
*Ch.* Si hercle hábeam, polliceár lubens; verum áliquid aliqua aliquó modo
Alicunde ab aliqui, áliqua tibi spes, fóre mecum fortúnam.
*Sr.* Vaé tibi, múrcide homó!

14. *damnose*, qui sua perdit, prodigit. — Ceterum in re insunt quaedam contra verisimilitudinem. Summa tamen est, ut supponatur aliqua fidicina, et ut conciscatur Epidicus argentum.

*Act. III. Sc. I.* Prodeunt a Chaeribulo Chaeribulus atque Stratippocles. Is Epidicum exspectat. Dubitat Chaeribulus, an ille sit aliquid allaturus. Contra Stratippocles Chaeribulo erprobrat suam inopiam.

2. *blanda dicta*, i. promissa.

3. Sic interpunguntur vulg. vett. al. Bonius tamen ante *Sitne* comma habet, et post *necne sit* exclamationis signum. — *Evenant.* Vulg. et vett. *eveniant.*

4. *Per illam copiam*, h. e. Si tu peras tibi copiam, h. e. auxilium, fore ab Epidico, iam equidem tibi suaserim, ut circumspicias copiam. Cf. III, 2. 2. *Per hanc curam.*

5. Tetrameter troch. acatal. Non liceret *parare* nec *equidem.*

6. *Illico* duabus, ut saepius, profendum, *tibi* autem elidendum.

9. *Quid illum ferre vis?* Quo iure tu postulas, ut ille mihi aliquid afferat, quum tu, cui maximae sunt domi divitiae, numum nullum habeas? *qui*, i. e. *tu qui.* — *tibi quoi*, elegans attractio, pleonastico adiecto *tibi.* Similiter *Indidem unde*, Cist. I, 1, 63. — Pro *ferre* vett. *facere*, quod ad metrum melius quam vulg. *ferre.*

10. Vett. et vulg. *sunt*, *is numum.* Puto *is* aut eliciendum, aut post *numum* collocandum, versum autem esse eiusmodi, quales saepenumero in canticis occurrunt, Amph. I, 1, 83. *Vicimus vi ferocés.* ib. 2, 2, 29. *boná*, *quem penés 'st virtús.*

11. *tuo* elidatur, uti crebro.

12. *Verum aliquid* etc. Ridicula hominis nihil habentis oratio et paronomasia; cuius similis legitur Trin. 3, 3, 30. *ab amico aliquo alicunde argentum in dotém rogem.* — *fore mecum fortunam*, anacoluthon, pro: *me nacturum esse.*

14. *Vae tibi*, phrasis solita in facetiis adhiberi. Cf. I, 1, 26. 68. Curc. 2, 3, 35. — Vett. *murcide homo*, quemadmodum Lambinus scribit legi in codd. suis,

*Ch.* Qui tíbi lubet míhi mále loqui? 15
*St.* Quippe tú mihi aliquid aliquó modo
Alicúnde ab aliquibús blatis,
Quód nusquam est; néque ego id immítto in aurés meas.
Nec míhi plus adiuménti ades, quam ille, quí nunquam etiam nátust.

---

## ACTUS III. SCENA II.

*EPIDICUS. STRATIPPOCLES. CHAERIBULUS.*

*Ep.* Fecísti iam officiúm tu tuum: me méum nunc facere opórtet.
Per hánc curam quiéto tibi licet ésse: hoc quidem iam périit,
[Ne quíd tibi hinc in spém referas. Hoc óppido polítum est!
Credé modo tu mihi: sic ego ago, síc egere nóstri!]
Proh di ímmortales, mi húnc diem dedístis luculéntum! 5
Ut fácilem atque impetrábilem! — Sed ego hínc migrare césso,
Ut ímportem in colóniam hunc auspício commeátum?
Mihi césso, quum sto. — Séd quid hoc? Ante aédis duos sodáli,
Herum et Chaéribulum cónspicor. Quid ágitis? Accipe hóc, sis!
*St.* Quantum híc inest? *Ep.* Quantúm sat est et plús satis: supérfit; 10
Decém minis plus áttuli, quam tú danistae débes.
Dum tíbi ego placeam atque óbsequar, meum flócci facio térgum.
*St.* Nam quíd ita? *Ep.* Quia ego túum patrem faciám perenticídam.
*St.* Quid istúc est verbi? *Ep.* Níl moror vetera ét volgata vérba.
Perátim ductitáte; at ego follítim ductitábo. 15
Nam léno omne argentum ábstulit pro fidicina (ego resólvi;

praeter tres, qui hábeant *muricide*, quod vulg. cum V. C. et Pall., et Festus: *murricidum*, *ignavum*, *stultum*. *Plautus*, *murricide homo*, *ignave*, *iners*. Cf. Augustinus de Civ. Dei lib. IV. *Vocaverunt deam Agenoriam*, *quae ad agendum excitaret; deam Stimulam*, *quae ad agendum ultra modum stimularet; Deam Murciam*, *quae praeter modum non moveret*, *ac faceret hominem*, *ut ait Pomponius*, *murcidum*, *i. e. nimis desidiosum et inactuosum*. Valere iussa igitur Rostii coniectura: *muricida*, l. e. τοιχωρύχε, quam recepit Bothius, veterum Lambinique lectionem praeferendam duxi.

18. Creticus est versus.

*Act. III. Sc. II.* Prodit domo a Periphane Epidicus cum crumena, remque a se gestam exponit Stratippocli, eique tradit crumenam, in forumque abit.

1. Loquitur quasi ad Periphanem intus. Vett. *officium iam.*

2. *Per hanc curam*, l. e. Hanc quidem quod attinet curam. Sic supra III, 4. *Per illam copiam.* — *hoc* sc. argentum.

3. Hunc et sequentem versum spurios iudico tum ob res, tum constructionem, tum metrum. Pro *Ne quid* vulg. *Ni quid*, vett. *Nisi quid*. Emendavit Acidalius. — V. 4. vett. omittunt *tu*. — Pro inepto illo: *Hoc oppido politum est* Acid. malit: *hoc hostium potitum est.*

5. Bothius *ut* inserit ante *dedistis*, ob seq. vs.

7. *auspicio*, l. e. auspicato, ut solebat in bellis fieri, ne interciperetur commeatus.

9. *Quid hic ag.* Sic vulg. — Vett. *Quid agitis?* neque legitur *hic* in Helmst.

10. Vett. *superfit.* Vulg. *supersit.*

12. *flocci facio tergum.* Sic vett. — Vulg. *tergum floccifacio* cum V. C. et Pall.

13. *Nam quid ita?* i. e. Quidnam ita? Nondum enim scit, a patre ablatum esse per fraudem. — *perenticidam* a *pera*, ad similitudinem v. *parenticidam*, parenomasia, quia ille toties suam peram exhauriat, circumventus ab Epidico.

14. *Quid istuc est verbi?* Eadem leguntur Curc. I, 1, 31.

15. *ductitate.* Sic vett. — Vulg. cum edd. *ductare.* Both. *ductare: ast ego.* Lamb. *Peratum ductitate* — *follutum.*

nibus dinumerávi), pater suam nátam quam esse crédit.
erum ut fallatúr pater, tibique aúxilium adparétur,
ita ego suasí seni atque hanc hábui oratiónem,
quom redísses, ne tibi éius copia ésset. 20
ge, eúge! *Ep.* Ea iam domi ést pro illa. *St.* Téneo.
*Ep.* Nunc auctórem
ıihi ad hanc rem Apoéciden (is ápud forum manét me),
quí emeret. *St.* Cavet haúd male! *Ep.* Iam ípse cautor
cáptust;]
meo collo túus pater crumínam collocávit.
nat, adveniéns domi extemplo út maritus fías. 25
ó persuadebít modo: si illám, quae adducta est mécum,
démsit Orcus. *Ep.* Núnc ego hanc astútiam institívi:
ım ad lenoném domum egomet sólus; eum ego docébo,
ád eum adveniant, út sibi datum ésse argentum dícat
icina; argentí minas se habére quinquagínta: 30
égo quas nudiustértius meis mánibus denumerávi
á tua amica, quám pater suam filiam esse rétur.
o sceleratúm caput suum imprúdens alligábit,
ɔro ílla argentum accéperit, quae técum adducta núnc est.
ɔrsútior es, quám rota figuláris. *Ep.* Iam ego parábo 35
n dolosam fídicinam, numó conducta quaé sit,
e émtam simulet, quaé senes duo dócta ludificétur;
úcet simul Apoécides ad tuúm patrem. *St.* Ut paráte!
m praémeditatam méis dolis, astútiisque onústam,
. Sed nimis longúm loquor: diu me éstis demoráti. 40
cítis iam ut futúra sint: abeó. *St.* Bene ambuláto.
mis dóctus ille est ád malefaciéndum. *St.* Me quidem cérto
it consiliís suis. *Ch.* Abeámus intro hinc ád me.

ı scribit se in omnibus scriptum
ı codd., non *peratim*, *follitim*.
ı autem absque omni dubio l. e.
ɔ. Sic Most. 3, 2, 26. *reperi*,
*em ducerem*. Capt. 3, 4, 109.
*ut lubitum est*, *ductavit dolis*.
2, 8. *Hic senex est ductus, quoi*
*ata sunt*, ubi perperam recen-
ɔctus emendarunt.
ɔthius copulam *que* omisit. For-
tlus omittendum *pater*. Ceterum
saepe valde correptim profertur
o. Copulam non omiserim.
ılg. *Inveni viam*. Vett. cum V.
ıll. *Inveniam*, ortum ex prae-
uod praecedit.
ıfficile est iudicium de hoc et
versu ordinandis. Nam Vulg.
habet: *Uti*, *quum redisses* —
*St. Kuge*, *euge*. *Ep. ea iam*
*t pro illa*. *St. T. etc.* Vett.
*quum r.* Eam l. ego praefero,
ommodum alt metro *redisses*.
Pro *auctorem* al. *actorem*, al.
*cautorem* maluere. Cf. Curc. 4, 2, 12.

23. Vett. *Quasi quae amaret*, *caveat*. *St. haud male*. Vulg. *Quasi quoi emeret*, *caveat*. *St. haud male*. Lamb. ex cdd. *Quasique amaret*, *caveat*. Quam tamen sensu carere ipse profitetur, praefertque vulgatam. Ego totum versum spurium iudico. Constitui tamen ita, ut aliquis certe sensus inde evaderet. Ceterum dictio *cautor captus* mutuata est a seriore ex alio loco, Capt. II, 2, 6. Denique incommodum metro *Iam ipse*. Atque repetitum *ipse* versu seq. hunc ipsum arguit.

27. Vulg. *institui*. — Vett. *astutiam hanc institui*.

28. *eum*, ut saepe, prorsus elidendum.

31. *Quippe ego quas*. Sic vett. — Vulg. *Qu. ego qui*.

35. *Vorsutior* in fine producendum. Cf. indicem s. v. *or terminatio producta*.

37. *docta*. Sic vett. et vulg. cum Pall. At Both. *docte* cum V. C.

*Sr.* Atque áliquanto lubéntius, quam abs té eum egressus íntus,
Virtúte atque auspicio Épidici cum praéda in castra rédeo. 45

---

## ACTUS III. SCENA III.

*PERIPHANES. APOECIDES. SERVOS.*

*Pe.* Non óris causa módo homines aequóm fuit
Sibi habére speculum, ubi ós contemplaránt suom;
Sed quí perspicere pössent [cor sapiéntiae:
Igitúr perspicere ut pössint] cordis cópiam;
Ubi id inspexissent, cógitarent póstea, 5
Vitam út vixissent ólim in adulescéntia.
Vel quási egomet, qui fílii causa cepéperam
Ego méd excruciare ánimi, quasi quid fílius
Meus déliquisset me érga, aut quasi non plúrimum
Malefácta mea essent sólida in adulescéntia. 10
Profécto delirámus interdúm senes.
Fuit cónducibile hoc meá quidem senténtia.
Sed méus sodalis ít cum praeda Apoécides.
Veníre salvom mércatorem gaúdeo.
Quid fit? *Ap.* Di deaeque te ádiuvant.... *Pe.* Omén placet. 15
*Ap.* Quoi hómini omnes súppetunt res prósperae.
Sed tú hanc intro iúbeas abduci. *Pe.* Heús, foras
Exíte huc aliquis! — Dúce istam intro múliérem!
Atque aúdin'? *Se.* Quid vis? *Pe.* Cáve siris cum fília
Mea cópulari hanc, néque conspicere! Iám tenes? 20
In aédiculam istanc seórsum concludí volo:
Divórtunt mores vírgini longe ác lupae.
*Ap.* Docte ét sapienter dícis: non nimís potest
Pudícitiam quisquam súae servare filiae.
Edepól nae istanc témpori gnató tuo 25
Sumus praémercati. *Pe.* Quíd iam? *Ap.* Quia dixít mihi

44. Vulg. et vett. *aliquando*. Nostr. Lamb. et B. — *intus* hic signat motum ex loco, ut sit i. q. ἔνδοθεν. Sic et Cas. 5, 1, 1. II, 5, 43. Amph. 2, 2, 147. Cist. 3, 8.

*Act. III. Sc. III.* Prodit Periphanes. Reminiscitur iuventutis suae, suorumque male factorum. Advenit Apoecides cum fidicina suppositicia, quam statim iubet introduci Periphanes. Narrat Apoecides audisse se, adesse iam Stratippoclem. Igitur laudant factum Epidici. Abit ad forum Apoecides. Advenit miles.

3. Quae inclusi, spuria esse patet. Quid enim est *cor sapientiae?*

7. Vulg. et vett. *qui dum*. Both. *quidem*.

8. In vett. deest *Ego*.

9. Vett. et vulg. *med erga*.

12. Sic vett. — Vulg. *quidem* mea. — Quid autem conducibile fuit? Certe nos, senes delirare. Ergo apparet, inceptum esse versum hic loci, eumque aut supra collocandum (quamquam vix idoneum inveneris locum), aut includendum.

16. *homini*. Sic vett. et V. C. Pall. que: *cum homini*. — Vulg. *cui omini*.

17. Sic vulg. — Vett. *Sed tu hanc intro abduci iube. Pe. heus foras* ** lacunae signo addito.

19. Vett. *Cave sis*.

22. *virgini*, dat. pro genitivo. Cuius usus longam exemplorum seriem vide in Indice s. v. *dativus loco genitivi*.

24. Nulla hic auctoritate transpositionem fecit Bothius. *Pudicitiam* quatuor syllabis legendum, quasi *Puditiam*, ut Amph. 3, 2, 49. Cist. 1, 1, 89. ubi vide notas.

mdúdum se alius túum vidisse hic filium.
'E. Hanc édepol rem apparábat. *AP.* Plane hercle hóc quidem est.
ae tú habes servom gráphicum et quantivís preti!
'E. Non cárust auro cóntra! *AP.* Ut ille fidicinam 30
ecít nescire prórsus, se esse emtám tibi:
a rídibundam atque hílaram huc adduxít simul.
'E. Mirum, hóc qui potuit fíeri. *AP.* Te pro filio
actúrum dixit rem ésse divinám domi,
uia Thébis salvos rédierit. *PE.* Recte ínstitit. 35
'P. Imo ípsus illi díxit, conductam ésse eam,
uae hic ádministraret ád rem divinám tibi.
'actúrum hoc dixit, rem ésse divinam tíbi domi.]
go íllic me autem síc adsimulabám, quasi
tolidúm; quum bardum mé faciebam. *PE.* Imo íta decet. 40
'P. Res mágna amici ápud forum agitur; eí volo
e ádvocatus. *PE.* Íto, atque, ubi erit ótium,
evórtere ad me extémplo. *AP.* Continuo híc ero.
'E. Nihil hómini amico est ópportuno amícius:
ine túo labore, quód velis, actúm est tamen. 45
go si ádlegassem áliquem ad hoc negótium
linus hóminem doctum, mínusque ad hanc rem cállidum,
s súblitum esset; ítaque me albis déntibus
leus dérideret filius meritíssumo.
ed híc quis est, quem huc ádvenientem cónspicor, 50
uám qui undantem chlámydem quassandó facit?

---

27. *Iamdudum* est: *brevi ante, modo,* ullo ante; neutiquam *schon lange.* Cf. as. 2, 6, 62. Amph. 2, 2, 12. II, 1, 1. II, 2, 38. 68. III, 1, 35. III, 3, . Cist. 4, 2, 45. *alius* l. e. q. quidam.

30. *auro contra.* Cf. Curc. I, 3, 45. e integra dictione v. Pers. 4, 4, 117. *'on edepol minis trecentis cara est.* et seud. 2, 3, 22. *aurichalco contra non arum fuit Meum mendacium.* Sensus: on nimis care emerem, si auro eme- m seu expenderim in bilance. *Carus* nim hic l. e. q. nimium carus. Sic enec. Epist. 94. §. 28. *Quod non opus st, asse carum est.*

33. Vett. *Mirum hoc, quod pot. fieri,* um V. C.

35. *Recte institit,* sc. viam. Lambi- us malit *rectam.* Cf. As. I, 1, 40. 'ist. 4, 2, 10.

37. Et vulg. et vett. *administraret.* lothius *administret.* Sed istud fortasse erreptim legendum, ut multa in Plauto.

38. Sic vulg. — Vett. *Facturum di- it, rem esse divinam domi.* Bothius am Acidalio elecit. Quidam codd. plane non habent hunc versum, uti nec praecedentes duos (36, 37.) nec v. 35 aliqui. V. C. *rem divinam tibi facturum hoc dixit rem esse divinam tibi domi.*

40. *cum bardum me faciebam.* Descendit vox a βραδὺς, teste Festo. Both. *tum bard.* etc. Sed nihil levatur tautologia.

42. Vulg. *At, quaeso, ubi erit otium.* Vett. melius: *Ito, atque, ubi e. o.*

48. Pro *albis* vett. *falcatis.*

50. Ante hunc versum in vulg. et vett. leguntur quatuor versus, qui apud nos collocati sunt scena sequenti post versum 19. Transponendos esse iam vidit Acidalius.

51. Profert Nonius hunc versum in voce *quassare,* ubi int. movere. Imo vero est: vehementer movere, crebro movere. Etenim quassare in Plauto plerumque dicuntur, qui ira aut aliquo vehementiori affectu commoventur, qui aegre aliquid ferunt. Sic Asin. 2, 3, 23. et Bacch. 2, 3, 71. Trin. 2, 45. Quassant autem caput.

## ACTUS III. SCENA IV.

*MILES. PERIPHANES. FIDICINA.*

*Mi.* Cave praéterbitas úllas aedes, quín roges,
Senéx ubi habitat Périphanes Plothénius.
Incértus tuum cave ád me retuleris pedem.
*Pe.* Adulescens, si istunc hóminem, quem tu quaéritas,
Tibi cómmonstrasso, ecquam ábs te inibo grátiam? 5
*Mi.* Virtúte belli armátus promerui, út mihi
Omnés mortales déceat agere grátias.
*Pe.* Non réperisti, adulescens, tranquillúm locum,
Ubi túas virtutes éxplices, ut póstulas:
Nam strénuiori déterior si praédicat 10
Suas púgnas, de illius óre fluunt sórdidae.
Sed istúm, quem quaeris, Périphanem Plothénium,
Ego súm, si quid vis. *Mi.* Némpe quem in adulescéntia
Memoránt apud reges ármis, arte duéllica,
Divítias magnas índeptum? *Pe.* Imo si audias 15
Meas púgnas, fugias mánibus demissís domum.
*Mi.* Pol egó magis unum quaéro, meas quoi praédicem,
Quam illúm, qui memoret súas mihi. *Pe.* Hic non ést locus.
Quin tu álium quaeras, quói centones fárcias.
— Atque haéc stultitia est, me fili vitio vórtere, 20
Egomét quod factitávi in adulescéntia,
Quom militabam: púgnis memorandís meis
Erádicabam hominum súris, quando occéperam. —
*Mi.* Animum ádvorte, ut, quod ego ád te venio, intéllegas.
Meam amícam audivi te ésse mercatum. *Pe.* Áttatae, 25
Nunc démum scio ego hunc, quí sit: quem dudum Épidicus
Mihi praédicavit mílitem. Adulescéns, ita est,

*Act. III. Sc. IV.* Accedit miles, praeeunte puero, quaerens Periphanem, ut ab eo emat fidicinam. Igitur foras eam Periphanes vocat. Non agnoscit miles, et senem deceptum asserens abit. Igitur examinat fidicinam Periphanes, quae se neutiquam emtam esse ait, sed liberam. Abigit eam statim a se senex, deque Epidico suaque ipsius stultitia conqueritur.

2. Et vett. et vulg. *Platenius*. Both. ex Petito: *Plothenius*, a gr. Πλωθεινὺς ex tribu Aegeide.

6. *Virtute belli armatus*, i. e. Bellica mea virtute, armatusque merui, ut etc.

8. *tranquillum*, i. e. aptum, idoneum.

9. *ut postulas*, ut optas, exspectas, vis. Amph. 2, 2, 166. As. 3, 1, 4. Cas. 1, 1, 1. 39, 53.

12. *istum*, i. e. q. iste, per attractionem centies obviam in Plauto.

13. Bothius *quem* ab initio vs. seq. collocat. At *Nempe*, ut saepius, monosyllabum. Sic Trin. 2, 2, 49 (47).

17. *unum* abundat, ut aliquande in Plauto.

19. *quoi centones sarcias*. Sic Both. cum Gronovio et aliis. — At vulg. et vett. *farcias*, V. C. que: *fortias*. Centones sarcire est suere, consuere centones, ut inde fiat pallium; uti versus ille Lucilii habet: *sarcinatorem esse summum, suere centonem optime*. Hinc alii h. l. explicant: facinora sua particulatim recitare, alii: mendacia cumulare. Me, ut vulgatam revocarem, movit sensus literarum ss, quas male sic alteram a fine, alteram ab initio verbi collocasset poëta. Centones autem farcire esse duce nostrum: *Einem die Hucke voll lügen*. Ceterum est ἅπαξ λεγόμενον.

20. Transpositi huc sunt hi quatuor versus ex fine praecedentis scenae. Vulg. et vett. *Atque*. Both. e coni. *Atqui*.

27. *adulescens* sane hic potest proprio sensu accipi; potest tamen et hic, ut et alibi, esse i. q. *amice*. Vide indicem v. *adolescens*.

Ut dícis: emi. *Mi.* Vólo te verbis paúculis,
Si tíbi molestum nón est. *Pe.* Non edepól scio,
Moléstum, an non, est, nísi si dicis, quíd velis. 30
*Mi.* Mi íllam út tramittas, árgentum accipiás, [volo].
*Pe.* Habeás. *Mi.* Nam quid ego apúd te parcam próloqui?
Ego íllam hodie volo fácere libertám meam,
Mihi cóncubina quaé sit. *Pe.* Te absolvám brevi.
Argénti quinquagínta mi illa emta ést minis; 35
Si séxaginta míhi denumerantúr minae,
Tuas póssidebit múlier faxo férias;
Atque íta profecto, ut eam éx hoc exonerés agro.
*Mi.* Estne émta mi haec? *Pe.* His légibus habeás licet.
Conciliavisti púlcre. Heus foras edúcite, 40
Quam intróduxistis, fídicinam! Atque etiám fides,
Ei quae áccessere, tibi áddam dono grátiis.
Age, áccipe hanc sis. *Mi.* Quaé te intemperiaé tenent?
Quas tú mihi tenebras cúdis? Quin tu fídicinam
Prodúci intus iúbes? *Pe.* Haec ergo est fídicina. 45
Hic ália nulla est. *Mi.* Nón mihi nugarí potes.
Quin tu húc producis fídicinam Acropolístidem?
*Pe.* Haec, ínquam, est. *Mi.* Non haec, ínquam, est. Non novísse me
Meam rére amicam pósse? *Pe.* Hanc, inquam, fílius
Meus déperibat fídicinam. *Mi.* Haec non ést ea. 50
*Pe.* Quid? nón est? *Mi.* Non est. *Pe.* Únde haec igitur géntium est?
Equidem hércle argentum pro hác dedi. *Mi.* Stulté datum
Reor ét peccatum lárgiter. *Pe.* Imo haéc ea est:
Nam sérvom misi, quí sectariér solet
Meum gnátum: ipse hanc in eo árticulo emit fídicinam. 55

30. Vulg. *Molestum non est, nisi dicis quid velis.* Vett. *Molestum non est mihi, si dicis quid velis.* Optime Bothius ad vulgatum addidit *an*, et *si* post *nisi*.

31. Vett. *Mihi illanc ut tramittas, atque argentum accipias.* Vulg. *illam ut*, omisso *atque*. V. C. *Mihi illam tramittas.* Addendum puto *volo*.

32. *Nam quid*, i. e. Quidnam?

36. Vett. *Sexaginta mihi si d. m.*

37. *ferias*, ut tecum possit feriari, in otio degere. Both. *Tuas pol sedebit*, ut Capt. 3, 1, 8. *residere esuriales ferias.* De feriis militum cf. Mil. I, 1, 7. II, 2, 62.

38. *exoneres*, educas statim ex terra nostra. Est autem hypallage, pro: ut exoneres ea agrum.

39. Stipulatio. — Vulg. et vett. *istis egibus.* Bothius: *Estne emta haec mi istis legibus? Pe. Habeas licet.* Sed cf. Capt. I, 2, 70. Deinde ad formulam *his legibus* conferto Aul. II, 1, 37.

40. Et vulg. et vett. verba: *Conciliavisti pulcre* militi tribuunt; rectius Periphani Bothius. Atque *conciliare* i. e. q. emere, emtione nancisci. Cf. Capt. I, 2, 59. Pers. 4, 3, 77.

44. *Quas tu mihi tenebras cudis?* Sic vulg. et V. C. prima manu; sensusque: quas mihi ludificationes facis? — Vett. cum Pall. et cum V. C. ex rasura *trudis*, uti et Bothius, quod Lambinus expl. Quam tu mihi ignotam mulierem obtrudis?

45. *intus* hic quoque est: ἔνδοθεν, ut 3, 2, 44.

53. *Reor et p.* Sic vett. cum V. C. et Pall. — Vulg. *Reor atque p.*

54. Hic et seqq. versus quomodo ordinari debeant, vett. praebent, quae hunc plane habent, uti dedimus. Vulg. *sectari.* V. C. et post *servum misi*, et post *emit* habet lacunam.

55. Vett. *meo articulo*, quae plane desunt in Pall. et vulg. Articulus est temporis momentum; cf. Men I, 2, 31. *commoditatis omnes articulos scio*, coll. vs. praec. — *in eo* autem i. e. q. *in hoc*.

*Mi.* Hem, istíc homo te articulátim concidít, senex,
Tuos sérvus. *Pe.* Quid? concídit? *Mi.* Sic suspício est:
Nam pró fidicina illác haec supposita ést tibi.
Senéx, tibi os est súblitum plane ét probe.
Ego illám requiram iam, úbiubi est. Bellatór, vale. 60
*Pe.* Euge, eúge, Epidice! frúgi es! bene pugnásti! homo es!
Qui me émunxisti múcidum, minumí preti! —
Mercátus te hodie est dé lenone Apoécides?
Ehodum! *Fi.* Égo istunc hominem núnquam audivi ante húnc diem,
Neque mé quidem emere quísquam ulla pecúnia 65
Potuít: plus iam sum líbera quinquénnium.
*Pe.* Quid tíbi negoti est méae domi igitur? *Fi.* Aúdies:
Condúcta veni, ut fidibus cantarém seni,
Dum rém divinam fáceret. *Pe.* Fateor, me ómnium
Hominum ésse Athenis Átticis minimí preti. 70
Sed tú novistin' fidiciuam Acropolístidem?
*Fi.* Tam fácile, quam me. *Pe.* Ubi hábitat? *Fi.* Postquam líbera est,
Incérto scio. *Pe.* Eho, quís eam liberáverit,
Volo scíre, si scis. *Fi.* Íd quod audivi, aúdies:
Stratíppoclem audiví, Periphani filium, 75
Abséntem curavísse ut fieret libera.
*Pe.* Perii hércle, si istaec véra sunt, planíssume!
Meum exénteravit Épidicus marsúpium!
*Fi.* Haec síc audivi. Númquid me vis céterum?
*Pe.* Maló cruciatu ut péreas, atque abeás cito! 80
*Fi.* Fidés non reddis? *Pe.* Néque fides, neque tíbias.
Propera ígitur fugere hinc, sí te di amant! *Fi.* Ábiero.
Flagítio cum maióre post reddés tamen.
*Pe.* Quid núnc? qui in tantis pósitus sum senténtiis,
Eumne égo sinam impúne? Imo, etiamsi álterum 85
Tantúm perdundum est, pérdam potius, quám sinam

58. Sic vett. — In vulg. deest *illac*. Bothius transposuit: *Nam fidicina pro illac*.

61. Sic vett. — Vulg. uti V. C. et Pall. *Euge, frugi Epidice, frugi es: pugnasti. homo es.* Fecerim: *Euge, euge, Epidice, bene pugnasti, frugi homo es.*

64. Verbum *Ehodum* libri omnes tribuunt fidicinae, Lambinus et cum eo Vulg. et Bothius Periphani. Utrum rectius, difficile iudicatu. Ceterum *Eho* ut inclamantis interiectio occurrit et v. 73, et alibi, ut v. c. Bacch. 4, 6, 5. *Ego* om. B.

66. Vett. *Potuit, quae pl. i.* etc. Vulg. omisso *quae*, quod et ignorant codices. — Hic autem luculentum exemplum productae *a* ante *qu*.

73. Ante *incerto* vulg. et vett. *ubi habitet dum.* — *Eho quis eam l.* Sic plane vett. — Vulg. inepte: *Eho, ain! quis e. l.*

75. Et ex hoc versu, et ex aliis locis, si sequaris lectionem veterum, coniici posse videtur, nomen Stratippoclis aliquibus in locis pronunciatum esse, tamquam epitritum quartum. Quod si hic praeferas, leg. *Periphanai*, sic: *Stratippoclem audivi, Périphanai filium.*

84. *Flagitio cum maiore*, malere cum dedecore, cum convicils ante aedes exagitaberis, seu, uti est Aul. 3, 2, 32. *pipulo differére*, quod licebat ex lege XII. tabb. iis, quibus facta erat iniuria, nullis testibus. Id quod appellabatur vagulatio. V. Festus s. v. portus.

85. *in tantis sententiis*, tantis damnis multatus, tamquam in iudiciis damnatus.

86. *sinam* lege: *sinamd.*

Me impúne irrisum esse hábitum, depeculátum eis.
Sic míhi data esse vérba praesentí palam,
Ac mé minoris fáctum prae illo, qui ómnium
Legum átque iurium fíctor, conditór cluet! 90
Is étiam sese sápere memorat! Málleum
Sapiéntiorem scílicet esse manúbrio.

## ACTUS IV. SCENA I.

*PHILIPPA. PERIPHANES.*

PH. Sí quid est homini míseriarum, quó miserescat míser ex animo,
Ed ego expérior, quoi múlta in unúm locum
Cónfluunt, quaé meum péctus pulsánt simul.
Múltiplex méd habet aérumna exércitam;]
Paupértas, pavór, territát mentem ánimi; 5
Neque, úbi meas spes cóllocem, habeo úsquam munitúm locum:
Ita gnáta mea hostium ést potita, néque ea nunc ubi sít, scio.
PE. Quís illaec est muliér, timido
Péctore peregre ádveniens,
Quae ípsa se miserátur? 10
PH. In hís dictust locís mihi habere Périphanes.
PE. Me nóminat haec: crédo ego, illi hospítio usus évenit.
PH. Pérvelim mercédem dare, qui mónstret eum mi hominem, aút, ubi habitet.
PE. Nóscito ego hanc: nám videor, nescío ubi, me vidísse prius.

87. Vett. *depecuatum eis*. Nostr. vulg. et V. C. et Pall. Ceterum versus videtur spurius, et finienda periodus in v. *nam*.

88. *mihi*, quod habent vett., deest in vulg.

89. Vett. *factum*. Vulg. *facio*. — *qui omnium* etc. ironice addit haec, ex 1, 2, 109.

92. Malus legit in palimpsesto: *Sapientiorem vidi excusso manubrio*, quod re sensu nec metro congruit. Vulgata: *sapientiorem* *** *manubrio*. Vett. *Sapientior est ut malo haerens* *** *manubrio, mulier*, quod postremum verbum personae nomen est e seq. scena. Lambinus in uno codice legit: *Sapientiorem scilicet esse manubrio*, perbona sententia. Nam in manubrio ratio inest, quare recte habeatur malleus. Sic Aul. 3, 4, 12. *Exemi e manu manubrium*. Verbum *sese*, ut saepissime, monosyllabum, post *et* omitti.

*Act. IV. Sc. I.* Advenit Philippa, maerens Periphanem. Agnoscit eam sexu, filiamque, quam retur, educi iubet.

1. *quo miserescat*. Sic vett. — Vulg. *sed m.* — In fine vett. et vulg. addunt *est*, inepte. Nam totus versus protasin facit. Ceterum ab initio totius scenae usque ad v. 23 sane haud pauca videntur esse turbata. In constructione tamen illud tenendum est, mulierem esse, quae loquatur.

4. Hunc vs. spurium arbitror. Vulg. cum V. C. et Pall. *Multiplex aerumna me exercitam habet*. Vett. omittunt *me*.

5. *mentem animi*. Similiter Cist. 2, 1, 7. et Catullus: *Mens animi tantis fluctuat ipsa malis*. Lucretius libro IV. *Mens animi vigilat*.

6. Vulg. et vett. *collocem spes*.

7. Sic vett. — Vulg. *nescio*, quod Bothius retinuit, omisso *ea* cum cdd. Guelf. et Monac. Quodsi vulg. praetuleris, *neque* legito n', et duplicem negationem existimato pro simplici positam; cf. Bacch. 4, 8, 114. Men. 2, 3, 25. Pers. 4, 3, 74.

8. *Quis*, foeminine, ut Aul. 2, 1, 16. Cist. 2, 3, 66. Mil. 4, 1, 22. V. et infra V, 1, 14.

11. Vulg. *locis habere mihi*. Vett. *locis habitare mihi*. Transposui.

14. *me vidisse prius*. Sic vett. et vulg. atque *vidisse* duabas syllabis enun-

Éstne ea, ín nen est, quam ánimus retár meum? 15
*Pn.* Di boni, hunc visitavi ántidíhac! *Pz.* Cérte ea est,
Quam in Épidauro paupérculam meminí comprimere ... *Pn.* Plúsc hic
Ille ést, qui mihi in Épidauro primús pudicitiam pépulit.
*Pz.* Quae meó compressu péperit filiam, quám domi nunc hábeo.
*Pn.* Quid, si adeam.... *Pz.* Haúd scio, an cóngrediar. Si haéc ea est.... 20
*Pn.* Sín est is homo, ácut anni múlti me dubiám dedunt...
*Pz.* Lónga dies meum incértat animum. Sín ea est, quam incerto aétumo: hanc
Cóngrediar aetá. *Pn.* Muliebris málitia adhibenda ést mihi.
*Pz.* Cómpellabo. *Pn.* Orátionis ácies contra cónferam.
*Pz.* Sálva sis. *Pn.* Salútem accipio mi ét meis. *Pz.* Quid céterum? 25
*Pn.* Sálves sis: quod crédidisti, réddo. *Pz.* Haud accusó fidem.
Nóvin' ego te? *Pn.* Si égo te novi, ánimum inducam, ut nóveris.
*Pz.* Úbi te visitávi? *Pn.* Inique iniúrius's. *Pz.* Quid iám? *Pn.* Quia
Túae memoriae intérpretari me aéquom censes. *Pz.* Cómmode
Fábulata es. *Pn.* Míra memoras, Périphane. *Pz.* Hém, istuc réctius! 30
Méministin', Philíppa, .... *Pn.* Memini id. *Pz.* In Epidauro.... *Pn.* Ah, gúttula
Péctus ardens mi ádspersisti. *Pz.* vírgini paupérculae
Tuaéque matri mé levare paúpertatem? *Pn.* Tún' is es,

clandum, ut saepius infinitivi. Cf. I, 1, 73. I, 2, 25. II, 2, 45. 62. Curc. 4, 1, 9.

16. *hunc* non legitur in vett. et vulg. Recepit Bothius.

18. *pudicitiam.* Lege ac pronuntia, tamquam si scriptum sit *puditiam.* V. III, 3, 24. Cist. 1, 1, 89. Am. 3, 2, 49. Pro *pepulit* Lamb. malit *percalit.* Sed illud omnes libri.

19. *filiam* elisa media *i* legendum, uti saepissime. V. Indic. v. *filius.* Et cf. IV, 2, 20.

21. Vulg. et vett. *dant.*

23. Vulg. et vett. *adhibenda mihi malitia nunc est.*

24. Ab hoc demum versu rectior prosodia constare incipit.

25. Vett. *Heus tu: salva sis. — mihi et meis*, quasi gratulabunda sibi, quod se alloquatur is, a quo sua suorumque salus unice pendeat. — *Quid ceterum?* Quid porro? quid est, quod hic quaeris? Perge eloqui, quid velis.

26. *Quod credidisti*, sc. salutem. *haud accuso fidem*, ut quae maxime in reddendo credito cernatur. Metaphora est ab argentariis desumta. Ceterum omnes *accuso*, nemo *incuso*, quod fecit Iacobus Lubecensis, recentissimus editor Epidici; calus ego mutationes, quia maximam partem admitti nequeunt, commemorare supersedi.

27. *Si ego te* etc. Si tu is es, quem ego opinor, crediderim, te quoque me novisse.

29. *Commode fabulata es*, facete locuta es; videlicet quoniam eleganter interpretata illud: *inique iniurius* es.

30. *Mira memoras*, sc. quod ais, me commode fabulatam esse, ut mulierem. Vos enim soletis negare nos commode fabulari posse. — *Periphane.* Addidit vocativum Bothius. In vulg. enim et vett. deest nomen, eilsum personae nomine, quod sequitur. — *Hem istuc rectius.* Bene facis, quod nomen meum eloqueris. Hoc est quod volui, hoc laude. De v. *rectius* cf. Men. 2, 3, 35. 36.

31. Bothius: *Meministine? ... Pn. Meminerim? quid?* Vulg. et vett. *Meministin'? Mv. Memini id.* Sed mirer, Bothium, quum addiderit supra Periphanis nomen, non vidisse, hic addendum esse Philippae, quum id requirat parallelismus per omnem hunc locum servatus. Lege igitur: *Meministin', Philippa? Pn. Memini id.*

Quí per voluptatém tuam in me aerúmnam obsevistí gravem?
*PE.* Égo sum. Salve. *PH.* Sálva sum, quia te ésse salvom séntio. 35
*PE.* Cédo manum! *PH.* Accipe! Aérumnosam et míseriarum cómpotem
Múlierem retinés. *PE.* Quid est, quod vóltus conturbát tuos?
*PH.* Fíliam, quam ex té suscepi .... *PE.* Quíd eam? *PH.* Eductam pérdidi:
Hóstium est potíta. *PE.* Habe animum lénem et tranquillúm, face:
Dómi meae eccam sálvam et sanam. Nám postquam audivi íllico 40
Éx meo servo, illam ésse captam, cóntinuo argentúm dedi,
Út emeretur; ílle eam rem adeo sóbrie et frugáliter
Áccuravit, út alias res ést impense — ímprobus.
*PH.* Fác videam, sit, [nécne?] *PE.* Eho tu, Cánthara, statím iube
Ácropolistidém prodire fíliam ante aedís meam: 45
Út suam videat mátrem. *PH.* Remigrat ánimus nunc demúm mihi.

---

## ACTUS IV. SCENA II.

*FIDICINA. PERIPHANES. PHILIPPA.*

*FI.* Quíd est, pater, quod me éxcivisti ante aédis? *PE.* Ut matrém tuam
Vídeas, adeas, ádvenienti dés salutem atque ósculum.
*FI.* Quám meam matrem? *PE.* Quae éxanimata exséquitur adspectúm tuom.
*PH.* Quís istaec est, quam tu ósculum mihi férre iubes? *PE.* Tua fília.
*PH.* Haéccine? *PE.* Haec. *PH.* Egone ósculum huic dem? *PE.* Cúr non, quae ex te náta sit? 5
*PH.* Tú, homo, insanis. *PE.* Égone? *PH.* Tu nae. *PE.* Cúr? *PH.* Quia ego hanc, quaé siet,

35. *Salve.* Iam supra sese invicem salutaverunt. Verum in ejusmodi agnitionibus repetebatur salutatio; uti fit Curc. V, 2, 57. 58. Poen. V, 3, 44. V, 4, 103.

37. *retines*, tenes, seu potius: sustentas. Cf. Curc. 2, 3, 31. *Retine, retine me, obsecro.* — Vett. *Quid est, quod digitos interturbat tuos?* Vulg. *Quid est, quod voltus te turbat tuos.* Both. *quod voltus conturbat tuos?* Guelf. *Quod digitus conturbat tuos.* V. C. *quod duoltus te turbet tuus.* Pall. 3. *quod digitus te turbat tuus.* Sed illa digitus nullius sensus. Bene Both. ex V. C. et Guelf.

44. Vett. *si me vis vivere.* Vulg. *si me vis.* Dein vett. *Eho Cathara, i, statim iube;* bene. Vulg. omisit *i.* Bothius: *Fac videam, sitne illa. PE. Eho istinc, Canthara, i, statim iube*, ex Helmst. — Codd. *sitne*, al. *sine*, al. *sime.* Verbum *vivere* addiderat Camerarius. Cf. Her. Epist. I, 7, 3. *Si me vivere vis sanum, recteque valentem.* Ego addendum duxi *necne*, saepius in similibus omissum, et in seqq. *tu*, quod item frequens omittitur.

*ACT. IV. SC. II.* Prodit fidicina, quam filiam suam retur Periphanes. Non agnoscit eam Philippa. Illa se lepide excusat, atque introit. Conqueritur Philippa. Senex eam consolatur; spem facit, se filiam inventurum. Epidico minitatur, quem quaesitum abit.

2. Vulg. *venienti.* Vett. *Videas, advenientem des s.* Nostrum Pareus.

3. *exsequitur*, Lambinus: „exquirit atque exoptat adspectum tuum." Vereor an recte. Existimo potius sensum esse: quae stupefacta atque exanimata te adspectat. Exanimata autem ideo, quod videt, non esse filiam suam. De verbo exsequi cf. Men. 2, 1, 20. As. 1, 3, 8.

Néque scio neque nóvi, neque ego hanc óculis vidi ante húnc diem.
*Pe.* Scio, quid erres: quía vestitum atque órnatum immutábilem
Hábet haec mulier. *Ph.* Áliter catuli lónge olent, alitér sues.
Négo eam me novísse, quae sit. *Ps.* Próh deum atque hominúm fidem, 10
Quíd? ego lenocínium facio, quí habeam alienás domi,
Atque argentum exgúrgitem domo prórsum? Quid tu, quaé patrem
Tuóm vocas me atque ósculare? quíd stas stupida? quíd taces?
*Fi.* Quíd loquar vis? *Pe.* Haéc negat se tuam ésse matrem.
*Fi.* Né fuat,
Sí nevolt: equidem hác invita támen ero matris fília. 15
Nón med istanc cógere aequom est meam ésse matrem, sí nevolt.
*Pe.* Cúr me igitur patrém vocabas? *Fi.* Túa istaec culpa est, nón mea:
Nón patrem ego te nóminem, ubi tu túam me appelles fíliam?
Hánc quoque etiam, sí me appellet filiam, matrém vocem.
Négat haec, filiam mé suam esse? nón ergo haec matér mea est. 20
Póstremo haec mea cúlpa non est: quaé didici, dixi ómnia.
Épidicus mihi fúit magister. *Pe.* Périi, plaustrum pérculi!
*Fi.* Númquid ego ibi peccávi? *Pe.* Si hercle te únquam audiveró patrem
Mé vocare: vítam tuam ego intérimam, pessuma! *Fi.* Nón voco.
Úbi voles pater ésse, ibi esto; ubi nóles, ne fuerís pater. 25
*Ph.* Quíd? ob eam rem hánc emisti, quía tuam gnatám ratus?
Quíbus de signis ágnoscebas? *Pe.* Núllis. *Ph.* Quare filiam
Crédidisti nóstram? *Pe.* Servos Épidicus dixít mihi.

Capt. 2, 1, 1. Pseud. 4, 2, 38. et supra II, 1, 8. Rud. 1, 5, 4.

6. *tu nae.* Sic Both. ex V. C. et Pall. qui habent *tunc.* Atque loquendi forma: *Egone?* *Tu nae* crebro obvia in comoediis. Cf. Capt. 4, 2, 78. Vulg. *tute*, ut et vett.

8. *immutabilem*, i. e. immutatum, a v. immuto, i. e. mutatum. Adamat Plautus hanc derivatorum adi. in *bilis* terminationem, ut infra v. 36. *exitiabilem.* Sic Bacch. 4, 2, 3. *incredibilis*, *inamabilis.*

9. Bothius post *Habet haec* addit *mulier*, ut quod ellsum fuerit sequente personae nomine. (In vett. enim in his non legitur Ph. sed Mv.) Nam et in vett. et vulg. deest *mulier.*

10. Vett. aperte: *Nego eam me novisse*, uti et Pareus. Vulg. omittit *me.*

11. Et vett. et vulg. et V. C. cum Pall. *alienos.* Both. *alienas*, ex Langg. Vid. indic. v. *alienum amare.*

12. *exgurgitem* vett. — vulg. *egurgitem.* — *prorsum* i. e. q. foras. Cf. Pers. 4, 5, 5. Cist. 4, 2, 32.

14. *ne fuat.* Similem constructionem v. Capt. 2, 2, 81. II, 3, 33. Aul. 2, 2, 61. As. 2, 4, 54. Verba *ne fuat, si nevolt* per se conficiunt periodum, sententiâ tamen una est constructio usque ad v. *filia*, periodo concessiva, ut in omnibus locis supra laudatis. Vulg. *si non vult.*

15. Et vulg. et vett. *tamen ero m. f.* quod per metrum admitti nequit. Legerim *tamen sum.* At Bothius: *tam ero*, pro: *tamen ero*, ἀρχαικῶς, uti aliis quoque in locis fecit. Vereor tamen, an in alio recte.

22. *plaustrum perculi*, i. e. fregi plaustrum meum. Male rem gessi. Proverbium rusticum, ut commemorat Donatus ad Ter. Eun. 2, 3, 88. Item Festus. Libri tamen plerique habent: *austrum perculi*, unde quidam scribere voluere, *haustrum p.*, i. e. hydriam p.

24. v. *pessima* legitur et in vulg. et vett. A codicibus tamen plerisque abest. Legendum autem δισυλλάβως, uti Aul. 4, 9, 9. Truc. 1, 2, 26., nisi in fine versus malis *Haud voco*, quemadmodum sane saepe fieri debet. V. scenae seq. v. 1.

ʒ. Quíd, si servod áliter visum est? nón poteras novisse, óbsecro?
ʒ. Quíd ego, qui illam, ut prímum vidi, núnquam vidi póstea? 30
ʒ. Périi misera! *Pe.* Né fle, mulier: íntro abi: habeto ánimúm bonum:
ʒo illanc reperiam. *Ph.* Hínc Athenis cívis eam emit Átticus.
lulescentem equidém dicebant émisse. *Pe.* Inveniám: tace.
ɔi modo intro, atque hánc adserva Círcam, Solis filiam.
ʒo relictis rébus Epidicum óperam quaerendó dabo. 35
ínvenio, exitiábilem ego illi fáciam hunc ut fiát diem.

---

## ACTUS V. SCENA I.

*STRATIPPOCLES. EPIDICUS. DANISTA. VIRGO.*

ʒ. Mále morigerus mi ést danista, quí de me argentum haúd petit,
ʒque illam adducit, quae émta ex praeda est. Séd eccum incedit Épidicus.
ıíd illuc est, quod ílli caperat fróns severitúdine?
ʒ. Si úndecim deos praéter sese sécum adducat Iúpiter:
ı non ompes éx cruciatu póterunt eximere Épidicum. 5
ʒriphanem emere lóra vidi; áderat una Apoécides:
ınc homines me quaéritare crédo. Senserúnt; sciunt
bi data esse vérba. *St.* Quid agis, méa commoditas? *Ep.* Quód miser.
ʒ. Quíd est tibi? *Ep.* Quin tú mihi adornas ád fugam viáticum,
ʒíusquam pereo? nám per urbem dúo defloccatí senes 10
ıaéritant me; in mánibus gestant cópulas secúncias.

29. *Quid si servo al. v. e.* Obscura ɔe. Lambinus supplet: quam res sit. *non poteras novisse*, nonne tu certibus de signis poteras eam *nosse?* sic ım pronunciandum.

32. Verba *Hinc Athenis — emisse* ɔte et vulg. et vett. tribuunt Philippae, ɔhius eidem Periphani, ideo quod illa hoc vix quidquam compertum habere ıuerit. Qui autem Periphanes potuit ɔire, omtam esse ab alio, qui se ıum emisse ratus? Deinde, in antefentibus nihil occurrit, quod contraıat. Igitur restituenda sunt personarum mina.

34. Vulg. *Circam.* Vett. cum Pal. 1. *rcen.* Circam autem perinde est ac si *ɔeficam* vocasset. Apte addit: *Solis* ıam, utpote de cuius nec patre nec ıtre vere videatur constare.

35. Vulg. *ut fiat diem.* Vett. *ut sciat* ım. Quod ut per sensum possit stare, r metrum non potest, quia syllabam ortet esse longam.

*Act. V. Sc. I.* Prodit a se Stratipcles, exspectans danistam cum virıe. Advenit Epidicus a fore, sibi male timens de senibus. Solatur eum Stratippocles. Et en advenit danista, et argentum accipit. Puellam autem Epidicus agnoscit esse Philippae filiam. Igitur lila fratrem salutat, et ab eo introducitur.

1. *Male morigerus.* Non ex voluntate mihi facit danista, quod non adest et argentum petit. — Vulg. et vett. *qui de me arg. non petit.* Langiani: *quod me a. n. p.* Hinc Bothius: *qui me arg. n. p.* Sed aut iterum *haud* scribendum est, ut saepe et supra v. 24, aut omittendum *qui.*

3. *caperat*, passive: contracta est rugis.

4. *undecim.* Duodecim enim sunt superiores dii: *Iuno*, *Vesta*, *Minerva*, *Ceres*, *Diana*, *Venus*, *Mars*, — *Mercurius*, *Iovis*, *Neptunus*, *Vulcanus*, *Apollo*, uti Ennius fecit.

6. Vulg. *aderat ibi;* Bothius: *ibi aderat.*

10. *defloccati*, detriti, attriti, tamquam vestis floccis destituta. Scaliger int. *calvi.*

11. *copulas secuncias.* Sic vulg. — Vett. *copulas secum*, *subveni.* Lamb.

*Sr.* Hábe bonum animum .... *Ep.* Quíppe ego, quoi libértas in mundó sita est!
*Sr.* Égo te servabo. *Ep.* Édepol me illi mélius, si nacti fuant.
Séd quis est haec muliércula, et illic grávastellus, quí venit?
*Sr.* Híc est danista, haec ílla est autem, quam émi ex praeda.
*Ep.* Haéccine est? 15
*Sr.* Haéc est. Estne, út tibi dixi? Adspécta. *Ep.* Haec? *Sr.* Contempla, Épidice.
Úsque ab unguiculo ád capillum súmmum est festivíssuma!
Éstne? vide! considera! signum píctum pulcre víderis.
[*Ep.* Éx tuis verbis méum futurum córium pulcrum praédicas,
Quém Apelles ac Zeúxis duo pingént pigmentis úlmeis. 20
*Sr.* Di ímmortales, ótio isse admíror. Pedibus pulmoneis
Quí perhibetur, príus venisset, quám tu advenisti mihi.
*Da.* Haéc edepol remoráta med est. *Sr.* Síquidem istius grátia
És remoratus, quód ista voluit, nímium advenisti cito.]
*Da.* Áge, age, absolve me, átque argentum númera, ne comités morer. 25
*Sr.* Pérnumeratum est. *Da.* Téne cruminam: huc índe. *Sr.* Sapientér venis!
Ópperire, dum éffero ad te argéntum. *Da.* Maturá! *Sr.* Domi est.
*Ep.* Sátin' ego oculis útilitatem obtíneo sincere, án parum?
É Philippa mátre natam Thébis, Epidaurí satam,
Vídeon' ego Telestidem te, Périphanaï fíliam? 30

*copulas secum duas.* Both. *copulas secum fera vi.* V. C. *secum siaui.* Per *copulas* int. lora v. 6. Pro *cecuncias* Scaliger malit *secuncias*, Salmasius: *semuncias*, cilicellas. Cf. Cat. de R. R. Ego praetulerim Lambini: *secum duas.*

12. *in mundo sita est*, i. e. parata est. V. Cas. 3, 3, 3. As. 2, 1, 16.

14. *quis* feminine. V. supra ad IV, 1, 8. — *gravastellus.* Sic vulg. cum V. C. et Pall. — Vett. *gravistellus.* Salmasius *gravus* idem esse putat quod *ravus.* Sic *gravaster* pro *ravaster* dici posse. Verbum autem esse ὑποκοριστικόν. In Festi manuscripto fuit: *Gravascellus*, Vossianusque codex habuit *granascellus.* In hoc mihi videtur sapere Gronovius, quod ait, tarditatis significationem forsitan subesse vocabulo, propter versum 21. Festus, qui duobus locis hunc versum adducit, sibi in explicanda voce non constat, modo *ravi coloris*, modo *seniorem* significare adiiciens.

15. *Haeccine est?* Apparet iam ad hoc verbum adgnoscere Epidicum puellam esse Philippae filiam.

16. Vett. *Haec est estne.* Vulg. *Haec estne.*

18. Et vulg. et vett. *Estne? considera signum* cui vett. add. *vide*, quod in vulg. deest. Bothius: *Estne? Conspicare s.* quia quidam codices habent *conspice*, et *considerare* producat syll. *si.* Ego interim praefero vett. et transpono, ratus, in v. *considera* partim atque alibi in *alterum*, *prospere*, *impera*, elidi posse syllabam *er*, aut vocalem *e.* Ceterum et ob sententias et dictionem totum hunc locum a v. 18—24 non a vero poeta profectum, spuriumque esse arbitror. Ineptum enim est, quod ait Ep., vapulaturum se propterea, per quod servatur in sequentibus et propter quod v. 54 asserit se nihili facere senes duos. Deinde illud *pulmoneis pedibus* sensu et metro caret. Denique stultum est, quod ait Str. *nimium advenisti cito.*

26. *inde*, a v. indere. Pro *sap. venis* Acid. malit: *sap. mones.*

27. *domi est.* Ad hoc verbum Stratippocles, accepta ab Danista crumena, introit, ad indendum in eam argentum.

28. Sensus: Anne ego recto videor? Cf. I, 1, 4. *Certe oculis utere.* Nam abl. oculis potest regi ab *utilitatem*, potest vero etiam esse dativus pro genitivo. V. ind. v. Dativus.

29. Vulg. *ac Thebis.* Both. *ab Thebis.* Lamb. *ac Thebis.* At in vett.

*I.* Quís tu homo es, qui méûm parentum nómen memoras ét meum?
*P.* Nón me novistí? *VI.* Quod quidem nunc véniat in mentém mihi.
*P.* Nón meministi, me aúream ad te adférre natalí die
nulam, atque anéllum aureolum in dígitum? *VI.* Memini. Túne is es?
*P.* Égo sum, et istic fráter tuus est, ália matre, unó patre. 35
*P.* Quíd pater meus? vívust? *EP.* Animo líquido et tranquillo és! tace!
*P.* Dí me ex perditá servatam cúpiunt, si vera aútumas.
*P.* Nón habeo ullam occásionem, ut ápud te falsa fábuler.
*P.* Áccipe argentum hóc, danista: hic súnt quadragintá minae.
quid erit dubium, ímmutabo. *DA.* Béne fecisti. Béne vala. 40
*P.* Núnc enim tu mea és. *VI.* Soror quidem édepol, ut tu aequé scias.
lve, frater. *ST.* Sánan' haec est? *EP.* Sána, si appellát suum.
*P.* Quíd? ego modo huic fráter factus, dum íntro eo atque éxeo?
*P.* Quód boni est, id tácitus taceas túte tecum et gaúdeas.
*P.* Pérdidisti et réperisti mé, soror! *EP.* Stultús! tace: 45
bi quidem, quod amés, domi praesto, fidicina, est operá mea; sororem in líbertatem idem ópera concilió mea.
*P.* Épidice, fateór.... *EP.* Abi intro, ac iúbe huic aquam calefíeri.
tera haec postérius faxo scíbis, ubi erit ótium.
*P.* Séquere hac me, mea sóror. *EP.* Ego ad vos Thésprionem iússero 50
ic transire. Séd memento, sí quid saevibúnt senes,
ppetias mihi cúm sorore férre. *ST.* Facile istúc erit.
*P.* Thésprio, exi istác per hortum! adfér domum auxiliúm mihi!
igna res est! — Minóris multo fácio, quam dudúm, senes.

ne *ac* neque *abs* legitur, neque senpostulat.

10. Vett. *Videon' ego Acropolistidem Periphani filiam.* Vulg. cum V. C. Pall. *Thelestidem.* Lamb. *Acropoidem.* Both. *Thelestidem.*

12. *Quod quidem nunc veniat in ntem mihi.* Lambinus: Non te novi, d ego quidem cogitem. *Quod* i. e. q. ad. Cf. Curc. 1, 3, 37. Capt. 3, 4, Aul. 1, 3, 13. As. 4, 1, 12. sqq.

14. *lunulam* de gemma interpretan, alii de fibula lunata.

14. Et vulg. et vett. ad *memini* adit *mi homo*, quod et Bothius, qui ex duos versus fecit. Apparet, unum e oportere.

15. *alia matre, uno patre.* Haud e causa additum esse videtur. Masculum enim inire licebat eodem pa, non autem eadem matre natis.

19. *Accipe etc.* Ad haec verba prodit denuo Stratippocles, ignarusdum, sororem suam esse, quam emerit.

40. *Si quid erit dubium*, sc. de numis, sitne probus aliquis, an improbus.

42. Vett. *Sana, fratrem si appellat suum.*

43. *dum intro eo atque exeo.* Sic vett. et vulg. Lamb. *factus sum, dum etc.* In vulg. et vett. deest *sum.* Idem legitur in Guelf. et Langg. — Bothius transposuit: *Quid? ego modo sum frater factus huic, dum eo intro atque exeo.* Versu sane bono.

44. Vett. *Quid boni est*, cum V. C.

46. Vulg. et vett. *praesto'st fidicina.*

48. *iube huic aquam calefieri*, ut lavet, peregre veniens. Lamb. Cf. Bacch. I, 1, 72. Truc. II, 3, 1.

49. Vett. *quum erit otium.*

51. *saevibunt.* Sic Dousa scribendum duxit. Vulg. et vett. *saeviunt.*

54. Lege: *Magna re' 'st.* — *quam*

**Rémeabo intro, ut áccurentur ádvenientes hóspites. 55**
**Eádem haec intus édocebo, quae ego scio, Stratíppoclem.**
**Nón fugio: domi adésse certum est, néque ille haud obiiciét mihi,**
**Pédibus esse próvocatum. Abeo íntro: nimis longúm loquor.]**

---

## ACTUS V. SCENA II.

*PERIPHANES. APOECIDES. EPIDICUS.*

***Pe.*** **Sátin' illic homo lúdibrio nos vétulos decrepitós duos**
**Hábet?** ***Ap.*** **Imo edepol tú quidem miserum méd habes miseris modis.**
***Pe.*** **Táce modo. Sine me hóminem apisci!** ***Ap.*** **Díco ego tibi iam, út scias:**
**Álium tibi te cómitem melius quaérere: ita, dum té sequor,**
**Lássitudine ínvaserunt mísero in genua flémina. 5**
***Pe.*** **Quót illic hodie méd exemplis lúdificatust átque te!**
**Út illic autem exénteravit míhi opes argentárias!**
***Ap.*** **Ápage illum a me: nam ílle quidem Volcáni irati est fílius:**
**Quáqua tangit, ómne amburit; si ádstes, aestu cálefacit.**
***Ep.*** **Duódecim dis plús, quam in coelo est deórum immortálium, 10**
**Míhi nunc auxilio ádiutores súnt, et mecum mílitant.**
**Quídquid ego maleféci, auxilia mi ét suppetiae súnt domi.**
**'Απολακτίζω inimícos omnes!** ***Pe.*** **Úbi illunc quaeram géntium?**
***Ap.*** **Dúm sine me quaerás, quaeras mea caúsa vel medio ín mari.**
***Ep.*** **Quíd me quaeris? quíd laboras? quíd hunc sollicitas? Écce me! 15**
**Núm te fugi? num áb domo absum? num óculis concessí tuis?**

*dudum*, i. e. quam *paullo ante* faciebam. Cf. Capt. 3, 1, 18. Amph. 2, 2, 12. II, 1, 76. Cist. 4, 2, 45. Cas. 2, 6, 16.

56. *eddem* scil. operâ aut viâ, uti saepe. V. Indic. v. *eadem*.

57. *neque ille haud obi.* Graeco more duae negationes pleonastice pro una. *ille* videtur int. Periphanes. Quasi dicat: non aufugiam, ut Periphanes necesse habeat mecum pedibus inire certamen, quo memet persequatur. — Ceterum, ut dicam, quod sentio, v. 53—58 mihi videntur a vero poeta et a re ipsa alieni. Cur enim Ep. Thesprionem iubet exire *per hortum*, quasi clanculum? Cur autem advocato in sui vicem Thesprione, tamen ipse quoque introit? Ut doceat Stratippoclem? quae dudum scire potest, atque nunc ex ipsa puella discere. Non dubitandum, haec non esse Plauti. Nisi forte lecta fuerint in Graeco exemplari, et a poëta negligenter versa. Sed ego neutiquam existimo, eiusmodi quid Plautum peccavisse. Itaque scenam claudo verbis: *Facile istuc erit.*

*Act. V. Sc. II.* Advenit a foro Periphanes cum Apoecide, iratus Epidico. Is se ipse ei praebet vinciendum. Dein hortatur, introeat et ipse videat, quid gestum sit. Introit igitur Periphanes, moxque redit, libertateque donat Epidicum et bona alia promittit.

1. Vulg. *Satin' ille hic h.* Vett. *Satin' ille homo.*

3. Vulg. *Tace sis modo.* Vett. *Tace si modo.* — Vett. *Dico tibi iam ut sc.*

5. Vett. *Lassitudine me invaserunt miserum in genua flegmina.* Nostr. vulg. ac Festus: „flemina dicuntur, cum ex labore vine sanguis defluit circa tales, et tumorem facit.“ — Sed sine dubio descendit a φλεγμαίνω.

9. Vett. *si propius astes, aestu calefacit.* Vulg. *si prope astes, aestu calefacit.* Langg. omittunt *aestu.* Sed potius omittendum *prope*, quo prope carere possumus. Nam *calefacit* per se non videtur sufficere, nisi gravius quiddam addatur.

10. Vulg. et vett. *plus quam.* Both. *plus*, *quantum*, utpote soloece scribi illud ratus. Sunt autem quasi duae constructiones: Plus duodecim diis, et plus quam deorum in coelo est.

:c tibi supplicó. Vincire vís? hem, ostendó manus!
ú habes lora: ego te émere vidi. Quíd nunc cessas? Cólliga!
r. Ílicet! Vadimónium ultro mi híc facit. *Ep.* Quin cólligas?
p. Édepol mancipiúm scelestum! *Ep.* Té profecto, Apoécides, 20
l moror mihi déprecari. *Ap.* Fácile exoras, Épidice.
p. Écquid agis? *Pe.* Tuon' árbitratu? *Ep.* Meo hércle vero, atque haúd tuo,
illigandae hae súnt tibi hodie. *Pe.* At nón lubet: non cólligo.
p. Trágulam in te iníicere adornat: néscio quam fabricám facit.
p. Tíbi moram facis, quom égo solutus sto: álliga, inquam! cólliga! 25
r. Át mihi magis lubét, solutum té rogitare. *Ep.* At níhil scies.
r. Quíd ago? *Ap.* Quid agas? Mós geratur. *Ep.* Frúgi es tu homo, Apoécides!
r. Cédo manus igitúr! *Ep.* Morantur níhil. Atque arcte cólliga!
l verere: obnóxiosus. Fácto opere arbitrámino!
r. Béne hoc habet. *Ep.* Age núnc ïam ex me exquíre: rogita, quód lubet. 30
r. Quá fiducia aúsus primum, quae émta est nudiustértius,
liam meam dícere esse? *Ep.* Lúbuit: eà fidúcià.
r. Áin' tu? lubuit? *Ep.* Áio. Vel da pígnus, ni ea sit fília.
r. Quám negat novísse mater? *Ep.* Ni érgo matris fília est,
meum numum, in túom talentum, pígnus da. *Pe.* Enim istaec cáptio est. 35
d quis ea est muliér? *Ep.* Tui gnati amíca, ut omnem rém scias.
r. Dédin' tibi minás triginta ob fíliam? *Ep.* Fateór datas,
eo argento illám me emisse amícam filii fídicinam
ó tua fília. Istís adeo te tétigi trigintá minis.
r. Quómodo me ludós fecisti de ílla conductítia 40
licina? *Ep.* Factum hércle vero, et récte factum iúdico.
r. Quíd postremo argénto factum est, quód dedi? *Ep.* Dicám tibi:
que malo homini néque benigno, túo dedi Stratíppocli.
r. Cúr dare ausus? *Ep.* Quía mihi lubitum est. *Pe.* Quae haéc, malum, ferócia est?
r. Étiam inclamitór quasi servos? *Pe.* Quóm tu es liber, gaúdeo. 45

1. Codd. imperfecte: *mihi de prae*
. Nostr. dedit Bothius. Vulg. *mihi*
*ceterem.*
4. *tragulam.* Similiter Pseud. I, 4, *At volui iniicere tragulam in*
*trum senem.* Cf. et Cas. 2, 4, 18.
5. Vulg. et vett. *solutus asto.*
9. *obnoxiosus*, sc. tibi sum. Sub-
me tibi. Sic V, 1, 43. *factus*, sc.
. Et vide indicem v. *sum omissum.*
g. *Nihil vero obnoxiosus.* Vett. *Nihil*
*eas obnoxias.* Nostr. Bothius. —
*itraminor.* Sic vulg. — Vett. *arbi-*
*e nunc.* Both. *arbitramino*, prisce,
quod in libris legatur. Sensus: ad-
*ito*, an recte et firmiter sim adligatus.
Pseud. III, 2, 70. Personae autem in vulg. sic: *Pe. facto op. arb. Ep. Bene hoc h. — lubet.* Vett. sic: *Pe. Nihil — Ep. facto — lubet.*

32. *ea fiducia* respondet superioribus: *Qua fiducia* etc. Unde apparet esse ablativum.

39. Sic vett. et vulg. — Both. *Istam ob rem te tetigi. — filia*, ut saepe, duabus syllabis, quasi sit: *filja*, quemadmodum et *filii* v. sup.

40. *ludos.* Sic vett. et Both. — Vulg. *ludifecisti.* V. C. *ludofecisti.*

43. vulg. et vett. cum V. C. et Pall. *benigno.* Lamb. malit: *te indigno*, uti et in aliquo codice alt se reperisse; in alio: *te digno.*

44. *ferocia est.* Supplevit haec Lam-

*Ep.* Mérui, ut fierem. *Pe.* Tú meruisti? *Ep.* Víse intro: ego faxó scies,
Hóc ita esse. *Pe.* Quid ést negoti? *Ep.* Iam ípsa res dicét tibi.
Ábi modo intro! *Pe.* Hei, nón illuc temere est! — Ádserva istum, Apoécides!
*Ap.* Quíd illuc, Epidice, ést negoti? *Ep.* Máxuma hercle iniúria
Víncius adsto, quóius haec hodie ópera inventa est fília. 50
*Ap.* Áin' tu te illius ínvenisse fíliam? *Ep.* Inveni, ét domi est.
Séd ut acerbum est, pró benefactis quóm mali messém metas!
*Ap.* Quámne hodie per úrbem uterque súmus defessi quaérere?
*Ep.* Égo sum defessús reperire, vós defessi quaérere.
*Pe.* Quíd isti oratis ópere tanto? Nám meruisse intéllego, 55
Út lubeat merito húius facere. Cédo tu, ut exsolvám manus.
*Ep.* Ne áttigas. *Pe.* Osténde vero! *Ep.* Nólo. *Pe.* Non aequóm facis.
*Ep.* Núnquam hercle hodie, nísi supplicium míhi das, me solví sinam.
*Pe.* Óptumum atque aequíssumum oras. Sóccos, tunicam, pállium
Tíbi dabo. *Ep.* Quid deínde porro? *Pe.* Líbertatem. *Ep.* At póstea? 60
Nóvo liberto opus ést, quod pappet. *Pe.* Dábitur: praebebó cibum.
*Ep.* Núnquam hercle hodie, nísi me orassis, sólves. *Pe.* Oro te, Épidice,
Míhi ut ignoscas, sí quid imprudens cúlpa peccaví mea.
Át ob eam rem líber esto. *Ep.* Invítus do hanc veniám tibi,
Nísi necessitáte cogar. Sólve sane, sí lubet. 65

---

*GREX.*

Híc is homo est, qui líbertatem málitia invenít sua.
Plaúdite, et valéte! lumbos pórgite atque extóllite!

binus, et quidem ex codice Vascos. Nam in reliquis post *malum* lacuna erat. Vett. *Quae haec verba sunt, malum.*

50. *haec.* Both. *hinc*, l. ex herili domo. Cf. Bentl. ad Ter. Eun. 5, 5, 15. — Iunt. et Ald. *huic.* Vulg. et vett. *haec*, ut et Pareus.

53, 54. Hos duo versus Bothius supra collocavit post v. 48. — Vulg. *Quemne.* Vett. *Quamne*, ut V. C. Atque non solum Epidicum quaerebant, sed et hunc, et vero etiam filiam. Cf. 4, 2, 32 et 33. Deinde non haec est culpa Epidici, quod non invenerint eum. Denique, quod reponit Epidicus v. 54 necessario ad filiae quaestionem et inventionem est referendum. Itaque leg. *Quamne*, contra Acidalium. Atque sic et Lamb.

55. Vulg. *Quid istic.* Vett. *Quid istis orati*, uti V. C. et Pall. — Nostr. Lamb. et Both. Non autem loquitur Periphanes haec ad Apoecidem et Epidicum, sed intus exiens cum Stratippocle et filia, qui orabant exeuntem, ut parceret servo, quemadmodum Epidicus V, 1, 52 eos, ut facerent, rogaverat. — Ante *meruisse*, quod omnes habent, addidi *Nam*, quod per compendium scriptum, et elisum fuerit ob sequens *m*.

58. Sic vulg. At vett. *resolvi me sinam*, ut eliciendum sit *mihi* in antec.

63. *si quid.* Sic vulg. et vett. — B. *Si qui.*

65. Vulg. et vett. *cogar.* Both. ex Helmst. *cogor*, ut *Nisi* sit l. q. *Sed*, ut saepe. Ego tamen praefero vulg., quia in fine.

*Grex.* v. 2. Vulg. *lumbos surgite atque extollite.* Vett. *Plaudite atque exsurgite. valete, lumbos extollite.* Dousa malit: *Plaudite et valete: lumbos porgite atque extollite*, uti et Lamb. Atque idem ego praefero.

# METRORUM IN EPIDICO

## DESCRIPTIO.

Act. I. Sc. I. v. 1 — 3 troch. tetr. catal.
v. 4 iamb. senar.
v. 5 — 7 iamb. tetr. acat.
v. 8 troch. tetr. cat.
v. 9 senarius iamb.
v. 10 — 17 troch. tetr.
v. 18 — 20 iamb. tetr.
v. 21, 22 troch. tetr.
v. 23 iamb. tetr.
v. 24 troch. tetr.
v. 25, 26 iamb. tetr.
v. 27 — 34 troch. tetr.
v. 35 — 41 iamb. tetr.
v. 42, 43 troch. tetr.
v. 44, 45 iamb. senar.
v. 46, 47 iamb. tetr.
v. 49 — 54 troch. tetr.
v. 55 — 57 iamb. tetr.
v. 58 — 66 dimetri iamb.
v. 67, 68 iamb. tetr.
v. 69 dimeter troch.
v. 70 — 72 troch. tetr.
v. 73 senar. iamb.
v. 74, 75 troch. tetr.
v. 76 — 79 dimetri troch. catal.
v. 80 — 91 troch. tetr.
v. 92 senar. iamb.
v. 93 — 102 troch. tetr.
Act. I. Sc. II. troch. tetr. cat.
Act. II. Sc. I. 1, 2 troch. tetr. acat.
v. 3 dimeter bacch.
v. 4 — 6 bacchiaci.
v. 7 — 10 cretici.
v. 11 senar. iamb.
v. 12 creticus.
v. 13 senar. iamb.
v. 14 dimeter cret.
v. 15 iamb. tetr. cat.
Act. II. Sc. II. 1, 2 iamb. tetr. acat.
v. 3 iamb. senar.
v. 4 — 7 dimetri iamb.
v. 8 — 13 iamb. tetr.
v. 14 — 122 troch. tetr. praeter versum 23, qui est iamb. tetr.
Act. II. Sc. III. senar. iamb.
Act. III. Sc. I. 1 — 6 Cretici.
v. 5 troch. tetr. acat.
v. 6 troch. tetr. cat.
v. 7 iamb. tetr.

v. 8 Creticus.
v. 9 iamb. tetr.
v. 10 Creticus dimeter.
v. 11 tetr. Creticus.
v. 12 iamb. tetr. acat.
v. 13 troch. tetr.
v. 14 dimeter dactyl. hyperm.
v. 15 — 17 dimetri iamb.
v. 18 Creticus.
v. 19 iamb. tetr.
Act. III. Sc. II. iamb. tetr. cat.
Act. III. Sc. III. et IV. Senar. iamb.
Act. IV. Sc. I. 1. troch. tetr. acat.
v. 2 — 4 Cretici.
v. 5 bacchiacus.
v. 6, 7 iamb. tetr. acat.
v. 8, 9 dimetri troch. cat.
v. 10 tripodia troch. clausula.
v. 11 senar. iamb.
v. 12 iamb. tetr. acat.
v. 13, 14 troch. tetr.
v. 15, 16 Cretici.
v. 17 — 19 iamb. tetr.
v. 20 Creticus.
v. 21 — fin. troch. tetr. catal.

---

# MENAECHMEI.

## DRAMATIS PERSONAE.

PENICULUS.
MENAECHMUS.
MENAECHMUS SOSICLES.
EROTIUM.
CYLINDRUS.
MULIER.
MESSENIO.
SERVOS ALIUS.
ANCILLA.
SENEX.
MEDICUS.
LORARII.

## SUMMARIUM.

Moschus, Siculus mercator, duos habuit filios, forma inter se simillimos; quorum alter, Menaechmus nomine, olim quum patrem Tarentum comitatus esset, surreptus ab raptore Epidamnumque abductus erat, ubi postea locupletem duxit uxorem. Quacum quia minus bene se habet, amores sibi conciliat Erotium, ad quam et vestes et alium ornatum, uxori ablatum, clanculum deferre solet, genio suo cum illa indulgens.

Eius Menaechmi frater, Sosicles, qui fratri per omnia erat simillimus, cuique eam ob rem et propter amorem in subreptum avus idem Menaechmi nomen indiderat, consilium capit, fratrem suum per omnes terras quaerendi, in eoque itinere ipse quoque Epidamnum venit. Ibi per similitudinem fratrum inter se multae et variae permutationes fiunt, donec servi Messenionis ope demum uterque se invicem agnoscunt, relictoque Epidamno relictaque uxore Menaechmi, et auctione instituta, in patriam revertuntur.

Scena est Epidamni.

## ARGUMENTUM.

Mercátor Siculus, cui erant gemini fílii,
Ex illis subrepto áltero, mortem óppetit.
Nomén subreptitii indit illi, qui domi est,
Avús paternus, fácit Menaechmum Sósiclem;
Et is germanum, póstquam adolevit, quaéritat 5
Circum ómnes oras; póst Epidamnum dévenit.
Hic fúerat altus ille subreptítius:
Menaéchmum civem crédunt omnes ádvenam,
Eúmque appellant, méretrix, uxor, ét socer.
Ii sé cognoscunt frátres postremo invicem. 10

## PROLOGUS.

Salútem primum iam á principio própitiam
Mihi átque vobis, spéctatores, núntio.
Appórto vobis Plaútum lingua, nón manu:
Quaeso, út benígnis áccipiatis aúribus.
Nunc árgumentum accípite, atque animum advórtite! 5
Quam pótero in verba cónferam paucíssuma.
Atque hóc poëtae fáciunt in comoédiis:
Omneís res gestas ésse Athenis aútumant,
Quo vóbis illud Graécum videatúr magis;
Ego núsquam dicam, nísi, ubi factum dícitur. 10
Atque ádeo hoc arguméntum, graecissát tamen,

*Argumentum*. v. 2. Sic vett. et Lamb. At vulg. Pall. et Both. *Ei, surrepto altero, mors obtigit.*

3. Sic vett. et B. et Pareus. — Vulg. *illi indit.*

7. *Hic fuerat altus.* Notum participium ex Cicerone et Sallustio. Vett. *alitus.* Vulg. *auctus.* Pall. *aiutus* vel *auitus.* Both. *Huc fuerat ductus*, ex Acidalio.

10. Sic vett. et vulg. — Both. e coni. *Ibi se cogn.*

*Prologus*. v. 7. *Atque* etc. Nemo non videt, abrupta haec, neque cohaerere commode. Repetitur autem *Atque* v. 11. Forsitan igitur post *Atque* parenthesis inchoanda, eaque claudenda in fine v. 10.

9. *Quo vobis illud.* Sic vett. — Vulg. *Quo illud vobis*, ut mpti.

10. *ubi factum dicitur*, ubi diserte legitur in Graeco exemplari; ubi certo constat.

11. *Atque adeo hoc*, i. e. Atque hoc quoque, quod apportamus, argumentum, tameneisi graecissat, non tamen atticissat, sed sicilissitat. *tamen* enim hic ponitur pro *tametsi*, ut saepius. V. indicem. — Vett. *Graecissat, tamen Non Atticissat, verum at Sicilissitat.* Vulg. et Both. *tamen Non Atticissat, verum Sicilicissitat.* Lamb. *Graecissat tamen, Verum non Atticissat, at Sicelissitat.* Hic autem versus profertur a Festo, v. *Atticissat*, isque habet: *sicilissat.*

Non Átticissat, vérum Sicilicíssitat.
Huic árgumento ántelogium hóc fuit;
Nunc árgumentum vóbis demensúm dabo,
Non módio, neque trimódio, verum ipso hórreo: 15
Tanta ád narrandum argúmentum est benígnitas.
Mercátor quidam fúit Syracusís senex;
Eií sunt nati filii geminí duo,
Ita fórma simili púeri, uti matér sua
Non ínternosse pósset, quae mammám dabat, 20
Neque ádeo mater ípsa, quae illos pépererat;
Ut quídem ille dixit míhi, qui pueros víderat:
Ego illós non vidi, né quis vostrum cénseat.
Postquám iam pueri séptuennes súnt, pater
Onerávit navim mágnam multis mércibus. 25
Impónit alterum géminum in navím pater,
Taréntum avexit sécum ad mercatúm simul;
Illúm reliquit álterum apud matrém domi.
Tarénti ludi fórte erant, quom illúc venit;
Mortáles multi, ut ád ludos, convénerant: 30
Puer áberravit ínter homines á patre.
Epidámniensis quídam ibi mercatór fuit;
Is púerum tollit, ávehitque Epidámnium.
Pater éius autem póstquam puerum pérdidit,
Animúm despondit; eáque is aegritúdine 35
Paucís diebus póst Tarenti emórtuust.
Postquám Syracusas de éa re nuntiús redit
Ad avóm puerorum, púerum subreptum álterum,
Patrémque pueri Tárenti esse emórtuom:
Immútat nomen ávos huic gemino álteri: 40
Ita íllum dilexit, quí subreptust, álterum:
Illíus nomen índit illi, quí domi est,
Menaéchmo idem, quod álteri nomén fuit;
Et ípsus eodem avos ést vocatus nómine.
Proptérea illius nómen memini fácilius, 45

13. Vett. *quidem* addunt post *antelogium*, quod deest in vulg. et Both. et Decurtato. — Lamb. cum Mureto: *quoddam.*

16. Sic vett. et Lamb. — Vulg. et Pareus: *Tantum — adest benignitas.* Both. *Tantum ad narr. nostra adest b.* Benignitas est largitas, ut *benigne* alibi i. e. q. largiter.

19. *mater sua* i. e. nutrix, quam interdum matrem dictam esse, notat Nonius.

23. Sic vulg. et V. C. et pron. *illos* corripiendum. — Vett. *ne quis me censeat.*

26. Transponit Bothius: *geminum alterum.* Sed *alterum* correptim proferendum, quasi: *alt'rum*, neque eliidendum *geminum.* Eius igitur enunciationis ut exemplum extaret, abstinuimus a mutatione.

31. Vett. *Puer inter homines aberravit a p.* Vulg. ut nos et B. — Pall. *homines inter.* De scansione vid. Praef. Haud raro enim in Plauto, uti et in Homero, primae syllabae breves producuntur, sicut et vs. 39 in v. *Tarenti* factum vides.

37. Vett. *Postquam Syracusas de re ea redit nuncius Ad avom puerorum, puerum subductum alterum.* Vulg. *nuncius redit — puerum subreptum alterum.* Pariter atque hic *Syracusae*, Aristoph. Av. 1296. *Συραχούσιος* scanditur.

39. *Tārentinus* prima pariter producta legitur Truc. 3, 1, 5.

Quia illúm clamore vídi flagitárier.
Ne móx erretis, iám nunc praedicó prius:
Idem ést ambobus nómen geminis frátribus.
Nunc ín Epidamnum pédibus redeundum ést mihi,
Ut hánc rem vobis éxamussim dísputem. 50
Si quís quid vostrum Epidámnum curarí sibi
Velít: is audacter ímperato et dícito;
Sed ita, út det, unde cúrari id possít sibi:
Nam nísi qui argentum déderit, nugas égerit;
Qui déderit, magis maióres nugas égerit. 55
Verum illuc redeo unde ábii, atque uno adsto ín loco.
Epidámniensis ílle, quem dudum díxeram,
Geminum íllum puerum quí surripuit álterum,
Ei líberorum, nísi divitiae, níhil erat:
Adóptat illunc púerum surreptítium 60
Sibi filium, eique uxórem dotatám dedit,
Eúmque heredem fécit, quum ipse obiít diem:
Nam rús ut ibat fórte, ut multum plúverat,
Ingréssus fluvium rápidum ab urbe haud lóngule:
Rapidús raptori púeri subduxít pedes, 65
Abstráxitque hominem in máxumam malám crucem.
Illi túm divitiae évenere máxumae.
Is íllic habitat géminus subreptítius.
Nunc ílle geminus, quí Syracusís habet,
Hodie ín Epidamnum vénit cum servó suo 70
Hunc quaéritatum géminum germanúm suom.
Haec úrbs Epidamnus ést, dum haec agitur fábula;
Quando ália agetur, áliud fiet óppidum;
Sicút familiae quóque solent mutárier:
Modo hic ágitat leno, módo adulescens, módo senex, 75
Paupér, mendicus, rex, parasitus, háriolus.....

---

46. *flagitarier*, a creditoribus, qui ipsi ideo vocantur *flagitatores*, Cas. prol. 24. Most. 3, 2, 81. — *illum*, avum. locus est. Nam eiusmodi flagitationes saepe fiebant. Cf. Aul. 3, 2, 32.

50. *disputem*, enarrem, ut *perputem* Cist. 1, 3, 7.

51. *Epidamnum*. Sic vulg. et Pall. — Vett. *Epidamni*.

57. *dudum*, i. e. paullo ante; quem paullo ante (v. 32) narravi puerum avexisse secum. Cf. Capt. 3, 1, 18. Amph. 2, 2, 67. etc. — *ille*, una syllaba legendum, uti saepe.

59. *Ei liberorum* sqq. Quasi parenthesin facit hic versus. Quam si velis resolvere, repone cogitatione: cuique nulli erant liberi, quanquam magnae divitiae.

62. Vulg. *Quam ipse obiit diem*. Vett. et Lamb. *qua ipse obiit die*. Both. *quum ipse obiit diem*. Quod probo. Cf. Poen. V, 1, 110.

63. Sic vulg. — Vett. *Nam rus ut ibat, ut multum forte pluverat*.

67. Vett. *Illi tum divitiae evenere m.* ut pron. *illi* una syllaba sit proferendum, *divitiae* autem non elidendum. — Vulg. omisso *tum*. Both. e coni. *Illo illi div. evenerunt m.* Potest et: *Illi illi div.* ut prius *Illi* sit adverbium l. q. *illic* aut *illim*, alterum autem pronomen, dativo casu positum, unaque syllaba pronunciandum.

74. *familiae*, intellige histrionum, ut gladiatorum. Nam histriones tum plerumque erant servi.

75. Vulg. et vett. *Modo enim idem fit leno*. Codd. *modonicaditat*, unde Gruterus fecit: *Modo hic agitat*. Both. *Modo hic adstat leno*.

76. In fine quaedam intercidisse patet.

Non Átticissat, vérum Sicilicíssitat.
Huic árgumento ántelogium hóc fuit;
Nunc árgumentum vóbis demensúm dabo,
Non módio, neque trimódio, verum ipso hórreo: 15
Tanta ád narrandum argúmentum est benígnitas.
Mercátor quidam fúit Syracusís senex;
Eií sunt nati fílii geminí duo,
Ita fórma simili púeri, uti matér sua
Non ínternosse pósset, quae mammám dabat, 20
Neque ádeo mater ípsa, quae illos pépererat;
Ut quídem ille dixit míhi, qui pueros víderat:
Ego illós non vidi, né quis vostrum cénseat.
Postquám iam pueri séptuennes súnt, pater
Onerávit navim mágnam multis mércibus. 25
Impónit alterum géminum in navím pater,
Taréntum avexit sécum ad mercatúm simul;
Illúm reliquit álterum apud matrém domi.
Tarénti ludi fórte erant, quom illúc venit;
Mortáles multi, ut ád ludos, convénerant: 30
Puer áberravit ínter homines á patre.
Epidámniensis quídam ibi mercatór fuit;
Is púerum tollit, ávehitque Epidámnium.
Pater éius autem póstquam puerum pérdidit,
Animúm despondit; eáque is aegritúdine 35
Paucís diebus póst Tarenti emórtuust.
Postquám Syracusas de éa re nuntiús redit
Ad avóm puerorum, púerum subreptum álterum,
Patrémque pueri Tárenti esse emórtuom:
Immútat nomen ávos huic gemino álteri: 40
Ita íllum dilexit, quí subreptust, álterum:
Illíus nomen índit illi, quí domi est,
Menaéchmo idem, quod álteri nomén fuit;
Et ípsus eodem avos ést vocatus nómine.
Proptérea illius nómen memini fácilius, 45

13. Vett. *quidem* addunt post *antelogium*, quod deest in vulg. et Both. et Decurtato. — Lamb. cum Mureto: *quoddam*.

16. Sic vett. et Lamb. — Vulg. et Pareus: *Tantum — adest benignitas*. Both. *Tantum ad narr. nostra adest b.* Benignitas est largitas, ut *benigne* alibi i. e. q. largiter.

19. *mater sua* i. e. nutrix, quam interdum matrem dictam esse, notat Nonius.

23. Sic vulg. et V. C. et pron. *illos* corripiendum. — Vett. *ne quis me censeat*.

26. Transponit Bothius: *geminum alterum*. Sed *alterum* correptim proferendum, quasi: *alt'rum*, neque eliendum *geminum*. Eius igitur enunciationis ut exemplum extaret, abstinuimus a mutatione.

31. Vett. *Puer inter homines aberravit a p.* Vulg. ut nos et B. — Pall. *homines inter*. De scansione vid. Praef. Haud raro enim in Plauto, uti et in Homero, primae syllabae breves producuntur, sicut et vs. 39 in v. *Tarenti* factum vides.

37. Vett. *Postquam Syracusas de re ea redit nuncius Ad avom puerorum, puerum subductum alterum*. Vulg. *nuncius redit — puerum subreptum alterum*. Pariter atque hic *Syracusae*, Aristoph. Av. 1296. Συραχούσιος scanditur.

39. *Tārentinus* prima pariter producta legitur Truc. 3, 1, 5.

Quia illúm clamore vídi flagitárier.
Ne móx erretis, iám nunc praedicó prius:
Idem ést ambobus nómen geminis frátribus.
Nunc ín Epidamnum pédibus redeundum ést mihi,
Ut hánc rem vobis éxamussim dísputem. 50
Si quís quid vostrum Epidámnum curarí sibi
Velít: is audacter ímperato et dícito;
Sed ita, út det, unde cúrari id possít sibi:
Nam nísi qui argentum déderit, nugas égerit;
Qui déderit, magis maióres nugas égerit. 55
Verum illuc redeo unde ábii, atque uno adsto ín loco.
Epidámniensis ílle, quem dudum díxeram,
Geminum íllum puerum quí surripuit álterum,
Ei líberorum, nísi divitiae, níhil erat:
Adóptat illunc púerum surreptítium 60
Sibi fílium, eique uxórem dotatám dedit,
Eúmque heredem fécit, quum ipse obiít diem:
Nam rús ut ibat fórte, ut multum plúverat,
Ingréssus fluvium rápidum ab urbe haud lóngule:
Rapidús raptori púeri subduxít pedes, 65
Abstráxitque hominem in máxumam malám crucem.
Illi túm divitiae évenere máxumae.
Is íllic habitat géminus subreptítius.
Nunc ílle geminus, quí Syracusís habet,
Hodie ín Epidamnum vénit cum servó suo 70
Hunc quaéritatum géminum germanúm suom.
Haec úrbs Epidamnus ést, dum haec agitur fábula;
Quando ália agetur, áliud fiet óppidum;
Sicút familiae quóque solent mutárier:
Modo hic ágitat leno, módo adulescens, módo senex, 75
Paupér, mendicus, réx, parasitus, hériolus.....

---

46. *flagitarier*, a creditoribus, qui ipsi ideo vocantur *flagitatores*, Cas. prol. 24. Most. 3, 2, 81. — *illum*, avum. Iocus est. Nam eiusmodi flagitationes saepe fiebant. Cf. Aul. 3, 2, 32.

50. *disputem*, enarrem, ut *perputem* Cist. 1, 3, 7.

51. *Epidamnum*. Sic vulg. et Pall. — Vett. *Epidamni*.

57. *dudum*, i. e. paullo ante; quem paullo ante (v. 32) narravi puerum avexisse secum. Cf. Capt. 3, 1, 18. Amph. 2, 2, 67. etc. — *ille*, una syllaba legendum, uti saepe.

59. *Ei liberorum* sqq. Quasi parenthesin facit hic versus. Quam si velis resolvere, repone coniatione: cuique nulli erant liberi, quanquam magnae divitiae.

62. Vulg. *Quam ipse obiit diem*. Vett. et Lamb. *qua ipse obiit die*. Both. *quum ipse obiit diem*. Quod probo. Cf. Poen. V, 1, 110.

63. Sic vulg. — Vett. *Nam rus ut ibat, ut multum forte pluverat*.

67. Vett. *Illi tum divitiae evenere m.* ut pron. *illi* una syllaba sit proferendum, *divitiae* autem non elidendum. — Vulg. omisso *tum*. Both. e coni. *Illo illi div. evenerunt m.* Potest et: *Illi illi div.* ut prius *Illi* sit adverbium i. q. *illic* aut *illim*, alterum autem pronomen, dativo casu positum, unaque syllaba pronunciandum.

74. *familiae*, intellige histrionum, ut gladiatorum. Nam histriones tum plerumque erant servi.

75. Vulg. et vett. *Modo enim idem fit leno*. Codd. *modonicaditat*, unde Gruterus fecit: *Modo hic agitat*. Both. *Modo hic adstat leno*.

76. In fine quaedam intercidisse patet.

# ACTUS I. SCENA I.

## PENICULUS.

Iuvéntus nomen fécit Peniculó mihi
Ideó, quia mensam, quándo edo, detérgeo.
Hominés capteivos quí catenis vínciunt,
Et quí fugitivis sérvis indunt cómpedes,
Nimis stúlte faciunt méa quidem senténtia: 5
Namque hómini misero si íd malum accédit malum,
Maiór lubido est fúgere et facere néquiter:
Nam se éx catenis éximunt aliquó modo;
Tum cómpediti ánum lima pérterunt,
Aut lápide excutiunt clávom. Nugae sánt eae. 10
Quem tu ádservare récte, ne aufugiát, velis,
Eum átque potióne vinciri decet.
Apud ménsam plenam hómini rostrum déligas!
Dum tu illi, quod edit ét quod potet, praébens
Suo árbitratu et ádfatim cotídie, 15
Numquam édepol fugiet, támetsi capital fécerit;
Facile ádservabis, dúm eo vinclo vínciés:
Ita istaéc nimis lenta vínela sunt escária:
Quam mágis extendas, tánto adstringunt ártius.
Nam ego íd Menaechmum núnc eo, quoi iám diu 20
Sum iúdicatus; áltro eo, ut me vínciat.
Nam illic homo homines nón alit, verum éducat
Recreátque; nullus mélius medicinám facit:
Ita ést adulescens, ípsus escae máxumae.
Cereális coenas dát: ita mensas éxstruit 25
Et tántas struices cóncinnat patinárias:

*Act. I. Sc. I.* Peniculus invitatus ad Menaechmum it. Inter eundum disserit, ad devinciendos homines, sive liberi sint, sive servi, nihil aptius esse lauto apparatu.

1. *Iuventus* etc. Simile principium erationis parasiticae v. Capt. I, 1, 1. — *peniculus* spongia longa vocabatur, qua detergebantur mensae. Cf. Festus.

2. *detergeo*, i. e. nihil cibi in illis relinque.

6. *accedit.* Sic Both. ex Pal. et edd. — Vett. et vulg. *accidit.*

9. Vett. *perterunt.* V. C. *preterunt.* Vulg. *proterunt.* Both. *anum lima prot.* Vulg. et vett. *ianuam l. prot.* Nonii, qui hunc locum adducit, quidam codex habet *anum*, atque sic legendum ducunt Gruterus et Salmasius. Anus enim i. e. q. anulus, i. e. catenae membrum, qua pedes vincti. Coni. *Tum* continuationem demonstrationis significat, in vertendo plane omittenda.

10. *Nugae sunt eae*, i. e. stulta est haec servos vinciendi ratio.

14. *edit*, coniunctivus. Sic V. C. et Lamb. Et eandem formam v. Aul. 3, 2, 16. IV, 6, 6. Capt. 3, 1, 1. Trin. 2, 2, 62. II, 4, 72. 73. 74. — Vulg. et vett. *edat.*

17. Vett. *dum illo v. v.* Nostr. vulg. et Pall.

18. *nimis lenta*, valde lenta, lentissima, efficacissima, optima. V. ind. s. v. *nimis*, i. e. valde.

21. *iudicatus*, quasi damnatus. *quoi iam.* Sic Lamb. — Vulg. et vett. *quo iam*, ut et Both. et Pall.

24. *adolescens escae maximae* explicant: multum comedens. Lambinus: „epiphonema: ita ipse adolescens non est escarum apparator aut largitor, sed escae ipsae.“ Alii ante *ipsus* interpungunt, et haec cum seqq. iungunt. Ego appositionem reor ad *adolescens*, ut sit i. q. ipse homo escae maximae. Cf. 3, 1, 10, *qui singulas escas edunt.*

25. Cerealia agebantur d. XIV. Cal. Mai. Ibi maxime genio indulgebant Romani.

Standum ést in lecto, sí quid de summó petas.
Sed mi íntervallum iam hós dies multós fuit:
Domi dómitus fuvi úsque cum caris meis:
Nam néque edo neque emo, nísi, quod est caríssumum. 30
Ii quóque iam cari qui ínstruuntur, déserunt.
Nunc ád eum inviso. Séd aperitur óstium.
Menaéchmum eccum ipsum vídeo; progreditúr foras.

---

## ACTUS I. SCENA II.

*MENAECHMUS. PENICULUS.*

*Me.* Ní mala, ni stúlta sies, ni índomita impósque animi:
Quód viro esse ódio videás, tute tibi ódio habeas.
Praéterhac sí mihi tále post húnc diem
Fáxis, faxó foris vídua visás patrem.
Nám quotiens íre volo fóras, retines mé, rogitas, 5
Quó ego eam, quám rem agam, quíd negotí geram,
Quíd petam, quíd feram, quíd foris égerim.
Pórtitorém domum dúxi: ita omném mihi
Rém necesse ést loqui, quídquid egi átque ago.
Nímium ego te habui délicatam. 10
Núnc adeo, ut factúrus, dicam. Quándo ego tibi ancillás, penum,
Lanam, aúrum, vestem, púrpuram, bene praébeo, nec quídquam eges:
Maló cavebis, sí sapis: virum óbservare désines.
Átque adeo, ne mé nequidquam sérves: ob eam indústriam
Hódie ducam scórtum, atque aliquo ad coénam condicám foras. 15

26. Both. *Et tantas.* In vett. et vulg. deest *Et.*

27. *de summo*, sc. cibi exstructi in patina. Cf. I, 2, 58.

29. *Domi domitus fuvi.* Sic legendum. Nam vulg. et Lamb. *fui.* Vett. *Domi sum domitus, — cum caris meis*, intellige: cibis, ut ex seqq. apparet. Hi autem parasitis sunt cari, ut alis liberi.

31. Vett. *Ii quoque iam cari, qui instruxerunt, deserunt.* Vulg. *Id quoque iam cari qui instruuntur, deserunt.* Salmasius, qui legit *Ii qu.*, int. Hi quoque cari qui instruantur, mihi desunt. Palmerius: *Id quoque iam, cari qui instruantur, deserit*, int. pecunia. Both. *Et quoque iam cari qui instruontur, deserunt.* Lego: *Ii quoque iam cari qui instruuntur, deserunt*, atque int.: hi quoque cibi, (quos domi habeo, quique mihi ob penuriam sunt cari, imo carissimi) qui in mensam imponuntur, mihi desunt. Verba *instruere, deserere* a re militari sunt translata. Parasiti enim est, cibos cum copiis comparare, ut facit ad Ergasilum Hegio Capt. I, 2, 44. seqq.

32. *inviso* futurum, pro: *invisam.* Capt. 2, 3, 98. Stich. 1, 2, 9.

*Act. I. Sc. II.* Prodit Menaechmus abreptus, sub pallio indutus palla, quam uxori abstulit, ut Erotio daret; intusque adhuc cum uxore litigat. Denunciat Peniculo, se velle cum eo et cum Erotio prandere. Igitur uterque adeunt huius (Erotii) domum, pulsantque ostium.

1. Vulg. et vett. *sis.* Sed versus est choriambicus, ut Curc. I, 2, 1. Cas. 3, 5, 10. Amph. I, 1, 8. Ideo leg. *sies.*

2. Sic vett. et vulg. et cdd. Transposuit Both.

5. Et hic quoque choriambicus, quamquam non nisi transpositione curatus. Nam vulg. *Nam quoties foras ire volo, me retines, revocas, rogitas.* Vett. *Nam quoties ire volo, me retines, revocas, rogitas.* Verbum *revocas* eliciendum.

12. *eges* cum accusativo.

14. *ob eam industriam*, sc. tuam. Eandem locutionem v. V, 2, 40.

15. Vett. *H. d. scortum ad coenam, atque aliquo condicam foras.* Vulg.

*Pe.* Íllic homo se uxóri simulat mále loqui, loquitúr mihi:
Nám si foris coenát, profecto me, haúd uxorem, ulciscitur.
*Me.* Eúax, iurgio hércle tandem uxórem abegi ab iánua!
Ubi amatores súnt mariti? déne quid cessánt mihi
Cónferre omnes, grátulantes, quía pugnavi fórtiter? 20
Hánc modo uxori íntus pallam súbripui; ad scortúm fero.
Sic decet, darí facete vérba custodí catae.
Hoc fácinus pulcrum est, hóc probum est, hoc lépidum, hoc factum ést fabre!
Meó malo a mala ábstuli; hoc ad dámnum deferétur.
Avórti praedam ab hóstibus, nostrúm saiute sócium! 25
*Pe.* Heús, adulescens, écquae in istac páre inest praedá mihi?
*Me.* Périi, in insidiás deveni! *Pe.* Imo ín praesidium: né time!
*Me.* Quís homo est? *Pe.* Ego sum. *Me.* O méa commoditas, ó mea opportánitas,
Sálve! *Pe.* Salve! *Me.* Quíd agis? *Pe.* Teneo déxtera geniúm meum.
*Me.* Nón potuisti mágis per tempus mi ádvenire, quam ádvenis. 30
*Pe.* Íta ego soleo: cómmoditatis ómneis articulós scio.
*Me.* Vín' tu facinus lúculentum inspícere? *Pe.* Quis id coxít cocus?
Iám sciam, si quíd titubatum est, ábi reliquias vídero.
*Me.* Díc mihi, num qua tú vidisti tábulam pictam in páriete,
Úbi aquila Catamítum raperet, aút ubi Venus Adóneum? 35
*Pe.* Saépe. Sed quid istaé picturae ad me áttinent? *Me.* Age, me ádspice!
Écquid adsimuló similiter? *Pe.* Quís istic ornatúst tuus?
*Me.* Díc hominem lepidíssumum esse méd! *Pe.* Ubi esurí sumus!
*Me.* Díc modo hoc, quod, égo te iubeo! *Pe.* Díco: „Heme lepidíssume!"
*Me.* Écquid audes dé tuo istuc áddere? *Pe.* „Atque hilarissume." 40
*Me.* Pérge. *Pe.* Non pergo hércule ego, nísi scio, qua grátia.

*H. d. scortum, atque ad coenam aliquo c. f.*

17. *profecto me.* Sic vulg. cum Pall. — At vett. *me profecto.*

20. Vulg. vett. Both. *Conferre omnes congratulantes*, contra metrum, nisi velis *omnes* tamquam monosyllabum pronunciare. Non enim existimem esse iambicum, utut certo sint 23 — 25.

22. Vulg. et Both. *Sic hoc decet — catae.* At vett. *Sic decet d. — cate.* Vulgatam sequitur et Lambinus.

24. *meo malo*, duplici seu multiplici sensu dictum. Primarius tamen: meo periculo, quia, si compererit uxor, me sibi pallam abstulisse, malum mihi dabit, mecum litigabit. Atque id fit Act. IV. Sc. II., ubi vid. v. 44 et 51. — *ad damnum*, ad Erotium, quae multa mihi damna infert. — Post *deferetur* vett. addunt *hinc.*

26. Vulg. *praemii*, vett. et Lamb. *praeda mihi*, quod nullus dubitavi reponere. Pall. *pre mihi.*

27. *Perii.* Sic saepe vocati periculum sibi timent in comoediis.

29. Sic Both. — Vulg. *Salve.* A. *Quid agis?* B. *Salve.*

30. In vett. deest *mi*, neque Pareus habet. Vulg. *mihi.*

31. *articulos*, i. e. momenta temporis. Sic Epid. III, 4, 55. *in eo articulo*, i. e. q. hoc ipso temporis momento.

33. Sic vulg. et edd. — Vett. *Iam scibo.* Sensus: brevi aut statim sciam, an quid peccatum sit coquendo, simulac reliquias adspexero.

37. *Quis istic ornatust tuus?* Vulg. *qui istic est o. t.* Vett. *Quis istic est o. t.*

38. Vett. *Ubinam esuri s.*

41. *Hercule.* Sic necessario hic le-

Lítigium est tibí cum uxore: hoc mi ábs te caveo caútius.
*Me.* Clam úxorem ubi sepúlcrum habeamus, ét hunc comburamús diem.
*Pe.* Áge sane igitur, quándo aequum oras, quám mox incendó rogum.
Díes quidem iam ad úmbilicum est dímidiatus mórtuus. 45
*Me.* Té morare, míhi quum obloquere. *Pe.* Óculum effodito pér solum
Míhi, Menaechme, si úllum verbum fáxo, nisi quod iússeris.
*Me.* Cóncede huc a fóribus. *Pe.* Fiat. *Me.* Étiam concede húc. *Pe.* Licet.
*Me.* Étiam nunc concéde audacter áb leoninó cavo.
*Pe.* Heú edepol nae tu, út ego opinor, ésses agitatór probus. 50
*Me.* Quídum? *Pe.* Ne te uxór sequatur, réspectas idéntidem.
*Me.* Séd quid ais? *Pe.* Egone? íd enim, quod tu vís, id aio atque íd nego.
*Me.* Écquid tu de odóre possis, sí quid forte olféceris,
Fácere coniectúram? *Pe.* Captum sít collegium aúgurum.
*Me.* Ágedum, odorare hánc, quam ego habeo, pállam. Quid olet? — Ábstines? 55
*Pe.* Súmmum me olfactáre oportet véstimentum múliebre:
Nam éx istoc locó spurcatur násum odore illútibili.

gendum, propter versum. Nam vulg. et vett. *hercle.* — *qua gratia*, quod praemium sit futurum; quo loco aut quando esuri simus. Sed profecto melius haberet locus, si post versum 40 statim sequeretur v. 48. *Concede huc*, etc. Ita enim sobrie omnia et eleganter cohaererent, quae mirum quantum interturbantur iis quae sequuntur, per se quidem haud sane illepidis, at hoc contextu hic minime ferendis. Primum enim metrum male habet v. 41. Secundo, quomodo potest litigium cum uxore impedire, quin addat similitia, quum iam dixerit: *atque hilarissime?* Deinde, si cavet sibi a Menaechmo, quare tam cupide ad eum accessit? Porro illud *obloquere*, depromtum forte ex Cist. IV, 2, 86, 89. huc inepte translatum, quia ab uno Menaechmo pendet, dicere quid rei sit. Deinde quid sibi vult illud: *quando aequum oras?* Quid enim oravit Menaechmus? Certe nihil, nisi *orare* simpliciter pro *loqui* dictum accipias. Etiam *per* praepositionis usus v. 46 quodammodo abnormis est. Praeterea non coenare vult apud Erotium Menaechmus, sed prandere. Ut nullas dubitem totum locum a v. 41 ad v. 47 includendum censere. Dedi tamen, ut legitur in vulgata.

42. *hoc mi.* Sic vett. et Both. — Vulg. *oh mi.*

46. *oculum.* Unoculi plerumque prodibant Parasiti in scenam. Cf. Curc. III, v. 22. *solum* autem est: *die Sohle*, planta pedis. Non enim uno verbo scribendum *persolum*, sed duobus. Praep. autem *per* instrumentalis videtur h. l.

50. *agitator*, i. e. aurigator in ludis Circensibus.

54. *Captum sit collegium augurum.* Sic vulg. et vett., ita tamen ut vett. et Lamb. haec tribuant eidem Menaechmo. Lamb. interpretatur: adhibitum advocatumque sit collegium augurum. Lipsius: Non ipsum collegium augurum melius coniecturam fecerit. Turnebus: Sic *captus augur*, *captus iudex*, *captus arbiter* dicuntur. Bothius ex edd. antt. in quibus deest v. *augurum*, sic dedit: *Captum si siet collegium.* — Sensum oportet esse: Habe me pro integro augurum collegio.

55. *Abstines*, sc. nasum. Non vis odorari. Mediam enim partem praebuerat Menaechmus.

56. *me*, quod deest in vulg., dedi ex vett. — *summum*, superiorem partem.

57. *nasum*, neutro genere, ut Amph. I, 1, 291. Curc. I, 2, 18. Mil. 4, 6, 41. — *inlutibili.* Sic Most. I, 1, 39. male olens vocatur *Germana illuvies*, *rusticus*, *hircus*, *hara suis.* Et apud Horatium Sat. 2, 8, 52 occurrit v. *illutus* pro *illotus*, i. e. impurus, cui verbo Plautus hic pro more suo termina-

*Me.* Ólfacta igitur hínc, Penicule lépide. Ut fastidís? *Pe.* Decet.
*Me.* Quíd igitur? quid olét? Responde. *Pe.* Fúrtum, scortum, prándium.
*Me.* Núnc ad amicam déferetur, hánc meretricem Erótium. 60
Míhi, tibi, atque illí iubebo iam ádparari prándium.
Índe usque ad diúrnam stellam crástinam potábimus.
*Pe.* Éxpedite fábulatus's. Iám fores ferió? *Me.* Feri.
Vél mane etiam. *Pe.* Mílle passùm cómmoratus's cántharum.
*Me.* Plácide pulta. *Pe.* Métuis, credo, né fores Samiaé sient. 65
*Me.* Máne, mane, obsecro, hércle: ab se, ecca, éxit. Ah! solém vides?
Sátin' ut occoecátust prae huius córporis candóribus?

---

## ACTUS I. SCENA III.

*EROTIUM. PENICULUS. MENAECHMUS.*

*Er.* Ánime mi, Menaéchme, salve! *Pe.* Quíd ego? *Er.* Extra numerum és mihi.
*Pe.* Ídem istuc aliis ádscriptivis fieri ad legioném solet.
*Me.* Égo istic mihi hodie ádparari iússi apud te proélium.
*Er.* Hódie id fiet. *Me.* Ín eo uterque pro Ílio potábimus.
Úter ibi meliór bellator érit inventus cántharo, 5
Túa est legio: adiúdicato, cúm utro hanc noctém sies.
Út ego uxorem, méa voluptas, úbi te adspicio, odí male!

tionem *ibilis* addidit, ut alibi *incredibilis* etc. Bothius *inlucido*, ex Mss. ut alt. Male.

58. *Decet*, sc. me hinc olfactare. Volo, consentio. Revera enim iam olfactat.

64. *Vel mane etiam.* Vett. haec cum seqq. uno tenore continuata habent. Vulg. Penicull nomen interponit. Haesitat et incertus est animi Menaechmus, uti pluries similes dubitationes revocationesque occurrunt, inter alias plane similis Truc. II, 3, 10. *Audin' etiam?* etc. Deinde v. 12: *Quid iam revocabas me, improbe nihilique homo? Quae mille passûm peperit tibi morae mora. — cantharum* l. e. poculum.

67. Vulg. *Satin' ut occoecatust.* Vett. *Statim ut occoecatus.* Sensus dictionis *Satin' ut* est: *Nonne?* Ut hic: Nonne occoecatus est? Cf. Bacch. 3, 3, 87. Amph. 2, 2, 1. Cist. I, 3, 2. Epid. 5, 1, 28. V, 2, 1.

*Act. I. Sc. III.* Prodit a se Erotium. Declarat ei Menaechmus, se velle apud eam prandere, datque pallam, atque petit, ut interim adparet prandium; se cum parasito velle abire ad forum. Ergo abeunt. Erotium autem coquum suum evocat.

1. *extra numerum es*, h. e. nihili te facio, nullius mihi es pretii. Schoppius ad h. l. animadvertit, idem valere *numero*, *pretio*, *loco esse;* et quoniam e *loco* idem sit quod *illico*, h. e. statim, cito, hinc et *e numero* vel *in numero* idem esse, quod *cito*, et inde dici *numero* sine praepositione apud Plautum pro *cito*, *nimis cito*, ut Amph. I, 1, 26.

2. Et vulg. et vett. contra metrum: *Idem istuc aliis adscriptivis ad legionem fieri solet.* Both. *I. i. a. ad legionem fieri adsc. s.*

3. Bothius *iussim.* Sed omnes libri: *iussi*, ut *iusseram salvere te*, Curc. 4, 4, 4. praeterito pro praesenti, tamquam de re certissima aut iam diu decreta. Acid. *Ego isti ac mihi — iusso — Hodie ut fiat — proelio.*

4. *uterque*, ego et parasitus. pro *Ilio.* pro te, aut: de te. Fortasse tamen graece legendum: πρὸ Ἰλίου. Both. *proelio.* — Pro *Hodie id fiet*, quae est lectio vulg., vett. continuato sermone: *Hodie ut fieret*, quod tamen vix ferri queat ob praecedens *hodie.* Mpti: *Hodie id fletineo*, litera *l* pro litera *i* posita.

6. Vulg. *hanc.* Vett. *istanc.*

*ER.* Ínterim nequís, quin eius áliquid indutús sies.
Quíd hoc est? *ME.* Induviaé tuae atque uxóris exuviaé, rosa.
*ER.* Súperas facile, ut súperior sis míhi, quam quisquam, qui ím-
petrant. 10
*PE.* Méretrix tantispér blanditur, dum íllud, quod rapiát, videt. —
Nám si amabas, iám oportebat násum abreptum mórdicus.
*ME.* Sústine hoc, Penícule: exuvias fácere, quas voví, volo.
*PE.* Cédo. Sed, obsecro hércle, salta síc cum palla póstea.
*ME.* Égo saltabo? Sánus hercle nón es. *PE.* Egone, an tú
magis? 15
Sí non saltas, éxue igitur. *ME.* Nímio ego hanc perículo
Súbripui hodie. Méo quidem animo ab Híppolyta subcíngulum
Hércules haud aéque magno unquam ábstulit perículo.
Cápe tibi hanc: quando úna vivis méis morigera móribus.
*ER.* Hóc animo decét animatos ésse amatorés probos. 20
*PE.* Quí quidem ad mendícitatem sé properent detrúdere.
*ME.* Quátuor minís ego emi hanc ánno uxorí meae.
*PE.* Quátuor minaé perierunt pláne, ut ratio rédditur.
*ME.* Scín, quid volo ego te ádcurare? *ER.* Scío. Curabo, quaé
voles.
*ME.* Iúbe igitur nobís apud te prándium adcurárier, 25
Átque aliquid scitámentorum dé foro opsonárier....
Glándionicám suillam, láridum, pernónidem, aut
Síncipiut, aut polimenta porcína, aut quid ad eúm modum,
Mádida quae mi adpósita in mensam míluinam súggerant.
Átque actutum. *ER.* Lícet ecastor. *ME.* Nós prodimus ád forum. 30

10. *Superas facile*, h. e. facile efficis, ut tu potior sis apud me omnibus reliquis. — vulg. *qui impetrant*, scil. ut mecum cubent, me fruantur. Vett. *qui imperant*, h. e. quam quisquam imperator. At illud codd., nec opus est mutatione.

12. *Nam si amabas.* Clare haec alt ad Erotium, quum superiora secreto dixerit, ita tamen ut utramque orationem connectat. Sensus: si vere Menaechmum amares, nasum ei prae amore abripuisses, nec verbis solum blandireris.

13. *Sustine hoc*, sustine pallium meum, quod exuam. Id enim ei exuendum est, ut exuere possit pallam, quam sub pallio indutus est. — *exuvias fac.* h. e. Erotio dare pallam. — Sed vett. *Sustine has, Penicule, exuvias, dum facere mavium volo.* Codd. *quas suo vivolo.*

14. *Cedo*, porrige pallium. *postea*, sc. quam exueris pallium. Saltatores iuxtem palla induti erant. Cf. Turneb. Animm. XX, 27. — In seqq. personae in vett. secus ordinatae leguntur.

15. *Egone, an tu magis?* qui induus es palla.

20. Hic versus in vulg. continuatur Menaechmo. Vett. hunc cum seq. Peniculo tribuunt. Bothius hunc Erotio, seq. Peniculo adscripsit.

22. Vett. *anno iam.* — *anno*, h. e. ante hunc annum. Cf. Amph. prol. 91. Ceterum *ego* scansionem impedit. Aut igitur hoc eliciendum, aut leg. *hanc* pro vulg. *istanc.* Hoc enim non sperandum lecturum aliquem esse *minís ego emi istánc anno u. m.*

26. *opsonarier* l. e. q. emi, apparari. Pro *scitamentorum* vett. *sit omentorum*, ut fere Decurtatus. Vox *scitamentum* occurrit et apud Apuleium, et Macrobium et Gellium.

27. Vulg. *glandionidam.* Vett. *Glandulam.* Lamb. *glandionicam.* Certe debebat esse *glandionidem.* Cf. Curc. 2, 3, 44. Stich. 2, 3, 36.

28. Pro *quid* vett. et vulg. *aliquid.* Fortasse plane eliciendum, versusque sic legendus: *Aút sinciput, aut pólimenta pórcina, aut ad eúm modum.* Mpti: *sincipit amenta porc.* Both. *omenta.*

29. In vett. deest pr. *in.* Lamb. *in mensa.* vulg. *in mensam ἀρχαϊκῶς.* — *madida*, cocta. Cf. Virg. Ge. I, 196. Sic et Pers. 1, 3, 12 et infra: *made-*

Iám nos hic crimás: dum coquitur, ínterim potíbimus.
*Er.* Quándo vis, vení: parata rés erit. *Pr.* Properá modo!
*Mn.* Séquere tu. *Pr.* Ego hércle vero te ét servabo et té sequar;
Néque hodie, ut te pérdam, mercam deórum divitiás mihi.
*Er.* Évocate istás Cylindrum mihi cocum actutúm foras! 35

## ACTUS I. SCENA IV.

*EROTIUM. CYLINDRUS.*

*Er.* Spórtulam cape átque argentum. Écces tris numós habes.
*Cy.* Hábeo. *Er.* Abi atque opsónium adfer. Tribus vide quod sit satis.
Néque defíat néque superét. *Cy.* Quóiusmodi hi hominés erunt?
*Er.* Égo et Menaechmus ét parasitus élus. *Cy.* Iam isti sint decem:
Nám parasitus ócto hominum mínus facile fíngitur. 5
*Er.* Élocuta sám convivas; céterum curá. *Cy.* Licet.
Cócta sunt. Iube íre adcubitum. *Er.* Rédi cito. *Cy.* Iam ego hic ero.

## ACTUS II. SCENA I.

*MENAECHMUS SOSICLES. MESSENIO.*

*Men. S.* Nulla ést voluptas návitis, Messénio,
Maiór meo animo, quám quando ex altó procul
Terrám conspiciunt. *Mes.* Máior, non dicám dolo,
Si advéniens terram vídeas, quae fuerit tua.
Sed, quaéso, quamobrem núnc Epidamnum vénimus? 5
An, quási mare, omneis círcumimus insulas?
*Men. S.* Fratrém quaesitum géminum germanúm meum.

*bunt* II, 2, 51. *miluinam*, sc. *famem*, appetitum.

31. Sic vulg. et vett. — Both. *Iam his nos er. — coquetur.*

*Act. I. Sc. IV. Eccos tris.* Sic vulg. nec elidendum. Vett. *treis eccos.* Illud codd. Lambinus intelligit aureos, non sestertios; Gronovius didrachmos.

7. *Cocta sunt*, crede iam cocta esse; tam cito coquentur.

*Act. II. Sc. I.* Adveniunt Menaechmus Sosicles et Messenio servus ex itinere a navi. Declarat servo Menaechmus, se quaerere et quaesiturum esse fratrem, donec aut ipsum, aut aliquem invenerit, qui eum mortuum sciat. Suadet Messenio, ut domum redeant, etiam propter marsupium tantum non exhaustum. Tum, ut sibi caveat ab Epidamiensibus, inprimis meretricibus. Menaechmus, litdem ob hoc sibi metuens de Messenione, ab eo recipit ipse marsupium, ut illud adservet.

2. *quam quando.* Sic vett. et Lamb. — Vulg. et Both. *quam quum*, quod B. legi vult: *quam quumde*, et recte, si hanc I. praetuleris. Verum quoniam altera tamen extat, hanc ego praeferendam censui.

4. Vett. *Quam si adv.* uti codd. Both. *Quum adv.* Discrimen facit modus mutatus, quum praecedat indic. *conspiciunt.* Hinc recte credo legi: *Si*, ut vulg.

6. Vett. *Iam quasi mare, omnes circuimus insulas?* Nostr. et vulg. et Lamb. et edd. Pall. Sensus: an nos sumus instar maris, qui omnes insulas circumeamus, ut facit mare? Nam *mare* non est acc. sed casus rectus.

Nam quíd modi futúrum est illum quaérere?
nnus sextus, póstquam rei huic operám damus.
, Hispanos, Mássiliensis, Íllurios;
súperum omne, Graéciamque exóticam,
ue Italicas ómnis, qua aggreditúr mare,
s círcumvecti. Sí acum, credo, quaéreres:
ínvenisses, si ádpareret, iám diu.
nem ínter vivos quaéritamus mórtuom:
invénissemus iám diu, si víveret.
*S.* Ergo ístuc quaero cértum qui faciát mihi,
ése dicat scíre, eum esse mórtuom:
im praeterea núnquam sumam quaérere;
n áliter vivus núnquam desistam éxsequi.
llunc scio quam córdi sit carús meo.
In scírpo nodum quaéris. Quin nos híne domum
nus, nisi si históriam scripturí sumus?
*S.* Dictúm facessas dóctum, et discaveás malo!
tus ne sis! nón tuo hoc fiét modo. *Mes.* Hem,
enim verbo ésse me servóm scio!
pótuit paucis plúra plane próloqui.
n tamen nequeo cóntinere, quín loquar.
Menaechme: quom ínspicio marsúpium,
ati hercle ádmodum aestivé sumus.
u hércle, opinor, nísi domum revórteris,
íhil habebis, géminum dum quaeris, gemes.
ita ést haec hominum nátio hic Epidámnia:
tárii atque pótatores máxumi,
sýcophantae et pálpatores plúrimi
be hac habitant; túm meretrices múlieres
iám perhibentur blándiores géntium.
érea huic urbi nómen Epidamno índitum est:
némo ferme huc síne damno devórtitur.
*S.* Ego istúc cavebo. Cédodum mi huc marsúpium!
Quid eó vis? [*Men.* *S.* Iam abs te métuo de verbís tuis.

*Iam quid modi* dictum pro: *Quid-modi*, ut saepenumero. V. indi-*Nam interrogativum*.
*ei huic.* Sic vett. — Vulg. *ei rei.*
*ire hinc.*
*Graeciam exoticam*, i. e. magnam, aecos Italos.
Vett. *tam diu* cum sequentibus uti edd. — Nostr. vulg.
*historiam*, librum geographicum, tionem terrarum, urbium, ho-
Sensus: licebit tibi facete loqui, , ut simul caveas tibi a malo, h. ena.
*non tuo hoc fiet modo*, h. e. non mur statim domum, quia tibi ita ; non a te pendet, revortamurne ec ne.

26. *enim* i. e. q. enimvero.
28. Sic cum edd. Vulg. ut *me* supplentur. — Vett. *Verum nequeo me cont.* Bothius: *Verum tam nequeo cont.* Verum adv. *tamen*, ut saepe, correptim proferendum.
30. *aestive viaticati*, i. e. tenuiter exstructi, quemadmodum, qui aestate iter faciunt, tenui veste utuntur.
32. *geminum dum quaeris, gemes.* Paronomasia in vv. *geme* et *geminus*.
33. *hic* addunt vett. Deest in vulg. Habet Pareus. Mutavit B. e coni.
35. *palpatores*, adulatores, deceptores. Cf. Amph. I, 3, 9.
38. *Epidamno.* Similem ob rationem Romani loco nomen Dyrrhachii indidere. Cf. Pomp. Mela et Plinius.

*Mes.* Quid métuis?] *Men. S.* Ne mihi dámnum in Epidamné duis.
Tu mágnus amator múlierum es, Messénio;
Ego aútem homo iracúndus, animi pérditi:
Id utrúmque, argentum quándo habebo, cávero: 45
Ne tú delinquas, néve ego irascár tibi.
*Mes.* Cape átque serva: mé lubente féceris.

---

## ACTUS II. SCENA II.

*CYLINDRUS. MENAECHMUS SOSICLES. MESSENIO.*

*Cy.* Bene ópsonavi atque éx mea senténtia;
Bonum ánteponam prándium pransóribus.
Sed eccúm Menaechmum vídeon' a tergó meo?
Prius iám convivae ámbulant ante óstium,
Quam ego ópsonatu rédeo! Adíbo atque álloquar. — 5
Menaéchme, salve. *Men. S.* Dí te ameut! Scis, quís ego sum?
*Cy.* Non hércle vero! Úbi convivae céteri?
*Men. S.* Quos tú convivas quaéris? *Cy.* Parasitúm tuom.
*Men. S.* Meúm parasitum? Cérte hic insanúst homo.
*Mes.* Dixín' tibi, esse hic sýcophantas plúrimos? 10
*Men. S.* Quem tú parasitum quaéris, adulescéns, meum?
*Cy.* Penículum. *Mes.* Eccum hunc in vídulo salvóm fero!

41. Hunc et sequentem versum Lambinus in unum contractos sic exhibet: *M. Quid eo vis? Men. Ne mihi damnum in Epidamno duis.* Nulla tamen nota adiecta. Quod non impedit quin praeferam eius scriptionem, quidquid contra dicat Acidalius. Primum enim, leiuna sunt: *iam abs te metuo de verbis tuis.* Deinde vero Plautus vix duos versus iuxta se positos plane eodem sono terminaverit: *tuis* et *duis.* Multo autem alacrior procedit dialogus, hac seriorum dilatatione reiecta.

43. Vulg. et vett. *Tu magnus amator.* Both. *Magnus tu amator.* Fortasse optime scribas: *Tu amator magnus.* Nolui tamen mutare, propter singularem saepe vv. *ama, amare, amator,* prosodiam, de qua v. ad Curc. I, 1, 38.

44. *animi perditi,* h. e. impotentis, iracundi. Quidam voluit: *perciti,* haud male.

45. *cavero,* i. e. cavebo. Nam futurum exact. solito more pro futuro ind. ponitur. V. ind. *futurum exact.* Et sic v. seq. *feceris* i. q. *facies.*

*Act. II. Sc. II.* Redit Cylindrus a foro. Videt Menaechmum Sosiclem, eumque pro suo habet. Falsi igitur uterque alter alterum pro insano habent; denique Cylindrus, ratus, locari Menaechmum, uiroit ut Erotium evocet. Miratur M., illum nomen suum scire. Monet Messenio, ut caveat sibi ab insidiis. Interim prodit Erotium.

1. *opsonavi,* emi opsonium. Cf. Bacch. I, 1, 63. 64. Aul. 2, 4, 1. 16.

3. Vulg. et Both. *video.* *Vae tergo meo!* Sed cur, si sibi metuit, eum adit? Deinde non est quod metuat sibi a Menaechmo, cuius non sit servus. Denique nihil commisit, ut qui et bene et satis cito opsonaverit. V. C. et Dec. apud Pareum: *Videon e tergo meo.* Vett. et Lamb. *videon' a tergo meo?* Respicit enim, non prospicit; nec premenda sunt verba: *ambulant ante ostium.* Plerumque autem advenientes in scenam, eos qui iam adsunt a tergo sibi habent, et ab his revocantur, et ut respiciant regantur.

6. Vulg. *amabunt.* Nostr. vett. — Bothius: *Dii te amabunt.* *Quis ego sum?* Pall. *Di te amabunt, quisquis ego sum.*

7. Vulg. et vett. *Non hercle* vero, quod ironice dictum esse quivis videt. Atque sic Pall. Unde male Acidalius scripsit: *Novi hercle vero!* quod male recepit Bothius.

12. *eccum hunc.* Sic vett. et Pareus; vulg. omittit pron. *hunc.* Penículus spongia est, instrumentum purgatorium. Cf. II, 3, 44.

*Cy.* Menaéchme, numero huc ádvenis ad prándium:
Nunc ópsonatu rédeo. *Men. S.* Respondé mihi,
Aduléscens: quibus hic prétiis porci véneunt 15
Sacrés, sinceri? *Cy.* Númis. *Men. S.* Unum a me áccipe:
Iube té piari dé mea pecúnia:
Nam égo quidem insanum ésse te certó scio,
Qui míhi molestus's, hómini ignoto, quísquis es.
*Cy.* Cylíndrus ego sum. Nón nosti nomén meum? 20
*Men. S.* Seu tú Cylindrus, seú Coliendrus: périeris!
Ego té non novi néque novisse adeó volo.
*Cy.* Est tíbi Ménaechmo nómen, tantum quod sciam.
*Men. S.* Pro sáno loqueris, quúm me appellas nómine.
Sed úbi novisti tú me? *Cy.* Ubi ego te nóverim? 25
Qui amícam habeas héram meam, hanc Erótium?
*Men. S.* Neque hércle habeo, néque te, quis sis hómo, scio.
*Cy.* Non scís, quis ego sim, quí tibi saepíssume
Cyathísso apud nos, quándo potas? *Mes.* Heí mihi,
Quom níhil est, illi qui hómini diminuám caput! 30
*Men. S.* Tun' cyathissare míhi soles, qui ante húnc diem
Epidámnum nunquam vídi, neque vení! *Cy.* Negas?
*Men. S.* Nego hércle vero. *Cy.* Nón tu in illisce aédibus
Habitás? *Men. S.* Di illos homines, qui íllic habitant, pérduint!
*Cy.* Insánit hic quidem, qui ípse maledicít sibi. — 35
Audín', Menaechme? *Men. S.* Quíd vis? *Cy.* Si me cónsulas,
Numum íllum, quem mihi dúdum pollicitús's dare,

13. *numero*, i. e. nimis cito. Cf. Amph. I, 1, 26. Mercat. IV, 3, 37. Casin. III, 5, 28. Mil. Glorios. V, 7. Non dubitandum de hac significatione, quidquid obloquatur Rostius in aliquo Cupediarum ferculo; qui de plerisque Plautinis, uti Ritschelius, ineptit; cuique temere hic assentitur Lindemannus ad Mil. Gl. — Cf. me ad I, 3, 1. — *Nunc* idem e. ac si dicat: *modo enim*. Cf. IV, 3, 11.

15. *porci*, qui immolabantur ab iis, qui aut admiserant aliquod peccatum, aut qui insani exstiterant. Illos autem porcos puros esse oportebat, h. e. duorum mensium, ut ait Varro libro II. de R. r. cap. 1 et 4. atque hos antiqui appellabant *sacres*. Cf. et Festus in v. *sacres*, et Plaut. Rud. 4, 5, 18.

16. Hunc v. vett. sic habent: *Sacres, sinceri, nummum unum en a me accipe. Iube te* etc. Vulg. sic: *Sacres, sinceri? Cy. Nummo. Me. eum a me accipe.* Pall. *nummis a me accipe.* Interrogationem et responsionem esse, clare patet ex locis Varronis et Festi supra laudatis. Bothius: *Numo. M. Nummum a me accipe.* Acidalius vult legi: *Numo uno. M. En a me acc.* Haud male. Nam inde per omissionem nominum factum forsitan *nummum unum*. Ego, coniuncta V. C. et vett. lectione, scribendum duxi: *Numis. Unum a me accipe.* Ceterum non vere dat, sed pollicetur tantum. Cf. v. 37.

21. Vulg. et vett. *Coriendrus*. Both. *Coriandrus*. Heinsius pro *Cylindrus* mavult scribi *Culindrus*, ut sit a *culo* deductum; Salmasius autem pro *Coriendro* legit *Coliendrum*, ut sit a *coleis*, i. e. testiculis.

23. Sic vulg. et vett. — Bothius: *nomen. Me. Tantum, quod sciam, Pro s. l.* Tantum quod sc. i. e. q. *quod sc.*

25. Personale *tu*, quod habent vett., deest in vulg. et Bothio.

26. Vulg. et Both. et Lamb. *Qui amicam habeas.* Sed vett. aperte: *habebas*, in seqq. tamen eaedem *habeo*, uti vulg. Indicativus autem post relativum sequitur v. 28. *qui sciatisso*, itemque v. 32. Nihil ausim mutare.

30. *Quum nihil est*, quod non habeo lapidem ad manum, quo etc. V. indic. v. *quum pro quod*.

34. Sic vett. et vulg. atque *illos* monosyllabum. Mutavit B. sine causa.

37. *dudum*, modo, paullo ante. Amph. 2, 2, 67. Cist. 4, 2, 45. et v. Ind.

Neque tíbi est ulla mora íntus.
*Men. S.* Quícum haec mulier lóquitur? *Er.* Equidem técum.
*Men. S.* Quid mecúm tibi
Fúit unquam, aut nunc ést negoti? *Er.* Quía pol te unum ex ómnibus
Vénus me voluit mágnificare; néque id haud immeritó tuo: 25
Nam écastor solús benefactis túis me florentém facis.
*Men. S.* Cérto haec mulier aút insana, aut ébria est, Messénio,
Quaé hominem ignotúm compellet mé tam familiáriter.
*Mes.* Díxin' ego, istaec híc solere fieri? Folia nánc cadunt:
Praéut si triduum hóc hic crimus, tum árbores in té cadent. 30
Nam íta sunt hic meretrices ómnes élecebrae argentáriae.
Séd sine me dum hanc cómpellare. Heus, múlier! tibi dicó.
*Er.* Quid est?
*Mes.* Úbi tu hunc hominém novisti? *Er.* Íbidem, ubi hic me iám diu,
Ín Epidamno. *Mes.* Ín Epidamno? qui húc in hanc urbém pedem,
Nísi hodie, nunquam íntro tetulit. *Er.* Eía, deliciás facis, 35
Mí Menaechme. Quín, amabo, is íntro? hic tibi erit réctius.
*Men. S.* Haéc quidem edepol récte appellat méo me mulier nómine.
Nímis miror, quid hoc sít negotii. *Mes.* Óboluit marsúpium
Huíc istuc, quod habés. *Men. S.* Atque edepol tú me monuisti probe.
Áccipe hoc: iam scíbo, utrum haec me máge amet, an marsúpium. 40
*Er.* Eámus intro, ut prándeamus. *Men. S.* Béne vocas; tam grátia est.
*Er.* Cúr igitur tibi mé iussisti cóquere dudum prándium?
*Men. S.* Égon' te iussi cóquere? *Er.* Certo tíbi et parasitó tuo.
*Men. S.* Quoí, malum, parasíto? Certo haec múlier non sana ést satis.
*Er.* Péniculo. *Men. S.* Quis iste ést Peniculus? qui éxtergentur báxeae? 45
*Er.* Scílicet, qui dúdum tecum vénit, quum pallám mihi
Détulisti, quám ab uxore túa subripuistí. *Men. S.* Quid est?
Tíbi pallam dedí, quam uxori méae subripui? sánan' es?
Cérte haec mulier cántherino rítu hic adstans sómniat.

25. Sic Both. et Pareus. — Vulg. et vett. *Venus voluit me m.* — Both. ex Pal. *neque id h.* Vett. et vulg. *atque id h.*

28. Vett. *Hominem quae ignotum.*

31. Vulg. et Pall. *elecebrae.* Vett. *illecebrae.* Elecebrae autem sunt, quae eliciunt argentum.

36. *erit rectius.* Cf. Bacch. 1, 1, 13. II, 3, 80. Epid. 4, 1, 30. Merc. 4, 4, 62.

40. *Accipe hoc*, sc. marsupium, quod supra II, 1, 40. ab eo ceperat. Vulg. *Accipe dum hoc.* Vett. *Accipe, iam hoc sc.*

41. *Bene vocas; tam gratia est.* Recusantis haec esse, ex contextu patet. Atque *tam*, quod habent Pall. Festus ait hic poni pro *tamen.* At. leg. *Iam gratia est*, uti vett. De dictione *gratis est* v. Most. 5, 2, 9. *de coena facie gratiam.* — *Bene* l. e. q. benigne, ut I, 2, 12. Cf. Aul. 4, 4, 21. Sensus igitur est: Admodum benigne me invitas; sed volo me excusatum.

42. *dudum*, paullo ante, modo. V. indicem.

44. Vett. *Certe haec m.* At *Certo* Pall.

45. *qui*, i. q. quo. *Baxeae* calceo-

'R. Quí lubet ludíbrio habere me, átque ire inficiás mihi, 50
ácta quae sunt? *MEN. S.* Díc, quid est id, quód negem, quod fécerim?
'R. Pállam te hodie míhi dedisse uxóris. *MEN. S.* Etiam núnc nego.
go quidem neque únquam uxorem hábui, neque habeó: neque huc
nquam, postquam nátus sum, intra pórtam penetraví pedem.
rándi in navi; inde húc egressus súm; te conveni. *ER.* Éccere, 55
érii misera! quám tu nunc mihi návem narras? *MEN. S.* Lígneam,
iépe tritam, saépe fixam, saépe excussam málleo;
uási suppellex péllionis, pálus palo próxumos 'st.
R. Iám me, amabo, désine ludos fácere atque i hac mecúm simul.
'EN. S. Néscio quem, múlier, alium hóminem, non me, quaéritas. 60
R. Nón ego te noví Menaechmum, Móscho prognatúm patre,
uí Syracusís perhibere nátus esse in Sícilia,
bi rex Agathoclés regnator fúit, et iterum Phíntia,
értium Liparó, qui in morte régnum Hieroni trádidit,
únc Hiero est? *MEN. S.* Haud fálso, mulier, praédicas. *MES.* Proh Iúpiter, 65
ım ístaec mulier íllinc venit, quaé te novit tám cate?
EN. S. Hércle, opinor, pérnegari nón potest. *MES.* Ne féceris.
'riisti, si intrássis intra límen. *MEN. S.* Quin tu táce modo:
ne res geritur. Ássentabor, quídquid dicet, múlieri,
possim hospitiúm nancisci. Iámdudum, muliér, tibi 70
ín imprudens ádversabar: húnc metuebam, né meae
cori renúntiaret dé palla et de prándio.
ínc, quando vis, eámus intro. *ER.* Étiam parasitúm manes?
EN. S. Néque ego illum maneó neque flocci fácio, neque si vénerit,
ım volo intromítti. *ER.* Ecastor haúd invita fécero. 75
'd scin', quid te amábo ut facias? *MEN. S.* Ímpera, quid vís, modo.

nta erant, quibus utebantur sacerdo- et philosophi.

49. *hic*, quod deest in vulg. et Pall., ent vett. — *cantherino ritu*, ut fa- nt cantherii, qui stantes somniant.

52. Vett. *Iam nunc nego.* Lamb. et 1. *Sed iam nunc nego.* Nostr. vulg. B. atque *etiam* i. e. q. iterum.

54. *penetravi pedem huc*, i. e. pro- si huc, me huc contuli. Atque sic V, 2, 64. Cf. Truc. 1, 1, 23. Trin. 2, 1. 15. 37. Sine accusativo Bacch. 1, 33.

55. Vett. verbum *eccere* praecedentibus gunt.

58. *Pellio* actor commemoratur Bacch. 2, 37. Sed pellio et est βυρσεύς, pelles palis suspendit.

60. *Nescio quem.* Sic vulg. et Pall. Vett. *Num quem* — et in seqq. *non me forte quaeritas?* Vulg. omisso *forte*, ut et Pall.

63. *Phintia.* Sic Both. Cf. Diod. Sic. XXII. Vulg. et Pall. *Pinthia.* Vett. *Pythia*, et in seqq. *Tertium Olympia qui in m.* Nostr. vulg. et Pall. Ceterum de Liparone nihil constat, et credi potest mulier errare in historicis. Sequens autem Menaechmi oratio referri forsitan debet ad solum Hieronem, quem postremo loco nominavit.

68. Addidi *tu*, quod deest in vulg. et vett. et B.

70. *Si possim.* Sic vulg. — Vett. *Si possem.* Both. *si possum*, ut Pall. — *Iam dudum* et hic est: modo, paullo ante. Non sine causa, non incommodo paullo ante tibi adversabar.

73. *Etiam parasitum manes?* nonne paullisper adhuc (etiam) exspectare vis, donec veniat parasitus? cf. v. 62.

*Er.* Pállam illam, quam dúdum dederas, ád phrygionem ut déferas,
Út reconcinnétur, atque ut ópera addantur, quaé volo.
*Men. S.* Hércle quin tu récte dicis: eádem ignorábitur,
Ne úxor cognoscát te habere, si ín via conspéxerit. 80
*Er.* Érgo mox auférto tecum, quándo abibis. *Men. S.* Máxume.
*Er.* Eámus intro. *Men. S.* Iám sequar ted; húnc volo etiam cólloqui.
Ého, Messenio, húc accede! *Mes.* Quíd negoti est? *Men. S.* Scíre vis?
*Mes.* Quíd ergo? *Men. S.* Opus est. *Mes.* Quíd opust? *Men. S.* Scio, ut me díces. *Mes.* Tanto néquior.
*Men. S.* Hábeo praedam: tántum incepi óperis! I, quantúm potest; 85
Ádduc istos ín tabernam actútum diversóriam;
Túm facito ante sólem occasum ut vénias advorsúm mihi.
*Mes.* Nón tu istas meretríces novisti, hére? *Men. S.* Tace, inquam, núnc ïam.
Míhi dolebit, nón tibi, si quíd ego stulte fécero.
Múlier haec stulta átque inscita est, quántum perspexí modo. 90
Ést hic praeda nóbis. *Mes.* Perii! *Men. S.* Iámne abis? *Mes.* Periít probe!
Dúcit lemb[ul]úm dierectum návis praedatória!
Séd ego inscitus, quí hero me póstulem moderárier:
Dícto me emit aúdientem, haud ímperatorém, sibi.
Séquimini, ut, quod ímperatum est, veníam advorsum témperi. 95

---

76. Ad *amabo ut* cf. III, 3, 1. 2. ubi *amare* pariter atque hic est l. q. rogare.

79. *Eadem* ablativus est, et supplendum *operâ*. Eâdem opera autem i. e. q. simul. Quodsi legeretur plene *eadem opera*, versus constaret melius. Cf. Bacch. I, 1, 15. III, 4, 26. Capt. 2, 3, 99.

83. Sequentia et manca sunt, et interpolata videntur, et insunt ineptientia plura. Primum, ineptit integer versus 84 et altera pars vs. 83. Deinde cur addit v. 85. *I, quantum potest?* Nulla enim est causa, quare festinetur. Porro male habet versus 89: *Mihi dolebit* etc. Item 92. — Lectionem quidem quod attinet, vers. 83. vulg. et vett. sic: *accede huc.* — vulg. *st! scire vis?* 84. Vulg. *nequior es.* Vett. *scio, ut mendices*, ut et Both., vulg. ut fere Pall. *me dices.* Melius haberet locus contractis versibus 83 — 85 in unum sic: *Eho, Messenio, huc accede! M. Quid vis? Men. I, quantum potest.*

85. Vett. *Tu, quantum potest. Mes. et quantum p.*

87. Vett. *Tu facito* — vett. et vulg. *ante solis occasum.* Nostrum Bothius. Cf. V, 7, 35. Epid. I, 2, 41.

88. *nunc iam.* Adduntur haec in vett., desunt in vulg. et Pall.

92. Vett. et vulg. *lembum.* — Both. *lembulum.* Bene, ut opinor. De v. *dierectus*, eiusque prosodia v. quae diximus ad Curc. II, 1, 25. et Bacch. IV, 1, 7. et Capt. III, 4, 103. Cf. Trin. II. 4, 56. et Merc. I, 2, 75. ubi plane nequit productim proferri. Et quoniam in omnibus reliquis locis corripi saltem potest, hunc corrigendum duco, nec admittendam Rostii super hac re theoriam, qui et in aliis multis a vero aberravit, quemadmodum et Ritschelius.

95. *advorsum.* Cf. indicem s. v. *advorsum ire.*

## ACTUS III. SCENA I.

*PENICULUS.*

a nátus annis súm, quom intereá loci
idquam fácinus feci péius neque sceléstius,
:, quumd in cóncionem médiam me immersí miser;
n hietó, Menaechmus sé súbterduxít mihi
ad amícam, credo, néque me voluit dúcere. 5
omnes pérduint, qui prímus commentús 'st * *
hác reque homines óccupatos óccupat!
rem ótiosos hómines decuit déligi,
sint, quóm citantur, cénsus capiant íllico?
hominum, ín dies qui síngulas escás edunt, 10
oti níhil est, qui esum néque vocantur, néque vocant;
cóncioni dáre operam atque cómitiis.
et, nón ego hodie pérdidissem prándium,
edo dátum voluisse, quám me video vivere.
im réliquiarum spés animum oblectát meum. 15
o videó Menaechmum? cúm corona exít foras!
t convívium! edepol vénio advorsum témperi!

---

## ACTUS III. SCENA II.

*NAECHMUS SOSICLES. PENICULUS.*

tin' út quiescas, si égo tibi hanc hodié prae

:. *I.* A foro advenit Pe-
:que, se, dum concioni
iisse Menaechmum. Dum
quiis etiam frui, conspiek
osiclem, eumque pro suo

*ido*, ut et Lamb. — Vulg.
uti et Pall. Al. *Quam*

ld. *quum*, vett. *quando.*
as cdd., necessario ad-
gogicum.
: vulg. cum V. C. et De-
lor sic habet: *dumihi et*
it. *haereo.*
: *dii perdant.* Solemnis
'*t illum* etc. Cf. Cas. 2,
2, 6. Ter. Phorm. I, 2,
'*t illum.* In fine versus
it *male.* Both. *Qui illum*
*nes, qui commentus pri-*
*nem habere, qui h. o. o.*
*dii omnes perduint, qui*
*itus est Concionem, quae*
occ. Vulg. *Qui illum* —
:e *reque hom. o. o.* Cod.
*hare qui.*
os nullum exspectat pran-
nemne. Est enim quaestio.

9. Sensus: qui nisi comparuerint citati, puniantur. — *census* l. e. q. pignora. — *capiant*, sc. magistratus. Magistratus pignoribus captis eos puniant.

10. *singulas escas*, l. e. qui nonnisi semel in dies edunt, qui non prandent.

14. Omnes libri: *Quoi tam credo datum voluisse*, Lambinusque int.: Cui tam credo Menaechmum voluisse prandium datum esse, quam me video vivere. Both. *Quoi tam credo deum voluisse*, nullo sensu. Forsitan: *datum fuisse*, l. e. destinatum fuisse, sc. prandium a Menaechmo; aut: *Quoi tam scio datum voluisse.*

17. *venio advorsum temperi*, κατ' εἰρωνείαν. Advorsum venire alicui l. e. q. obviam ire al. Cf. supra II, 3, 86, 94. Most. I, 4, 1. *tempori*, l. e. mature, l. e. sero.

*Act. III. Sc. II.* Prodit Menaechmus Sosicles coronatus ab Erotio cum palla, quam ad phrygionem est [illegible]. Eum Peniculus pro suo habet Menaechmo, exprobratque de prandio. Ille non novisse se eum ait. Iratus Peniculus abit, uxori Men. narraturus de palla quae gesta sint omnia.

Lepidéque concinnátam referam témperi?
Non fáxo eam dices ésse: ita ignorábitur.
*Pe.* Pallam ád phrygionem férf, confecto prándio,
Vinóque expoto, párasito exclusó foras. 5
Non hércle is sum, quí sum, nisi hanc iniúriam
Meque últus pulcre fúero! Observabó, quae agat,
Hinc prímum: post deinde hóminem adibo atque álloquar.
*Men. S.* Proh di ímmortales, quoí homini unquam unó die
Boní dedistis plús, qui minus speráverit? 10
Prandí, potavi, scórtum accubui, ábstuli
Hanc, quóius heres núnquam erit post húnc diem!
*Pe.* Nequeó, quae loquitur, éxaudire, clánculum.
Satín' nunc loquitur dé me et de partí mea?
*Men. S.* Ait, hánc dedisse mé sibi atque eám meae 15
Uxóri subripuísse. Quoniam séntio
Erráre: extemplo, quási res cum ea essét mihi,
Coepi ássentari: múlier quidquid díxerat,
Idem égo dicebam. Quíd multis verbís opust?
Minóre nusquam béne fui dispéndio. 20
*Pe.* Adíbo ad hominem: nám turbare géstio.
*Men. S.* Quis hic ést, qui advorsum fít mihi? *Pe.* Quid aís, homo
Leviór quam pluma, péssume et nequíssume,
Flagítium hominis, súbdole, ac minimí preti?
Quid dé te merui, quá me causa pérderes? 25
Ut súbripuisti té mihi dudum dé foro!
Fecísti funus méd absente prándio.
Cur aúsus facere, quoí ego aeque herés eram?
*Men. S.* Aduléscens, quaeso, quíd tibi mecum ést rei,
Qui mihi male dicas, hómini ignoto, ínsciens? 30
An tíbi malam rem vís pro maledictís dari
Postea? *Pe.* Éam quidem edepol té dedisse intéllego.
*Men. S.* Respónde, adulescens, quaéso, quid nomén tibi est.

1. *hanc*, pallam. Intus haec adhuc loquitur cum Erotio.

3. vulg. et vett. *non faxo eam esse dices*. Bothius: *Non esse eam dices faxo*. Atque Lambinus: *Non faxo esse eam dices*.

7. Vulg. et vett. *observabo, quid agat*. Sequentia vett. sic: *Hinc primum. post deinde adibo ego hunc, atque alloquar*. Vulg. v. 8. *Hominem post adibo atque alloquar*. Lamb. *quid agat Hominem. post deinde adibo ego hunc, atque alloquar*. Acidalius vult: *quid agat. Hinc primum: post deinde hominem adibo atque alloquar*. Quod praetuli.

12. *heres* i. e. q. dominus, ut int. Festus. Cf. v. 28. et Most. 1, 3, 77. Bacch. 4, 7, 8. Sensus: cuius domina numquam posthac erit Erotium.

14. *Satin'*. Sic Bothius bene. Vulg. et vett. *Satur*. — *parti* antique, ut acc. *partim*. Cf. Pers. 1, 2, 20.

21. *turbare*, turbas excitare. Cf. Bacch. IV, 9, 1. Cas. 5, 2, 6.

26. *dudum*, paullo ante. V. Ind.

27. *fecisti funus prandio*, prandium comedisti. Vett. *absenti me pr.*

28. Vett. *cui ego aeque ac haeres haeream?* Vulg. *cui ego aeque ac haeres eram?* Both. *quoi ego aeque haeres eram?* ut vult Salmasius, qui legit in suo cod. Cantabrico: *cui ego eaque eris eram*. Sensus: quum ego aeque atque tu heres prandii fuerim? Cf. vs. 12. Sequitur autem in tali constructione aeque indicativus, atque alias coniunctivus modus.

30. Vett. *hic* inserunt post *homini*, atque Pal. *hic noto*.

32. *Postea?* Sic vulg. et vett.

33. *Quid nomen tibi est?* Transpo-

ám derides, quási non nomen nóveris?
. Non édepol ego te, quód sciam, unquam ante húnc diem 35
que novi; vérum certo, quísquis es,
si facias, míhi odiosus né sies.
mé novisti? *Men. S.* Nón negem, si nóverim. .
naéchme, vigila! *Men. S.* Vígilo hercle equidem, quód sciam.
im parasitum nón novisti? *Men. S.* Nón tibi 40
ést, adulescens, síuciput, ut intéllego.
pónde: subripuístin' uxorí tuae
stanc hodie, eámque dedisti Erótio?
Neque hércle ego uxorem hábeo, neque ego Erótio
c pallam súrpui. *Pe.* Satin' sánus es? 45
st haec res! Nón ego te indutúm foras
di pálla? *Men. S.* Vae capití tuo!
inaedos ésse censes, tú quia es?
d indutum fuísse pallam praédicas?
hércle vero. *Men. S.* Nón tu abis, quo dígnus es, 50
iari iúbes, homo insaníssume?
quam édepol me quisquam éxorabit, quín tuae
m omnem iám, uti sit gesta, éloquar.
n te istaec récident contuméliae.
úd inultum prándium comédéris. 55
. Quid hóc negoti est? sátin', ut quemque c[illegible]or,
udificant? Séd concrepuit óstium.

---

## ACTUS III. SCENA III.

*ANCILLA. MENAECHMUS SOSICLES.*

naéchme, amare áit te multum Erótium,

et vett. *quid tibi nomen est?* *quid nomen* ponitur pro *quod* ili True. 2, 4, 31. Trin. 4, ind. *est* pro coni. *sit.* V. ind. *cativus pro coniunctivo.*

*am derides?* pergiane me de- s enim sensus est coni. *etiam.* . I, 1, 228. Cas. 2, 6, 16. , 16. As. I, 1, 94. Curc. I, . Indicem.

*isti.* Cf. 2, 2, 25. II, 3, 33. , 105. Pseud. 2, 2, 25.

h. omittit *ut* ex cod. Palat.

*que dedisti Erotio.* Sic bene areus, versusque recte habet. *sti* duabus syllabis enuncian- ssi *de'sti*, aut *d'disti.* Cf. 3, 51. Men. 4, 3, 15. Cist. II, 3, 29. Amph. 2, 2, 138. 7. Curc. 2, 3, 66. Ut nul- m sit de pronunciatione. Cuius ignoratione emendavit B. *ac dedisti.* Vulg. *atque dedisti.*

46. *Occisa est haec res.* Quaeritur, quae res; an spes prandii Periculi, an Menaechmi mendacium. Mihi prius veri similius videtur. Cf. Capt. 3, 4, 7. Pseud. I, 5, 8.

48. *cinaedos*, saltatores, qui in scena saltant, eoque saepe palla induti sunt. Cf. Mil. III, 1, 73. Poen. V, 5, 39. Stich. V, 7, 1 et 4.

51. *piari.* Cf. II, 2, 17.

56. Vulg. *quemque.* Vett. *quemquam.* V. C. *quemquem.*

*Act. III. Sc. III.* Prodit ancilla Erotii, petiique ab Men. ut etiam spinther ad aurificem deferat, et suas insuper inaures exhibet. Ille promittit, et cum praeda sua abit, conventum Messenionem.

Ut hóc nunc una ópera ad aurificém feras,
Atque huíc ut addas aúri pondo únciam,
Iubeásque spinther nóvum reconcinnárier.
*Men. S.* Et istúc et aliud, sí quid curarí volet, 5
Me cúraturum dícito, quidquíd volet.
*An.* Scin', quód hoc sit spinther? *Men. S.* Néscio, nisi aúreum.
*An.* Hoc ést, quod olim clánculum ex armário
Te súbripuisse aiébas uxorí tuae.
*Men. S.* Nunquam hércle factum est. *An.* Án non meministi, óbsecro? 10
Redde ígitur spinther, sí non meministí. *Men. S.* Mane:
Imo équidem memini: némpé hoc est, quod illí dedi?
*An.* Istúc. *Men. S.* Ubi illae armillaé sunt, quas uná dedi?
*An.* Nunquám dedisti. *Men. S.* Nám pol hoc uná dedi.
*An.* Dicám curare? *Men. S.* Dícito: curábitur. 15
Et pálla et spinther fáxo referantúr simul.
*An.* Amábo, mi Menaéchme, inaurels dá mihi
Faciúndas pondo dúum numum, stalágmia,
Ut té lubenter vídeam, quom ad nos véneris.
*Men. S.* Fiát. Cedo aurum: égo manupretiúm dabo. 20
*An.* Da sódes abs te: póst ego reddideró tibi.
*Men. S.* Imó cedo abs te. Égo post tibi reddám duplex.
*An.* Non hábeo. *Men. S.* At tu, quándo habebis, túm dato.
*An.* Numquid vis? *Men. S.* Haec me cúraturum dícito, —
Ut, quántum possit, quámque liceat, véneant. 25
Iampe ábiit intro? Ábiit, operuít foris.
Di me équidem omnes ádiuvant, augént, amant.

1. *amare*, i. e. rogare amanter, ut in petitionibus additur *amabo*, *amo te*.

2. *unâ operâ* i. e. q. eâdem operâ, i. e. simul, unâ. — Vett. et vulg. et Both. *deferas*, pessumdato versu. Legendum *feras*, nec elidendum *una*. — *hoc* sc. spinther, quod attulit.

3. *huic*, sc. spintheri, addas a te duodecimam partem librae auri, ut novum inde spinther possit fieri. — *Spinther*, gr. σφιγκτήρ, genus erat armillae, quae gerebatur in summo brachio sinistro, ut ait Festus. Videtur fuisse vinculum in modum catenae, ad connectendam pallam, fibula. — *pondo* ne elidatur.

4. Vett. *novum spinther*. Nostr. vulg. et Pall. atque *novum* monosyllabum, ut et alia, quibus media *v* litera, v. c. *avus*, *navis*, *avis*. Bothius mutavit perperam. *reconcinnari*, refici. Cf. 2, 3, 78. Ad *novum* monosyll. v. Pseud. 1, 5, 156. Most. 1, 3, 105. Truc. 2, 1, 33. II, 4, 32. III, 2, 9. Cas. 1, 30. IV, 2, 3. Epid. V, 2, 61.

7. *quod spinther*, *weißt du*, *was für eins es ist?*

10. Addidi *An* ex Acidalio.

14. *Nam pol hoc una dedi.* Asserit denuo, se una cum spinthere dedisse et armillas. Atque *hoc* est abi.

15. vett. *accurabitur*. Nostr. mpti.

16. Vett. *Haec palla et sp.* Nostr. cdd.

17. *da* sc. aurifici; effice, dato auri pondo duum nummum, ut aurifex mihi inde faciat inaures, et quidem stalagmia, quod genus erat inaurium, ad modum guttae. Gr. σταλαγμός.

19. *Ut te lubenter videam*, etc. Conferendus huc locus As. 1, 3, 31—33.

22. In his personas mutavi. Nam vulg. et vett. et reliqui verba *Ego — duplex* ancillae tribuunt. Deinde *Me. Non habeo. An. At — dato. Numq. vis?*

25. Vett. *Ut*, *quantum possit quamque liceat*, *veneant*. Vulg. cum Pall. *quantum possint*, *quique liceant*, *veneant*. Cf. V, 9, 99. Lamb. in textu: *Ut quantum possint*, *quamque liceat*, *v.* In notis tamen praefert *quantum pote sit*. Atque vulgata artificiosior iusto. Itaque praefero vett.

26. *operuit*. V. II, 3, 1. Vett. *obtrudit*. Illud Pall. — *intro* lege: *introd.*

Sed quíd ego cesso, dúm datur mi occásio
Tempúsque, abire ab hís locis lenóniis?
Properá, Menaechme! fér pedem! confér gradum! 20
Demám coronam, atque ábiciam ad laevám manum:
Ut, quí sequantur, hác me abiisse cénseant.
Ibo ét convéniam sérvom, si poteró, meum,
Ut haéc, quae bona dant dí mihi, ex mé sciat.

## ACTUS IV. SCENA I.

*MULIER. PENICULUS.*

*Mu.* Egone híc me patiar ésse in matrimónio,
Ubi vír compilet clánculum, quidquíd domi est,
Atque íd ad amicam déferat? *Pe.* Quin tú taces?
Manifésto faxo iam ópprimes: sequere hác modo.
Pallam ád phrygionem cúm corona hinc ébrius 5
Ferébat, hodie tíbi quam subripuít domo.
Sed eccám, coronam, quám habuit! Num méntior?
Hem, hac ábiit, si vis pérsequi vestígiis.
Atque édepol, eccum, óptume revórtitur;
Sed pállam non fert. *Mu.* Quíd ego nunc cum illóc agam? 10
*Pe.* Idém, quod semper: mále habeas. *Mu.* Sic cénseo.
*Pe.* Huc cóncedamus: éx insidiis aúcupa.

## ACTUS IV. SCENA II.

*MENAECHMUS. MULIER. PENICULUS.*

*Me.* Ut hóc utimúr maxumé more móro

32. *Ut qui s.* Sic vett. — Vulg. *Ut si qui s.*, uti Pall.

34. Vett. *Ut haec, quae bona dii mihi dant, ex me sciat.* Vulg. *dant dii mihi.* Both. *dii mihi danunt.*

*Act. IV. Sc. I.* Advenit uxor Menaechmi abrepti, irata marito, cum Penículo, qui ei narravit de palla Erotio data. Inveniunt coronam humi iacentem. Et ecce accedit Menaechmus a foro. Ergo recedunt paulum, ut audiant, quae sit dicturus.

1. *esse*, quod deest in vulg. et Pall., habent vett. et Lamb., quod quomodo potuerit omitti ab editoribus, non video, quum sensus necessario requirat. Bothius: *patiar indu matrimonio.*

3. *Atque id ad am.* Sic vett.; at in vulg. Pall. et B. deest *id.*

5. *hinc* dedi ex vett., in vulg. enim et Pall. deest.

7. Vett. *Sed eccam, quam coronam habuit.* Nostr. vulg. et Pall.

9. *eccum ipsum.* Sic vett.; Vulg. omittit *ipsum*, uti et Pall.

*Act. IV. Sc. II.* Canticum, usque ad v. 40. Menaechmus a foro redit. Conqueritur de clientibus, qui sese patronum detinuerint, lites eor. agentem, ut ad amicam non potuerit ire; quam ideo iratum credit. Sperat tamen, eam mitigatum iri palla quam dederit. Dum autem introire vult ad eam, revocatur ab uxore, quae ei pallam abreptam exprobrat, instigata a Peniculo. Ille omni ratione uxorem mitigare conatur. Negat se hodie ad Erotium intrasse. Contendit Peniculus. Promittit Menaechmus, se pallam redditurum. Idque hortatur muliер, minaturque, se eum aliis in domum non esse admissuram. Quo dicto, introit v. 106. Peniculus desperans abit ad forum. Menaechmus ad fores Erotii, quam evocat.

1. Sic vulg.; atque *maxime moro* i. e. q. maxime stulto. Cf. Mil. 2, 4, 17. et 3, 1, 78. Pers. 1, 1, 50. At vett.

Molésto que múltum:
Átque uti quíque sunt óptumi, máxumi:
Mórem habent háne:
Cliéntis sibi ómnes volúnt esse múltos; 5
Boníne an malí sint, id haúd quaeritánt:
Rés magis quaéritur, quám clientúm fides
Quóiusmodi clúeat.
Si ést pauper átque haud malús, nequam habétur;
Sin díves malást, ia cliéns frugi habétur. 10
Qui néc leges neque aéquom bonum úsquam colúnt,
Sollícitos patrónos habént.
Datúm denegánt, quod datum ést; litiúm
Pléni, rapáces, virí fraudulénti,
Qui aút foenore aút perĭúriis habént rem [partam;] 15
Mens ést in querélis.
Iuris ubi dicitúr dies,
Simúl patronis dicitur:
Quippe quí pro illis loquántur, male quae fécerint.
Aut ád populum aut ín iure apúd iudicém res est. 20
Sícut me hodié nimis sóllicitúm cliens
Quídam habuít,
Néque, quod volui,
Ágere quidquam lícitum est: ita me attínuit, ita me détinuit.
Ápud Aedĭles, proéliis factis plúrimisque péssumisque, 25
Díxit caus[illegible] Cónditiones tétuli tortas, cónfragosas;
Aút plus aut minús, quam opus erat, múlto controvérsiam
Díxeram, uti spónsio fieret. Quíd ille? — Quid? Praedém dedit;
Néc magis manufésto unquam hominem ullúm teneri vídi ego.
Ómnibus malefáctis testes trés aderant acérrumi. 30

longe secus, sic: *At hoc vivitur maxime more morum Molesto omnium, atque uti q.* Quod construe: At hoc more, omnium morum maxime molesto, vivitur! — Sed et metrum suadet ut vulgatam praeferamus, et hoc quod nulla alia in Plauto scena a coni. *At* exordiitur. Ceterum Pall. *more morum*, uti vett.

6. *bonine an mali*, sc. clientes sint.

7. *res m. q.* Constructio: magis quaeritur, cuiusmodi clueat clientium res, quam fides. *res*, i. e. res familiaris. Post *quam* et vett. et vulg. addunt *clientium*, quod Bothius omisit. Cod. Pal. *clientum*.

11. Constr.: Ii, qui nec leges nec aequum bonumque colunt, patronos habent maxime sollicitos. Alterum *neque* elide, quasi sit *n'*. Cf. ad Am. I, 1, 5.

13. *Datum denegant, quod datum est.* Ad prius *datum* supple: *esse*. Negant datum sibi esse, quod tamen vere datum est, seu mutuo, seu commodato, seu credito.

15. *partam* legitur apud omnes. Verumtamen ad metrum abundat.

16. *mens est in qu.* Nihil aliud cogitant, quam lites.

20. *apud iudicem.* Sic vett. — Vulg. Pall. et B. *aut ad iud.* inepte.

26. Vulg. *Dixit causam* sc. cliens meus. At vett. *Dixi causam*, uti V. C.

28. Vulg. *dixeram controversiam*, uti *sponsio fieret.* Both. *controversiam Duxeram*, *ut ne sponsio fieret*, e. coni. haud improbabili. Constr.: Aut multo plus aut multo minus quam opus erat causam dixeram, ut sp. fieret, h. e. ne eius bona sub hasta venirent, ne bonis cederet.

29. Transposui *ego*, quod in vulg. et vett. ante *hominem* legitur. *manufesto* Lamb. et B. — Vulg. et vett. *manifestum*. — Eaedem *hominem unquam*.

30. *omnibus malefactis*, i. e. in omnibus malefactis, quae clienti meo obiiciebantur, tres testes ab adversario exhibebantur, liquo acerrimi.

Dí illunc omnes pérdant (ita mi hunc hódie corrupít diem)
Méque adeo, qui hodié forum unquam óculis inspexí meis!
Diém corrupit óptumum:
Iussi ápparari prándium;
Amíca exspectat mé, scio. 35
Ubi prímum licitum est, íllico
Properávi abire dé foro.
Iráta est, credo, núnc mihi.
Placábit palla, quám dedi,
Quam hódie uxori ábstuli atque 40
Huic détuli Erótio.
*PE.* Quid aís? *MU.* Viro me malo mále nuptam.
*PE.* Satin' aúdis, quae illic loquitúr? *MU.* Satis.
*ME.* Si sápiam, hinc intro abeam, úbi mihi
Bene sít. *MU.* Mane: male potíus erit! 45
Nae íllam mecastor foéneratod ábstulisti! Síc datur!
Clánculum istaec té flagitia fácere censebás potesse?
*ME.* Quíd illuc est, uxór, negoti? *MU.* Mén' rogas? *ME.* Vin' húnc rogem?
*PE.* Aúfer hinc palpátiones. — Pérge tu. *ME.* Quid tú mihi
Trístis es? *MU.* Te scíre oportet. *PE.* Scít; sed dissimulát malus. 50
*ME.* Quíd negoti est? *MU.* Pállam .... *ME.* Pallam? *MU.* Quídam pallam .... *PE.* Quíd paves?
*ME.* Níl equidem paveó, nisi unum: pálla pallorem íncutit.
*PE.* Át tu ne clam mé comessis prándium! — Perge in virum!
*ME.* Nón taces? *PE.* Non hércle vero tácco. — Nutat, né loquar.
*ME.* Nón hercle ego quidem úsquam quidquam núto neque nicto tibi. 55
*MU.* Nae égo mecastor múlier misera! *ME.* Quí tu misera es, mi éxpedi!
*PE.* Níhil hoc confidéntius, qui, quaé vides, ea pérnegat!
*ME.* Pér lovem deosque ómnes adiuro, úxor, (satin' hoc ést tibi?)
Me ísti non nutásse. *PE.* Credit iám tibi de isto; illúc redi!
*ME.* Quó ego redeam? *PE.* Equidem ád phrygionem cénseo: i, pallám refer! 60
*ME.* Quae ístaec palla est? *MU.* Táceo iam: quando híc rem non meminít suam.

33. Sic vett. distinguunt. At Bothius cum vulg. *optimum* sequentibus iungit. Ceterum vulg. et vett. *corrupi*. Both. *corrupit*, ut v. 31.

42. Sequuntur anapaestici cum creticis a fine. *Viro* et *malo* quasi monosyllaba, aut duabus brevibus enuncianda.

46. *Sic datur*, sic fieri solet aut deet agi cum improbis hominibus. Cf. As. I, 4, 33. Cf. et infra v. 70.

47. *istaec te.* Sequor Decurtatum. Iam vulg. *te istaec*. At vett. *te* in fine collocant. *Potesse* autem disyllabum.

49. *palpationes*, noli existimare, te apud me aliquid proficere posse. — *Perge tu*, sc. mulier.

51. Sic vulg. — Vett. sic: *ME. Quid negotii est? Ux. pallam. ME. pallam, quid? Ux. pallam. quid paves?*

53. Libri *comesses*.

56. *qui tu m. e.* Sic vulg. — Vett. et Pareus: *Quid tu.* Cf. Bacch. V, 2, 41. *Sed quid nihili sis, memora.*

58. Idem versus iisdem verbis legitur infra vs. 97.

59. *isto* Both. — Vulg. et vett. *de istis*.

*Me.* Núm quis servorúm deliquit? num áncillae aut servae tibi
Réspondent? Eléquere. Impune nón erit. *Pe.* Nugás agis.
*Me.* Tristis admodum és. Non mi istuc sátis placet. *Pe.* Nugás agis.
*Me.* Cérte familiárium aliquoi frata es. *Pe.* Nugás agis. 65
*Me.* Núm mihi es iráta saltem? *Pe.* Núnc tu non nugás agis.
*Me.* Nón edepol deliqui quidquam. *Pe.* Hem, rursum nunc nugis agis.
*Me.* Díc, mea uxor, quid tibi aegre est. *Pe.* Bélluo blanditár tibi!
*Me.* Pótin', ut mihi moiéstus ne sis? núm te appello? *Mu.* Auférmanum!
*Pe.* Sic datur! Properáto absente mé comesse prándium, 70
Póst ante aedis cúm corona mé deridete ébrius!
*Me.* Néque edepol ego prándi neque hodie húc intro tetulí pedem.
*Pe.* Tán' negas? *Me.* Nego hércle vero. *Pe.* Níhil hoc homine audácius.
Nón ego te modo hic ante aedis cúm corona flórea
Vídi adstare, quúm negabas, mi ésse sanum síciput? 75
Ét negabas, mé novisse: péregrinum aibas ésse te.
*Me.* Quín ut dudum díverti abs te, rédeo nunc demúm domum.
*Pe.* Nóvi ego te. Non míhi censebas ésse, qui te ulciscerer:
Ómnia hercle uxóri dixi. *Me.* Quid dixisti? *Pe.* Néscio.
Éam ipsus roga. *Me.* Quid hoc est, uxor? quídnam hic narravit tibi? 80
Quid id est? — Quid tacés? quin dicis, quíd ait? *Mu.* Quasi tu néscias,
Mén' rogas? *Me.* Pol haúd rogem te, ní sciam. *Pe.* O hominém malum!
Út dissimulat! Nón potes celáre, rem novít probe:
Ómnia hercle ego édictavi. *Me.* Quid id est? *Mu.* Quando níl pudet
Néque vis tua volúntate ipse prófiteri: audi átque ades! 85
Ét quid tristis sim, ét quid hic mihi dixerit, faxó scias.
Pálla mihi est domó subrepta. *Me.* Pálla subrepta ést mihi?
*Pe.* Víden', uti sceléstus captat? Huíc surrepta est, nón tibi:
Nám profecto tibi surrepta si ésset, salva núnc foret.
*Me.* Níl mihi tecum est. Séd quid tu ais? *Mu.* Pálla, inquam, periit domo. 90
*Me.* Quís eam surripuit? *Mu.* Pol istuc ílle scit, qui illam ábstulit.

60. *i, pallam refer.* Sic vulg. — Pall. et vett. *et pallam refer.*

62. Vett. et Pareus: *aut servae.* Vulg. et Both. *aut servi*, quum praecedat *servorum.* Ancilla autem potest esse non serva.

63. *responsant*, obloquuntur tibi audacius.

65. *Certe.* Sic vett. et Both. et Pareus. — Vulg. *Ceterum.*

69. Sic vulg. et Pall. — Vett. *Non te appello.*

77. *dudum*, i. e. brevi ante, modo, paullo ante.

80. Vett. et vulg. *Eam ipsus roga*, atque *roga* corripiendum. Both. *Ipsus eam roga.*

82. *Men' rogas?* Sic vett. — Vulg. et Pall. *Me rogas?* Ante h. v. autem vulg. et vett. habent v. 87. quem recte illic collocavit Acidalius.

83. Vulg. et vett. *novi.* Emendavit Acidalius.

86. Vulg. et Both. omisso *sim*, ut Pall. At Vett. *Et quid sim tr.*

87. Vulg. et vett. in fine versus: *est tibi?* quod sequentibus non convenit.

*Me.* Quís hic homo est? *Mu.* Menaéchmus quidam. *Me.* Édepol factum néquiter!
Quís is Menaechmust? *Mu.* Tu ístic, inquam. *Me.* Égone? *Mu.* Tu! *Me.* Quis árguit?
*Mu.* Égomet. *Pe.* Et ego. Atque huíc amicae détulisti Erótio.
*Me.* Égon' dedi? *Pe.* Tu, tu ístic, inquam! Vín adferri nóctuam, 95
Quaé, Tu, Tu, usque dícat tibi? nam nós iam defessí sumus.
*Me.* Pér Iovem deosque ómnis adiuro, úxor, (satin' hoc ést tibi?)
Nón dedisse. *Pe.* Imo hércle vero, nós, non falsum dícere.
*Me.* Séd ego illam non cóndonavi, séd sic utendám dedi.
*Mu.* Équidem ecastor túam nec chlamydem dó foras, nec pállium 100
Quoíquam utendum. Múlierem aequom est véstimentum múliebre
Dáre foras, virúm virile. Quín refers pallám domum?
*Me.* Égo faxo referétur. *Mu.* Ex re túa, ut opinor, féceris:
Nám domum nunquam íntroibis, nísi feres pallám simul.
Éo domum. *Pe.* Quid míhi futurum est, quí tibi hanc operám dedi? 105
*Mu.* Ópera reddetúr, quando quid tíbi erit subreptám domo.
*Pe.* Íd quidem edepol núnquam erit: nam níhil est, quod perdám, domi.
Quúm virum, quum uxórem, di vos pérdant! Properabo ád forum:
Nam éx hac familiá me plane éxcidisse intéllego.
*Me.* Mále mihi uxor sesé fecisse cénset, quom excludít foras; 110
Quási non habeam, quo íntromittar, álium meliorém locum.
Sí tibi displiceó, patiundum; at plácuero huic Erótio,
Quaé me non exclúdet ab se, séd apud se occludét domi.
Núnc ibo; orabo, út mihi pallam réddat, quam dudúm dedi.
Áliam illi redimám meliorem. Heus, écquis hic est iánitor? 115
Áperite, atque Erótium aliquis évocate ante óstium.

---

## ACTUS IV. SCENA III.

*EROTIUM. MENAECHMUS.*

*Er.* Quís hic me quaerit? *Me.* Síbi inimicus mágis, quam aetatí tuae.
*Er.* Mí Menaechme, cúr ante aedis ádstas? Sequere intró.
*Me.* Mane.
Scín', quid est, quod ego ád te venio? *Er.* Scío: ut tibi ex me sít volup.

97. Idem versus supra adfuit vs. 58.

105. *Me. Ego domum?* Sic omnes libri. Bothius *Eo domum*, atque Mulieri tribuit. Gr. εἴσειμι. Aristoph. Nub. 125.

108. *Cum virum, cum uxorem.* Sic vulg. — Lamb. *Cum viro, cum uxore.*, uti codd. — Vett. *Commune cum uxore.*

109. Vett. *Nemque ex h.* Nostr. codd.

114. *dudum*, modo, paulio ante.

*Act. IV. Sc. III.* Petit Menaechmus ab Erotio, ut pallam sibi reddat, aliam meliorem emturus. Illa ait iam dedisse, ut ad phrygionem deferret. Negat Menaechmus. Quare illa irata introit, excludítque eum, nunquam intromissura.

1. Vulg. *tuae.* Vett. *suae.* — *quam aetati tuae* Lambinus ait idem esse quod: *quam tibi.*

*Me.* Ímo edepol pallam íllam, amabo té, quam tibi dudúm dedi,
Míhi eam redde: uxór rescivit rem ómnem, ut factum est, órdine. 5
Égo tibi redimám bis tanto plúris pallam, quám voles.
*Ea.* Tíbi dedi equidem illam, ád phrygionem út ferres, pauló prius,
Ét illud spinther, út ad aurificem férres, ut fierét novum.
*Me.* Míhi ut tu dederis pállam et spinther? Núnquam factum réperies.
Nam égo quidem postquam íllam dudum tíbi dedi atque abii ád forum, 10
Núnc redeo, nunc té postilla vídeo. *Ea.* Video, quám rem agis:
Quía commisi, ut mé defrudes, ád eam rem affectás viam.
*Me.* Néque edepol te défrudandi caúsa posco. Quín tibi
Díco, uxorem réscivisse. *Ea.* Néc te ultro oravi, út dares:
Túte ultro ad me détulisti. Dédisti eam doné mihi; 15
Eándem nunc repóscis. Patiar! tíbi habe! aufer! útere
Vél tu, vel tua úxor! vel etiam ín oculos compíngite!
Tu húc post hunc diém pedem intro nón feres, ne frústra sis,
Quándo tu me béne merentem tíbi habes despicátui.
Nísi feres argéntum, frustra mé ductare nón potes. 20
Áliam posthac ínvenito, quám tu habeas frustrátui.
*Me.* Nímis iracunde hércle. Tandem heús tu, tibi dicó, mane!
Rédi! *Ea.* Etiam adstas? Étiam audes méa revorti grátia?
*Me.* Ábiit intro, occlúsit aedeis. Núnc ego sum exclusíssumus:
Néque domi, neque ápud amicam míhi iam quidquam créditur. 25
Íbo, et consulam hánc rem amicos, quíd faciundum cénseant.

---

## ACTUS V. SCENA I.

*MENAECHMUS SOSICLES. MULIER.*

*Men. S.* Nimis stúlte dudum féci, quom marsúpium

4. *dudum*, paullo ante.

6. *quam voles*, quam primum voles. Non enim est accus., sed coniunctio, quemadmodum et in vett. cum accentu legitur.

9. Sic vulg. In vett. deest *ut*. Ad dictionem cf. Most. 4, 4, 25. Pers. 1, 3, 52. Poen. 1, 2, 106. As. 5, 2, 34. Curc. 5, 2, 18. Trin. 3, 3, 22. — Pro *reperies*, quod habent vett. et vulg., Both. cum Grutero et Taubmanno: *Relege res*, quum Mss. habeant: *releceris*, aut *relegeris*. Al. *redixeris*. — *Relege res* foret: perpende seriem omnem actorum. Verum nulla comparet series. Ergo inepta lectio.

11. *Nunc redeo*, nunc primum; ut supra Coquus II, 2, 14. *Nunc obsonatu redeo*.

12. *Quia commisi*, sc. tibi pallam, credidi.

15. *Dedisti* duabus syllabis, *de'sti*.

17. *in oculos compingite*. Sic vulg. *Compingere* est includere, ut *in carcerem* V, 5, 39., *in angustum locum*, Rud. 4, 4, 103. Pro *in oculos* legam: *in loculos*, h. e. in cistulam, ut gemmam aut nummos. Cf. Her. ep. 2, 1, 175. et I, 1, 56. Iuv. 13, 139. Plin. 7, 2. Nam *in oculis custodire* nimis quaesita foret sententia.

20. *ductare*, amare. Cf. Bacch. 4, 9, 6. As. 1, 3, 12. 13. 17. 37. *frustra* esse possit: sine nummis, sine mercede, ita ut ego decipiar, ut seqq. *quam tu habeas frustratui*.

22. *Nimis iracunde*. Cf. Amph. 3, 2, 22. Bacch. 4, 1, 22. As. 2, 4, 64. Poen. 1, 2, 161. III, 1, 38. Trin. 4, 3, 53. Both. *Nimis iracunde hercle tandem! Heus tu* etc. Nostr. vulg. et vett.

23. *etiam* et hic est: pergisne adstare? adhuc revorteris?

*Act. V. Sc. I.* Redit cum palla et

essénioni cum árgento concrédidi.
mérsit aliquo sése, credo, in gáneum.
V. Provísam, quam mox vír meus redeát domum.
d éccum video. Sálva sum: pallám refert. 5
S. Demíror, ubi nunc ámbulet Messénio.
V. Adíbo, atque hominem accípiam, quibus dictís meret.
n té pudet prodíre in conspectúm meum,
agítium hominis, cum ístoc ornatú? *Me.* Quid est?
iae rés agitat te, múlier? *Mu.* Etiamne, ímpudens, 10
uttíre unum verbum aúdes aut mecúm loqui?
S. Quid tándem admisi in te, út loqui non aúdeam?
V. Rogás me? o hominis ímpudentem audáciam!
S. Non tú scis, mulier, Hécubam quaproptér canem
aii ésse praedicábant? *Mu.* Non equidém scio. 15
S. Quia idém faciebat Hécuba, quod tu núnc facis:
nnía mala ingerébat, quemquem adspéxerat:
que ádeo iure coépta appellari ést Canis.
V. Non ístaec ego flagítia possum pérpeti:
m méd aetatem víduam esse mávelim, 20
am istaéc flagitia túa pati, quae tú facis.
S. Quid id ád me, tu te núptam possis pérpeti,
sís abitura a túo viro? An mos híc ita est,
regríno ut adveniénti narrent fábulas?
V. Quas fábulas? Non, ínquam, patiar praéterhac, 25
in vídua vivam, quám tuos mores pérferam.
S. Meá quidem hercle caúsa vídua vívito
l úsque dum regnum óbtinebit Iúpiter.
V. At míhi negabas dúdum surripuísse te;
nc eándem ante oculos áttines! Non té pudet? 30
S. Hei hércle, mulier, múltum et audax ét mala es.
n' tíbi hanc surreptam dícere audes, quám mihi
dit ália mulier, út concinnandám darem?
V. Nae istúc mecastor iám patrem arcessám meum,
que eí narrabo túa flagitia, quaé facis. 35
Décio, quaere méum patrem, tecúm simul
véniat ad me: íta rem esse dícito.
n ego áperiam istaec túa flagitia! *Me.* Sánan' es?
iae méa flagitia? *Mu.* Quóm pallam atque aurúm meum

mbere Menaechmus Sosicles, quae-
s Messenionem, qui habeat marsu-
m. Mulier, rata suum esse Menaech-
m, cum eo expostulat de palla. Ille
gat se abstulisse. Denique uxor pa-
m in auxilium advocari iubet.

1. *Dudum* et hic i. e. q. *paullo ante.* dídderat autem Messenioni marsupium pra Act. II. Sc. 3. v. 40.

3. Sic *immergere se concioni* 3, 1, 3.

4. *Provisam*, i. e. videam. Cf. Stich. 1, 2. Ter. Andr. 5, 5, 1.

12. *in te.* Sic vett. et Lamb. — Vulg. ll. et Both. *in me.*

20. *aetatem* i. e. q. vitam. Sic vulg. et Pall. At vett. *actatem meam. Vidua* est maritata, quae caret viro absente. Cf. I, 2, 4. Stich. 1, 1, 2. I, 2, 62. Mil. 4, 1, 18. V, 16. Cist. 1, 1, 45. Curc. 1, 1, 37. Cf. et vs. 26. 27.

23. Sic Both. — Vulg. et vett. *An mos est ita hic.*

27. Vulg. *vivito*, vett. *victita.*

30. *attines.* Cf. Capt. 2, 2, 16.

31. Vett. *Hei.* Vulg. *Heu*, ut Pareus.

37. In vett. *mihi* additum ante *esse.* Deest in Pall. et vulg. nec elidendum *rem.*

Domó suppilas úxori tuae, ét tuae
Degéris amicae! Sátin' haec recte fábular?
*Mn.* Quaeso hércle, mulier, sí scis, monstra, quód bibam,
Tuám qui possim pérpeti petulántiam.
Quem túte hominem esse me árbitrare, nescio:
Ego téte simitu nóvi cum Parthóne.
*Mu.* Si mé derides, át pol illum nón potes,
Patrém meum, qui huc ádvenit. Quin réspicis?
Novístin' tu illum? *Mn.* Nóvi cum Calchá simul:
Eodém die vidi filium, quo te, ante hánc diem.
*Mu.* Negás novisse mé? negas patrém meum?
*Mn.* Idem hércle dicam, sí avem vis addécere.
*Mu.* Ecástor pariter hóc, atque alias rés soles.

---

## ACTUS V. SCENA II.

*SENEX. MULIER. MENAECHMUS SOSICLES.*

*Sn.* Ut aétas mea ést, atque ut huic usus fácto est,
Gradúm proferám, progredí properábo;
Sed id quam mihí facile sít, haud sum fálsus:
Nam pérnicitás deserít; consitús sum
Senéctute, onústum geró corpus, víres
Relíquere. Ut aétas malá merx est érgo!
Nam rés plurimás pessumás, quom advenít, fert;
Quas sí autumem ómnis, nimís longus sérmo est.
Sed haéc res mihi ín pectore ét corde cúrae est,
Quidnam hóc sit negóti, quod filia síc
Repénte expetít me, ut ád sese írem,
Nec, quíd sit, mihí
Facít certiús, quid velít, quid me arcéssat.

42. *quod bibam*, sc. medicamentum, quod patientem reddat petulantiae.

44. *tute hom. esse me.* Sic vett. et Lamb. — Vulg. *tu h. me arb.*, ut et Bothius. Fortasse melius: *tute esse hominem me arb.*

45. Vulg. et vett. *Ego te.* — *Cum Parthaone*, Aetoliae rege, Deianirae avo. Sensus: ego te aeque ignore atque Parthaonem. Cf. 48. *Simitu* v. Amph. 2, 1, 87. Ps. 4, 2, 55. Most. 3, 2, 37. Trin. 4, 1, 22. Stich. 2, 1, 94. II, 3, 66. V, 5, 2. Merc. 1, 2, 8. V, 2, 6. Epid. 3, 2, 37.

48. *cum Calcha simul*, h. e. tam bene, quam Calcham.

49. *eodem die*, h. e. nunquam vidi.

*Act. V. Sc. II.* Advenit pater mulieris, qui quum litem componere frustra tentarit, Menaechmum insanire ratus, servos advocat, ut vinciant. At ille, in iram actus, primum mulierem abigit, dein seni minatur, denique aufugit. Senex autem medicum arcessitum abit.

1. *ut huic*, sc. filiae meae. Sic vett. — Vulg. Pall. et Both. *ut hoc.* Sensus: Properabo, quantum aetas mea permittet, et quantum opus est filiae meae. Sed vss. 1—9 sublestae fidei.

3. Vulg. et vett. *Sed id quam facile sit mihi.*

6. Vett. *ut aetas mala est, merx est ergo.* Vulg. *ut aetas mala, merx mala est tergo.* Lamb. *ut aetas, mala merx est ergo.* *Mss. mala merx ergost.*

7. Vett. et vulg. *affert.* At V. C. ab initio habuerat *fert.*

8. Eaedem: *sermo sit.* At Pall. *sermost.*

9. Sic vett. et Both. cum V. C. — Vulg. *dura est*, cum Decurt.

11. Sic vulg. — Vett. *expetit me ad sese, me ut irem.*

12. Vulg. et vett. *Nec quid id sit, mihi certius facit.*

Verúm propemodúm iam sció, quid sit réii:
Credó cum viró litigiúm natum esse áliquod. 15
Ita ístae solént, quae virós subservíre
Sibí postulánt, dote frétae, feróces.
Et íllí quoque haúd abstinént saepe cúlpa;
Verum ést modus tamén, quoad pati úxorem opórtet;
Nec pól filia únquam patrem áccersit ád se, 20
Nisi aút quid commíssi, aut iúrgii est caúsa.
Sed íd quidquid ést, iam sciam. Átque eccam eámpse
Ante aédis et éius virúm tristem vídeo.
Id ést, quod suspicábar.
Appellabo hanc. *MU.* Íbo advorsum. Sálve multum, mí pater. 25
*SE.* Sálva sis. Salvén' advenio? sálven' accersí iubes?
Quíd tu tristis és? quid ille autem ábs te iratus déstitit?
Néscio quid vos vélitati éstis inter vós duo.
Lóquere, uter meruístis culpam, paúcis; non longós logos.
*MU.* Núsquam equidem quidquám deliqui (hoc prímum te absolvó, pater); 30
Vérum vivere híc non possum, néque durare ulló modo:
Proín tu me hinc abdúcas. *SE.* Quid istuc aútem est? *MU.* Ludibrió, pater,
Hábeor. *SE.* Unde? *MU.* Ab íllo, quoi me mándavisti, méo viro.
*SE.* Écce autem litígium! Quotiens édixi tandém tibi,
Út caveres, neúter ad me irétis cum querimónia? 35
*MU.* Quí ego istuc, mi páter, cavere póssum? *SE.* Men' intérrogas?
*MU.* Nísi nevis. *SE.* Quotiéns monstravi tíbi, viro ut morém geras:
Quíd ille faciat, né id observes, quó eat, quid rerúm gerat?
*MU.* Át enim ille hinc amát meretricem ex próxumo .... *SE.* Sané sapit;
Átque ob istanc indústriam etiam fáxo amabit ámplius. 40
*MU.* Átque ibi potat. *SE.* Tuá quidem ille caúsa potabít minus,
Síve illic, sive alibí lubebit? Quae haéc, malum, impudéntia est?
Úna opera prohibére, ad coenam né promittat, póstules,
Néve quemquam accípiat alienum ápud te. Servirén' tibi
Póstulas virós? Dare una ópera pensum póstules, 45
Ínter ancillás sedere iúbeas, lanam cárere.
*MU.* Nón equidém mihi te ádvocatum, páter, adduxi, séd viro.

13. Sic vulg. — Vett. *quidve accersat*, uti semper. Sed fortasse vss. 12 et 13 spurii sunt iudicandi.

14. vulg. et vett. *quid siet rei.*

19. vulg. *quoad*, vett. *quo id.*

20. vett. *accersit*, vulg. *arcessit.*

21. Sic vulg. — Vett. omittunt *quid.* Omnino abundare videtur v. *causa.*

22. Vulg. et vett. *Sed quidquid id est.*

23. Vulg. et vett. *tristem virum.*

26. Sic vulg. At vett. sic: *Salva sis, salvaene? advenio, sed cur accersi iubes?* Atque *salvaene* Pall.

27. Eadem recurrunt v. 59.

37. Sic Both. — Vulg. et vett. *Nisi non vis.*

40. In vett. omittitur *Atque.* Sensus: Atque quoniam tu eum sic observas, fecero equidem, ut etiam magis amet. Cf. I, 2, 14.

42. *illic* monosyllabum, uti centies. Vide indicem. Bothius tamen: *Si illic.*

45. *Una opera*, i. q. eâdem opera, i. e. eodem iure.

46. *lanam carere.* Sic Varro hunc locum profert de L. L. libro VI. Codices tamen Palatini *carpere*, uti et vett. Al. *capere.* Est autem *carere* a Gr. κείρειν,

Hínc stas, illinc caúsam dicis. *Sɛ.* Si ílle quid delíquerit,
Múlto tanto illum áccusabo, quám te accusavi, ámplius.
Quándo te auratam ét vestitam béne habet; ancillás, penum 50
Récte praebibet: mélius sanam est, múlier, mentem sómnere.
*Mu.* Át ille suppilát mihi aurum et pállas ex arcís domo;
Mé despoliat, mea órnamenta clam ád meretrices dégerit.
*Sɛ.* Mále facit, si istúc facit; si nón facit, tu mále facis,
Quae ínsontem insimuiés. *Mu.* Quia etiam nánc habet pallím, pater, 55
Ét spinther, quod ad hánc detulerat: nánc, quia resciví, refert.
*Sɛ.* Iám ego ex hoc, ut fáctum est, scibo: íbo ad hominem atque álloquar.
Díc mi istuc, Menaéchme, quod vos díssertatis: út sciam.
Quíd tu tristis és? quid illa autem írata abs te déstitit?
*Mɛ.* Quísquis es, quidquíd tibi nomen ést, senex: summám iovem 60
Deósque de testís.... *Sɛ.* Qua de re aut quóius rei rerum ómnium?
*Mɛ.* Mé neque isti mále fecisse múlieri, quae me árguit
Hánc domo ab se súrripuisse, atque ábstulisse délerat.
Sí ego intra aedeis húius unquam, ubi hábitát, penetraví pedem:
Ómnium hominum exópto ut fiam míserorum misérrumus. 65
*Sɛ.* Sánun' es, qui istúc exoptes, aút neges te unquám pedem
Ín eas aedis íntulisse, ubi hábitas, insanissume?
*Mɛ.* Tún', senex, aís habitare méd in illisce aédibus?
*Sɛ.* Tú negas? *Mɛ.* Nego hércle vero. *Mu.* Nímio hoc ludicré negas,
Nísi quo nocte hac émigrasti. *Sɛ.* Cóncede hac, sis, filia. — 70
Quíd tu ais? num hinc émigrasti? *Mɛ.* Quem ín locum, aut ob rem, óbsecro?
*Sɛ.* Nón edepol scio. *Mu.* Lúdit te hic profécto. *Sɛ.* Non tu té tenes? —
Iám vero, Menaéchme, satis iocátus es: nunc hánc rem age.
*Mɛ.* Quaéso, quid mihi técum est? Unde aut quís tu homo es? [Quid féci ego]

Atque sic vulg. et B. Ceterum ἅπαξ λεγόμενον.

52. *pallas.* Sic Mss. — Vulg. et vett. *pallam.*

53. Vulg. *clam me ad m.* Vett. *iam ad m.* uti V. C.

59. Vulg. *quid illam autem iratam abs te destituis*, solam relinquis, deseris. Sed conf. vs. 27. Quamobrem emendavi.

61. Vulg. et vett. *Deosque detestor.* Pal. *Deos quedetestes*, unde Grut. et Pareus: *Deosque do testes*, quod B. — Vulg. *quoius rei.* Vett. *cui rei.* Ad *cuius rei* suppl. *testes.*

62. Vett. *neque quae me arguit.* Et Pareus: *neque quod me arguit.* Verum alterum *neque* subest versui 64.

63. *exoptes*, ut fias miserrimus.

68. Post *med* legitur in vett. adv. *hic* et videtur quodammodo requiri ad versum.

69. Et vulg. et vett. *nimio haec impudenter negas.* Both. *Nimium hoc ludicre negas*, ex Pareo, quia Pal. habet: *Immo hec eludere neget.*

70. *sis* inserui Both. Nam vulg. *Concede hac, filia.* Vett. *huc.* His autem verbis eam removet a Menaechmo, ipse cum eo loquturus.

72. Vulg. et vett. *Profecto ludit te hic.*

'ibi aut adeo ísti, quae molésta est mihi quoquó modo? 75
[U. Víden' tu illi oculós virere? Ut víridis exoritúr colos
x temporibus átque fronte! ut óculi scintillánt, vide!
[E. Heí mihi, insaníre me aiunt, últro quom ipsi insániunt!
[U. Út pandiculans óscitatur! Quíd nunc faciam, mí pater?
E. Cóncede huc, mea náta, ab istoc, quám potest, longíssume! 80
[E. Quíd mihi melius, quám, quando illi me ínsanire praédicant,
go med adsimulem ínsanire, ut íllos a me abstérream?
voe, Evie, Brómie! quo me in sílvam venatúm vocas?
údio; sed nón abire póssum ab his regiónibus:
a illa me ab laevá rabiosa fémina asservát canis; 85
ót autem illic hírcus alius, quí saepe aetate ín sua
érdidit civem ínnocentem fálso testimónio.
E. Vaé capiti tuo! ME. Écce, Apollo mi éx oraculo ímperat,
t ego illi oculós exuram lámpadibus ardéntibus!
[U. Périi, mi patér, minatur míhi oculos exúrere! 90
E. Fília, heus! MU. Quid ést? quid agimus? SE. Quíd, si ego huc servós cito?
o, adducam, qui húnc hinc tollant, ét domi devínciant,
riúsquam turbarúm quid faciat ámplius. ME. Enimveró, nisi
ccupo aliquod míhi consilium: hí domum me ad se aúferent. —
ignis me vetás in huius óre quidquam párcere, 95
[ iam ex meis oculís abscedat ín malam magnám crucem?
iciam, quod iubés, Apollo! SE. Fúge domum, quantúm potest:
e híc te obtundat! MU. Fúgio. Amabo, ásserva istunc, mí pater:
é quo hinc abeat! Súmne ego mulier mísera, quae illaec aúdio?
E. Haúd male illanc á me amovi; núnc hunc impuríssumum, 100
irbatum, tremulúm Tithonum, Cýgno qui cluét patre,
ı mihi imperás, ut ego huius mémbra atque ossa atque ártua
ómminuam illo scípione, quem ípse habet? SE. Dabitúr malum,
é quidem si attígeris, aut si própius ad me accésseris!
E. Fáciam, quod iubés: securim cápiam ancipitem, atque húnc senem 105

74. In fine quae inclusimus, desunt in ris, suppleta a Camerario.
75. Vulg. *quae mihi molesta'st.*
76. *viridis.* Sic vulg. et vett. — Bo- ıs: *luridus*, quod male convenit metro. ıerum v. *virere* de colore, non de nitilando esse accipiendum, apertum . Intelligenda est coloris mutatio, ıe et per se est in vulta furentium, magis etiam in phantasia eorum, qui ıpiciunt.
78. Quae sequuntur, sic ordinavit Acilius. Nam in vulg. et vett. versus hic ge infra legitur post v. 90 proque eo v. 81 et 82.
80. Vulg. cum V. C. *quam potest.* ıt. cum Decurt. *q. potes.*
81. Vulg. et vett. *melius est.*
83. Sic vulg. — Vett. *Evoe, atque ı Bromie.*
86. Both. *hircus alius.*
93. *Enimvero nisi* et seqq. sic leguntur in vulg. a qua multum recedunt vett. *amplius enim haereo. ni Occupo etc. auferent pugnis caesum. Mu. Notas in huius ore quidquam pater? Nam iam his oculis obscedat in malam magnam crucem.*
95. *ore*, i. e. capite. Cf. indic.
98. Vett. *observa.*
99. Hoc dicto versu mulier abit. Igitur proprie nova scena fuerit ordienda.
100. Verba *a me* non leguntur in vulg. neque vett., habet Bothius ante *amovi.* In seqq. vett. *hunc ego imp.* vulg. *hunc imp.*
101. Vulg. et vett. *Titanum.* — *Tithonum* Bothius ex Meursio. — *qui cluet* B. ex Mss. — Vulg. *prognatum.* Illud et Priscianus lib. VI. pag. 688.
102. *artua* pro *artus*, cf. Nonium.

Éxossabo, déin dedolabo ássulatim víscera.
*Sx.* Énimvero illud praécavendum est, átque securandúm mihi:
Sáne ego illum metuo, át minatur, né quid malefáxit mihi.
*Mx.* Málta mihi imperás, Apollo! Núnc equos iunctó iubes
Cápere me indomitós, ferocés, átque in currum insecúndere, 110
Út ego hunc proterám leonem vétulum, olentem, odéntulum.
Iam ádstiti in currúm; iam lora ténco; iam stimulum ín manu est!
Ágite, equi! facitóte sonitus ángularum appáreant
Cársu celeri! fácite inflexa sít pedum perúcitas!
*Sx.* Míhin' equîs iunctís minare? *Mx.* Écce, Ápollo, dénuo 115
Mé iubes facere impetum in eum, qui hic stat, atque occidere. —
Séd quis hic est, qui mé capillo hínc de curru dérripit?
Imperium tuúm demutat átque dictum Apóllinis.
*Sx.* Heu mórbum hercle acrem ac dúrum! Di, vestrám fidem,
Vel hic, qui insanit, quám valuit paulo prius! 120
Ei dérepente tántus morbus incidit!
Ibo átque arcessam médicum iam, quantúm potest.
*Mx.* Iamne isti ablerunt, quaéso, ex conspectú meo,
Qui mé vi cogunt, út validus insániam?
Quid césso abire ad návem, dum salvó licet? 125
Vosque ómnes quaeso, si senex revénerit,
Ne me índicetis, quá platea hinc aufúgerim.

---

## ACTUS V. SCENA III.

*SENEX.*

[Lumbí sedendo, óculi spectandó dolent,
Manéndo medicum, dúm se ex opere récipiat.
Odiósus tandem víx ab aegrotís venit;
Ait se óbligasse crús fractum Aesculápio,
Apóllini autem bráchium. Nunc cógito, 5
Utrúm me dicam médicum ducere, án fabrum.
Atque éccum incedit, móvet formicinúm gradum!]

---

106. Vulg. et vett. *Exossabo, dein dedolabo assulatim viscera.* Al. *Exossem, nisi dedolabo.* Aldus: *Exossem reddam, dedolabo.* Cod. *osse fini dedolabo.* Hinc Gronovius: *Ossum fini ded.* quod Bothius. Possit aeque: *Exossem sine ded.* — De v. *exossare* cf. Aul. 2, 9, 3. Amph. I, 1, 165.

108. Ad haec verba senex paullum recedit a Menaechmo.

111. *vetulum.* Sic Both. ex Gull. — Vulg. et vett. *Getulum.*

112. Sic vulg. pro *in curru* ἀρχαϊκῶς, vel ut *adstiti* dictum sit pro *adscendi.* Vett. *adscendo.*

113. De his cf. Eurip. Herc. fur. 949. sqq.

114. Vulg. *inflexa.* Vett. *inflexu.* Lamb. *in flexu.*

116. *qui hic stat.* Sic Both. — Vulg. et vett. *qui stat.*

117. Ad haec procidit humum Menaechmus, ut furiosi solent, quasi a daemone quodam curru detractus.

119. Vulg. et vett. *Heu hercle morbum.*

*Act. V. Sc. III.* Abierat supra senex, atque scenae sequentis v. 4. dicitur *adducere* medicum. Itaque patet, ineptos hos septem versus perinepte insertos esse a serioribus. Atque hoc tamen nemodum animadvertit interpretum; nemo enim omnium de iudicanda re scenica in comoediis Plautinis cogitavit; qua tamen

## ACTUS V. SCENA IV.

*MEDICUS. SENEX.*

)uid esse illi morbi díxeras? narrá, senex.
.rüatus aút cerritus? Fác sciam.
ím veternus, aút aqua intercús tenet?
in éa te causa dúco, ut id dicás mihi,
íllum ut sanum fácias. *Med.* Perfacile íd quidem est. 5
futurum, méa ego id promittó fide.
ıgná cum cura ego íllum curarí volo.
)uin súspirabit plús sexcentos ín dies;
illum cura mágna curabó tibi.
éccum ipsum hominem! Óbservemus, quám rem agat. 10

---

## ACTUS V. SCENA V.

*MENAECHMUS. SENEX. MEDICUS.*

Édepol nae hic diés pervorsus átque advorsus mi óbtigit.
ıe clam ratús sum facere, ea ómnia fecít palam
us, qui mé complevit flágitii et formídinis,
)lixes, súo qui regi tántum concivít mali.
ego hominem, sí quidem vivo, víta devolvám sua. 5
o stultus súm, qui illius ésse dico, quaé mea est:
bo et sumtu éducatust. Ánima privabó virum.
ne autem haec méretrix fecit, út mos est meretrícius:
ɔgo pallam, út referatur rúrsum ad uxorém meam,
ɜ ait dedísse. Heu, edepol naé ego homo vivó miser! 10
din', quae loquitúr? *Med.* Se miserum praédicat. *Se.* Adeás velim.
Sálvos sis, Menaéchme. Quaeso, cúr apertas bráchium?
scis, quantum ísti morbo núnc tuo faciás mali.
Quín tu te suspéndis? *Se.* Ecquid séntis? *Med.* Quidni séntiam?

me opus, ne paleas pro tritico
ır.

*V. Sc. IV.* Advenit senex, dudicum. Is autem illum denuo morbo Menaechmi.

*id esse illi morbi dixeras?* Vulg. *Quid esset.* Lamb. omisso *illi.* Repetedum mihi: quid morbi di-, sc. Menaechmo, esse?

lg. *Quin suspirabo plus sex-n die.* Vett. *Quin suspirabo centos in dies.* Pareus: *Quin ɔ plus sescenta in dies.* De-ɜ *sesentia.*

vett. — Vulg. *illum cum cura.*

*V. Sc. V.* Male suo advenit nus abreptus. Eum senex et pro aegroto habent et examinant. eum ad se iubet deferri, quo melius eum curet. Itaque senex abit servos accersitum, medicus domum, ut res ad curationem necessarias apparet. Restat Menaechmus, donec intromittatur ad puellam, quod saltem sub noctem futurum sperat.

4. *Meus Ulixes*, meus consiliarius, ut Ulysses fuit Agamemnoni. — *regi.* Plerumque enim parasiti patronos suos *reges* appellabant. Cf. Asin. V, 2, 69. Cf. ind. s. v. *rex*, *parasiti patronus.*

6. *quae mea est*, sc. vita eius. Sic vett. — Vulg. *quae mea sit.*

8. *Condigne*, h. e. pariter atque ille. Cf. Aul. 3, 4, 6. Bacch. 3, 2, 8.

12. *Cur apertas brachium?* cur tam crebro brachium tuum pallio nudas? sive, cur nudato, aperto brachio adstas? Quod ille per negligentiam et turbatum animi statum facere cogitandus est.

Nón potest haec rés ellébori lógere obtinérier. 15
Séd quid ais, Menaéchme? *Men.* Quid vis? *Med.* Díc mihi hoc, quod té rogo.
Álbum an atrum vínum potus? *Men.* Quin tu is in malám crucem?
*Sz.* Iam hércle occeptat insanire primulum. *Men.* Quin tú rogas,
Púrpureum poscm ún punicum sélenum ego esse, an líteum?
Sólemne esse avis squamosus, piscis pennatós? *Sz.* Papae, 20
Aúdin' tu, ut delíramenta lóquitur? Quid censés dare
Pótionis áliquid, priusquam pércitust insánia?
*Med.* Máne modo: etiam pércontabor. *Sz.* Ália occidis fábula.
*Med.* Díc mihi hoc: solént tibi unquam óculi duri fieri?
*Men.* Quid? tu me locústam censes ésse, homo ignavíssume? 25
*Med.* Díc mihi, en unquam íntestina tibi crepant, quod scátias?
*Men.* Úbi satur sum, nálla crepitant; quándo esurio, tám crepant.
*Med.* Hóc quidem edepol haúd pro insano vérbum respondit mihi.
Pérdormiscin' úsque ad hucem? fácilen' tu dormís cubans?
*Men.* Pérdormisco, sí resolvi árgentum, quoi débeo. 30
Qui te Iupitér dique omnes, pércontator, pérduint!
*Med.* Núnc homo insanire occeptat. De illis verbis cáve tibi.
*Sz.* Ímo modestior núnc quidem est de vérbis, praeut dudúm fuit.
Nám dadam uxorém suam esse aiébat rabiosám canem.
*Men.* Quid ego dixi? *Sz.* Insánis, inquam. *Men.* Égone? *Sz.* Tu istic, qui mihi 35
Étiam me iunctís quadrigis mínitatus's prosterníere.
Égomet haec te vídi facere: égomet haec ted árguo.
*Men.* Át ego te sacrám coronam súbripuisse Iovi scio;
Ét ob eam rem in cárcerem ted ésse compactúm scio;
Ét postquam es emissus, caesum vírgis sub furcá scio; 40
Túm patrem occidisse et matrem véndidisse etiám scio.
Sátin' haec pro sanó maledicta máledictis respóndeo?
*Sz.* Obsecro hercle, médice, propere, quídquid facturús, face.
Nón vides hominem insanire? *Med.* Scín', quid facias óptumum?
Ád me face uti déferatur. *Sz.* Ítane censes? *Med.* Quíppini? 45

13. *tuo* vulg.; at vett. *tute*. Fortasse: *tute nunc*.

14. *Ecquid sentis*. Haec in vulg. et vett. medico, sequentia Menaechmo tribuuntur. Verum vidit Acid. et scripsit Both.

15. *obtinerier*, i. e. curari.

17. *album an atrum vinum*, quippe quod referat in morbo tali.

18. Vulg. *Quin tu me interrogas*. Vett. omisso *me*. Sed et omittendum *iste*.

22. Vulg. *priusquam percipit insania*. Vett. *pr. percitus insania*. Quod praefero, scribendumque duco *percitust*. Bothius tamen vulg. tuetur.

23. Sic vulg. — Vett. *aliam occipis fabulam*. — *etiam percontabor* i. e. q. pergam eum percontari.

26. Vett. *an umquam tibi int. crepitant*. Vulg. *en unq. t. int. crepant*.

30. Vett. *si resolvi*. Vulg. *qui r.*

31. *Qui te* etc. solemnis locutio. Cf. Cas. 2, 4, 1. Men. 3, 1, 6. Pers. 5, 2, 6. Vett. tamen: *Quin te*. Illud mpti.

32. *de illis verbis*, h. e. postquam illa dixit verba.

33. Sic vulg. et vett. atque *modestior* ab initio contractim pronunciandum, quasi *m'destior*. Cf. Amph. 1, 1, 9. Stich. 5, 4, 10. Quare perperam Both. *I' modestior*. — *dudum*, paullo ante.

37. Pro altero *haec* vett. *ecce*. Proute legendum cum *d* paragogica.

38. *Iovi scio*. Sic vett. recte. Nam *e* finalis in v. *surripuisse* elidenda, ut saepe in infinitivis. Vulg. *scio Iovis*. Decurt. *surrupuisse lo Iovis*. V. C. *subr. Iovis*, omisso *scio*, quod in fine legi debere, praebent versus tres sequentes.

42. Cf. vs. 28.

meo arbitrátu potero cúrare hominem. *SE.* Age, út lubet.
*D.* Élleborum potábis faxo áliquos vigintí dies.
*N.* Át ego te pendéntem fodiam stímulis trigintá dies.
*D.* I, árcesse homines, qui íllunc ad me déferant! *SE.* Quot súnt satis?
*D.* Proínde ut insaníre video, quátuor; nihiló minus. 50
Iam híc erunt. Assérva tu istunc, médice. *MED.* Imo ego ibó domum,
parentur, quíbus paratis ópus est. Tu servós iube
nc ad me feránt. *SE.* Iam ego illic fáxo erit. *MED.* Abeó.
*SE.* Vale.
*N.* Ábiit socerus, ábiit medicus: sólus sum. Proh Iúpiter,
íd illuc est, quod méd hice homines ínsanire praédicant? 55
ım équidem, postquam gnátus sum, nunquam aégrotavi unúm diem;]
que ego insanió, neque pugnas, néque ego litis coépio:
vus salvos álios video; nóvi homines, álloquor.
illi perperam ínsanire me áiunt, ipsi insániunt?
íd ego nunc faciám? Domum ire cúpio: at uxor nón sinit; 60
c autem nemo íntromittit. Nímis proventum est néquiter:
ero usque ad nóctem. Saltem, crédo, intromittár domum.

---

## ACTUS V. SCENA VI.

*MESSENIO.*

:ctámen bonó servo id ést, qui rem herílem
ɔcúrat, vidét, collocát, cogitátque,
ábsente heró suo rem herí diligénter
tétur, quam si ípse adsit, aút rectiús.
rgúm quam gulám, crura quám ventrem opórtet 5
.ióra esse, quoí cor modéste situm ést.
córdetur, íd, qui nihilí sunt, quid íllis
:tí detur áb suis herís, improbís

4. Vett. *Abiit socer, abiit medicus, c solus sum. proh Iup.* Vulg. *so-ıs.* Omittendum *nunc.*
5. Vulg. *quod me hic h.* Vett. *quod ıe hic.*
6. Hic versus neque in Decurtato le-r, neque in vett. nec Lambino. Et ɔ nimium videtur praedicare. At in C. extat.
7. Vett. *Neque e. i., neque ego pu-ıs, neque lites coepio.*
9. *An illi.* Sic Mss. et Lamb. — g. et vett. *An qui.*
1. Vett. *intromittit nemo.* Vulg. ıo *intromittit.*
2. Sic vulg. Boihius sic: *Hic ero ıe. Ad noctem s., cr., i. d.* Mss. *ergo.* — *domum*, sc. meam.
*ICT. V. Sc. VI.* Adversum it hero, uti supra iussus fuerat, Messenio, ratus eum adhuc esse apud Erotium. Philosophatur autem in cantico de obsequentia dominis praestanda.

1. Sensus: Eo maxime perspicitur, an sit aliquis bonus servus, si absentis heri aeque bene aut etiam rectius, quam praesentis, res curet. — *bono servo*, dat. pro genitivo. Vide Ind. s. v. *dativus pro genitivo.*
3. Metri causa addidi *suo.*
6. *suum*, quod habet vulg. post *modeste*, omittunt vett.
7. *quid illis.* Sic scripsi pro vulg. *quid iis.*
8. Vulg. et vett. *heris ignavis, improbis Viris.* Transposui, et post *verbera* addidi *et.* Dein v. 10. *magna* eliciendum duco.

Ignávis viris, verbera ét compedés,
Molaé, [magna] lassitúdo, famés, frigus dúrum. 10
Haec prétia sunt ignáviae. Id ego mále malum
Métuo. Propterea bonum esse cértum est potius quám malum:
Nam mágis multo patiór facilius vérba; verbera ódi,
Nimióque edo lubéntius molítum, quam [molitum] praebíbeo.
Proptérea heri imperium éxsequor bene, ét sedate sérvio. Atque 15
Id mihi prodest.
Alii íta, ut in rem esse ducúnt, sient; ego íta ero, ut me esse opórtet:
Metum ut mi ádhibeam, culpam ábstineam, hero ut ómnibus in locis sím praesto.
Serví, qui culpá, carent ét metuónt,
Hí solent ésse heris útibilés. 20
Namílli, qui nihíl metuónt,
Postquám malum prómeritum ést, metuónt.
Metuam haúd multúm.
Prope ést, quando herús
[Quod strenue faciam,] pretium éxsolvét. 25
Eo exémplo servio, térgo ut in rem esse árbitror.
Postquam ín tabernam vása et servos cóllocavi, ut iússerat,
Vénio advorsum. Núnc fores pultábo, adesse ut mé sciat,
Ác virum ex hoc sáltu damni sálvom ut eliciám foras.
Séd metuo, ne séro veniam, dépugnato proélio. 30

---

## ACTUS V. SCENA VII.

*SENEX. MENAEHMUS. LORARII. MESSENIO.*

*Sr.* Pér ego vobis déos atque homines díco, ut imperiúm meum
Sápienter habeátis curae, quae ímperavi atque ímpero:
Fácite illic homo iam ín medicinam ablátus sublimís siet,
Nísi quidem vos vóstra crura aut látera nihili pénditis.

13. Vulg. et Pareus: *verbera ego odi.* Vett. *quam verbera.*

14. Alterum *molitum* supplendum potius.

17. Vett. *Alii ita sunt, ut in rem esse ducunt, sint:*

18. Vett. *Metum comitem mihi adh., culpa ut abst.*

23. Sic vulg. — Vett. *Metuam ego haud multum quidem. Mss. p. m. promeritumque ei metuunt. Metum aut multum prope es.*

25. Vulg. *quod strenue faciam, pretium exsolvet.* Vett. *qui quod faciam, precium exsolvet mihi.* Pro *strenue* mpti *ceruso fat.*

26. Vulg. *tergi.* Vett. *Ego hoc exemplo servio, tergo ut in rem esse arbitror.* Versus est senarius iamb. *Tò hoc* non legitur in mptis, nec *meo.* quod post *rem* habent edd.

28. Vulg. et Pareus: *Ita venio.* — Vett. omittunt *Ita.* — *fores*, Erotii.

29. Vulg. et vett. *Neque utrum ex hoc saltu damni salvum scio elician foras.* Both. *Atque virum ex hoc s. d. s. ut educam foras.*

*Act. V. Sc. VII.* Adducit senex lorarios, eosque iubet abripere Menaechmum. Auxilium fert ei Messenio, ea tamen conditione, ut liber sit. Quo premisso, ille abigit lorarios, dein abit in tabernam, ut afferat viduium et reliqua vasa. Miratus Menaechmus, sese a notis pro insano habitum, et ab ignoto servatum, introire tentat ad Erotium.

3. Adv. *iam*, quod habent vulg. et Pall., omittunt vett. — *medicinam* int. *ἰατρεῖον*, officinam medici.

nisquam, quod illíc minitetur, vóstrum flocci fécerit. 5
tátis? quid dubitátis? Iam sublímem raptum opórtuit,
ad medicum: praésto ero illi, quóm venietis. *Men.* Óccidi!
oc ést negoti? quíd illice homines ád me currunt, óbsecro?
óltis vos? quid quaéritatis? quíd me circumsístitis?
pitis me? quo fértis me? Perii! Óbsecro vostrám fidem, 10
nienses, súbvenite, cives! Quin me míttitis?
roh di ímmortales, óbsecro, quid ego óculis adspició meis?
meum indignissume nescío qui sublimém ferunt.
Ecquís suppetias mihi aúdet ferre? *Mes.* Égo, here, audacíssume.
us indignum ét malum, 15
nii civés, herum
hic in pacato óppido
eripier ín via,
er ad vos vénerit!
istunc! *Men.* Óbsecro te, quísquis's, operam ut dés mihi, 20
as in me ínsignite fieri tantam iniúriam!
no et operam dábo, et defendam, et súbvenibo sédulo.
m te patiár perire: mé perire est aéquius.
culum isti, áb humero qui té tenet, te, here, óbsecro!
go iam seméntem in ore fáciam, pugnosque óbseram. 25
o [hodie] malo hércule vostro ístunc fertis. Míttite!
'éneo ego huic oculúm. *Mes.* Face ut oculi lócus in capite appáreat!
elesti, vós rapaces, vós praedones! *Lo.* Périimus,
, hercle! *Mes.* Míttite ergo! *Men.* Quíd me vobis táctio est?
ugnis! *Mes.* Ágite, abite, fúgite hinc in malám crucem! 30
bi etiam, quía postremus cédis, hoc praemii feres!
bene ora cómmentavi atque éx mea senténtia.

limem, sc. in humeros Menaechmi. v. 13.
, h. e. *illim* aut *illic*, uti multis gitur. Sic autem habent edd., , quod vulg.
ssecandos esse versus in dimeet ex non elidendo *malum*, et separatim posito, et ex affectu
ett. *Mittitis? Me. nunc obs. Mittitis hunc.* V. C. *mitti sthunc*, a litera, ut videatur scriptum *nittit' isthunc.*
*ore.* Et hic quoque *or* non significat, sed integrum caput, ebatur. Cf. n. ad Amph. I, 1, 165. c vulg. et vett. Abundare vide, nec bene constare totus versus. 'eneo ego huic oculum. Alt se e sul lorarii oculum. De oculisionibus cf. Poen. I, 2, 169. Rud. 3, 2, 45. *huic* dativus est pro genitivo. V. indic. s. v. *dativus loco genitivi.*

30. Ad hunc versum aufugere cogitandi sunt lorarii. — Pro *Pecte pugnis*, quod habet vulg., vett. *Plecte p.* ut et alibi haec confusa. Cf. Poen. I, 2, 148.

31. *cedis* pro *incedis.* Cf. Pseud. 4, 1, 54.

32. Vett. et vulg. *Nimis autem bene ora commentavi*, curavi, cogitavi de iis, i. e. ferii; multo studio, multaque commentatione horum ora (i. e. capita) quasi denuo finxi atque interpolavi. De verbo hoc cf. n. ad Cist. 2, 1, 42. Cf. Amph. I, 1, 164. Sic alibi *tergum flagellis conscribere.* Pseud. I, 5, 131. — Absque dubio autem τὸ *autem* eliciendum. Male Bothius: *Nimis bene autem commentavi ora, atque* etc. Al. l. *carminavi.*

Édepol, here, nae tíbi suppetias témpore advení modo.
*Men.* Át tibi di sempér, adulescens, quísquis es, faciánt bene:
Nam ábsque te esset, hódie nunquam ad sólem occasum víverem. 35
*Mes.* Érgo edepol, si récte facias, hére, med emittás manu.
*Men.* Líberem ego te? *Mes.* Vérum: quandoquidem, hére, te servaví. *Men.* Quid est,
Ádulescens? Errás. *Mes.* Quid? erro? *Men.* Pér Iovem adiuró patrem,
Méd herum tuóm non esse. *Mes.* Nón taces? *Men.* Non méntior;
Néc meus servos únquam tale fécit, quale tú mihi. 40
*Mes.* Síc sine igitur, sí tuom negas me ésse, abire líberum.
*Men.* Méa quidem hercle caúsa liber ésto atque ito, quó voles.
*Mes.* Némpe iubes? *Men.* Iubeo hércle, si quid ímperii est in té mihi.
*Mes.* Sálve, mi patróne. *Servos alius.* Quum tu líber es, Messénio,
Gaúdeo. *Mes.* Credo hércle vobis. Séd, patrone, te óbsecro, 45
Né minus imperés mihi, quam quúm tuos servós fui.
Ápud ted habitabo, ét, quando ibis, úna tecum ibó domum.
*Men.* Mínime. *Mes.* Nunc ibo ín tabernam: vása et argentúm tibi
Réferam. Recte est óbsignatum in vídulo marsúpium
Cúm viatico: íd tibi iam huc ásferam. *Men.* Affer strénue. 50
*Mes.* Sálvom tibi ita ut míhi dedisti, réddibo. Hic mé mane.
*Men.* Nímia mira míhi quidem hodie exórta sunt miris modis:
Álii me negánt eum esse, quí sum, atque excludúnt foras;
Étiam hic servum se ésse meum aibat, quém ego emisí manu.
Ís ait se mihi állaturum cum árgento marsúpium. 55
Íd si attulerit, dícam ut a med ábeat liber, quó volet:
Né tum, quando sánus factus síet, a me argentúm petat.
Sócer et medicus me ínsanire aiébant. Quid sit, míra sunt.
Haéc nihilo mihi ésse videntur sécius, quam sómnia.
Núnc ibo intro ad hánc meretricem, quámquam succensét mihi: 60
Sí possum exoráre, ut pallam réddat, quam referám domum.

---

34. Vett. *Et tibi.* Nostr. vulg. et Pall.

35. *absque te esset.* Cf. Capt. 3, 5, 96. Bacch. 3, 3, 8. *ad solem occasum*, v. Epid. I, 2, 41.

36. Sic vett. cum V. C. — Vulg. cum Decurt. *mittas.*

44. *Salve.* Cf. V, 9, 68. 74. Patronum autem vocat, quia manumisit.

48. Sic vulg. et vett. — Bothius: *Meminens nunc ibo.* Acidalius: *Mane me*, quod tamen sequitur v. 51.

51. Vulg. *redhibebo.* — Vett. *redhibeo*, uti Decurt. — V. C. *sed habeo.* At Nonius videtur legisse: *reddibo*, ut Cas. I, 1, 41. *atque ego te ruri reddibo.* Cf. Epid. I, 1, 22. *opera reddibitur tibi.*

52. Vett. *multis modis.* At mpti: *miris m.*

54. Vett. *esse se meum aiebat*, ut et vulg.

58. vett. *aiebant.* Vulg. et cdd. *dicebant.* quod si malis, *e* finalis in v. *insanire* in pronunciando omittenda, ut Curc. IV, 1, 9. in verbo *convenire.* Both. *dicunt.* Idem versus aliter ordinat, et pro versu 54 hos duo habet: *Vel ille, qui modo sese aiebat petere argentum, qui meum Se modo esse aiebat servom, quem ego modo emisi manu.* Ante quos versum habet 58. *Socer et med.* etc. hunc autem ipsum post v. 53. — De dictione *mira sunt* cf. indicem.

59. Notandum *secus* et *secius* quantitate discrepare. Ceterum vett. hoc loco legunt: *sectius, quam insomnia.* vulg. *secius, quam somnia*, uti cdd.

## ACTUS V. SCENA VIII.

*MENAECHMUS SOSICLES. MESSENIO.*

r. S. Mén' hodie usquam cónvenisse te, aúdax, audes dícere,
lquam advorsum mi ímperavi ut húc venires? *Mes.* Quín modo
ui, homines quí ferebant té sublimem quátuor,
d hasce aedis; tú clamabas déum fidem atque hominum ómnium,
im ego accurro, téque eripio, ví pugnando ingrátiis. 5
eam rem, quia té servavi, me ámisisti líberum.
m árgentum dixí me petere et vása, tu quantúm potest
ecucurristi óbviam, ut, quae fécisti, inficiás eas.
r. S. Líberum ego te iússi abire? *Mes.* Cérto. *Men. S.* Quoi certíssumum est,
te potius fieri servom, quám te unquam emittám manu. 10

---

## ACTUS V. SCENA IX.

*NAECHMUS. MESSENIO. MENAECHMUS SOSICLES.*

r. Si vóltis per oculós iurare: níhilo hercle ea causá magis
étis, ut ego hódie abstulerim pállam et spinther, péssumae.
. Proh di immortales, quíd ego video? *Men. S.* Quíd vides? *Mes.* Speculúm tuom.
r. S. Quíd negoti est? *Mes.* Túa est imago: tám consimilist, quám potest.
r. S. Pól profecto haud ést dissimilis, méam quom formam nóscito. 5
r. Ó adulescens, sálve, qui me sérvavisti, quísquis es!
. Ádulescens, quaeso hércle loquere tuóm mihi nomen, nísi piget.
r. Nón edepol ita prómeruisti dé me, ut pigeat, quaé velis.
i ést Menaechmo nómen. *Men. S.* Imo edepól mihi.
r. Sículus sum Syrácusanus. *Men. S.* Eá domus et patria ést mihi. 10
r. Quíd ego ex te audio? *Men. S.* Hóc, quod res est. *Mes.* Nóvi equidem hunc: herús est meus.

r. *V. Sc. VIII.* Invenerat in via enio herum suum, qui negat, se ab r loriariorum manibus servatum esse, psum manumisisse.

Vulg. et vett. *qui te ferebant.*

*ingratiis*, invitis iis, qui te fere- Cf. Amph. I, 1, 218. Merc. 2, 4, Mil. 3, 1, 153. V. indicem.

Vett. et Pareus: *quia te s.* Vulg. *e s.*

r. *V. Sc. IX.* Dum Menaechmus tus ex domo Erotii prodit, occursibi invicem uterque Menaechmus. lo fit. Messenio manumittitur. Dem fit, ut redeant in patriam, actione facta omnium rerum, et insuper mulieris.

1. Intus adhuc loquitur M. cum Erotio. In vett. deest *per*, quod habet vulg.

5. Vett. *meam quod form. n.* Mpti. *quam.* Vulg. *quum.* Sensus est: quum considero formam meam. Cf. Amph. I, 1, 288.

9. *Menaechmo.* Sic vett. et Pareus. — Vulg. *Menaechmus nomen. Imo edepol mihi.* Sic autem versus iambicus senarius. At vett. *Imo, id est edepol mihi.* Quo recepto, si ponas ab initio: *Est mihi*, habeas troch. tetr. Quod praetulerim. Verum vv. *id est* non leguntur in cdd.

Égo quidem huius sérvus sum; sed méi esse huius crédidi.
Égo hunc conóscam ésse te; huic etiam éxhibui negótium.
Quaéso, ignoscas, si quid stulte díxi atque imprudéns tibi.
*Men. S.* Déliraré mihi vídere. Nón commeministi, simul 15
Te hódie mecum exíre e navi? *Mes.* Éniavero nequem pótulas:
Tú herus es; tu sérvom quaere. Sálvete tu: tú vale.
Hánc ego esse aió Menaechmum. *Men.* Át ego me. *Men. S.* Quae haec fábula est?
Tu és Menaechmus? *Men.* Me ésse díco, Méoche pregnatím patre.
*Men. S.* Tán' meo patre és pregnatus? *Men.* Íno equidem, adulescéns, meo; 20
Tónum tibi neque éccupare néque praeripere pótulo.
*Mes.* Di immortales, spem insperatam dáte mihi, quam náscior.
Nám nisi me animus fállit, hi sunt gémini germaní duo:
Nam ét patriam et patrém commemorant páriter, qui fuerint sibi.
Sévocabo herúm. Menaechme! *Men.* *Eumo.* Quid vis? *Mes.* Non ambós volo; 25
Séd uter vestrum ést advectus mécum navi? *Men.* Nón ego.
*Men. S.* Át ego. *Mes.* Te volo ígitur. Huc conoéde. *Men. S.* Concessí. Quid est?
*Mes.* Íllic homo aut sýcophanta aut gémimus est fratér tuus:
Nam égo hominem homíni similiorem nínquam vidi áliterum,
Néque aqua aquae neque láete est lacti, créde mihi, usquam similius, 30
Quam híc tui est, tuque hóius; postea aútem eandem patriam ís patrem
Mémorat. Melius est nós adire átque hunc percontárier.
*Men. S.* Hércle quin tu me ádmonuisti réete, et habeo grátiam.
Pérge operam dare, óbsecro hercle! Líber esto, si ínvenis
Húnc meum fratrem ésse! *Mes.* Spero. *Men. S.* Ét ego item speró fore. 35
*Mes.* Quíd ais tu? Menaéchmum, opinor, té vocari díxeras.
*Men.* Íta vero. *Mes.* Huic itém Menaechmo nómen est. In Sicilia
Té Syracusís natum esse díxisti; hic natúst ibi.
Móschum tibi patrém fuisse díxti; huic itidém fuit.
Núnc operam potéstis ambo míhi dare et vobís simul. 40
*Men.* Prómeruisti, ut né quid ores, quód velis, quin ímpetres.
Támquam si emeris me argento, líber servibó tibi.
*Mes.* Spés mihi est, vos ínventuros frátres germanós duos

20. In vett. deest *meo* in fine, ut et in mss.

24. *et patriam et patrem.* Sic Both. ex emendatione Lipsii. Vulg. et vett. *et patrem et matrem.* Cf. v. 31. *eandem patriam et patrem.*

25. Vett. *Sed vocabo.* Nostr. V. et edd.

26. Vett. *est huc adv.*

31. Pareus ex V. C. et Dec. *tuque huius autem. postea eandem patriam ac patrem* etc. Both. *tuque huius autem; post eandem patriam et patrem.* Cui lectioni repugnat, quod coniunctio iam est in *tuque*; deinde quod ea ad *postea* quodammodo requiritur; denique quod illud *autem*, ubi sign. *neck dexu*, plerumque rei finali adiectum legitur. Correptim autem proferendum, ut syllaba *aut* sit brevis, altera elidatur. De qua re cf. not. ad Amph. prol. 36. et indicem.

Géminos, una mátre natos ét patre uno, unó die.
*MEN.* Míra memoras. Útinam efficere, quód pollicitus, póssies! 45
*MES.* Póssum. Sed nunc ágite, uterque id, quód rogabo, dícite.
*MEN.* Úbi lubet, roga: réspondebo; níl reticebo, quód sciam.
*MES.* Ést tibi nomén Menaechmo? *MEN.* Fáteor. *MES.* Est itidém tibi?
*MEN.* *S.* Ést. *MES.* Patrem fuísse Moschum tíbi ais? *MEN.* Ita vero. *MEN.* *S.* Ét mihi.
*MES.* Ésne tu Syrácusanus? *MEN.* Cérto. *MES.* Quid tu? *MEN.* *S.* Quíppini? 50
*MES.* Óptume usque adhúc conveniunt sígna. Porro operám date.
Quid longissumé meministi, díc mihi, in patriá tua?
*MEN.* Cúm patre ut abii Tarentum ad mércatum, tum póstea
inter homines mé deerrare á patre atque inde ávehi.
*MEN.* *S.* Iúpiter supréme, serva mé! *MES.* Quid clamas? quín taces? 55
Quót eras annos gnátus, quum te páter a patria ávehit?
*MEN.* Séptuennis: nám tum dentes míhi cadebant prímulum;
éque patrem unquam egó postilla vídi. *MES.* Quid? vostrúm patri
fílii quot erátis? *MEN.* Ut nunc máxume meminí, duo.
*MES.* Úter eratis, tún' an ille, máior? *MEN.* Aeque ambó pares. 60
*MES.* Qui íd potest? *MEN.* Gemini ámbo eramus. *MEN.* *S.* Dí me servatúm volunt.
*MES.* Si ínterpellas, égo tacebo. *MEN.* *S.* Pótius taceo. *MES.* Díc mihi:
Eno nomine ámbo eratis? *MEN.* Mínume: nam mihi hóc erat,
Quód nunc est, Menaéchmus; illum túm vocabant Sósiclem.
*MEN.* *S.* Sígna agnovi: cóntineri, quín complectar, nón queo. 65
Ií germane, gémine frater, sálve! Ego sum Sósicles.
*MEN.* Quómodo igitur póst Menaechmo nómen est factúm tibi?
*MEN.* *S.* Póstquam ad nos renúntiatum est, te ét patrem esse mórtuom,
Avos noster mutávit; quod tibi nómen est, fecít mihi.
*MEN.* Crédo, ita esse fáctum, ut dicis. Séd mi hoc respondé. *MEN.* *S.* Roga. 70
*MEN.* Quíd erat nomen nóstrae matri? *MEN.* *S.* Theúsimarche. *MEN.* Cónvenit.
O salve, insperáte, multis ánnis post quem cónspicor,
Páter! *MEN.* *S.* Et tu, quém ego multis míseriis, labóribus,
Usque adhuc quaesívi, quemque ego ésse inventum gaúdeo!
*MES.* Hóc erat, quod haéc te meretrix húius vocabat nómine: 75

46. Vulg. cum V. C. *Sed nunc coite.* Vett. et Both. cum Decurt. *Sed nunc gite.*

53. Both. omisit *tum*, auctoritate antiquarum edd.

58. Vulg. *Neque patrem unquam post illa vidi.* Vett. adduut *ego* ante *vidi.* Itaque transposui.

61. Vett. non habent *id*, nec Pareus.

69. *avos* monosyllabum quasi est. Cf. Amph. 4, 3, 16. Aul. prol. 5, 6.

71. Vett. *Theusimarce.*

72. Vett. *postquam*, uti Decurt. At V. C. *quem.*

73. Vulg. *miseris laboribus.* Vett. *miserisque lab.* Nostr. Both.

75. *huius* sc. Menaechmi abrepti. Legendum autem *hu's. nomine*, sc. tuo.

Húnc censebat te ésse, credo, quúm vocat te ad prándium.
*Men.* Nam édepol hic mihi hódie iussi prándium apparárier
Clám meam uxorém, quoi pallam súrpui dudúm domo:
Éam dedi huiic. *Men. S.* Háncne dicis, fráter, pallam, quam égo habeo?
*Men.* Quómodo haec ad té pervenit? *Men. S.* Méretrix huc ad prándium
Me ábduxit; me síbi dedisse siébat: prandí pérbene,
Pótavi atque accúbui scortum; pállam et aurum hoc míhi dedit.
*Men.* Gaúdeo edepol, sí quid propter mé tibi evenít boni:
Nám illa quom te ad sé vocabat, té med esse crédidit.
*Mes.* Númquid me moráre, quin ego líber, ut iussísti, eam?
*Men.* Óptumum atque aequíssumum orat, fráter: fac causá mea.
*Men. S.* Líber esto. *Men.* Quúm tu es liber, gaúdeo, Messénio.
*Mes.* Séd meliore est ópus auspicio, líber pepetuo út siem.
*Men. S.* Quóniam haec evenérunt, frater, nóbis ex senténtia,
In patriam redeámus ambo. *Men.* Fráter, faciam, ut tú voles:
Aúctionem hic fáciam, et vendam, quídquid est. Nunc ínterim
Eámus intro, fráter. *Men. S.* Fiat. *Mes.* Scítin', quid ego vós rogo?
*Men.* Quíd? *Mes.* Mihi ut praecónium detis. *Men.* Dábitur. *Mes.* Ergo núnc iam
Vís conclamari aúctionem fóre, quo die? *Men.* Die séptimi.
*Mes.* Aúctio fiét Menaechmi máne sane séptimi.
Vénibunt serví, supellex, fúndi, aedes: omnia
Vénibunt, quiquí licebunt, praésenti pecúnia.
Vénibit uxór quoque etiam, sí quis emtor vénerit.
Víx credo tota aúctione cápiet quinquagésies.
Núnc, spectatorés, valete et nóbis clare applaúdite!

77. Vulg. et vett. *Namque.*
80. Vett. *meretrix haec ad pr.*
82. Verba *mihi dedit*, quae desunt in cdd., addita sunt a Camerario.
84. In vulg. et vett. deest alterum *te*, quod ob metrum adiiciendum erat. Vett. *Namque*, unde confieri possit: *Namque quum te ad se vocabat illa, me esse credidit.*
88. *meliore auspicio*, uti in Epidico extremo: *Novo liberto opus est, quod pappet.* Vult igitur sibi dari et victum, ne denuo cogatur in servitutem redire.
89. *nobis.* Sic vett. — Vulg. *nostra*, quod cdd. Pall.
93. Sic vulg. et vett. atque litera *i* in v. *praeconium* eildenda.
94. Sic vulg. — Vett. *fore quidem?* Both. *fore? Quid est?* De dictione *Die septimi* cf. Gell. X, 24.
99. *quinquagesies*, i. e. vix rediget sestertium quinquagies centena millia.

# METRORUM IN MENAECHMIS

## DESCRIPTIO.

Act. I. Sc. II. 1, 2 choriambici.
v. 3, 4 cretici.
v. 5, 6 choriambici.
v. 7 — 9 cretici.
v. 10 dimeter troch.
v. 11 tetr. troch. cat.
v. 12, 13 tetr. iamb.
v. 14 — 22 tetr. troch.
v. 23 — 25 tetr. iamb.
v. 26 — Act. I. Sc. IV. tetr. troch.
Act. II. Sc. III. 1 — 6 cretici.
v. 7 — 14 dimetri cret. partim catal.
v. 15 dactylicus.
v. 16 — 22 anapaestici.
v. 23 sqq. troch. tetr.
Act. IV. Sc. II. 1, 2 bacch.
v. 3, 4 cretici.
v. 5, 6 bacchiaci.
v. 7, 8 cretici.
v. 9 — 16 bacchiaci.
v. 17 — 19 iambici.
v. 20 bacchiacus.
v. 21 creticus.
v. 22 choriamb.
v. 23 trochaicus.
v. 24 — 32 tetr. troch.
v. 33 — 41 dimetri iamb.
v. 42 — 45 anapaestici.
v. 46 etc. tetr. troch.
Act. V. Sc. II. 1 — 23 bacchiaci.
v. 24 dimeter iamb. cat.
v. 25 — 118 tetr. troch.
v. 119 — 127 senarii iamb.
Act. V. Sc. VI. 1 — 10 bacchiaci.
v. 11 senarius iamb.
v. 12 troch. tetr.
v. 13 — 15 tetr. iamb.
v. 16 dipodia iamb.
v. 17 tetr. iamb.
v. 18 tetr. anapaest.

v. 19 creticus cum anacrusi, et in fine choriambo.
v. 20 item sine anacrusi.
v. 21, 22 dactylici.
v. 23 — 25 dipodiae iamb.
v. 26 senar. iamb.
v. 27 tetr. iamb.
v. 28 — 30 tetr. troch.

# MERCATOR.

## DRAMATIS PERSONAE.

CHARINUS, adolescens, Demiphonis F.
EUTYCHUS, eius sodalis, Lysimachi F.
ACANTHIO, Charini servus.
DEMIPHO, senex, pater Charini.
LYSIMACHUS, pater Eutychi.
PASICOMPSA, puella a Charino emta.
DORIPPA, Lysimachi uxor.
SYRA, eius serva vetula.
COCUS.
LORARII.

## SUMMARIUM.

Profectus fuerat ad mercatum ante duos annos Charinus, a patre Demiphone missus, Rhodumque venerat; unde rediens emtam sibi puellam Pasicompsam adducit, eo praetextu usurus, ut sit matris suae pedisequa. Demipho pater quum, absente filio, navem perlustraret mercesque inspiceret, dum puellam illam conspicit, vehementer ipse amore eius accenditur. Non vult igitur eam domum abduci, tamquam, ut filio ait, non idoneam quae matris fiat pedissequa; sed vendi potius. Ipse autem subornat vicinum Lysimachum, qui eam sibi emat et domum suam (Lysimachi) adducat. Qua re effecta quum puella ad Lysimachum deducta esset, advenit huius uxor rure, visaque illa marito eam rem exprobrat. Charinus autem, abrepta sibi puella in desperationem actus patriam relinquere cogitat. Sed eius amicus Eutychus, Lysimachi filius, quum Charini amicam suae domi reperisset, hunc retinet, parentes suos inter se reconciliat, et una cum patre suo Demiphoni vetulo amores suos exprobrat. (Fabula non videtur Plauti.)

Scena est Athenis.

## ARGUMENTUM.

Missús mercatum áb suo adolescéns patre
Emit átque apportat scíta forma múlierem.
Requírit, quae sit, póstquam eam vidit, senex.
Confíngit servus, émtam matri pédisequam.
Amát senex hanc, séque adsimulans véndere, 5
Tradit vicino. Éum putat uxor íllius
Obdúxe scortum. Tum Charinum éx fuga
Retrahit sodalis, póstquam amicam invénerat.

## ALIUD.

Mercátorem a se filium extrudit pater.
Is péregre missus rédimit ancillam hóspitis,
Amóre captus. Út venit, navi éxilit:
Pater ádvolat, visámque ancillam déperit;
Quoiús sit, percontátur. Servus pédisequam 5
Ab ádolescente mátri ait emptam esse ípsius.
Senéx, sibi prospíciens, ut amicó suo
Veníret, natum orábat; natus, út suo:
Hic filium subdíderat vicini; pater
Vicinum. Praemercátur ancillám senex. 10
Eám domi deprénsam coniunx íllius
Vicíni scortum insímulat: protelát virum.
Mercátor exspes pátria fugere déstinat;
Prohibétur a sodále, qui patrem íllius
Orát suo cum pátre, nato ut céderet. 15

# PROLOGUS.

*CHARINUS.*

Duas rés simul nunc ágere decretúm est mihi:

*RGUM. I.* v. 1. Sic vett. et vulg. — b. *Missus mercator*, nulla nota cta.

*seque adsimulans.* Sic vett. — ;. cum V. C. *ad se simulans*, ut sit ıis. Both. *ac*, *se simulans.*

Sic vulg. et B. — Vett. *obduxisse se.*

*RGUM. II.* v. 1. Vulg. cum Decurt. *catorem a se dum filium.* Vett. *catum a se dum f.* Lamb. *Mercaa socium f.* uti et Both. Atque V. ıd *sotium fil.*

2. *missus* dedi e coni. — Vulg. *unius*, uti et Lamb. — Vett. *militis. Mss. milis.*

3. Vett. cum mss. *ut vehit.* — Both. *navi exiit.*

4. Sic vett. — Vulg. *visam.* Et copula abest ab codd.

6. Vett. *ait matri emptam esse ipsius.* Vulg. omittit et *ait* et *esse.* Both. *ipsius emtam matri ait.*

15. Sic et vulg. et vett. Mutavit B.

*Prologus.* In universum teneant lectores, hunc prologum, etsi haud male scriptum, tamen non esse a Plauto ipso

Et árgumentum et méos amores éloquar.
Non égo item facio, ut álios in comoédiis
Vidí facere amatóres, qui aut nocti, aút die,
Aut sóli, aut lunae míserias narránt suas; 5
Quos pól ego credo húmanas querimonias
Non tánti facere, quíd velint, quid nón velint.
Vobís narrabo pótius meas nunc míserias.
Graece haéc vocatur Émporos Philémonis;
Eadém latine Mércator Marci Áccii. 10
Pater ád mercatum hinc mé meus misít Rhodum.
Biénnium iam fáctum est, postquam abíi domo.
Ibi amáre occepi fórma eximia múlierem.
Sed, ea út sim implicitus, dícam, si opera est aúribus,
Atque ád vortendum huc ánimum adest benígnitas; 15
Et hóc parum etiam móre maiorum ínstiti
Per mé, personatús sumque index íllico.
Nam amórem haec cuncta vítia sectarí solent:
Cura, aégritudo, nímiaque elegántia.
Haec nón illum modo, quí amat, sed, quemque áttigit, 20
Magno átque solido múltat infortúnio;
Nec pól profecto quísquam sine grandí malo,
Praequám res patitur, stúduit elegántiae.
Sed amóri accedunt étiam haec, quae dixí minus:
Insómnia, aerumna, érror, terror, ét fuga, 25
Inéptia stultítiaque adeo, et témeritas,

profectum; quod ludicari licet vel ex metricis quibusdam, quae offendunt. Item integra fabula non videtur Plauti esse.

3. Lamb. et Both. *item*. Vulg. et vett. cum V. C. *idem*. Illud et Mureti liber unus. *alios*. Both. *alias*.

4. *amatores* hic producit primam, uti et Kp. 2, 2, 32. Pseud. 3, 1, 7. Cas. 3, 3, 2. *die* antique pro *diei*. Cf. Amph. 1, 1, 123. 1, 3, 48. Pseud. 4, 7, 60. Most. 1, 1, 34. Men. 5, 9, 94. Pers. 2, 3, 11.

6. Sic vulg. et vett. — Both. et transposuit, et scripsit: *creduo*. Ego puto, etsi per scansionem versus sanari possit, tamen scriptorem *quaerimonias* ab initio produxisse, orthographiae simul metricesque peccato.

7. *quid velint*, sc. homines.

10. *Accii*; sic vulg. et vett., atque haec quoque forma argumento est, non esse Plauti hunc prologum, sed serioris longe aetatis, quia ille nonnisi duabus syllabis nomen suum scripserit. Bothius: *Attici*, inconsulte.

11. *hinc*. Sic vett. et B. — Vulg. *hic*.

13. Vett. omittunt *Ibi*, pro quo cdd. *Ibi*.

14. Vulg. et vett. *Sed ea ut*. At mss. *Sed eam ut*, et Nonius qui h. v. citat, sic legit: *Sed eam simplicitus dicam*. Hinc Both. *Sed eam ut sim implicitus d.* — *Opera est auribus*, i. e. si vacant aures vestrae ad auscultandum. Cf. II, 2, 15. *Dicam, si videam tibi esse operam aut otium*. Bothius, contra libros: *si operae est auribus*. De qua dictione cf. Mil. II, 2, 98 *operae non est*.

15. Vulg. et vett. *Atque ad adv.* In vett. deest *huc*. Both. nostr. — *Mss. Atque advort. ut an.*

16. Sic hunc v. vulg. et vett., ita tamen, ut punctum in fine ponant.

17. Sic dedi e coniectura. Nam vett. *Per me ea percontatus sum vos, sumque index illico*. Vulg. *Prius, ac percontatus sum vos, sumpsi indicium illico*. Both. *Per meam personam ad vos qui sim index illico;* alii aliter: ad *per me* suppl. *facere*. — V. C. *Eit h. p. esse more maiorum inst.* Decuri. *Et h. p. esse m. maiorem inst.* et v. 18. *Per mea percontatus sum vos sumque inde ex ilico*.

19. *Elegantia* luxuria est, ut Trin. 2, 1, 18. *elegans* luxuriosus.

24. *quae dixi minus*, quae supra (v. 19) nondum commemoravi. Sumtum ex Amph. I, 2, 17.

26. *Ineptia*. Sic vulg., atque produ-

Incógitantia, éxcors immodéstia,
Petulántia, cupíditas, malevoléntia;
Inhaéret [etiam] aviditás, desidia, iniúria,
Inópia, contumélia et dispéndium, 30
Multíloquium, paucíloquium. Hoc ideó fit, quia,
Quae níhil attingunt ád rem, nec sunt úsui, haec
Amátor profert saépe advorso témpore;
Hoc, paúciloquium, rúrsum idcirco praédico,
Quia núllus unquam amátor adeo est cállide 35
Facúndus, quae in rem sint suam, ut possít loqui.
Nunc vós mi irasci ob múltiloquium nón decet:
Eodém, quo amorem, Vénus mi hoc legavít die.
Illúc revorti cértum: ut conata éloquar.
Princípio, ut ex ephébis aetate éxii, 40
Atque ánimus studio amótus puerili ést meus:
Amáre valide coépi hic meretricem. Íllico
Res éxulatum ad íllam abibat clám patris:
Leno ímportunus, dóminus eius múlieris,
Vi súmma quidque, ut póterat, rapiebát domum. 45
Pater óbiurgare haéc me noctis ét dies:
Perfídiam, iniustitiám lenonum exprómere:
Lacerári valide súam rem, illius augérier;
Summo haéc clamore; intérdum mussans; cólloqui
Abnúere; negitare ádeo me natúm suom; 50
Conclámitare tóta urbe et praedícere,
Omnés tenerent, mútuítanti crédere:
Amórem multos ínlexe in dispéndium:
Intémperantem, nón modestum, iniúrium,
Trahere, éxhaurire mé, quod quirem, ab sé domo; 55
Ratiónem pessumam ésse, ea, quae ipsus óptuma
Omnés labores ínvenisset pérferens,
Amóris vi diffúnditari ac dídier.

nda a finalis, uti v. 28. in *Petulantia*.
it. *Ineptiae*.
29. Sic vulg. et vett.; atqui *etiam* eli-
ndum et *aviditas* tribus syllabis pro-
nciandum, quasi sit: *auditas*, uti
plus verba, in quibus occurrit *v* li-
a, ut *navis* contr. *naus*, *avus*, *avis*,
nculus. Cf. Amph. 4, 3, 16. Aulul.
l. 5, 6. As. 1, 3, 65. Bacch. 4, 5,
. Amph. 3, 4, 5. Men. 2, 2, 69.
s. 3, 1, 16. Cf. et Ter. Eun. I, 2, 51.
pér: *eius frater áliquantum ad rem*
*ávidior*. — Pro vulg. *desidia* cdd.
l. *residia*. — Pro *iniuria* al. *incuria*.
31. *Hoc*, sc. multiloquium. Fortasse
ittendum *fit*.
40. Vulg. et vett. *Principio atque*
*mus ephebis aetate exiit*. Sed vv.
*ue animus* sine dubio huc irrepsere
v. sequenti. Lamb. habet *ut animus*.
hius: *atque ex eph. aet. exii*. Fortasse rectius hoc modo: *Principio ut aetas ex ephebis exiit*. Omnis autem locutio ex Afro tracta, Andr. I, 1, 24. *Nam is postquam excessit ex ephebis*. Redit idem v. 61.
42. Both. *hinc*.
46. Vulg. et vett. *Obiurgare pater*. Both. *Obiurgare haec pater me*. Sed *pater* plerumque valde correptim enunciatur. Neque elidendum *obiurgare*.
47. Sic vulg. Transposuit Both. *Len. perf., ini. expr.* Et *expromere* necessario hic debet esse l. q. eloqui, decantare.
49. Vett. *interdum mihi se colloqui, Abnuere, neg.* Vulg. *interdum mussans, colloqui, abn.* Nostram interpunctionem Both.
54. *non modestum*, i. e. q. non moderatum, non temperantem.
57. Vett. *per feros*. Nostr. vulg.

Convítium tot me ánnos iam se páscere;
Quodnísi puderet, né luberet vívere. 60
Sese éxtemplo, ex ephébis postquam excésserit,
Nón, ut ego, amori, néque desidiae in ótio
Operám dedisse, néque potestatém sibi
Fuísse; adeo arte cóhibitum esse se á patre;
Multo ópere immundo rústico se exércitum, 65
Neque nísi quinto quoque ánno posse tum vísere
Urbem, átque extemplo inde, út spectavissét peplum,
Rus rúrsum confestim éxigi solitum á patre.
Ibi múlto primum sése familiárium
Labóravisse, quom haéc pater sibi díceret: 70
Tibi arás, tibi occas, tíbi seris, tibi eidém metis;
Tibi dénique istic páriet laetitiám labos.
Postquám recesset víta patrio córpore,
Agrúm se vendidísse, atque ea pecúnia
Navím, metretas quaé trecentas tólleret, 75
Parásse atque eapse mérces vectatum úndique,
Adeó dum, quae tum habéret, peperissét bona.
Me idém decere, si, út deceret mé, forem.
Ego me úbi invisum méo patri esse intéllego,
Atque ódio me esse, quoí placere aequóm fuit: 80
Améns amansque utút animum offirmó meum.
Dico ésse iturum mé mercatum, sí velit:
Amórem missum fácere me, dum illi óbsequar.
Agit grátias mi, atque íngenium allaudát meum;
Sed méa promissa nón neglexit pérsequi: 85
Aedíficat navim cércurum et mercés emit;
Paráta navi, impónit; praetereá mihi
Taléntum argenti ipsús sua adnumerát manu;

58. Both. *didier* ex Gronovio. Decurt. *diedere*. V. C. *die heret*. Vulg. et vett. *deteri*. Cf. Cic. orat. pro Coelio cap. 16. *dide ac disiice*.

59. Sic vulg. — Vett. *si pasceret*.

60. *ne luberet vivere*, ut potius me ipsum interimerem.

64. *arte*, arcte, quemadmodum et vulg. et vett.

66. Sic vett. — Both. *Nec nisi quinto anno quoque positum viscre*. Atque *positum* V. C. et Dec. Sed quoniam, quid sibi velit illud *positum*, vix quisquam dixerit, praefero vett. *posse*, ideo quia *e* finalis in infinitivis saepius plane elliditur. Cf. Epid. I, 1, 73. Curc. 4, 1, 9. Epid. I, 2, 25. II. 2, 45. 62. IV, 1, 14. *posse* autem constructione pendet a *solitum* v. 68.

67. *peplum*, intellige peplum Minervae dicatum Panathenaicis, in quo intextae fuerunt victoriae et res gestae eius deae, heroumque; quem commemorat Plato Euthyphrone, et Diodorus Sic. lib. XX. et alii plures scriptores. Et omnes omnino deorum dearumque statuae suis festis diebus novis vestibus induebantur. Cf. Peplum inter Aristotelis fragmenta. Panathenaica autem quinto quoque anno agebantur. — Ceterum vett. habent *poplum*.

71. Both. *tibi item metes*, nulla auctoritate adiecta. Vulg. et vett. *tibi eidem metis*, uti cdd.; atque saepius pron. *tibi* valde correptim pronunciandum, imo totum elidendum occurrit. Existimo tamen. terium una syllaba esse legendum, quasi sit *tib'*, ut sine dubio haud paucis locis faciendum.

72. *istic*. Vulg. *iste*. Et V. C. *isti*.

75. Metreta sextarios centum continebat, h. e. circa duodecim congios. Idem est quod amphora.

76. Sic vulg. — Vett. *atque ea semper eis vect.* — Both. *atque ea semper se invectatum n.*

77. Vett. *quaestum hab.* uti cdd.

81. *utut*, utut potui.

Servom úna mittit, qui ólim a puero párvolo
Mihi paédagogus fúerat, quasi uti míhi foret 90
Custós. Eisce cónfectis navim sólvimus,
Rhodúm venimus, úbi, quas merces véxeram,
Omnés, ut volui, véndidi ex senténtia;
Lucrum íngens facio, praeterquam mihi méus pater
Dedit aéstimatas mérces: ita pecúlium 95
Confício grande. Séd dum in portu illi ámbulo:
Hospés me quidam agnóvit; ad coenám vocat.
Venió; decumbo, accéptus hilare atque ámpliter.
Discúbitum noctu ut ímus: ecce ad me ádvenit
Muliér, qua mulier ália nulla est púlcrior. 100
Ea nócte mecum illa hóspitis iussú fuit.
Vosmét videte, quám mihi valde plácuerit:
Postrídie hospitem ádeo; oro, ut vendát mihi;
Dico, éius pro meritis grátum me et muném fore.
Quid vérbis opus est? émi atque advéxi heri. 105
Eam me ádvexisse nólo resciscát pater.
Modo eám reliqui ad pórtum in navi, et sérvolum.
Sed quíd currentem sérvom a portu cónspicor,
Quem návi abire vétui? Timeo, quíd siet.

---

## ACTUS I. SCENA II.

*ACANTHIO. CHARINUS.*

*fc.* Ex súmmis opibus víribusque usque éxperire, nítere,
lerus út minor operá tua servétur. Agedum, Acánthio,
bige ábs te lassitúdinem, cave pígritiae praevórtier.
imul énica suspíritus: vix súffero hercle anhélitum;
imul aútem eos pleníssume, qui advórsum eunt, aspéllito, 5
etrúde, deturba ín viam. Haec hic dísciplina péssuma est:
úrrenti, properánti haud quisquam dígnum habet decédere:
a tres simitu rés agendae súnt, quando unam occéperis:
it currendum est, ét pugnandum, et aútem iurgandum in via.

91. *Eisce.* Sic vett. — Vulg. *Iisce.* — *Navim* una syllaba pronunciandum, t saepe. Cf. supra ad v. 29. Ceterum ossis legere: *Hisce ut.*

96. *illi*, l. e. illic. Sic vulg. — Vett. *bi.*

*Act. I. Sc. II.* Adcurrit ex portu Acanthio, nunciatque Charino, patrem ius vidisse Pasicompsam, atque eius more esse correptum. Abit Charinus in ortum.

2. *herus minor*, l. e. filius familias.

3. *praevortier.* Sic vett. — Vulg. et areus: *praevorteris*, quod Lamb. tamsam sit neutrale interpretatur: cave te d pigritiam prius verteris, cave te ad igritiam prius contuleris. Sensus potius: Cave in pigritiam potius incidas, quam heri negotium cures. De dictione cf. II, 3, 39. 41. Capt. 2, 3, 100. Mil. 3, 1, 59. Amph. 1, 3, 30. III, 2, 40. V, 1, 17. Capt. 5, 4, 28. Et vide indicem.

4. Vulg. *Simul enicato suspiritus.* Vett. *Simul enicat me spiritus.* V. C. *emicat suspir.* Decurt. *enicat spir.* Nostr. Both.

5. Vulg. et vett. *plenissime eos.*

6. *disciplina*, mos, *die Zucht*, *die Sitte.* Cf. Cist. I, 1, 17.

9. Secutus sum Bothium. Nam Vulgata habet *Et currendum, et pugnandum, et autem gurgandumst in via.* (Vett. *et ante iurgandumst.*) Quod

*Ch.* Quid illud est, quod ille tam expedite exquirit cursurám sibi? 10
Cura ést, negoti quíd sit, aut quid núnciet. *Ac.* Nugás ago.
Quam máxume resísto, tam res ín periclo vórtitur.
*Ch.* Malí nescio quid núntiat. *Ac.* Genua húnc cursorem déserunt.
Perií, seditionem facit lien, óccupat praecórdia!
Perii, ánimam nequeo vórtere. Nimis níhili tibicén siem. 15
Nunquam édepol omnes bálineae mi hanc lássitudinem éximent.
Domin' án foris dicam ésse herum Charínum? *Ch.* Ego animi péndeo.
Quíd illud sit negóti, lubet scire éx hoc me: ut sim cértior.
*Ac.* Át etiam adsto? at étiam cesso fóribus facere hisce ássulas?
Áperite aliquis! Úbi Charinus hérus? domin' est, án foris? — 20
Num quísquam adire ad óstium dignum árbitratur? *Ch.* Écce me, Acánthio, quem quaéris. *Ac.* Nusquam est disciplina ignávior.
*Ch.* Quae té res male agitánt? *Ac.* Multae, here, ted átque me.
*Ch.* Quid ést negoti? *Ac.* Périimus!
*Ch.* Princípium inimicís dato. 25
*Ac.* At tibi sortito id óbtigit.
*Ch.* Loquere íd negoti, quídquid est.
*Ac.* Placidé: volo acquiéscere.
*Ch.* At tu édepol sume láciniam atque abstérge sudorém tibi.
*Ac.* Tua caúsa rupi rámices. Iamdúdum sputo sánguinem. 30
*Ch.* Resínam ex melle Aegýptiam voráto: salvom féceris.
*Ac.* At tu édepol calidam pícem bibito: aégritudo abscésserit.
*Ch.* Hóminem ego iracúndiorem, quám te, novi néminem.
*Ac.* Át ego maledicéntiorem, quám te, novi néminem.
*Ch.* Sín saluti quód tibi esse cénseo, id consuádeo? 35
*Ac.* Ápage istiusmodí salutem, cúm cruciatu quae ádvenit!
*Ch.* Díc mihi, an boní quid usquam est, quód quisquam uti póssiet
Síne malo omni, aut né laborem cápias, cum illo utí voles?
*Ac.* Néscio ego istaec: philosophari núnquam didici, néque scio;
Égo bonum, malúm quo accedit, míhi dari haud desídero. 40
*Ch.* Cédo tuam mihi déxteram, agedum, Acánthio. *Ac.* Hem dabitúr: tene.
*Ch.* Vín' tu te mi ob ésse sequentem, án nevis? *Ac.* Operá licet
Éxperiri, quí me rupi caúsa currendó tua,
Út, quae scirem, scíre actutum tíbi liceret. *Ch.* Líberum

stare possit, si *autem* corripiatur. De quo v. indicem.

12. *resisto* l. e. q. moror.

15. Post hunc vs. legitur in vulg. et vett. versus, qui apud nos est 29. necessario illuc transponendus, ideo quia hic nondum colloquuntur uterque inter se.

18. Sic vulg. — Vett. *ex hoc metu ut sim certior.*

22. *Nusquam est disciplina ignavior*, sc. quam in hac domo; videlicet quia nemo ad ostium prodit illudque aperit. *Disciplina* est mos, *ignavus* autem l. q. nihili, nequam.

25. *principium*, id quod exorsus es eloqui.

29. Hic vers. recte huc a Bothio collocatus est, quum antehac legeretur post v. 15.

32. *picem* nusquam alias legitur productum, et corripitur Most. 3, 2, 143. Poen. 4, 2, 15. Quare hic peccatum prosodicum iudicandum, ut signum fabulae suppositiae et nequaquam Plautinae.

42. *ob esse sequentem*, per tmesin, pro *esse obsequentem*, ut habent vett. At illud V. C. et Dec. atque v. *esse* monosyllabum.

43. Sic vulg. — Vett. *qua me rupi;*

Náput tibi faciám paucos cis ménsis. *Ac.* Palpo pércutis. 45
*Ch.* Égon ausim tibi úsquam quidquam fácinus falsum próloqui?
Quín iam, priusquam sim élocutus, scis, si mentirí volo. *Ac.* Ah!
Lássitudinem hércle verba tóa mihi addunt! énicas!
*Ch.* Síccine mi obsequéns es? *Ac.* Quid vis fáciam? *Ch.* Tun? Id, quód volo....
*Ac.* Quíd id est igitur, quód vis? *Ch.* Dicam. *Ac.* Díce. *Ch.* At enim placidé volo. 50
*Ac.* Dórmientis spéctatores métuis ne e somno éxcites?
*Ch.* Vaé tibi! *Ac.* Tibi équidem a portu appórto hoc. *Ch.* Quid fers? díc mihi.
*Ac.* Vím, metum, cruciátum, curam iúrgiumque atque ínopiam.
*Ch.* Périi, tu quidém thesaurum huc mi ápportavistí mali!
Núllus sum! *Ac.* Imo es.... *Ch.* Scío iam: miserum díces.
*Ac.* Tu dixti: égo taceo. 55
*Ch.* Quíd istuc est malí? *Ac.* Ne rogites! Máxumum infortúnium est!
*Ch.* Óbsecro, dissólve iam me! Nímis diu animi péndeo.
*Ac.* Plácide: multa exquírere etiam príus volo, quam vápulem.
*Ch.* Hércle vero vápulabis, nísi iam loquere, aut híne abis.
*Ac.* Hóc [sis,] vide, ut palpátur! Nullust, quándo occepit, blándior. 60
*Ch.* Óbsecro hercle oróque, ut, istuc quíd sit, actutum índices:
Quándoquidem mihi súpplicandum sérvolo videó meo.
*Ac.* Támne indignus vídeor? *Ch.* Imo dígnus. *Ac.* Equidem crédidi.
*Ch.* Óbsecro, num návis periit? *Ac.* Sálva est navis: né time.
*Ch.* Quíd alia armaménta? *Ac.* Salva et sárta sunt. *Ch.* Quin tu éxpedis, 65
Quíd siet, quod mé per urbem cúrrens quaerebás modo?
*Ac.* Tú quidem ex ore orátionem mi éripis. *Ch.* Taceó. *Ac.* Tace.
Crédo, si boní quid ad te núntiem, instes ácriter,
Quí nunc, quom malum audiundum est, flágitas me, ut éloquar.
*Ch.* Óbsecro hercle te, ístuc uti tu mihi malum faciás palam. 70

et V. C. *quam me r.* Sed Dec. *qui me r.*

45. *paucos cis menses.* Sic vulg. — Vett. et Pall. omittunt *cis.* Cf. Most. I, 1, 17. True. 2, 3, 27. Sensus: te manumittam. — *Palpo percutis*, blandiris.

47. *si mentiri volo*, an velim mentiri. *si* pro *an* saepius positum legitur, ut Cas. 3, 4, 1. Curc. 2, 3, 20. V. ind.

50. *id*, quod non legitur in vett. neque vulg., Both. accivit ex Iunt. et Ald.

51. *Dormientes.* Hoc eo pertinet, quod Charinus placide voluerat dicere, quod dicturus erat.

52. *Vae tibi.* Solemnis locutio in facetiis. Curc. 2, 3, 35. Ep. I, 1, 26. 68. III, 1, 14. Capt. 4, 2, 106. — *apporto hoc*, sc. Vae, i. e. malum.

55. Pro vulg. *ego taceo* Vett. *Ergo taces?* Cum vulg. facit V. C. Sensus melior esset, si legeretur: *Tu dixti, haud ego.*

58. *exquirere*, sc. te. Sic vulg. et vett. — Both. *exquirier.*

60. Vulg. et vett. *sis.* — *blandior*, per ironiam.

63. Vulg. et vett. *Tandem indignus videor.* Lamb. int. Tandem indignus tibi videor, cui supplices. Both. *Tamde.* Nostr. e conl. dedimus. *credidi*, sc. me dignum, cui supplices. Alii: me indignum, cui supplices.

65. *sarta* Both. dedit ex Lambino. Vulg. et vett. *sana.*

67. Sic vulg. — Vett. *tace.* Ch. *taceo.*

*Ac.* Éloquar, quandóquidem me oras. Túus pater..... *Ch.* Quid méus pater?
*Ac.* Túam amicam.... *Ch.* Quíd eam? *Ac.* Vidit. *Ch.* Vidit? Vae miseró mihi:
Quód te interrogó, responde. *Ac.* Quín tu, si quid vís, roga.
*Ch.* Quí potuit vidére? *Ac.* Oculis. *Ch.* Quó pactod? — *Ac.* Hiántibus.
*Ch.* Ín' hinc dierectús? Nugare ín re capitalí mea. 75
*Ac.* Quí, malum, ego nugór, si tibi, quod mé rogas, respóndeo?
*Ch.* Cérten' vidit? *Ac.* Tam hércle certe, quam égo ted, ac tu mé vides.
*Ch.* Úbi eam vidit? *Ac.* Íntus intra návim, uti prorae ádstitit,
Ét cum ea confábulatust. *Ch.* Pérdidisti mé, pater.
Ého tu, eho tu, quín cavisti, ne éam videret, vérbero? 80
Quín, sceleste, ábstrudebas, né conspiceret éam pater?
*Ac.* Quía negotiósi eramus nós nostris negótiis:
Ármamentis cómplicandis, cómponendis stúduimus.
Dum haéc aguntur, lémbo advehitur túus pater pauxíllulo,
Néque quisquam hominem cónspicatust, dónec in navi super. 85
*Ch.* Néquidquam mare súbterfugi saévis tempestátibus!
Équidem iam me cénsebam esse in térra atque in tutó loco;
Vérum video méd ad saxa férri saevis flúctibus.
Lóquere porro, quíd sit actum. *Ac.* Póstquam adspexit múlierem,
Rógitare occepít, quoia esset. *Ch.* Quíd respondit? *Ac.* Íllico 90
Óccucurri atque ínterpello: mátri te ancillám tuae
Émisse illam. *Ch.* Vísusne est tibi crédere id? *Ac.* Etiám rogas?
Séd scelestus súbigitare occépit. *Ch.* Illamne, óbsecro?
*Ac.* Mírum, quin me súbigitaret. *Ch.* Édepol cor miserúm meum,
Quód guttatim cóntabescit, quási in aquam indiderís salem! 95
Périi! *Ac.* Hem istuc únum verbum díxisti veríssumum!
*Ch.* Stúltitia istaec ést! — Quid faciam? Crédo, non credét pater,
Si íllam matri méae emisse dícam; post autém mihi

73. Hunc vs. Both. collocat post v. 76. Vulg. *Hoc quod te int.* Mihi versus 73—77. spurii videntur, et a seriori manu additi.

74. Vett. *Qui potuit eam videre?*

75. Vulg. *I hinc dierectus.* Vett. *I hinc hodie dier.* Nostr. Both., qui et *Nugaris* legit. Non elidendum.

78. Vulg. et B. *uti prope adstitit.* Vett. *uti prorae adstitit.* Idque praefero ob rythmum. Atque Decurt. *uti prora adst.* V. C. tamen: *prope.*

80. *Quin* hic et vs. seq. cum perfecto aperte i. e. q. *cur non?* uti nusquam alias. Vide indicem. Nam Rud. 3, 6, 3. *Quin occidisti?* non est: *Warum hast du ihn nicht getödtet?* sed potius: *du hast ihn doch gleich todtgeschlagen?* Videtur igitur hic huius coniunctionis usus quodammodo a vero linguae genio abhorrere.

81. Sic vett. — Vulg. *ne eam consp.*

83. Sic vett. — Vulg. *complic. et comp.*

90. Vulg. *quid respondit.* Vett. *quis resp.*

93. *subigitare*, attrectare, blandiri illi. Mil. 3, 1, 58. Ter. Heaut. 3, 3, 6. Pers. 2, 2, 45.

94. *Mirum quin me sub.* Credo te existimare, illum me oportuisse subigitare. *Er hätte mich wohl sollen* etc. Sic *Mirum quin* occurrit Amph. 2, 2, 127. Cist. 4, 2, 68. Aul. I, 3, 7.

97. *Stultitia istaec est.* Haec verba vulg. et vett. tribuunt Acanthioni, Bothius Charine, et recte. Nam secum colloquitur, et secum excogitat, quid sit faciendum. Et ecce olim ceperat consilium, ut diceret patri, emtam esse ancil-

Scélus videtur, mé parenti próloqui mendácium.
Néque ille credet, néque credibile est, fórma eximia múlierem 100
Éam me emisse ancíllam matri. *Ac.* Nón taces, stultíssume?
Crédet hercle: nám credebat iám mihi. *Ch.* Metuó miser,
Né patrem prehéndat, ut sit gésta res, suspício.
Hóc, quod te rogó, mihi respónde, quaeso. *Ac.* Quíd rogas?
*Ch.* Num ésse amicam súspicari vísus est? *Ac.* Non vísus est. 105
Quín quidque, ut dicébam, mihi credébat. *Ch.* Verum ut tíbi quidem
Vísus est. *Ac.* Non; séd credebat. *Ch.* Vaé mihi misero! núllus sum!
Séd quid ego hic in lámentando péreo, ad navim nón eo?
Séquere. *Ac.* Si istac íbis: commodum óbviam veniés patri.
Pósteaquam adspiciét te timidum esse átque exanimatum: íllico 110
Rétinebit, rogitábit, unde illam émeris, quanti émeris;
Tímidum tentabít te. *Ch.* Hac ibo pótius. Iam censés patrem
Ábiisse a portú? *Ac.* Quin ea ego huc praécucurri grátia,
Né te opprimeret ímprudentem, atque éléctaret. *Ch.* Óptume.

---

## ACTUS II. SCENA I.

*DEMIPHO.*

Miris modis di lúdos faciunt hóminibus,
Mirísque exemplis sómnia in somnís danunt.
Velút ego nocte hac, quaé praeteriit, próxuma
In sómnis egi sátis, et fui homo exércitus.
Mercári visus míhi sum formosám capram. 5
Ei né noceret, quám domi ante habui capram,
Neu díscordarent, si ámbo in uno essént loco:
Postérius quam mercátus fueram, vísus sum
In cústodelam eam símiae concrédere.
Ea símia adeo póst haud multo ad mé venit; 10
Male míhi precatur, ét facit convícium:
Ait sése illius ópera atque adventú caprae

iam matri. Sed iam id consilium abiicit, stultitiaeque damnat.

103. Nota, v. *suspicio* hic quoque, ut alibi, producta *i* priore legi.

104. Vett. *quaeso*, *mihi*. In vulg. deest *mihi*. — Memorabile autem, in Gronoviana excidisse versus 99 — 104. typorum errore.

112. Sic vett. et Pareus. — Vulg. *Quin hac ibo p.* Both. *te tentabit.* *Ch. Quin hac.*

114. *electaret*, h. e. eliceret ex te, percontaretur, cf. As. 2, 2, 29.

*Act. II. Sc. I.* Advenit ex portu Demipho, Charini pater, narratque somnium aliquod suum, ut omen sui amoris erga puellam illam, quam in navi viderit.

1. Primos tres versus iisdem verbis vid. Rud. 3, 1, 1. 2. 4. aperto signo, hic supposita esse omnia.

2. Hunc versum Passeratius sic legi maluit: *Mirisque exemplis omina in somnis danunt.*

4. *egi satis.* Satagere est festinare Asin. 2, 4, 34. Simul tamen et anxietatis notio subest, ut Gell. N. A. IX, 11. *instruebanturque acies a consulibus, de vi ac multitudine hostium satis agentibus.* Cf. Bacch. 4, 2, 37.

5. De dictione *visus sum* in somniorum narrationibus cf. ad Curc. 2, 2, 10.

9. Both. *custodelam.* Vulg. et vett.

Flagítium et damnum fécisse haud mediócriter:
Dicít capram, quam dédéram servandám sibi,
Suae úxoris dotem ámbadedisse. Óppido 15
Mihi íllud videri mírum, ut una illaéc capra
Uxóris simiaé dotem ambadéderit.
Instáre factum símia, atque hoc dénique
Respóndet: ni properem íllam ab sese abdácere,
Ad me íntro domum ad uxórem ducturúm meam. 20
Atque óppido hercle béne velle illi vísus sum;
Ast nón habere, quoí commendarém capram:
Quo mágis, quid facerem, cúra cruciabár miser.
Intérea ad me hoedus vísust aggredírier;
Infít mihi praedicáre, sese ab símia 25
Capram ábduxisse, et coépit irridére me.
Ego énim lugere atque íliam abductam cónqueri.
Hoc quam ád rem credam pértinere sómnium,
Nequeo ínvenire; nísi capram illam súspicor
Iam me ínvenisse, quaé sit, aut quid vóluerit. 30
Ad pórtum hinc abii máne cum lucí simul.
Postquam íllic, quod volui, tránsegi, atque ego cónspicor
Navem éx Rhodo, qua heri ést advectus fílius.
Collúbitum est illud míhi, nescio qui, vísere.
Ascéndi in lembum, átque ad navim ádvehor: 35
Atque íllic adspicio fórma eximia múlierem,
Filiús quam advexit méus matri ancillám suae;
Quam ego póstquam adspexi, nón ita amo, ut sanî solent
Hominés, sed eodem pácto, ut insaní solent.
Amávi hercle equidem ego ólim in adulescentia; 40
Verum ád hoc exemplum núnquam, ut nunc insánio.
Nunc hóc profecto síc est: haec illa ést capra.
Sed símia illa atque hoédus timeo quíd velint.
Unúm quidem hercle iám scio, perísse me;
Vosmét videte céterum, quantí siem. 45
Sed cónticescam: vícinum eccum; exít foras.

---

*custodiam.* Both. omisit *eam*, quod illae exhibent.

15. Sic vulg. — Vett. *ambedisse.*

20. Sic vett. — Vulg. et Pall. *Ad me domum intro ad ux.* Both. *Ad me domum ad ux. introduct. m.*

31. Vett. *hinc*, vulg. *hic.* Ceterum et hic et alibi vett. *cum lucu. Mss. c. luce.*

32. *illic.* Sic vett. atque id una syllaba enunciandum. Vulg. *hic.* — *atque* apodosin inchoat, pleonastice positum. Alii tamen int. *statim.* Cf. II, 3, 19. Plane simile legitur Bacch. II, 3, 45. *Dum circumspecto, atque ego navem conspicor.*

33. Vett. *heri est.* Vulg. *est heri.*

34. *illud*, quid autem? fortasse navigium. Ceterum hic omnia ex Bacch. 2, 3, 45. sqq. depromta esse apparet, v. c. dictio *atque* pro *statim*, lembus etc.

36. Sic dedi ex vett., quae habent: *atque ego Illic adspicio f. e. m.* Vulg. et Pareus: *atque ego Illam conspicio f. e. m.*

38. De sano et insano amore cf. Curc. 1, 3, 20. 21. cuius haec est imitatio.

44. *perisse me*, sc. prae amore.

45. *quanti siem*, quam sim nihili. Versus sic ordinavit Both., quum in vulg. et vett. sic sequantur: 40, 41, 44, 45, 42, 43, 46.

# ACTUS II. SCENA II.

*LYSIMACHUS. DEMIPHO. LORARII.*

*LY.* Profécto ego illunc hírcum castrarí volo,
Rurí qui nobis éxhibet negótium.
*DE.* Nec ómen illud míhi, nec auspiciúm placet:
Quasi hírcum, metuo, ne úxor me castrét mea,
Atque íllius haec nunc símiae partés ferat. 5
*LY.* I tu hínc ad villam, atque ístos rastros víllico
Pisto ípsi facito córam ut tradas ín manum.
Uxóri facito ut núnties, negótium
Mihi ésse in urbe, né me exspectet: nám mihi
Tres hódie lites iúdicandas dícito. 10
I, et hóc memento dícere. *Lo.* Numquid ámplius?
*LY.* Tantum ést. *DE.* Lysimache, sálve. *LY.* Euge, et tu, Démipho,
Salvéto. Quid agis? quíd fit? *DE.* Quod misérrumus.
*LY.* Di mélius faxint! *DE.* Di hóc quidem faciúnt. *LY.* Quid est?
*DE.* Dicám, si videam tíbi esse operam aut ótium. 15
*LY.* Quamquám negotium ést: si quid vis, Démipho,
Non sum óccupatus únquam amico operám dare.
*DE.* Benígnitatem túam mi experto praédicas.
Quid tíbi ego aetatis vídeor? *LY.* Acherúnticus,
Senéx vetus, decrépitus. *DE.* Pervorsé vides: 20
Puer súm, Lysimache, séptuennis. *LY.* Sánun' es,
Qui púerum te esse dícas? *DE.* Vera praédico.
*LY.* Modo hércle in mentem vénit, quid tu díceres:
Senéx quum extemplo est, iám nec sentit, néc sapit,
Aiúnt, solere eum rúrsum repueráscere. 25
*DE.* Imó bis tanto váleo, quam valuí prius.
*LY.* Bene hércle factum, et gaúdeo. *DE.* Imo sí scias:
Oculís quoque etiam plús iam video, quám prius.
*LY.* Bene ést. *DE.* Malam rem díco. *LY.* Iam istuc nón bonum est.
*DE.* Sed aúsimne ego tibi éloqui, si quíd velim? 30
*LY.* Audácter. *DE.* Animum advórte. *LY.* Fiet sédulo.
*DE.* Hodie íre in ludum occépi literárium,
Lysímache. Ternas scío iam. *LY.* Quid? ternás? *DE.* AMO.

*Act. II. Sc. II.* Narrat Lysimacho amorem suum Demipho, et castigatur ab illo. Lysimachus ad forum abit; Demipho filium opperitur.

1. Colloquitur L. cum servis suis rusticis, qui ei narraverant, hircum arboreas ambadedisse in horto, aut aliud damnum intulisse.

5. *haec*, sc. uxor mea. Simiam intelligo eam, cui capram commendaverat, II, 1, 10—20.

7. *Pisto.* Sic vulg. et cdd. — Vett. *Praesto.*

11. *I, et h.* Vett. *Ei et h.* Sed τὸ *hoc* idem illud est, quod modo dixerat.

12. *Tantum est*, i. e. q. nihil amplius. Cf. Cas. prol. 87. — *et tu* leguntur in vett., desunt in vulg. et Bothio.

13. *Salveto.* Sic vett. — Vulg. *Salve. o quid agis? quid fit?* Transposuit B. *Quid fit? Quid agis?* contra rhythmum.

14. Both. ex Pal. *faciant.*

15. *operam* i. e. q. otium. Cf. prol. 14. Mil. 2, 2, 99. III, 2, 6. Truc. 4, 4, 30. Pseud. 1, 3, 157.

23. Sensus: iam intelligo, quid tu tibi velis, quum dicis te puerum esse septuennem. Nam ubi homo senex fit, sensusque iam et sapientiae expers est, eum repuerascere aiunt. *Modo in mentem venit* i. e. q. As. I, 1, 23. *Modo*

*Ly.* Tun' cápite cano amás, senex nequíssume?
*De.* Seu cánum, seu istuc rútilum, sive atrum ést: amo. 35
*Ly.* Ludíficas nunc tu me híc, opinor, Démipho.
*De.* Decíde collum, sí falsum est, uti éloquor!
Vel, út scias me amáre, cape cultrúm, seca
Digitúm vel aurem, vél tu nasum, vél labrum;
Si móvero me, seú secari sénsero, 40
Lysímache, auctor sum, utí me amando hic énices.
*Ly.* Si unquám vidisti píctum amatorem, hem fílic est:
Nam méo quidem animo vétulus, decrepitús senex
Tantídem est, quasi sit sígnum pictum in páriete.
*De.* Nunc tú me, credo, cástigare cógitas. 45
*Ly.* Egon' té? *De.* Nihil est iam, quód tu mihi succénseas:
Fecére tale ante áliì spectatí viri.
Humánum amare est, húmanum autem ignóscere est.
Ne, sís, me oblurga: hoc nón voluntas me ímpulit.
*Ly.* Quin nón obiurgo. *De.* At né deteriorém tamen 50
Hoc fácto ducas. *Ly.* Égen' te? Ah, ne di síverint!
*De.* Vide, sís, modo etiam. *Ly.* Vísum est. *De.* Certen'?
*Ly.* Pérdis me! —
Hic homo éx amore insánit. — Numquid vís? *De.* Vale.
*Ly.* Ad pórtum propero: nam íbi mihi negótium est.
*De.* Bene ámbulato. *Ly.* Béne vale. *De.* Bene sít tibi. 55
Quin míhi quoque etiam est ád portum negótium:
Nunc ádeo ibo illuc. Séd optume gnatúm meum
Video, éccum. Opperiar hóminem: hoc nunc mihi víso opust,
Huic pérsuadere quómodo potís siem,
Ut íllam vendat, néve det matrí suae: 60
Nam ei dóno advexe audívi. Sed praecaúto opust,
Ne ad íllam me animum adiécisse aliqua séntiat.

---

## ACTUS II. SCENA III.

*CHARINUS. DEMIPHO.*

*Ch.* Homo mé miseriór nullus ést aeque, opínor,

*pol percepi.* — Pro *iam nec* scripserim: *nec iam.*

33. Et hoc quoque redolet Bacch. V, 2, 47. sqq.

37. Vulg. et vett. *est, uti loquar.* B. *ad ted eloquor*, ex Pal. Decurt. — V. C. *si falsum stati loquor.*

41. Sic vulg. et vett. — Both. *amando med ut enices.* — *amando*, dum amo.

42. *vidisti.* Alloquitur aliquem de suis pedissequis. Nam numquam apud veteres personae solae prodibant. Bothius: *vidistis*, int. spectatores. Atque de spectatore etiam int. Lambinus. Perperam.

44. *Tantidem*, h. e. nihili in amore, non frugi, nullius usus.

49. Sic vulg. et B. — Vett. *Nescis? ne obiurga.* Quod paene praeplacet.

52. *Vide sis modo etiam*, etiam atque etiam te rogo, ne me deteriorem ducas. — Nam is sensus inest v. *etiam.* — *Visum est*, decretum est apud me, ne te deteriorem ideo ducam.

57. *illuc* memento esse posse monosyllabum. Cf. ind. Possit tamen et ictus in coni. *sed* poni, ut *optime* corripiatur, uti Truc. 1, 2, 26. Cf. not. ad Amph. 3, 4, 17.

59. *quomodo potis siem*, quantum maxime possim.

Neque, ádvorsa quoí plura sínt sempitérna.
Satín', quidquid ést, ut quam rém agere occépi,
Propriúm mihi nequít, quod cupió, eveníre?
Ita míhi mala res aliqua óbiicitur, 5
Bonum quaé meum comprimit cónsilium.
Míser amicam míhi paravi ánimi causa, erípui pretio,
Ratús clam patrém me meúm posse habére.
Is réscivit, ét vidit, ét perdidít me.
Neque, ís quum rogét, quid loquár, cogitátum est: 10
Ita ánimi decem ín pectore íncerti cértant;
Nec, quíd corde núnc consilí capere póssim,
Sció: tantus cúm cura meo ést error ánimo,
Dum sérvi meí perplacét mihi consílium,
Dum rúrsum haud placét, nec patér potis vidétur 15
Indúci, ut putét, matri ancíllam emtam esse íllam.
Nunc sí dico, utí res est, atque íllam mihí me
Emísse indicó, quemadmodum éxistumét me?
Atque íllam abstrahát, trans mare hínc venum aspórtet!
Sció, saevos quám sit, domó doctus. Ígitur 20
Hóccine est amáre? Arare mávelim, quam sic amare.
Iam hínc olim invítum domo éxtrusit áb se;
Mercátum ire iússit. Ibi hóc malum invéni.
Úbi voluptatem aégritudo víncat, quid ibi inést amoeni?
Nequídquam abdidi, ábscondidi, ábstrusam habébam: 25
Musca ést meus patér, nii potést clam illum habéri,
Néc sacrum nec tám profanum quídquam est, quin ibi íllico adsit;
Néc qui rebus meís confidam, mi úlla spes in córde certa est.
*De.* Quíd illuc est, quod sólus secum fábulatur fílius?

*Act. II. Sc. III.* Canticum, usque ad v. 28, in quo conqueritur Charinus, patrem suum omnia rescisse aut rescituram. Alloquitur eum Demipho, declaratque, illam puellam non esse aptam, quae serviat uxori suae. Consultissimum igitur esse, ut vendatur. Velle illam emere quendam senem, qui illam amet, sibique rem mandaverit. Contra Charinus negat fieri illud posse, quia alius iuvenis eam amet, cui communis illa secum emta sit. Pater affirmat, esse vendendam, idque in portu statim. Eo tamen filium ire vetat. Ipse eo abit, confecturus negotium per Lysimachum.

2. Vulg. et vett. *sint plura.* Sed est versus bacchiacus.

3. *Satin'* i. e. q. Nonne etc. Cf. Amph. 2, 2, 1. Cist. 1, 3, 2. Ep. V, 1, 28.

4. Vulg. et vett. *Proprium nequit mihi evenire quod cupio*, plane ἀμέτρως. — *proprium* i. e. q. ratum, stabile, firmum. Cf. Most. 1, 3, 68. Trin. 5, 2, 6.

5. Anapaesticus versus. Vulg. et vett. *obiicitur aliqua.*

7. Sic plane vett. In vulg. deest *eripui.* Versus est tetr. troch. qualis 24. *eripere pretio* i. e. q. auferre secum pretio soluto, aut: sibi parare, ut alias *invenire* Amph. I, 1, 130. Rud. prol. 27.

10. Sensus: Neque scio, quid ei dicam, quando mecum de ea re loquetur.

18. *quemadmodum existimet me?* quomodo mecum aget? qualem me iudicabit. Sic saltem int. Lamb. Sed potius videtur: quomodo poterit fieri, ut ille ratum hoc habeat? Fiet potius, ut illam abstrahat, etc.

19. *Atque* i. e. q. statim. Cf. Bacch. II, 3, 45.

20. *domo doctus*, i. e. ipse expertus, locutione saepe obvia. Cf. Amph. 2, 2, 7. Truc. 2, 5, 4. Cist. 2, 1, 2. Mil. 2, 2, 36. Sic vulg. — Vett. *quam sit homo, et durus.*

21. *arare:* Fortasse respicitur ad Truc. I, 2, 52—54. ubi *arare* fere idem est, quod paedicare.

22. Vulg. et vett. *ab sese.*

Sólicitus mihi néscio qua ré videtur. *Ch.* Áttatae. 30
Méus pater hic quidem ést, quem video! Ibo: álloquar. Quid fit, pater?
*De.* Únde incedis? quíd festinas, gnáte mi? *Ch.* Recté, pater.
*De.* Íta volo; sed istúc quid est; tibi quód commutatúst color?
Númquid tibi dolét? *Ch.* Nescio quid méo animo est aegré, pater.
Póstea hac nocte nón quievi sátis mea ex senténtia. 35
*De.* Pér mare ut vectús, nunc oculi térram mirantúr tui
Mágis, opino. *Ch.* Id ést profecto; vérum actutum abscésserit.
*De.* Érgo edepol pallés: si sapias, éas ac decumbás domi.
*Ch.* Ótium non ést: mandatis rébus praevortí volo.
*De.* Crás agito, peréndie agito. *Ch.* Saépe ex te audiví, pater: 40
Réi mandatae omnés sapientes prímum praevortí decet.
*De.* Áge igitur: nolo ádvorsari tuam ádvorsus senténtiam.
*Ch.* Sálvos sum, siquidem ísti dicto sólida et perpetua ést fides.
*De.* Quíd illuc est, quod ílle solus se ín consilium sévocat?
Iám non vereor, ne íllam me amare hic pótuerit rescíscere: 45
Quíppe haud etiam quídquam inepte féci, amantes út solent.
*Ch.* Rés adhuc quidem hércle in tuto est: nam húnc nescire sát scio
De ílla amica; quód si sciret, ésset alia orátio.
*De.* Quín ego hunc adgrédior de illa? *Ch.* Quín ego hinc me amólior? —
Éo ego, ut, quae mandáta amicûm, amícis tradam. *De.* Imó mane: 50
Paúcula etiam scíscitare príus volo. *Ch.* Dic, quíd velis.
*De.* Úsquen' valuistí? *Ch.* Perpetuo récte, dum quidem illíc fui;
Vérum in portum huc út sum advectus, néscio qui animus míhi dolet.
*De.* Naúsea edepol fáctum credo; vérum actutum abscésserit.
Séd quid ais? ecquám tu advexti túae matri ancillám Rhodo? 55
*Ch.* Ádvexi. *De.* Quid? ea út videtur múlier? *Ch.* Non edepól mala.

32. *Recte*, quasi dicat: non est quod existimes me festinare. Nostrum: *es ist nichts*. Sic enim Donatus explicat ad Ter. Heaut. 3, 2, 7. Cf. Ter. Hec. 3, 2, 20. et Eun. 2, 3, 50. Donati sunt verba: Sic enim loquimur, cum sine iniuria interrogantis aliquid reticemus. Cf. Infra v. 77.

35. Sic vulg. et vett. atque litera *e* in *postea* quasi elidenda; uti Most. I, 3, 132. Rud. 2, 6, 44. Stich. 2, 3, 59. IV, 1, 62. nisi malis: *haud quievi*. — *Postea* autem i. e. q. praeterea, deinde.

37. Sic ordinavi personas, scripsique *opino*, ut saepius faciendum. Vulg. sic: *Ch. Magis opinor. De. Id est pr.*; *ver. a. abscesserit. Ergo* etc. nullo idoneo sensu. — Ceterum cf. 54. Atque non est verisimile eandem rem ab eadem persona bis esse praedicatam.

39. *praevorti*. Antea mihi curanda sunt mandata quaedam. Cf. supra ad I, 2, 3. et infra vs. 41. et cf. Indicem.

43. Sensus: O utinam ratum fiat, quod modo dixit pater, se nolle advorsari mihi!

44. Promta ex Aul. 3, 6, 13. *Quid tu te solus e senatu sevocas?*

45. *illam*. Sic vulg. et vett. atque una syllaba pronunciandum, uti saepe. Sensus: *ich glaube nicht, dafs er etwa schon merken sollte*, etc.

50. Vulg. *ut quae mandata, amicus amicis tradam*. Vett. *ut quae mandat amicus amicis tr.* Lambinus et Dousa: *Eo ego atque mandata amicûm amicis tr.*

52. *Quidem* plerumque perquam correptim pronunciatur. V. indicem v. *quidem correptum*, et Trin. 2, 4, 158.

*De.* Út morata est? *Ch.* Núllam vidi mélius mea senténtia.
*De.* Sic quidem edepol vísa est, quom illam vídi. *Ch.* Eho, an vidistí, pater?
*De.* Vídi; verum nón ex usu nóstro est neque adeó placet.
*Ch.* Quí vero? *De.* Quiá non nostra fórmam habet dignám domo: 60
Níhil opus nobís ancilla, nísi quae texat, quaé molat,
Lígnum caedat, pénsum faciat, aédis verrat, vápulet,
Quaéque habeat cotídianum fámiliae coctúm cibum.
Hórunc ílla nihilum quidquam fácere poterit ádmodum.
*Ch.* Éa causa equidem illam émi, dono quám darem matrí meae. 65
*De.* Né duis, neu te ádvexisse díxeris. *Ch.* Di me ádiuvant!
*De.* Lábefacto paulátim. — Verum, quód praeterii dícere,
Néque illa matrem sátis honeste túam sequi poterít comes,
Néque sinam. *Ch.* Qui véro? *De.* Quia illà fórmà matremfámilias,
Flágitium sit, sí sequatur, quándo incedit pér vias: 70
Cóntemplent, conspíciant omnes, nútent, nictent, síbilent,
Véllicent, vocént, molesti sínt, occentent óstium;
Impleantur élogiorum méae fores carbónibus;
Átque, ut nunc sunt máledicentes hómines, uxorí meae
Mihique obiectent, lénocinium fácere. Nam quid eó est opus? 75
*Ch.* Hércle quin tu récte dicis, ét tibi adsentiór ego.
Séd quid illa nunc fiet? *De.* Recte: ego émero matrí tuae
Áncillam virâginem aliquam, nón malam, formá mala,
Út matrem addecét familias, aút Syram aut Aegýptiam:
Éa molet, confíciet pensum, [pínset,] pinsetúr flágro; 80
Néque propter eam quídquam eveniet nóstris foribus flágitii.
*Ch.* Quíd, si igitur reddátur illi, unde émta est? *De.* Minime géntium.
*Ch.* Díxit se redhibére, si non pláceat. *De.* Nihil istóc opust:
Lítigare nólo ego vos, neque túam autem accusarí fidem.

58. *Sic quidem.* Sic vett. — Vulg. cum Pall. et B. *Mihi quidem.*

60. Ita scandendum; nisi forte excíderit aliquid in praecedentibus. Ceterum cf. v. 69.

65. *Di me adiuvant.* Gaudet sibi, quod non vult eam introduci domum pater. Sic enim fieri posse sperat, ut solus tuto ea potiatur.

67. *Labefacto paulatim*, i. e. dixi, quae ad rem fore spero. Bene res procedit mihi.

69. *illa forma* sunt ablativi, suppl. *mulier.*

73. Vulg. et vett. *Impl. meae fores elog. carb.* Nostr. Both. Elogia putantur laudes puellae carbone vel alia materia in ianua scriptae ab amantibus. Sed cf. Pers. 4, 4, 20. *Occentabunt ostium, exurent fores.* Exurebantur autem facibus accensis, quas gerebant amatores.

75. *Nam quid* i. e. q. Quidnam, coni. interrogativa praeposita, ut saepe, per anastrophem. Cf. Amph. 2, 1, 35. et ind.

76. Sic vett. et vulg. Both. om. *ego.*

77. *Recte*, cf. supra v. 32.

80. In vulg. et vett. deest vox *coquet*, quam Bothius addidit post *molet.* Fortasse potius addendum post *pensum pinset*, quod pariter abest a codd. Pinsere est: *stampfen.* Coquere autem non erat ancillarum apud nobiliores.

84. Vulg. et vett. *quam tuam autem acc. fidem*, *Multo ed.* ut coni. *quam* referatur ad *mavolo* vs. seq. Sed comparativus *mavolo* habet suum *quam* versu 86. Quare hic aut omittendum *quam*, aut mutandum in *neque*, quemadmodum quaedam edd. habent. — Sic saepius *autem* positum legitur, item prima brevi. Cf. Amph. prol. 36. Mil. 3, 1, 81. Stich. 1, 3, 59. et indic.

Múlto edepol, si quíd faciundum est, fácere damni mávolo, 85
Quam ópprobramentum aút flagitium múliebre efferri domo.
Mé tibi illam pósse opinor lúculente véndere.
*Ch.* Dúm quidem hercle né minoris véndas, quam ego emí, pater.
*De.* Táce modo: senéx est quidám, qui illam mandavít mihi
Út emerem sibi, ád istanc faciem. *Ch.* Át quidam adulescéns, pater, 90
Míhi mandavit, ád istanc faciem, íta ut illa est, emerém sibi.
*De.* Víginti minís opinor pósse me illam véndere.
*Ch.* Át, ego si velím, iam dantur séptem et viginti minae.
*De.* Át ego.... *Ch.* Quin ego, inquam.... *De.* At nescis, quid dicturus súm: tace.
Tris minas accúdere etiam póssum: ut triginta sient. 95
*Ch.* Quó vortisti? *De.* Ad illum, qui emit. *Ch.* Úbinam est is homo géntium?
*De.* Éccillum videó: iubet quinque me áddere etiam núnc minas.
*Ch.* Hércule illunc di infelicent, quísquis est! *De.* Ibidém mihi
Étiam nunc adnútat, addam séx minas. *Ch.* Septém mihi
(Núnquam edepol me víncet hodie!) cómmodis poscít, pater. 100
*De.* Néquidquam poscít: ego habebe! *Ch.* Át illic pollicitást prior.
*De.* Níhili facio. *Ch.* Quínquaginta póscit. *De.* Non centúm datur.
Pótin', ut ne licitére adversum ánimi mei senténtiam?
Máxumam hercle habébis praedam: íta ille est, quoi emitúr, senex.
Sánus non est, éx amore illíus: quod poscés, feres. 105
*Ch.* Cérto edepol adulescens ille, quoi ego emo, efflictím perit
Éius amore. *De.* Múlto hercle ille mágis senex, si tú scias.
*Ch.* Núnquam edepol fuit neque fiet ille senex insánior
Éx amore, quam ille adulescens, quoi égo do hanc operám, pater.
*De.* Quiésce, inquam: istanc rém ego recte vídero. *Ch.* Quid ais? *De.* Quid est? 110

85. *damni*, sc. aliquid. Both. *damnum*. Construe: si quid damni faciendum, facere mavolo. — Unde non est quod hic cum Bothio soloecismi quid subesse existimemus.

86. Vulg. et vett. *efferri*. Cf. v. 70. Efferri autem, in vulgus narrari tamquam factum meae domi. Both. *inferri* e. coni.

90. *sibi* Bothius adiecit. Nam in vulg. et vett. non legitur. Ac sane opus eo est, propter parallelismum vs. 91. — In seqq. vulg. et vett. *At mihi quidem ad.*, p., *Mand.*

91. Vulg. *Mand. ad ill f.*, *ita ut illa est*, *emerem sibi*. Vett. *ita ut illa est*, *mulierem emerem sibi*. Nostr. Both. Atque v. *mulierem* non legitur in cdd.

96. *Quo vortisti*, sc. te. Avertisse autem se cogitandus est Demipho, quasi qui cum aliquo colloqueretur.

97. *iubet* correptum enuntiandum, uti Amph. 3, 2, 48. V, 1, 77. Men. 3, 2, 51. Truc. 2, 7, 47.

100. Et vulg. et vett. integrum hunc versum Charino tribuunt. At Bothius vv. *Nunquam — hodie* Demiphoni. Mihi parenthesis videtur, quales saepe in Plauto obviae. Cf. v. 128. — *vincet*, sc. tuus ille. *Minae commodae* sunt: integrae, iusti ponderis. As. 3, 3, 135. Rud. 5, 2, 31.

101. Vulg. cum Decurt. *habebo*. vett. cum V. C. *habeo*.

102. *Quinquaginta poscit*, sc. ut licear. — *non centum datur*, non vendetur ei, si vel centum dederit.

103. Sic vulg. et in *licitere* non est eliidendum. In vett. deest possessivum, ut et in Pall.

110. Dedi *Quid ais?* pro vulg. *Quid agis?* quod nihili. De dictione *Quid ais?* cf. indicem. Est: *Höre, noch Eins.*

*CH.* Nón ego illam mancúpio accepi, séd ille illam accepít.
*DE.* Sine!
*CH.* Nón potes tu lége vendere íllam. *DE.* Ego aliquid vídero.
*CH.* Póst autem commúnist illa míhi cum alio: quí scio,
Quíd sit ei animí, venirene éam velit, an nón velit?
*DE.* Égo scio, velle. *CH.* Át pol ego esse crédo aliquem, qui nón velit. 115
*DE.* Quíd id mea refért? *CH.* Quia illi suám rem esse aequom est ín manu.
*DE.* Quíd ais? *CH.* Communís mihi illa est cum álio: is nunc hic nón adest.
*DE.* Príus respondes, quám rogo. *CH.* Prius tú emis, quam vendó, pater.
Néscio, inquam, vélit ille illam, nécne, abalienárier.
*DE.* Séd, illi quoidam, quí mandavit tíbi, si emitur, túm volet? 120
Sí ego emo illi, quí mandavit, tum ílle nolet? Níhil agis.
Númquam edepol quisquam íllam habebit pótius, quam ille, quem égo volo.
Cértum est! *CH.* Censen', cértum esse? *DE.* Quín ad navim iam hínc eo:
Íbi venibit. *CH.* Vín' me tecum illo íre? *DE.* Nolo. *CH.* Nón placet.
*DE.* Méliust, te, quae súnt mandatae rés tibi, praevórtier. 125
*CH.* Tú prohibes. *DE.* At tu éxcusato, té fecisse sédulo.
Ád portum ne bítas, dico iám tibi. *CH.* Auscultábitur.
*DE.* Íbo ad portum, et (ne hic resciscat, caúto opust) non ípse emam;
Séd Lysimacho amíco mandabo: ís se ad portum díxerat
Íre dudum. Mé moror, quum hic ádsto. *CH.* Nullus sum! óccidi! 130

---

## ACTUS II. SCENA IV.

*CHARINUS. EUTYCHUS.*

*CH.* Péntheum dirípuisse aiunt Bácchas; nugas máxumas
Fuísse credo, praéut quo pacto égo divorsus dístrahor.
Cúr ego vivo? cúr non morior? quíd mi est in vitá boni?
Cértum est, ibo ad médicum atque ibi me tóxico mortí dabo,

111. *Non ego illam mancupio accepi*, atqui ego non sum eius dominus, sed ille, qui mecum emit. *accepit* habent vett.; vulg. *accipit*. Eadem verba *Sed ille — sine* Demiphoni tribuit. Vett. ut nos. Both. *accipiet*. — *Tò Sine* Demiphonis pertinet ad seqq. *Ego aliquid videro.*

116. *in manu*, in potestate.

117. *Quid ais?* Cf. n. ad v. 110. Nimirum vult interrogare aliquid (cf. v. 118), quum interpellat eum Charinus.

120. Sic hunc versum cum sequenti Malus dedit ex palimpsesto. Vulg. et vett. in unum contractos sic exhibent: *Quid illic quidam, qui mandavit, quum ille nolet? Nihil agis.* h. e. Quid tum faciet aut sibi volet ille, qui tibi mandavit ut emeres, si ille tuus socius eam vendere nolet? Apparet, aeque bono sensu.

*Act. II. Sc. IV.* Tristem desperantemque Charinum adit Eutychus conso-

Eam sí curabis, pérbona est: tondétur nimium scíte.
*Pa.* Honóris causa, quídquid est, quod dábitur, gratum habébo.
*Ly.* Nunc, múlier, ne tu frústra sis, mea nón es: ne arbitrére. 30
*Pa.* Dic ígitur, quaeso, quóia sum? *Ly.* Tuo heró redemta es rúrsum.
Egó redemi te: ílle med orávit. *Pa.* Animus rédiit,
Si mécum servatúr fides. *Ly.* Bono ánimo es: liberábit
Ille té homo. Ita edepol déperit te, atque hódie primum vídit.
*Pa.* Ecástor iam biénnium est, quom mécum rem cöépit. 35
Nunc, quándo amicum té scio esse illíus, indicábo.
*Ly.* Quid áis tu? Iam biénnium est, quum técum habet rem? *Pa.* Cérto;
Et intér nos coniurávimus, ego cum íllo et ille mécum,
Ego cúm viro, ille cum múliere, nisi cum íllo, aut ille mécum,
Neutér stupri causá caput limáret. *Ly.* Di immortáles, 40
Etiám cum uxore nón cubet? *Pa.* Amábo, an marítus est?
Neque ést neque erit! *Ly.* Nolím quidem. Homo hércle periurávit.
*Pa.* Nullum ádulescentem plús amo. *Ly.* Puer ést ille equidem, stúlta:
Nam illí quidem haud sané diu est quum déntes excidérunt.
*Pa.* Quid? déntes? *Ly.* Nihil est. Séquere, sis, huc mé: diem unum orávit 45
Ut ápud me praebiberém locum, ideó quia uxor rúri est.

---

## ACTUS III. SCENA II.

*DEMIPHO.*

Tandem ímpetravi, ut égomet me corrúmperem:
Emta ést amica clam úxore mea et fílio.
Certum ést: antiqua récolam, et servibó mihi.
Decúrso in spatio, bréve quod vitae réliqüum est,
Voluptáte, vino et amóre delectávero. 5
Nam hanc sé bene habere actátem, nimio est aéquius.
Adulescens quum sis, túm, quum est sanguis ínteger,
Rei tuaé quaerundae cónvenit operám dare;
Demum ígitur, quum senéx sis, tunc in ótium
Te cóllocces; potés, ames: id iám lucro est, 10

*generis Graeci*, Tarentina forsitan; quae magno in pretio erant.

34. Sic vett. et Pareus. — Vulg. omittit *Ita* et alterum *te*.

35. Sic vulg. De scansione *coëpit* cf. Cist. 4, 2, 18. Cas. 3, 5, 81. IV, 1, 18. Aul. 4, 3, 3. Capt. I, 2, 64.

38. *inter* correptim legitur Amph. 4, 3, 1. Capt. 3, 5, 19. Cist. I, 1, 53. Epid. 2, 2, 55.

40. *limare caput* est: caput coniungere, corpus commiscere. Cf. Poen. I, 2, 82.

42. *periuravit*, peleravit. Vulg. et Both. haec Lysimacho tribuunt, vett. Pasicompsae.

43. Vulg. et vett. *quidem*.

*Act. III. Sc. II. v.* 1. *corrumperem*, in deterius mutarem. Cf. Most. I, 1, 80.

2. Both. *clam uxorem et clam filio*. Cf. Am. pr. 107. Mil. 3, 3, 8. Nostr. vulg. et vett. — Pall. *clam uxorem etiam filio*.

7. Pro *tum*, quod vulg., vett. *tu*; atque V. C. *Adul. cum sis tecum cum e. s. i.*

10. Vulg. *Te conloces, dum potestur*:

# ACTUS III. SCENA I.

*LYSIMACHUS. PASICOMPSA.*

*Ly.* Amíce amico operám dedi: vicínus quod rogávit,
Hoc émi mercimónium. — Mea és tu: sequere sáne.
Ne plóra. Nimis stulté facis: oculós corrumpis táles.
Quin tíbi quidem, quod rídeas, magis ést, quam ut lamentére.
*Pa.* Amábo ecastor, mí senex, elóquere.... *Ly.* Exquire, quíd vis. 5
*Pa.* cur émeris me. *Ly.* Téne ego? ut, quod ímperetur, fácias.
Itém quod tu mihi ímperes, ego fáciam. *Pa.* Facere cértum est
Pro cópia et sapiéntia, quae té velle arbitrábor.
*Ly.* Labóriosi níl tibi quidquam óperis imperábo.
*Pa.* Namque édepol equidem, mí senex, non dídici baiuláre, 10
Nec pécua ruri páscere, neque púeros nutricáre.
*Ly.* Bona si ésse vis, bene erít tibi. *Pa.* Tum pól ego perii mísera.
*Ly.* Qui? *Pa.* Quia íllim, unde huc advécta sum, malís bene esse sólitum est.
*Ly.* Orátio edepol plúris est huiús, quam quanti haec émta est. —
Quasi dícas, nullam múlierem bonam ésse. *Pa.* Haud equidem díco; 15
Nec mós meust, ut praédicem, quod ego ómnis scire crédam.
*Ly.* Rogáre hoc unum té volo. *Pa.* Rogánti respondébo.
*Ly.* Quid áis tu? quod nomén tibi dicam ésse? *Pa.* Pasicómpsae.
*Ly.* Ex fórma nomen índitum est. Sed quíd ais, Pasicómpsa?
Possín' tu, si usus vénerit, subtémen tenue nére? 20
*Pa.* Possím. *Ly.* Si tenue scís, scio, te ubérius posse nére.
*Pa.* De lánificio néminem metuo, úna aetate quaé sit.
*Ly.* Bonam hércle te et frugi árbitror, matúra iam inde aetáte
Quum scís facere officiúm tuom, muliér. *Pa.* Pol docta dídici.
Operam áccusari nón sinam meam. *Ly.* Hem, ístaec hercle rés est: 25
Ovém tibi eccillám dabo, natam ánnos sexagínta,
Pecúliarem. *Pa.* Mí senex, tam vétulam? *Ly.* Generis Graéci est.

iandum, ut in prologo ad Poenulum v. , nec eildendum in fine.

30. Sic vulg. omisso *te*, quod in his aterdum omittitur. Cf. Aul. 4, 4, 33. *Cave, sis, revideam* sc. te. — Vett. *Domi me ergo maneto. Ch. actutum aec praedam ut recipias.* Lamb. *cum raeda ut r.*

*Act. III. Sc. I.* Adducit Pasicompsam Lysimachus, quam emit Demiphoni, iquo declarat, quod futurum sit suum ficium. Introducit eam domum ad sese.

4. Vulg. *Quid? tibi q.* Vett. *Quid si tibi? quid? quod rideas magis est, nam quod lamenterc?* Nostr. Both. — ecurt. *Qui tibi.*

9. *Laboriosi.* Sic vett. et B. — 'ulg. et Lamb. *Laboriose.*

10. Vett. *equidem.* Vulg. *quidem.*

12. *perii:* sc. quia mulieres apud nos nihil boni facere queunt.

13. Vett. *illic.* — *malis*, l. e. mulieribus. — Post hunc versum in vulg. et vett. sequitur v. 16, quem illic potius locum habere per se patet.

24. Vulg. *Quoniam scis.* V. C. et Dec. *quum* et *cum.*

26. Sic Bothius, ex Decurt. et edd. antt. Sed vulg. *Ovem tibi ancillam dabo.* Vett. *Quin etiam tibi ancillam dabo.* Sed *Ovem* recte legi, probat v. 28. verbum *tondetur.* De ovibus deque tondendo cf. Bacch. V, 2, 9. 11. 12. Videlicet illa opera ovem curandi ad rem amatoriam est referenda.

27. *Peculiarem*, quae tua sit, nec alterius cuiusquam. Cf. As. I, 1, 36. 37.

Eam sí curabis, pérbona est: tondétur nimium scite.
*Pa.* Honóris causa, quídquid est, quod dábitur, gratum habébo.
*Ly.* Nunc, múlier, ne tu frústra sis, mea nón es: ne arbitrére. 30
*Pa.* Dic ígitur, quaeso, quóia sum? *Ly.* Tuo heró redemta es rúrsum.
Egó redemi te: ílle med orávit. *Pa.* Animus rédiit,
Si mécum servatúr fides. *Ly.* Bono ánimo es: liberábit
Ille té homo. Ita edepol déperit te, atque hódie primum vídit.
*Pa.* Ecástor iam biénnium est, quom mécum rem cöépit. 35
Nunc, quándo amicum té scio esse illíus, indicábo.
*Ly.* Quid áis tu? Iam biénnium est, quum técum habet rem?
*Pa.* Cérto;
Et intér nos coniurávimus, ego cum fílio et ille mécum,
Ego cúm viro, ille cum múliere, nisi cum fílio, aut ille mécum,
Neutér stupri causá caput limáret. *Ly.* Di immortáles, 40
Etiám cum uxore nón cubet? *Pa.* Amábo, an marítus est?
Neque ést neque erit! *Ly.* Nolím quidem. Homo hércle periurávit.
*Pa.* Nullum ádulescentem plús amo. *Ly.* Puer ést ille equidem, stúlta:
Nam illí quidem haud sané diu est quum déntes excidérunt.
*Pa.* Quid? déntes? *Ly.* Nihil est. Séquere, sis, huc mé: diem unum orávit 45
Ut ápud me praehiberém locum, ideó quia uxor rúri est.

---

## ACTUS III. SCENA II.

### *DEMIPHO.*

Tandem ímpetravi, ut égomet me corrúmperem:
Emta ést amica clam úxore mea et fílio.
Certum ést: antiqua récolam, et servibó mihi.
Decúrso in spatio, bréve quod vitae réliqüum est,
Voluptáte, vino et amóre delectávero. 5
Nam hanc sé bene habere aetátem, nimio est aéquius.
Aduléscens quum sis, túm, quum est sanguis ínteger,
Rei tuaé quaerundae cónvenit operám dare;
Demum ígitur, quum senéx sis, tunc in ótium
Te cóllocés; potés, ames: id iám lucro est, 10

*generis Graeci*, Tarentina forsitan; quae magno in pretio erant.

34. Sic vett. et Pareus. — Vulg. omittit *Ita* et alterum *te*.

35. Sic vulg. De scansione *coëpit* cf. Cist. 4, 2, 18. Cas. 3, 5, 81. IV, 1, 18. Aul. 4, 3, 3. Capt. I, 2, 64.

38. *inter* correptim legitur Amph. 4, 3, 1. Capt. 3, 5, 19. Cist. I, 1, 53. Epid. 2, 2, 55.

40. *limare caput* est: caput coniungere, corpus commiscere. Cf. Poen. I, 2, 82.

42. *periuravit*, peieravit. Vulg. et Both. haec Lysimacho tribuunt, vett. Pasicompsae.

43. Vulg. et vett. *quidem*.

*Act. III. Sc. II. v.* 1. *corrumperem*, in deterius mutarem. Cf. Most. I, 1, 88.

2. Both. *clam uxorem et clam filio*. Cf. Am. pr. 107. Mil. 3, 3, 8. Nostr. vulg. et vett. — Pall. *clam uxorem etiam filio*.

7. Pro *tum*, quod vulg., vett. *te*; atque V. C. *Adul. cum sis tecum cum e. s. i.*

10. Vulg. *Te conloces, dum potestur:*

Quod vívis. Hoc ut díco, factis pérsequar.
Intérea tamen huc íntro ad me invisám domum:
Uxór me exspectat iámdudum esuriéns domi;
Iam iúrgio enicábit, si intro rédiero.
Verum hércle postremo, útut est, non ibó tamen, 15
Sed húnc vicinum príus conveniam, quám domum
Redeam: út mihi aedes áliquas conducát, volo,
Ubi hábitet istaec múlier. Atque, eccum, ít foras.

---

## ACTUS III. SCENA III.

*LYSIMACHUS. DEMIPHO.*

*Ly.* Addúcam ego illum iam ád te, si convénero.
*De.* Me dícit. *Ly.* Quid ais, Démipho? *De.* Est muliér domi?
*Ly.* Quid cénses? *De.* Quid, si vísam? *Ly.* Quid properás? Mane.
*De.* Quid fáciam? *Ly.* Quod opust fácto, facito ut cógites.
*De.* Quid cógitem? Equidem hercle ópus hoc facto exístumo, 5
Ut illúc introeam. *Ly.* Ítane, vervex? íntro eas?
*De.* Quid áliud faciam? *Ly.* Príus hoc usculta, átque ades:
Prius étiam est, quod te fácere ego aequom cénseo.
Nam núnc si illo introíeris, amplectí voles,
Confábulari atque ósculari. *De.* Tú quidem 10
Meum ánimum gestas: scís, quid acturús siem.
*Ly.* Pervórse facies. *De.* Quódne ames? *Ly.* Tantó minus.
Ieiúnitatis plénus, anima foétida,
Senéx hircosus, tu ósculere múlierem?
Utíne adveniens vómitum excutias múlieri? 15
*De.* Scio pól, te amare, quom ístaec praemonstrás mihi.
Quid, si ígitur coenam fáciam? Hoc si censés, cocum

*id i. l. e.* Vett. *Te conl., dum potes: si vales id i.* V. C. *Te conl. dum potestuer sid iam lucrost.* Cod. Pal. Decurt. *dum potest ave sidiam lucrost.* Both. *dum pote, et ames.* Nostr. ex coniectura ducta cdd. Pall. dedimus.

13. *iamdudum* alias i. q. paullo ante, hic i. q. iamdiu, more non Plautino.

*Act. III. Sc. III.* Exit domo Lysimachus, atque intus adhuc cum puella colloquitur. Adit eum Demipho, deque suo amore cum eo colloquitur. Decretum fit, ut prandium instituatur. Ergo opsonatum abeunt.

2. *Quid ais?* pluries iam vidimus tum usurpari, quum, qui loquitur, in eo est, ut novum aliquid proponat. Vult autem hic proponere, ut opsonium emat, antequam puellam conveniat. V. v. 17. sqq. De dictione vide indicem.

3. Bothius vv. *Quid censes?* eidem Demiphoni, at vulg. et vett. Lysimacho tribuunt. Ego ut vulgatae adstipuler, facit parallelismus praecedentium: *Quid ais, Demipho?* et subsequentium: *Quid properas?* Lysimachus autem his omnibus eo tendit, ut ad coenam dandam Demiphonem cohortetur; quae res magnopere ad omnem fabulam pertinet.

6. Vulg. et vett. *Itane vero, vervex.*

8. In vett. deest *ego.* Legitur in Pall.

12. *Quodne ames?* Sensus plenus: quid ais? anne perversum est, osculari, quod ames?

13. Sic vulg. et Nonius. — Vett. *Iam aetatis plenus, animaque foetida.* Decurt. *Ianutatis.* Ieiunis male olet anima.

16. *praemonstras*, sc. non osculandum esse, nisi cum satur sis.

17. Vulg. et Pall. *Quid si igitur (unum factum hoc si censes) coquum* etc. Vett. *Ly. Quid si igitur coenam faciam? De. Hoc si censes*, c. — *Factum* in vulg. videtur accipiendum pro:

Aliquem árripiamus, prándium qui pércoquat
Apud téd hic usque ad vésperum. *Ly.* Hem istuc cénseo.
Nunc tú sapienter lóquere atque amatórie. 20
*De.* Quid stámus? quin ergo ímus atque opsónium
Curámus, pulcre ut símus? *Ly.* Equidem té sequor.
Atque hércle invenies tú locum illi, sí sapis:
Nullum hércle praeter húnc diem illa apúd me erit:
Metuo égo uxorem, crás si rure rédierit, 25
Ne illam híc offendat. *De.* Rés parata est: séquere me.

---

## ACTUS III. SCENA IV.

*CHARINUS. EUTYCHUS.*

*Ch.* Súmne ego homo misér, qui nusquam béne queo quiéscere?
Sí domi sum, fóris est animus; sín foris sum, animús domi est.
Íta mi in pectore átque in corde fácit amor incéndium:
Ni éx oculis lacrumaé descendant, iam árdeat, credó, caput.
Spém teneo; salútem amisi: rédeat, an non, néscio. 5
Si ópprimit patér, quod dixit, éxulatum abiít salus;
Sín sodalis, quód promisit, fécit, nón abiít salus.
Séd tandem, tametsí podagrosis pédibus esset Eútychus,
Iám rediisse a pórtu potuit. Íd illi vitium máxumum est,
Quód nimis tardus ést, advorsum méi animi senténtiam. 10
Séd isne est, quem currántem video? — Ípsus est! Ibo óbviam.
[Dívum atque hominum quaé spectatrix átque hera eadem es hóminibus,
Spém speratam quum óbtulisti hánc mihi, tibi gratís ago! —]
Númquid restat? Eheú, disperii! vóltus neutíquam huiús placet! —
Trístis incedit. Péctus ardet. Haéreo. Quassát caput .... 15
Eútyche! *Eu.* Heu, Charíne! *Ch.* Priusquam récipias anhélitum,

*faciendum*, ut sit: si censes, unice hoc faciendum.

20. Vulg. et vett. *loquere atque amatorie*, atque sic restituendum censui, ideo quia haud raris locis *ama-* producitur, uti supra 1, 1, 4. et Epid. 2, 2, 32. Pseud. 3, 1, 7. Cas. 3, 3, 2. Alias corripitur. V. ind.

23. Sensus: Atque hercle in posterum tu alium locum tuae puellae procures.

*Act. III. Sc. IV.* Accurrit ad Charinum Eutychus, narratque ei, puellam iam esse venditam, neque se scire quis eam emerit. Ergo decernit Charinus in exilium ire, ut eam investiget. Item Eutychus abit, per urbem eam quaeritatum.

4. *Ni ex oculis l. descendant.* Sic bene vett. — Vulg. *Ni oculos l. defendant.* Verum in apodosi non oculi sunt, sed caput. Both. *Ni ex oculis lacrymae defendant.*

6. *Si opprimit*, si occupat id facere. quod dixit. Cf. Mil. IV, 5, 10.

8. Sic scribendum duxi e vestigiis Decurtati, qui habet: *Sed tamen dempsi pod.* Vulg. et vett. *Sed tandem si pod.* Both. *Sed iamdudum, si p.*

12, 13. Hic duo versus huc inepte translati videntur ex principio Act. V. Sc. II. Bothius hic retinuit, illic omisit.

14. *Numquid restat?* num adhuc reliquum est, quod sperem? — Adhuc enim incertus est. — Vulg. et vett. et Both. *Eheu disperii*, atque *eheu* hic corripitur, quemadmodum et Pseud. I. 1, 79. 80. — *neutiquam*, ut saepius. prima brevi legendum, utpote quod compositum ex *ne* et *utiquam*. Cf. Capt. 3, 4, 54. Poen. I, 1, 71. Ter. Andr. I, 1. 30. Heaut. II, 3, 116.

15. Sic vulg. et vett. — Both. *cedit.* — *Quassare caput* iratorum est aut eorum qui aegre aliquid ferunt. Cf.

Uno verbo elóquere: ubi ego sum? híccine, an apud mórtuos?
*Eu.* Néque apud mortuós, neque hic es. *Ch.* Sálvos sum! immortálitas
Míhi data est! hic émit illam! púlcre os sublevít patri!
Ímpetrabiliór qui vivat, núllus est! Dic, óbsecro: 20
Sí neque hic neque Ácherunti sum, úbi sum? *Eu.* Nusquám géntium.
*Ch.* Dísperii! illaec ínteremit mé modo hic orátio! —
Quídquid est, ad cápita rerum pérveni. *Eu.* Primum ómnium
Périimus. *Ch.* Quin tu íllud potius núntias, quod néscio?
Ódiosa est orátio, quom rém agas, longinquóm loqui. 25
*Eu.* Múlier alienáta est abs te. *Ch.* Eútyche, capitál facis.
*Eu.* Quí? *Ch.* Quia aequalem ét sodalem cívem liberum énicas.
*Eu.* Né di sirint? *Ch.* Démisisti gládium in iugulum: iám cadam.
*Eu.* Quaéso hercle, animum né desponde. *Ch.* Núllust, quem despóndeam.
Lóquere porro aliám malam rem: quói est emta? *Eu.* Néscio. 30
Iam áddicta atque abdúcta erat, quom ad pórtum venio. *Ch.* Vaé mihi!
Móntes tu quidém mali in me ardéntes iamdudúm iacis! —
Pérge, excrucia, cárnufex, quandóquidem occepistí semel!
*Eu.* Néc tibi istuc mágis dividiae est, quám mihi hodié fuit.
*Ch.* Díc, quis emit? *Eu.* Néscio hercle. *Ch.* Hem, istúccin' est operám dare 35
Bónum sodalem? *Eu.* Quíd me facere vís? *Ch.* Idem, quod mé vides,
Út pereas. Quin percontatus, hóminis quae faciés foret,
Qui íllam emisset: éo si pacto pósset indagárier
Múlier? *Eu.* Heu me míserum ..... *Ch.* Flere omítte, istuc quod núnc agis.
*Eu.* Quíd ego feci! *Ch.* Pérdidisti me ét fidem mecúm tuam! 40
*Eu.* Dí sciunt, culpám meam istanc nón esse ullam. *Ch.* Eúgepae,
Déos absentes téstes memoras: quí ego istuc credám tibi?
*Eu.* Quín tibi in manu ést, quod credas; égo, quod dicam, id mi ín manu est.
*Ch.* Ístac de re tu és argutus, pár pari ut respóndeas;
Ád mandata claúdus, coccus, mútus, mancus, débilis. 45
Prómittebas, te ós sublinere méo patri: egomet crédidi
Hómini docto rém mandare, is lápidi mando máxumo.
*Eu.* Quíd ego facerem? *Ch.* Quíd tu faceres, mén' rogas? Requíreres,
Rógitares, quis ésset aut unde ésset, qua prosápia;
Cívisne esset, án peregrinus .... *Eu.* Cívem esse aibant Áticum. 50

Bacch. 2, 3, 71. As. 2, 3, 23. Trin. 5, 2, 45. Ep. 3, 3, 51.

20. *Impetrabilior*, qui magis impetrare aliquid possit. Cf. Most. 5, 2, 40.

22. Sic vett. — In vulg. et Pall. deest *hic*. — Post hunc versum in vulg. et vett. legitur v. 25.

43. Vulg. *id mihi mea in manu est.*

44. Addidi *tu; es* praeposui; *ut* postposui. Vulg. *De istac re argutus es, ut* etc. Vett. *Istac de re a. e., ut p.*

*Ch.* Úbi habitaret, invenires sáltem, si nomén nequis.
*Ec.* Némo aiebat scire. *Ch.* At saltem hóminis faciem exquireres.
*Ev.* Féci. *Ch.* Qua forma érgo aiebant ésse? *Ev.* Ego dicám tibi:
Cánum, varum, véntriosum, báccalentum, bréviculum,
Sábnigris oculís, oblongis mális, pansam aliquántulum. 55
*Ch.* Nón hominem mihi, séd thesaurum néscio quem memorás mali.
Númquid est, quod dícas aliud de ílle? *Ev.* Tantum, quód sciam.
*Ch.* Édepol nae ille oblóngis malis dédit mihi magnúm malum.
Nón possum duráre: certum est éxulatum hinc íre me.
Séd quam capiam cívitatem, cógito, potíssumum: 60
Mégara, Eretriám, Corinthum, Chálcidem, Cretám, Cyprum,
Sícyonem, Cnidúm, Zacynthum, Lésbon, an Boeótiam.
*Ev.* Cúr istuc coeptás consilium? *Ch.* Quía enim me adflictát amor.
*Ev.* Quíd tu ais? quid, quom illuc, quo nunc íre paritas, véneris,
Sí ibi amare fórte occipias, átque item eius sit ínopia, 65
Iam índe porro aufúgies, deinde item illinc, sí item evéneríit,
Quí modus tibi exílio tandem evéniet, qui finís fugae?
Quaé patria aut domús tibi stabilis ésse poterit? díc mihi.
Cédo, si hac urbe abís, amorem te híc relicturúm putas?
Si íd fore ita sat ánimo acceptum est cértum, id pro certó si habes: 70
Quánto te satiúst rus aliquo abíre, ibi esse, ibi vívere,
Ádeo dum illius té cupiditas átque amor missúm facit?
*Ch.* Iám dixisti? *Ev.* Díxi. *Ch.* Frustra díxti: hoc mihi certissumum est.
Éo domum, patrem átque matrem ut méos salutem; póstea
Clám patrem patria hác effugiam aut áliquid capiam cónsili. 75
*Ev.* Út corripuit sé repente atque ábiit! Heu miseró mihi!
Si ílle abierit, méa factum omnes dícent esse ignávia.
Cértum est, praeconúm iubere iám quantum est condúcier,
Qui íllam investigént, qui inveniant; póst ad praetorem íllico
Íbo, orabo ut cónquistores dét mi in vicis ómnibus: 80
Nám mihi nil relícui quidquam iam áliud esse intéllego.

---

53. Vett. *qua f. ergo esse aiebant.* Vulg. omittit *ergo*, uti et Pall.

55. Vett. *pansum.* Pansa est, cui lati sunt pedes. Cf. Plin. XI, 45.

62. *Cnidum.* Sic Both. ex Pal. — Vulg. *Gnidum.* Idem *Lesbon, an.* Vulg. et vett. *Lesbiam*, *Boeot.*

67. *Qui modus.* Sic vett. et Pareus. — Vulg. *Quis m.*

70. Vulg. cum Decurt. *Si id forte ita sat animo acceptum est: id pro c. s. h.* Vett. cum V. C. *Si id fore ita, si ita* (V. C. *sit* pro *si ita*) *animo acc. est certum, id pro certo si habes.* Both. *Si, id fore ita, sat animo acceptum, incertum id pro c. si habes.* Fateor esse tautologiam, sed ut in fabula tota suppositita certe non mirandam.

80. Legendum *conquistores* pro *conquisitores*, ut Amph. prol. 65 et 82. Perperam enim *Ibo* omisit Bothius.

81. Vett. *reliqui.* Vulg. Pareus et B. *relicti.*

# ACTUS IV. SCENA I.

*DORIPPA. SYRA.*

*Do.* Quoniam á viro ad me rús advenit núntius,
Rus nón iturum: féci ego ingeniúm meum:
Revéni, ut illum pérsequar, qui mé fugit.
Sed ánum non video cónsequi nostrám Syram.
Atque, éccam, incedit tándem! Quin is ócius? 5
*Sy.* Nequeó mecastor: tántum hoc oneris'st, quód fero.
*Do.* Quid óneris? *Sy.* Annos óctoginta et quátuor;
Et eódem accedit servitus, sudór, sitis;
Simul haéc, quae porto, déprimunt. *Do.* Aliquíd, cedo,
Qui hánc vicini nóstri aram augeám, Syra. 10
*Sy.* Da sáne hanc virgam laúri. *Do.* Ábi iam tu íntro. *Sy.* Eo.
*Do.* Apóllo, quaeso te, út des pacem própitius,
Salútem et sanitátem nostrae fámiliae,
Meóque ut parcas gnáto pace própitius!
*Sy.* Dispérii! perii, mísera! vae miseraé mihi! 15
*Do.* Satín' tu sana es, óbsecro? quid éiulas?
*Sy.* Doríppa, mea Doríppa! *Do.* Quid clamas, óbsecro?
*Sy.* Nescío quae est mulier íntus hic in aédibus.
*Do.* Quid? múlier? *Sy.* Mulier méretrix. *Do.* Veron'? *Sy.* Sério.
Nimiúm scis sapere, rúri quae non mánseris. 20
Quamvís insipiens póterat persentíscere,
Illam ésse amicam túi viri bellíssumi.
*Do.* Credó mecastor. *Sy.* I hác mecum, ut videás simul
Tuam Álcumenam péllicem, Iunó mea.
*Do.* Ecástor vero istúc eo, quantúm potest. 25

---

*Act. IV. Sc. I.* Advenit Doríppa, uxor Eutychi, rure, adducíque secum simul vetulam ancillam Syram. Quam dum illa intromittit, conspicit Syra intus meretricem, Doríppamque intro vocat.

2. *rus non iturum.* Cf. II, 2, 8. — *ingenium meum*, i. e. more meo.

7. *Quid oneris?* sc. fers.

10. *aram*, Apollinis. *augeam*, ornem.

12. In dramate non Plautino vide locum plane egregium ac memorabilem de *pace deûm*, nota iam ex Amph. prol. 32. quae res hic lucidum in modum illustratur addito bis vocabulo *propitius*, hic et v. 14. unde apparet, pacem deum aut dei alicuius, nihil esse, nisi propitium dei animum, quo obsecundet rebus eius qui precatur, aut alius, pro quo quis precatur. Sic Coquus in Curculione 2, 2, 20. Cappadocem hortatur; *Pácem ab Aesculápio petás, ne forte tibi éveniat magnúm malum.* Et salvus e fluctibus Charmides Trin. 4, 1, 18. ad Neptunum (quamquem loco suppositio): *scindere vela, ni túa pax propitiá foret praesto*, claudo quidem versu. Et Poen. 1, 2, 42. Adelphasium quaerit ex Anterastyli: *Sunt hic omniá, quae ad deûm pacem opórtet adésse.* AN. *Omnia ádcuráví.* — Atque eadem est nostra pax dei, altior omni consilio humano, ab omnibus cathedris decantata, h. e. propitius animus et obsecundatio rebus nostris agendis, nec quidquam amplius.

17. Sic vulg. et vett. nec quidquam muto, ideo, quod nomina propria saepenumero singulari ratione pronunciantur in Plauto, ut *Achilles*, *Pelides*, alia. Cf. Bacch. IV, 8, 5. V. C. *Quid volebas, obsecro?* At Decurt. *Quid clamas, obs.*

18. Sic item vulg. et vett. Mutavit B.

19. Vulg. et vett. *veron' serio?* Cf. Amph. 3, 3, 9. Nostr. Both. Cf. Truc. 2, 2, 47.

## ACTUS IV. SCENA II.

*LYSIMACHUS.*

Parúmne est hoc malaé rei, quod amat Démipho,
Ni súmtuosus ínsuper etiám siet?
Decém vocasset si ád coenam summós viros,
Nimium ópsonavit. Séd cocos, quasi ín mari
Solét hortator rémiges hortárier, 5
Ita hórtabatur. Égomet conduxí cocum.
Sed eúm demiror nón venire, ut iússeram.
Sed qui hínc nam a nobis éxit? Aperitúr foris.

---

## ACTUS IV. SCENA III.

*DORIPPA. LYSIMACHUS.*

*Do.* Misérior mulier mé nec fiet, néc fuit,
Talí viro quae núpserim! Heu miseraé mihi!
Hem, quói te, et tu quae hábeas, commendés viro!
Hem, quoí decem talénta dotis détuli,
Haec út viderem, ut férrem has contumélias! 5
*Ly.* Perii hércle, rure iám rediit uxór mea!
Vidísse credo múlierem in aédibus.
Sed quaé loquatur, éxaudire hinc nón queo:
Accédam propius. *Do.* Vaé miserae mi! *Ly.* Imó mihi!
*Do.* Dispérii! *Ly.* Equidem hercle óppido perii miser! 10
Vidít! Ut te omnes, Démipho, di pérduint!
*Do.* Pol hóc est, ire quód rus meus vir nóluit.
*Ly.* Quid núnc ego faciam, nísi ut adeam atque álloquar.
Iubét salvere súus vir uxorém suam.
Urbáni fiunt rústici? *Do.* Pudícius 15
Faciúnt illi, quam quí non fiunt rústici.
*Ly.* Numquíd delinquunt rústici? *Do.* Ecastór minus,
Quam urbáni, et multo mínus mali quaerúnt sibi.
*Ly.* Quid aútem urbani déliquerunt? díc mihi.

*Act. IV. Sc. II.* Redit L. a foro, postquam conduxit coquum; quem exspectat.

1. Vulg. omittit *hoc*, uti et Pall., quod vett. habent ante *malae*. — *rei* monosyllabum, uti crebro.

5. *solet*. Sic vulg. et vett. — Both. *Solitust* ex Iunt. et Ald. qua tamen mutatione non est opus, quia *solet* probe potest in fine produci. — *hortator* est portisculus. Cf. Asin. 3, 1, 15. Gr. κελευστής.

*Act. IV. Sc. III.* Exprobrat Dorippa viro amorem puellae. Ille dum se excusare tentat, advenit coquus, quem conduxit.

3. Sensus: Ecce autem virum, cui te et tua committas!

7. Sic Pall. At vulg. et vett. *Vidisse eam credo m.* quo tamen versus non melior existit. Et tenendum, multos admodum debiles versus in hac supposititia fabula obvenire, qui neutiquam emendatione sunt corrigendi, nisi e codd.

10. *Equidem*. Sic Pall. — Vulg. et vett. *Ego quidem*.

11. Vulg. et vett. *ut omnes te D p.*

17. *delinquunt*, numquid tibi obtecuti sunt servi rustici? Simile est Men. IV, 2, 56.

18. Vulg. *mali*. Vett. *malum*. Malum autem est poena.

19. Post hunc versum habet Bothius inferius positum in vulg. v. 22. *Capio hercle scire. Do. Sic tu me tentas sciens?* Vulg. *scire; sed tu* etc. Ac

*Do.* Quoia ílla mulier íntust? *Ly.* Vidistíne eam? 20
*Do.* Vidí. *Ly.* Quoia ea sit, rógitas? *Do.* Resciscám tamen,
Cupio hércle scire. Séd tu me tentás sciens.
*Ly.* Vin' dícam, quoia est? Ílla, ílla. Edepoſ (Vaé mihi!)
Nescío quid dicam. *Do.* Haéres? *Ly.* Haud vidí magis.
*Do.* Quin dícis? *Ly.* Quin, si líceat.... *Do.* Dictum opórtuit. 25
*Ly.* Non póssum, ita instas: úrges, quasi pro nóxio.
*Do.* Scio, innóxius's. *Ly.* Audácter quamvis dícito.
*Do.* Dic ígitur. *Ly.* Ego dicam? *Do.* Átqui dicundum ést tamen.
*Ly.* Illa ést. Num etiam vis nómen dicam? *Do.* Níhil agis.
Manifésto teneo! In nóxia es! *Ly.* Qua nóxia? 30
Iam, sí nihil usus ésset, iam non dícerem.
Istaéc quidem illa est.... *Do.* Quae ílla est? *Ly.* Illa....
*Do.* Ióhia!
Non tú scis, quae sit íllaec? *Ly.* Imo etiám scio;
De istác sum iudex cáptus. *Do.* Iudex? Iám scio:
Huc tu ín consilium istam ádvocavistí tibi. 35
*Ly.* Imó sequestro míhi data est. *Do.* Intéllego.
*Ly.* Nihil hércle istius quídquam est. *Do.* Numero púrgitas.
*Ly.* Nimiúm negoti réperi: enimvero haéreo!

---

## ACTUS IV. SCENA IV.

*COCUS. LYSIMACHUS. DORIPPA. SYRA.*

*Co.* Agite íte actutum: nám mihi amatorí seni
Coquénda est coena; atque équidem quom recógito,
Nobís coquenda est, nón quoi conductí sumus:
Nam quí amat, quod amat, si íd habet, id habet pró cibo
Vidére, amplecti, ósculari, álloqui; 5

sane *hercle* non est mulierum obtestatio, sed virorum. Verumtamen ideo non mutandus erat locus, quoniam vitium potest esse poëticum, ex quo, pariter atque multis aliis rebus, concludas, fabulam non esse Plauti.

21. *Resciscam tamen.* Coni. *tamen* hic aperte posita pro *tametsi*, ut sensus sit: Quamvis illud rescitura sim vel ex ipsa vel ex aliis, tamen hercle ex te cupio audire. Similes locos cf. Men. prol. 11. Cas. prol. 20. 63. I, 1, 17. Mil. 3, 2, 52. IV, 8, 31. Capt. 2, 3, 44. Vide not. ad Capt. 2, 3, 44. — Ceterum de l. nostro cf. n. ad vs. 19.

27. *Scio* plane elidendum, ut et alibi. — Versus sequentes in vulg. sic se excipiunt: *Dic igitur* etc. — *Illa est* etc. — *Manifesto* etc. — *Ista quidem* etc. — *Iam si* etc. — *Non tu scis* etc. — *De istac* etc.

31. *si nihil usus esset*, nisi necessitas me cogeret, non dicerem, quis illa sit.

36. *sequestro*, non ipse ego eius sum dominus.

37. *Nihil hercle istius quidquam est*, sc. quod tu cogitas. — *Numero purgitas*, nimis cito te purgare conaris, eoque ipse te accusas. De significatu v. *numero* cf. Amph. I, 1, 26.

*Act. IV. Sc IV.* Coquus advenit cum servis suis; hortatur eum, ut abeat, Lysimachus. At ille metuens de lucro suo, fingensque se credere Dorippam esse eius amasiam, omnia palam facit, adigitque Lysimachum, pretium ut solvat. Quo facto, vasa cum opsonio coram eo deponit, ipseque cum suis abit. Dorippa irata patrem arcessiri iubet, ipsaque introit. Lysimachus ad forum abit, Demiphonem conventum.

5. Sic vulg. — Vett. *amplectier*,

Sed nós confido onústos redituros domum.
Ite hác. Sed eccum, quí nos conduxít, senex.
*Ly.* Ecce aútem perii; cócus adest! *Co.* Advénimus.
*Ly.* Abí! *Co.* Quid? abeam? *Ly.* Sí, abi! *Co.* Abeámus?
*Ly.* Abi!
*Co.* Non éstis coenatúri? *Ly.* Iam saturí sumus. 10
*Do.* Sed.... *Ly.* Intérii! *Do.* Quid ais tu? étiamne haec illí tibi
Iussérunt ferri, quós inter iudéx datus's?
*Co.* Haeccíne tua est amíca, quam dudúm mihi
Te amáre dixti, quum ópsonabas? *Ly.* Nón taces?
*Co.* Satis scítum filum múlieris! Virum hércle avet. 15
*Ly.* Abín' dierectus? *Co.* Haúd mala est. *Ly.* At tú malus.
*Co.* Scitam hércle opinor cóncubinam hanc. *Ly.* Nón abis?
Non égo sum, qui te dúdum conduxí. *Co.* Quid est?
Imo hércle tu istic ípsus. *Ly.* Vae miseró mihi!
*Co.* Nempe úxor ruri est túa, quam dudum díxeras 20
Ted ódisse aeque atque ángues. *Ly.* Egon' istúc tibi
Dixí? *Co.* Mihi quidem hercle. *Ly.* Íta me amabit Iúpiter,
Uxór, ut ego illud núnquam dixi. *Do.* Etiám negas?
*Co.* Non te ódisse aibat, úxorem verám suam....
*Do.* Palam ístaec fiunt, té me odisse. *Ly.* Quín nego. 25
*Co.* Et uxórem suam ruri ésse aiebat. *Ly.* Haéc ea est.
Quid míhi molestus? *Co.* Quía me non novísse ais.
Num métuis tu istanc? *Ly.* Sápio: nam mihi única est.
*Co.* Vin' me éxperiri? *Ly.* Nólo. *Co.* Mercedém cedo.
*Ly.* Cras pétito: dabitur; núnc abi. Heu miseró mihi! 30
Nunc égo verum illud vérbum esse experiór vetus:
Aliquíd mali esse própter vicinúm malum.
*Co.* Cur híc adstamus? *Ly.* Quín abis? *Co.* Incómmodi
Si quíd tibi evenit, íd non est culpá mea.
*Ly.* Quin me éradicas míserum! *Co.* Scio iam, quíd velis: 35
Nempe híne me abire vís. *Ly.* Volo, inquam. *Co.* Abíbitur.
Drachmám dato. *Ly.* Dabitúr. *Co.* Dari ergo, sís, iube.
Potést interea, dum ílli ponunt. *Ly.* Quín abis?
Potin', út molestus né sis? *Co.* Agite, appónite
Opsónium istuc ánte pedes illí seni. 40

*oscularier.* V. C. *auscultare.* Decurt. *auscultari.*

11. Sic dividit Bothius. Nam vulg. *Sed* eidem Lysimacho tribuit: *Sed interii.* — *haec*, sc. opsonia.

13. *dudum*, paullo ante.

14. *opsonabas*, quum opsonia emebas.

15. *Virum hercle avet.* Sic vulg. uti censuit legendum Guilelmus. *avet*, i. e. virum quaerit habere, amare cupit. Vett. *verum hercle, an net hoc*, ut Decurt. Al. *virum hercle habet.* Al. *virum hercle amet*, ut plerique libri, et V. C. *Filum* quasi figuram credunt significare. Cf. Lucret. V, 573.

17. Vulg. et vett. *satis* addunt post *opinor.*

21. Vulg. et vett. *Egon' istuc dixi tibi?* Nostr. Both.

28. Vulg. cum Pall. *Ni metuis.* Vett. *Num m.*

29. *Vin' me experiri?* Num vis, me porro etiam tibi negotium facessere?

30. Sic vett. bene. Vulg. *Do. Heu miserae mihi! Ly.* Nostrum et Acid. probavit.

33. Vulg. et vett. *Cur hic adstamus? quin abimus? Incommodi* etc. Nostr. Both.

38. Vulg. et vett. *Dari potest.* Omittit *dari* Bothius.

Haec vása aut mox aut crás iubebo abs té peti.
Sequímini. *Ly.* Fortasse te ístum mirarí cocum,
Quod vénit atque haec áttulit. Dicám, quid est.
*Do.* Non míror, si quid dámni facis, aut flágiti;
Nec pól ego patiar, síc me nuptam tám male, 45
Meásque in aedis síc scorta obductárier.
Syra, í rogato méum patrem verbís meis,
Ut véniat ad me iám simul tecum húc. *Sy.* Eo.
*Ly.* Nescís, negoti quíd sit, uxor, óbsecro.
Concéptis verbis iám iusiurandúm dabo, 50
Me núnquam quidquam cum ílla .... Iamne abiít Syra?
Perii hércle! — Ecce autem haec ábiit! Vae miseró mihi!
At té, vicine, dí deaeque pérduint,
Tuá cum amica cúmque amatiónibus!
Suspícione implévit me indigníssume: 55
Concívit hostes. — Dómi uxor est acérruma!
Ibo ád forum, atque Démiphoni haec éloquar,
Me istánc capillo prótracturum esse ín viam,
Nisi hínc abducit, quó volt, ex hisce aédibus.
Heus, úxor, uxor, quámquam tu irata és mihi, 60
Iubeás, si sapias, haéc intro hinc auférrier:
Eadém licebit móx coenare réctius.

---

## ACTUS IV. SCENA V.

*SYRA. EUTYCHUS.*

Sy. Hera quó me misit, ád patrem, non ést domi:
Rus ábiisse aibant. Núnc domum renúntio.
[Ecástor lege dúra vivont múlieres,
Multóque iniquióre miserae, quám viri.
Nam vír si scortum dúxit clam uxorém suam: 5
Id sí rescivit úxor, impune ést viro.
Uxór viro si clám domo egressa ést foras,
Viró fit causa, exígitur matrimónio.
Utinám lex esset éadem, quae uxori ést, viro:

42. Sic vulg. atque in *Fortasse* ultima elidenda, ut saepe litera *e* finalis; nisi fortasse legendum *forte*.

44. *damnum facere* est prodigere bona propter amorem etc. Unde qui id faciebant, *damnosi* vocabantur.

47. *verbis meis*, meo mandatu. Amph. 3, 3, 12. Trin. 3, 3, 43. Mil. 3, 3, 39. IV, 4, 48. Cas. 2, 3, 56. Poen. 5, 2, 40.

48. *Huc* addunt vett. Deest in vulg. et edd.

52. *haec*, sc. uxor.

60. Sic vett. Vulg. *Uxor, heus, uxor.*

62. *rectius est*: commodius. Cf. Baech. 1, 1, 13. II, 3, 80. Epid. 4, 1, 30. Men. 2, 3, 36. Merc. 4, 4, 62.

*Act. IV. Sc. V.* Redit Syra, loquiturque secum de tristi fato mulierum. Advenit Eutychus, ex eaque comperit, domi apud sese esse puellam. Ergo intro it.

1. *quo.* Sic Decurt. — V. C. *quam.* Vett. *Hera, quem me misit ad p.*

3. Versus hos usque ad 15. bene hic collocavit Bothius. In vulg. et vett. sequuntur post supposita.

8. *Viro fit causa*, sc. quare exigatur. Causam autem addebant plerumque ex legibus XII. tabularum.

9. Vett. *eadem uxori, quae est viro.*

Nam uxór contenta est, quaé bona est, unó viro: 10
Qui mínus vir una uxóre contentús siet?
Ecástor faxim, si ítidem plectantúr viri,
Si quís clam uxorem dúxerit scortúm suam,
Ut illae éxiguntur, quae ín se culpam cómmerent,
Plurés viri sint vídui, quam nunc múlieres.] 15
*Eu.* Defésus sum urbem tótam pervenárier;
Nihil ínvestigo quídquam de illa múliere.
Sed máter rure rédiit: nam videó Syram
Adstáre ante aedis. Sýra! *Sy.* Quis est, qui mé vocat?
*Eu.* Herus átque alumnus túus sum. *Sy.* Salve, alúmne mi. 20
*Eu.* Iam máter rure rédiit? respondé mihi.
*Sy.* Sua quídem salute ác familiae máxuma.
*Eu.* Quid istúc negoti est? *Sy.* Túus pater bellíssumus
Amícam adduxit íntro in aedis. *Eu.* Quómodo?
*Sy.* Advéniens mater rúre eam offendít domi. 25
*Eu.* Pol haúd censebam istárum esse operarúm patrem.
Etiám nunc mulier íntust? *Sy.* Etiam. *Eu.* Séquere me.

(Quae hic in edd. vett. et vulgatis sequuntur supposita, non apparent in codicibus, nec ferenda sunt, sive verba sive sententias spectes, et merito omittuntur, quemadmodum illata sunt olim a medii aevi interpolatoribus. Cf. Ampl. IV, 2, fin.)

---

## ACTUS V. SCENA I.

*CHARINUS.*

[Límen superum ínferumque sálve, simul autém vale.
Húnc hodie postrémum extollo méa domo patriá pedem.
Úsus, fructus, víctus, cultus iám mihi haruncce aédium
Ínteremtust, ínterfectust, álienatust. Óccidi!
Dí penates méùm parentum, fámiliai Lár pater, 5
Vóbis mando, méùm parentum rém bene ut tutémini.
Égo mihi alios déos Penates pérsequar, aliúm Larem,
Áliam urbem, aliam cívitatem: ab Átticis abhórreo:
Nám ubi mores déteriores íncrebrescunt índies,
Úbi, qui amici, qui ínfideles sínt, nequeas pernóscere, 10
Úbique id eripiátur, animo tuó quod placeat máxume:
Íbi quidem si régnum detur, nón cupita est cívitas.]

---

20. *mi*, quod deest in vulg. et cdd., addunt vett.
22. Sic vulg. At cdd. *Cum quidem salute familiae maxuma.*
27. *Etiam*, i. e. adhuc, nunc quoque.
*Act. V. Sc. I.* Paratus Charinus ad proficiscendum, valedicit aedibus paternis. De scenae omnis compositione vide n. ad V, 2, 1.
1. *Limen superum* vide Bacch. 4, 8, 31. et 63. limen simplex Cist. 3, 19.
3. Vett. *haruncce.* Vulg. *harunc*, ut cdd.
5. Vulg. *familiae.* Vett. *familiaeque.*
9. Vett. *increbrescunt*, uti et Parens.
10. Vett. *Ubique amici qui inf.* Nostr. vulg. De re cf. Trin. 1, 2, 55. unde nostrum fluxit.
12. Vulg. vett. Beth. *non est cupita* c.

# ACTUS V. SCENA II.

*EUTYCHMUS. CHARINUS.*

ívum atque hominum quaé spectatrix átque hera eadem es hóminibus,
ıperatam quum óbtulisti hanc mihi, tibi gratés ago.
ıam deus ést, qui mea nunc laétus laetitiá fuat?
rat, quod quaéritabam. Ibi séx sodalis réperi,
amicitiam, cívitatem, laétitiam, ludúm, iocum. 5
inventu rés decem simitu péssumas pessúmdedi,
nimicitiám, stultitiam, exítium, pertináciam,
:em, lacrumás, exilium, inópiam, solitúdinem.
di, quaeso, cónveniendi mi éius celerem cópiam!]
pparatus sum, út videtis. Ábicio supérbiam: 10
t mihi comés, calator, équus, agaso, ármiger;
t sum mihi ímperator, ídem egomet mi obédio:
t mihi feró, quod usust. Ó Cupido, quántus es!
ı quemvis cónfidentem fácile tuis factís facis,
n ex confidénte actutum díffidentem dénuo. 15

*V. Sc. II.* Annunciat Eutychus , amicam eius suae domi esse. tamen eum intro ire vult, quia ɜlit, pacem componi inter patrem matrem. Quamobrem quasi desperationem actus Charinus finavem conscendere, proficisci, in esse, venire Chalcidem, ibi auıam amicam esse Athenis; ergo advenire, salutare Eutychum, ad vocari; (omnia haec quadamministre et inepte;) in fine cum introit.

Duo hi versus leguntur lidem II, 4, 12—13, illic inepte antintrusi, hic a Bothio omissi. Inautem Fortuna. — Ceterum rem m huius loci paullo accuratius, plerisque fieri vel solet vel potest, ranti facile patebit, totum locum . ad vs. 9. perquam ineptum esse, Eutychum quodammodo transferri, harino potius conveniant. Quonim *vitam* Eutychus potuit repetius plane vita non periclitaretur? ırro *civitatem*, ut qui non iturus ı exilium? Dein *pertinaciam* v. nodo Eutychus potius exercuerit, Charinus? Denique *exilium*, *inoılitudo*, qui potius ad Eutychum, Charinum pertinebant? Ut nullus ı totum hunc locum insititium hic dicare, sensuque magis Charino ıodatum, quam Eutycho. Fortasse fabula, fortasse ex alia huius editione, fortasse iam in Graecis ım hic illatus, et ab Latino interconsiderate translatus. Istuc videlicet erat Latinorum poetarum, eiusmodi omnia evitare et in suis fabulis ad melius corrigere; quemadmodum fecit sine dubio Plautus, fecit Terentius, fecere optimi quique scenicorum Latinorum; non fecere pseudopoetae, propter defectum verae artis ac intelligentiae, cuius memorabile exemplum hic huius fabulae locus praebet. — Quodsi vero hic omnis locus ineptus hic et insititius iudicandus est, continuo sequitur, neque primam huius actus scenam: *Liben supcrum* etc. locum habere posse. Qui enim ea conciliari posset cum Charini orationis exordio vs. 10? Includatur ergo illa una cum centone scenam 2 ordiente, et ordiatur actus a verbis: *Apparatus sum*, *ut vid.* etc. quo facto omnia satis bene currunt. Ista spuria ab ineptis histrionibus adiecta sunt vel in Graecis iam, vel in Latinis, ad dilatandam fabulam augendamque agendi materiam, sicuti in aliis multis locis factum.

2. *quum.* Vett. et vulg. *quoniam.* — *tibi* addidit B.

5. *amicitiam* quatuor syllabis legendum est, quasi *amitiam*, aut *am'citiam*. Sic *pudicitiam* quadrisyllabum occurrit Amph. 3, 2, 49. Cist. I, 1, 89. Epid. 3, 3, 24. IV, 1, 18. Similiter *conquisitores* Amph. prol. 65. et supra Merc. III, 4, vs. penult.

10. Hinc verae fit scenae exordium. Cf. not. ad vs. 1. 2. *Apparatus*, ad iter. Apparatus autem erat chlamyde, zona, machaera, ampulla, uti describit ipse vss. 77—84.

*Eu.* Cógito, quoniam égo illum currum quaéritátum. *Ch.* Cérta res'st,
Me éoque quaerere filum, quoque hínc abdúcta est géntium,
Néque mihi ulla obsistet amnis, néque mons, neque adeó mare,
Néc calor, nec frígus; metuo néque ventum, neque grándinem;
Ímbrem perpetiár; laborem sáhferam, solém, sítim. 20
Nón concedam néque quiescam usquám noctu, neque intérdius
Prius profecto, quam sít amicam aut mórtem investigávero.
*Eu.* Néscio quoia vox ad aurem mi ádvolavit. *Ch.* Ínvoco
Vós, Lares víáles, ut me béne invetis! *Eu.* Iúpiter,
Éstne illic Charínus? *Ch.* Cives, béne valete! *Eu.* Íllico 25
Stá, Charine! *Ch.* Quí me revocat? *Eu.* Spés, Salus, Victória.
*Ch.* Quid me voltis? *Eu.* Íre tecum. *Ch.* Álium comitem quaérite!
Nón amittunt hí me comites, quí tenent. *Eu.* Qui sánt ei?
*Ch.* Cúra, miseria, ségritudo, lácrumae, lamentátio.
*Eu.* Répudia istos cómites, atque huc réspice et revértere! 30
*Ch.* Sí quidem mecum fábulari vis: subsequere. *Eu.* Sta fílico.
*Ch.* Mále facis, properántem qui me cómmorare: sói abit.
*Eu.* Si húc item properés, ut istuc próperas, facias réctius:
Húc secundus véntus nunc est. Cápe modo versóriam!
Hic favoniús serenust; istic auster ímbricus. 35
Hic facit tranquillatem; iste ómnes fluctus cónciet.
Récipe te ad terrám, Charine, huc! Nón ex advorsó vides?
Núbes ater ímberque instat. Nánc ad sinistram ádspice,
Coélum ut est splendóre plenum, nón ex advorsó vides?
*Ch.* Rélligionem fílic obiecit: récipiam me illúc. *Eu.* Sapis. 40
Ó Charine, cóntra pariter fér gradum, et confér pedum!
Pórrige brachiúm! prehende! Iám tenes? *Ch.* Teneó. *Eu.* Tene.
Quó nunc ibas? *Ch.* Éxulatum. *Eu.* Quíd ibi facere? *Ch.* Quód miser.
*Eu.* Né pave: restituam iam ego te in gaúdia, antequam ís. *Ch.* Eo.

18. *amnis* foemin. Citant locum Nonius et Prisc.

19. *calor* putant hoc loco neutro genere usurpatum, ut referretur ad *metuo*. Verum potest res interpunctione dirimi, uti fecimus.

21. Vulg. *usquam noctu, neque interdius;* item vett. — Both. *usquam noctu, neque diu;* atque *Noctuque et diu* legitur Casin. IV, 4, 5. Ceterum, si ellidatur alterum *neque* (quod interdum faciendum sane; cf. Amph. I, 1, 5. Most. 2, 2, 18. Poen. 5, 5, 5. Pseud. I, 4, 6. Asin. I, 3, 22. Curc. V, 1, 4) versus et ex vulgata constet: *Nón concedam néque quiescam usquám noctu n'intérdius.* Praeterea et *neque int* — duas facere breves possunt.

34. *cape vorsoriam*, revertere. Legitur eadem dictio Trin. 4, 3, 19.

37. *Recipe te ad terram.* Sic vulg. et Pall. — Vett. *Respice huc ad dextram*, *Charine huc*, *nonne ex adv. vides? — ex adverso vides*, nonne vides, quam coeli pars, quae tibi ex adverso est, sit nubium imbrisque plena?

38. Sic scripsi pro vulg. *adspice nunc ad sinistram*, *Coelum ut est splendore plenum*, *ex adverso vides.* Sine dubio locus est turbatus.

40. *Relligionem*, videlicet quod meteorologica commemoravit, tamquam auspicia ominaque.

42. *prehende*, quid? an brachium amici? Verum Charinus versu 44 ire pergit. Apparet ergo versiculum non convenire loco. Et fortasse intrusus ex Pseud. 2, 4, 18. *Confér gradum Cintra pariter. Pórrige audacter ád salutem brachium.*

43. Vulg. et vett. *facere vis?* Both. *facere is?*

44. Sic vulg. Perperam mutavit Be-

*u.* Máxume quod vís audire, id aúdies, quod gaudeas. 45
a íllico: amícus advenio múltum benevoléns. *Ch.* Quid est?
*u.* Túam amicam.... *Ch.* Quíd eam? *Eu.* Ubi sit, égo scio.
*Ch.* Tun', óbsecro?
*u.* Sánam et salvam. *Ch.* Úbi eam salvam? *Eu.* Quo égo scio.
*Ch.* Ego me mávelim!
*u.* Pótin', ut animo sís tranquillo? *Ch.* Quíd, si animus flúctuat?
*u.* Égo tibi istunc ín tranquillo et túto sistam: né time. 50
*y.* Óbsecro te; *** loquere, úbi sit, ubi eam víderis!
uíd taces? Dic! Énicas me míserum tua reticéntia.
*u.* Nón longe hinc abést. *Ch.* Quin ergo cómmonstras, si tú
vides?
*u.* Nón video hercle núnc; sed vidi módo. *Ch.* Quin, ego videám,
facis?
*u.* Fáciam. *Ch.* Longinquum ístuc amanti est. *Eu.* Étiam metuis?
Ómnia 55
ommonstrabo. Amícior mihi núllus vivit, átque is est,
ui íllam habet, neque ést quoi magis me vélle aequom meliús
siet.
*r.* Nón curo istuc: íllam quaero. *Eu.* De ílla ergo ego dicó tibi.
áne hoc non in méntem venit dúdum, uti tibi dícerem.]
*r.* Díc igitur, ubi illa ést? *Eu.* In nostris aédibus. *Ch.* Aedís
probas, 60
tu vera dícis, pulcreque aédificatas árbitror.
d qui ego istuc crédam? Vidisti, án de audito núntias?
*u.* Égomet vidi. *Ch.* Quís eam adduxit ád vos? *Eu.* Enim ini-
qué rogas.
uíd tua refert, quícum istac vénerit? *Ch.* Dum istíc siet.
*u.* Ést profecto. *Ch.* Opta érgo ob istunc núntium, quid vís,
tibi! 65
*y.* Quíd, si optabo? *Ch.* Déos orato, ut éius faciant cópiam.
*y.* Dérides. *Ch.* Serváta res est démum, si illam vídero.
d quin ornatum húnc reiicio? Heus, áliquis actutum húc foras
ite! illinc pállium mi huc férte! *Eu.* Hem, nunc tu mi út places!
*r.* Óptume adveniéns, puere, cape chlámydem, atque istinc sta
íllico: 70
, si haec non sint véra, inceptum hoc ítiner perficere éxsequar.
fra dicis? *Eu.* Níl, Charine, té quidem quidquám pudet.

ıs. Atque sic et in seqq. meram ex-
nimus vulgatam.
ıO. *tibi* vett. habent post *sistam;* in
g. exulat. Transposui.
ıl. Vett. post *loquere* addunt *nunc.*
tasse ante illud exciderit: *amice.*
ıS. Sic vett. Vulg. post *abest* addunt
ıobis.
ı7. Vulg. *melius aequum siet.* In
l. deest *est.*
ıS. Post hunc versum in vulg. et vett.
ertus est versiculus, qui melius legi-
infra 82. In eo in vulg. abest *dice-*
ı, quod praebent vett.

61. Sic vett. — Vulg. *pulcre.*
62. Vulg. et vett. *Sed quid.* — *Vidistin.*
63. *Enim* addidit Both. Post h. v. vulg. habet eum qui apud nos est 72.
67. *Derides*, ludos facis me.
69. *illinc*, ex aedibus. *pallium*, quo utebantur domi, ut in itinere chlamyde.
70. *Optume*, opportune qui advenis. Prodlit enim forte puer ex eius familia. Ceterum vulg. et vett.: *chlamydem atque haec istinc. sta illico*, quasi mutaret mentem.

Nón mihi credis? *Ch.* Ómnia equidem crédo, quae dicís mihi.
Séd quin introdúcis me ad eam, ut vídeam? *Eu.* Paulispér mane.
*Ch.* Quíd manebo? *Eu.* Témpus non est íntro eundi. *Ch.* Énicas. 75
*Eu.* Nón opus est, inquám, nunc intro te íre. *Ch.* Respondé mihi,
Quá causa? *Eu.* Operae nón est. *Ch.* Cur? *Eu.* Quia nón est illi cómmodum.
*Ch.* Ítane? commodum ílli non est, quaé me amat, quam ego cóntra amo?
Ómnibus me lúdificatur híc modis. Ego stúltior,
Qui ísti credam. Cómmoratur. Chlámydem sumam dénuo. 80
*Eu.* Máne parumper, átque hoc audi. *Ch.* Cápe sis, puer, hoc pállium!
*Eu.* Sáne hoc non in méntem venit dúdum uti tibi dícerem.
Máter irata ést patri vehemènter, quia scortúm sibi
Ób oculos addúxerit in aédis, dum ruri ípsa abest.
Súspicatur, íllam amicam esse ílli. *Ch.* Zonam sústuli .... 85
*Eu.* Eám rem nunc exquírit intus. *Ch.* Iám machaera est ín manu ....
*Eu.* Nám si eo te nunc íntroducam .... *Ch.* Tóllo ampullam, atque híne eo.
*Eu.* Máne, mane, Charíne! *Ch.* Erras: mé decipere nón potes.
*Eu.* Néque edepol volo. *Ch.* Quín tu ergo itiner éxsequi meum mé sinis?
*Eu.* Nón sino. *Ch.* Egomet mé moror. Tu, púere, abi hinc intro ócius! 90
Iam ín currum conscéndi; iam lora ín manus cepí meas.
*Eu.* Sánus non es. *Ch.* Quín, pedes, vos ín curriculum cónicitis,
Ín Cyprum rectá? quandoquidem páter mihi exiliúm parat.
*Eu.* Stúltus es. Noli ístuc, quaeso, dícere. *Ch.* Certum est éxsequi,
Óperam ut sumam ad pérvestigandum, úbi sit illaec .... *Eu.* Quín domi est. 95
*Ch.* Nam híc quod dixit, íd mentitust. *Eu.* Véra dixi equidém tibi.
*Ch.* Iám Cyprum vení. *Eu.* Quin sequere, ut íllam videas, quam éxpetis.
*Ch.* Pércontatus nón inveni. *Eu.* Mátris iam iram néglego.
*Ch.* Pórro proficiscár quaesitum. Núnc perveni Chálcidem;
Vídeo ibi hospitém Zacyntho; díco, quid eo advénerim; 100
Rógito, quis eam véxerit, quis hábeat, si indaudíverit.
*Eu.* Quín tu istas omíttis nugas, ác mecum huc intro ámbulas?
*Ch.* Hóspes respondít, Zacyntho fícos fieri nón malas...

72. Hunc versum vulg. habet post v. 63.

82. Hunc eadem supra post v. 58.

87. *nunc* addunt vett.

88. vulg. et vett. *haud potes.*

91. *Iam in currum conscendi.* Sic vett. — Vulg. *escendi.* Both. *Iam indu currum escendi.* Ceterum cum his quae sequuntur, conferri potest Eurip. Herc. fur. 919. sqq. et Menaechm. 5, 2, 109. sqq. Verum illic ea sensum habent, hic nullum.

94. Sic vett. — Vulg. *Certum exequi'st.*

96. Vett. *mentitum est.*

99. *proficiscar* vett.; vulg. *proficiscor.*

100. *Zacyntho*, i. e. o Zacyntho. Sic *Periphanes Rhodo mercator* Asin. II, 4, 92.

101. Sic vett. — Vulg. *si ibi inau-*

*Eu.* Níl mentitust. *Ch.* Séd de amica sése indaudisse aútumat,
Híc Athenis ésse. *Eu.* Calchas íste quidem Zacýnthiust. 105
*Ch.* Návem conscendó, proficiscor íllico. Iam súm domi,
Iám redivi exílio. Salve, mí sodalis Eútyche!
Út valuisti? Quíd, parentes méi valent? — Tu ad mátrem adi. —
Béne vocas; benígne dicis. Crás apud te; núnc domi.
Síc decet; sic fieri oportet. *Eu.* Ého, quae tu sómnias? 110
Híc homo non sanúst. *Ch.* Amicus quín properas medicárier?
*Eu.* Séquere, sis. *Ch.* Sequór. *Eu.* Clementer, quaéso: calces déteris.
Aúdin' tu? *Ch.* Iamdúdum audivi. *Eu.* Pácem componí volo
Méo patri cum mátre: nam nunc ést irata .... *Ch.* I modo!
*Eu.* Própter istanc. *Ch.* Í modo! *Eu.* Ergo cúra. *Ch.* Quin tu ergo í modo: 115
Tám propitiam réddam, quam, quum própitia est Iunó Iovi.

---

## ACTUS V. SCENA III.

*DEMIPHO. LYSIMACHUS.*

*De.* Quási tu nunquam quídquam adsimile húius facti fécerís.
*Ly.* Édepol nunquam. Cávi, ne quid fácerem. Vix vivús miser:
Nám mea uxor própter illam tóta in fermentó iacet.
*De.* Ást ego expurgátionem habébo, ut ne succénseat.
*Ly.* Séquere me. Sed éxeuntem fílium videó meum. 5

---

## ACTUS V. SCENA IV.

*EUTYCHUS. LYSIMACHUS. DEMIPHO.*

*Eu.* Ád patrem ibo, ut mátris iram sibi ésse sedatám sciat.
Iám redeo. *Ly.* Placét principium. Quíd agis? quid fit, Eútyche?
*Eu.* Óptuma opportúnitate ambo ádvenistis. *Ly.* Quíd rei est?
*Eu.* Úxor tibi placida ét placata est. Cétte dextras núnc ïam.

*diverit.* Conl. *si* h. l. est l. q. *an*, ut Cas. 3, 4, 1. Curc. 2, 3, 20.

107. vulg. *redii.* vett. *rediit.*

108. Vulg. et vett. *quid, parentes mei valent? Coena dabitur. Mss. parentis metuat mater dati.* Both. *Mecum ad matrem adito.*

109. *Bene vocas, benigne dicis* excusantium est, ubi invitati nolunt promittere. Fingit autem se invitatum ab amico, ut adeat matrem, sc. Eutychi, quippe apud quam sit amica. Id declinare se fingit, quippe diffidens.

110. *Eho quae tu s.* Sic vett. et vulg. Ceterum *eho* corripitur. Cf. indicem.

111. Vulg. et vett. *medicari amicus quin properas?* Nostr. Both.

*Act. V. Sc. III.* Exprobrat Lysimachus Demiphoni amores. Huius autem scenae aut principium deest, aut ipsa ex abrupto orditur, uti aliae. Qui in editionibus praemittuntur undecim versus, non leguntur in cdd. neque porro sunt admittendi, utpote nihili.

2. Vulg. *Vix vivus sum miser*, uti et vett.

*Act. V. Sc. IV.* Egreditur Eutychus, patri suo nuntiatum, matris iram esse sedatam. Uterque castigant Demiphonem, qui se numquam similia commissurum posthac promittit.

1. Intus adhuc loquitur cum domesticis.

2. *Iam redeo*, statim redibo; dicit alicui eorum, qui in aedibus sunt.

*Ly.* Dí me servant. *Eu.* Tíbi amicam núllam esse núntio. 5
*Dr.* Dí te perdant! Quíd negoti est nám, quaeso, istuc? *Eu.* Éloquar.
Ánimum advortite ígitur ambo. *Ly.* Quíu tibi ambo operám damus.
*Eu.* Quí bono sunt génere nati, sí sunt ingenió malo,
Suápte culpa ex génere capiunt génus, ingenium ímprobant.
*Dr.* Vérum dicit híc. *Ly.* Tibi ergo dícit. *Eu.* Eo illud verum
ést magis: 10
Nám te istac aetáte haud aequom fúerat fílió tuo,
Ádulenscenti, amánti amicam erípere emtam argentó suo.
*Dr.* Quíd tu ais? Charini amica estílla? *Eu.* Ut dissimulát malus!
*Dr.* Ílle quidem illanc sése ancillam mátri emisse dixerat.
*Eu.* Própterea igitur tú mercatus, nóvos amator, vétus puer? 15
*Ly.* Óptume hercle! Pérge, perge! Ego ádsistam hinc altrínsecus.
Quíbus est dictis dígnus, usque onerémus ambo. *Dr.* Núllus sum!
*Eu.* Fílio suo qui ínnocenti fécit tantam iniúriam!
Quém quidem hercle égo, in exilium quum íret, reduxí domum:
Nam íbat exulátum. *Dr.* An abiit? *Ly.* Étiam loquere, lárũa? 20
Témperare istác aetate istís decebat ártibus.
*Dr.* Fáteor: deliquí profecto. *Eu.* Étiam loquere, lárũa?
Vácuom esse istac téd aetate hís decebat nóxiis.
Ítidem, ut tempus ánni, aetatem aliam áliud factum cónvenit:
Nám si istuc ius ést, senecta aetáte scortarí senes, 25
Úbi loci res súmma nostra est pública? *Dr.* Hei, perii miser!
*Eu.* Ádulescentes réi agendae isti mágis solent operám dare.
*Dr.* Iam óbsecro, hercle habéte vobis cúm porcis, cum físcina!
*Eu.* Rédde filió: sibi habeat iam, út volt. *Dr.* Per me habeát licet.
*Eu.* Témperi edepol: quóniam, ut aliter fácias, non est cópia. 30

4. *cette* i. e. cedite, date vobis invicem dextras, sc. tu atque mater. Vulg. *certe*, ut et vett. Sed nostr. mpti.

5. *Tibi*, sc. Demipho.

9. Dedi vett. lectionem (nam in vulg. abest *ex*) eamque sic interpretor: sua culpa efficiunt, uti iudicentur generis quidem claritate pollere, ingenio autem improbandi esse. *ingenium improbant* i. e. q. efficiunt ut improbetur. *ex genere capiunt genus* i. e. q. maioribus suis debent claritatem generis. Bothius ex Gronovio: *Suopte culpam generi capiunt, genus ingeniod improbant.* Lamb. *Suapte culpa degener capiunt, genus ingenuum improbant.* Similiterque Dousa. *Ingenium*, non *ingenuum*, verum esse, patet ex praecedenti.

10. Consentaneum est, Eutychum effari, amicam esse Charini, non Lysimachum. Nam Bothius verba: *eo illud v. e. m.* eidem Lys. tribuit. Vulg. et vett. ut nos. *eo* elide, *illud* una syllaba enuntiato. Sensus: per te magis etiam intelligitur, verum illud esse.

12. Vulg. et vett. *emtam arg. eripere suo.* Both. *emtam eripere arg. s.*

16. *perge* repetiit Bothius. Nam in vulg. et vett. nonnisi semel legitur.

18. Hunc versum vulg. et reliqui Lysimacho tribuunt, sequentem Eutycho; ego utrumque soli huic.

19. *reduxi.* Nota, in praeterito compositivam *re* produci! Cf. Aul. 2, 2, 63. 4, 2, 14. 5, 1, 10. 12. 18. Asin. 2, 4, 35. 38. Mil. 2, 5, 61. IV, 8, 35. Bacch. 3, 6, 33. 37. IV, 2, 28. IV, 8, 43. Truc. 1, 1, 63. corripitur Asin. 3, 1, 16. Bacch. 4, 8, 125.

28. Vett. et vulg. *Iam obsecro vobis hercle habete cum porcis cum f.* fiscina est vas vimineum, ad gerunda opsonia, quae emerat Demipho ad prandium coquendum. *porcos* int. quos item emerat ad eandem rem. Fortasse tamen proverbium est, sign. cum omnibus pertinentibus ad eam. Both. *cum sportis*, quod foret idem per idem.

30. *Temperi edepol*, i. e. satis mature hoc ei concedis; per ironiam. Similiter Aul. 3, 3, 6. Sic autem vulg. Nam vett. *Semper edepol*, eaque cum praec. coniungunt. — Pro *copia* et vulg. et vett. *copiae.* Nostr. B.

*DE.* Súpplicii sibi súmat, quid volt, ípse ob hanc iniúriam;
Módo pacem faciátis, oro, ut né mihi iratús siet.
Si hércle scivissém sive adeo ióculo dixissét mihi,
Se íllam amare: núnquam facerem, ut íllam amanti abdúcerem.
Eútyche, te oró (sodalis éius es), serva et súbveni! 35
Húnc senem pará clientem! Mémorem dices bénefici.
*LY.* Óra, ut ignoscát delictis súis atque adulescéntiae.
*DE.* Pérgin' tu autem, eiá, superbe invéhere? Spero ego míhi quoque
Témpus tale evénturum, ut tibi grátiam referám parem.
*LY.* Míssas iam ego istas ártes feci. *DE.* Ét quidem ego dehínc iam. 40
*LY.* Cónsuetudine ánimus rursus te húc inducet. *DE.* Óbsecro,
Sátis iam ut habeatís! Quin loris caédite etiam, sí lubet!
*LY.* Récte dicis. Séd istuc uxor fáciet, quum hoc rescíverit.
*DE.* Níhil opust rescíscat. *EU.* Quid istuc? Nón resciscet: né time.
Eámus intro: nón utibilis híc locus factís tuis, 45
Dúm memoramus, árbitri ut sint, quí praetereant pér vias.
*DE.* Hércle quin tu récte dicis: eádem brevior fábula
Érit. Eamus. *EU.* Híc est intus fílius apud nós tuus.
*DE.* Óptume est. Illác per hortum nós domum transíbimus.
*LY.* Eútyche, hanc volo príus agi rem, quám meum intro referó pedem. 50
*EU.* Quíd istuc est? *LY.* Suám quisque homo rem méminit. Respondé mihi:
Cérton scis, non súccensere míhi tuam matrém? *EU.* Scio.
*LY.* Víde! *EU.* Me vide! Satís habes? *LY.* Habeo. Át quaeso hercle, etiám vide!
*EU.* Nón mihi credis? *LY.* Ímo credo; séd tamen metuó miser.
*DE.* Eámus intro. *EU.* Imó dicamus sénibus legem cénseo, 55
Priúsquam abeamus, quá se lege téneant contentíque sint.
Ánnos natus séxaginta quí erit, si quem scíbimus,
Seú maritum síve hercle adeo coélibem, scortárier:
Cúm eo nos hac lége agemus: ínscitum arbitrábimur.
Ét per nos quidem hércle egebit, quí suom prodégerit. 60
Néu quisquam posthác prohibeto ádulescentem fílium,
Quín amet, et scórtum ducat, quód bono fiát modo.

36. *Hunc senem*, i. e. me. Post *para* vett. et vulg. addunt *me*.

37. Vett. et vulg. *delictis tuis a. a.* Both. *eius*. Leg. *suis*. Nam *suus* in Plauto loco *eius* usurpatur. Amph. III, 4, 19.

40. Et vett. et vulg. addunt in fine *LY. Nihil*. Quod ego omittendum duco, et *iam* per diaeresin proferendum.

44. *quid istuc?* sc. opus sit? Affirmat igitur, non opus esse.

45. *factis tuis*, suppl. memorandis. Est autem anacoluthon.

46. *arbitri*, testes, ut centies. V. indicem.

47. *eádem*, sc. operâ, i. e. simul autem. Cf. Bacch. I, 1, 15. Capt. 2, 3, 99. Et v. ind.

50. *hanc volo agi rem*, cupio aliquid antea tecum agere, quam etc.

53. *Satis habes? LY. Habeo.* Sic Both. In vulg. et vett. deest *habes*, nomenque Eutychi ante *satis* scriptum legitur. *Satis habere* autem quasi passivum est v. *satisdare*.

56. *qua se lege.* Sic B. — Vulg. et vett. *quas leges*.

59. Vulg. et vett. *hic lege.* — *inscitum*, stultum.

62. Vulg. et vett. *et scort. ducat.* Both. duplex *quin* posuit. — *quod bono* etc. i. e. quoad id bono fiat modo, i. e.

# METRORUM IN MERCATORE

## DESCRIPTIO.

Act. I. Sc. II. v. 1 — 6 tetrametri iambici acatalectici.
v. 7 — 9 trochaici tetrametri catal.
v. 10 — 17 tetram. iamb. acat.
v. 18 — 20 tetr. troch. catal.
v. 21, 22 tetr. iamb. acat.
v. 23 senar. iamb.
v. 24 — 28 dimetri iambici.
v. 29 — 32 tetrametri iambici acat.
v. 33 — 114 tetram. troch. catal.
Act. II. Sc. III. v. 1 — 4 Bacchiaci.
v. 5, 6 anapaestici.
v. 7 tetrameter troch. acatal.
v. 8 — 20 bacchiaci.
v. 21 tetrameter trochaicus acat.
v. 22, 23 bacchiaci.
v. 24 tetr. troch. acat.
v. 25, 26 bacchiaci.
v. 27 — Act. II. Sc. IV. v. 30 tetr. troch. catal.
Act. III. Sc. I. tetrametri iambici catal.
Act. III. Sc. IV. tetrametri trochaici catal.
Act. IV. Sc. I. II. III. IV. V. senarii iambici.
Act. V. Sc. I. II. III. IV. trochaici tetr. catal.

# MILES GLORIOSUS.

## DRAMATIS PERSONAE.

PYRGOPOLINICES, miles.
ARTOTROGUS, eius parasitus.
PALAESTRIO, servus Pleusidis, Pyrgopolinici dono datus.
PERIPLECTOMENES, senex.
SCELEDRUS, servus Pyrgopolinicis.
PHILOCOMASIUM, meretrix.
PLEUSIDES, adolescens.
LUCRIO, puer conservus Sceledri.
ACROTELEUTIUM, meretrix.
MILPHIDIPPA, eius ancilla.
PUER.
CARIO, cocus.

## SUMMARIUM.

Amabat quidam adolescens, Pleusides nomine, Atheniensis, puellam a lenone, nomine Philocomasium. Is Pleusides quum ab re publica legatus Naupactum profectus esset, interim miles Pyrgopolinices illam puellam invitam Athenis abripit, secumque Ephesum abducit. Quam rem quum servus (Palaestrio) hero suo nunciare vellet, ipse capitur, et Ephesum deducitur, et eidem militi Pyrgopolinici dono datur. Scribit tamen inde rem omnem Pleusidi; isque statim navi vectus Ephesum venit, et apud vicinum militis, Periplectomenem, habitat. Ubi quo convenire amantes possint, Palaestrio clanculum parietem perforat; qua re primum Sceledrus deluditur, custos puellae, qui, simiam sectatus, osculantes de tecto conspexerat. Deinde dolum struunt ipsi militi. Fingunt, puellam aliquam esse uxorem Periplectomenis; ea autem se fingit amare militem et velle abduci a viro. Deceptus ea re miles, Philocomasium cum Pleuside navigare iubet. Ipse autem, tamquam moechus, Periplectomeni poenas dat.

Res geritur Ephesi.

## ARGUMENTUM.

Meretrícem ingenuam déperibat mútuo
Athéniensis iúvenis. Naupactum is domo
Legátus abiit; miles in eandem incidit,
Depórtat Ephesum invitam. Servos Áttici,
Ut núntiaret dómino factum, návigat; 5
Capitúr, donatur illi captus míliti;
Ad herum, út veniret Éphesum, scribit. Ádvolat
Adoléscens atque in próxumo devórtitur
Apud hóspitem patérnum. Medium párietem
Perfódit servos, cómmeatus clánculum 10
Qua fóret amantum; géminam fingit múlieris
Sorórem adesse. Móx ei dominus aédium
Suám clientam sóllicitandum ad mílitem
Subórnat. Capitur ille: sperat núptias,
Dimíttit concubínam, et moechus vápulat. 15

## ACROSTICHUM.

Meretrícem Athenis Éphesum miles ávehit.
Id heró dum amanti sérvos nuntiáre volt,
Legáto peregre, cáptus ipsus in mari,
Et illi eidem míliti donó datust.
Suum árcessit herum Athénis; atque pérforat 5
Geminis communem clám parietem in aédibus,
Licére ut quiret cónvenire amántibus.
Obhaérentes custós hos videt de tégulis;
Ridículus autem, quási sit alia, lúditur.
Itémque impellit mílitem Palaéstrio, 10
Omíssam faciat cóncubinam, quándo ei
Senís vicini cúpiat uxor núbere.
Ultro, ábeat, orat; dónat multa; ipse in domo
Senís prehensus poénas pro moechó luit.

---

*ARGUM. I.* Hoc arg. in vett. legitur undo loco positum; priori in vulg. h. Lind.

1. Vett. et vulg. *illic.* Nostr. Lamb., ısa, Lind. Cf. Arg. II, v. 4.

2. Sic vett. — Vulg. *geminam fin-: mulieris Sororem ait esse.* Nostr. nb. Lind.

3. *clientam.* Sic vulg. et Pall. — t. *clientem.* Cf. III, 1, 194. *Habeo illam meam clientam*, quo loco et l. *clientam.*

*ARGUM. II.* v. 3. Vett. *captus ipsius.* g. et Pall. *captust ipsus.* Verbum iam legitur additum v. sq.

5. Vulg. et Pall. *Suum arc. her. Ath.; et forat.* Vett. *Suum arc. her. Athenis, atque adforat.* Lamb. *atque perforat.* Lind. *atque efforat.* Both. *Servus suum arc. h. Ath. et forat.* Sequor Lambinum. Cf. II, 1, 64.

6. Lindemannus ablecit praep. *in*, quam habent Pall.

8. Lind. *Obhaerens custos hos vidit de t.* uti Bothius. Vulg. et Pall. *obhaerentes*, i. e. amplectentes se invicem, cf. II, 2, 20. 90. uti et vett. — Lamb. *Osculanteis.* — *videt* legitur in Decurtato. Reliqui et vulg. et vett. *vidit.*

Trigínta Sardi, séxaginta Mácedones,
Sunt hómines, tu quos óccidisti unó die. 45
*Py.* Quanta ístaec hominum súmma est? *Ar.* Septem míllia.
*Py.* Tantum ésse oportet; récte rationém tenes.
*Ar.* At núllos habeo scríptos; sic meminí tamen.
*Py.* Edepól memoria est óptuma. *Ar.* Offa mé monet.
*Py.* Dum tálem facies, quálem adhuc, adsíduo edes: 50
Commúnicabo té semper mensá mea.
*Ar.* Quid in Cáppadocia, úbi tu quingentós simul,
Ni hebés machaera fóret, uno ictu occíderes?
*Py.* At péditatus relíquiae erant, si víverent.
*Ar.* Quid tíbi ego dicam, quód omnes mortalés sciunt, 55
Pyrgópolinicem te únum in terra vívere
Virtúte et forma et fáctis invictíssumis?
Amánt te omnes mulíeres, neque hercle iniúria,
Qui sís tam pulcer; út vel illae, quae here pállio
Me réprehenderunt. *Py.* Quíd here dixerúnt tibi? 60
*Ar.* Rogitábant: Hiccine Áchilles est, inquít, tibi? —
Imo éius frater, ínquam. — Innuit áltera:
Ergó mecastor púlcer est, inquít mihi,
Et líberalis. Víde, caesaries quám decet!
Nae illaé sunt fortunátae, quae cum istó cubant! 65
*Py.* Itane aíbat tandem? *Ar.* Quaé me ambae obsecráverint,
Ut te hódie quasi pompam íllac praeterdúcerem.
*Py.* Nimia ést miseria, púlcrum esse hominém nimis.
*Ar.* Moléstae sunt mihi: órant, ambiunt, óbsecrant,
Vidére ut liceat; ád sese arcessí iubent: 70
Ut tuó non liceat óperam dare negótio.
*Py.* Vidétur tempus ésse, ut eamus ád forum,
Ut, ín tabellis quós consignavi híc heri
Latrónes, ibus dínumerem stipéndium.

50. Ven. *Tum tale facies, quale adhuc.*

53. *foret, occideres.* Vide ind. v. *imperfectum pro plusquamperfecto.*

55. *quód omnes* saepius trochaeum faciunt. Cf. Cist. 5, 1. Aul. 4, 4, 18. Capt. 3, 4, 67. II, 1, 54. et 56. Trin. 4, 2, 127.

59. *ut vel illae.* Sic vett. et vulg. et fere Pall.; atque *illae* cum accentu in prima tamquam monosyllabum proferendum, uti saepe. Both. Lind. omittunt *ut*, uti et Veneta.

60. Vett. *reprehendere.* Vulg. et Pall. *reprehenderunt.* Est autem l. q. *retro prehenderunt veste.*

61. Ven. *hicne.* At v. *Achilles* in Plauto media brevi pronunciatur, ut infra, IV, 2, 65. IV, 7, 6. Merc. 2, 4, 20. Poen. prol. 1. Ideo hic sequenda vulgata.

62. Vulg. Ven. et vett. *Innuit illarum altera.* Nostr. Both.

63. *Ergo*, Gr. ἔργῳ, l. e. revera, vere pulcher est et liberalis. Vett. et vulg. *Et liberalis visus. caesaries quam placet. Mss. vida et caes.* Nostr. Both. Lind. ex Acidalio.

66. *quae me.* Sic vulg. et vett. et Ven. et Pall. — Both. et Lind. *Quaene ambae.* Cf. v. 13.

67. Vett. *illac.* Vulg. *illa.*

70. Vett. *accersi*, uti plerumque.

71. *tuo negotio*, ita ut tuae rei gerendae, quam mihi commiseris, plane non possem operam dare. Veneta: *Ut una liceat adire operam negotii.* Nostr. vulg.

74. *Latrones, ibus.* Sic vulg. atque *ibus* pro *iis* occurrit et Curc. 4, 2, 20. (ubi vide not.) Rud. prol. 73. Capt. Arg. 5. Truc. I, 2, 14. Producitur hic et in Curculione: in reliquis corripitur.

Si unum épityrum apud illum ésuriens insáne edam.
*Py.* Ubi tu és? *Ar.* Eccum: edepol, vél elephanto in índia 25
Quo pácto pugno praéfregisti bráchium.
*Py.* Quid? bráchium? *Ar.* Illud dícere vóluí, femur.
*Py.* At indíligenter íceram. *Ar.* Pol sí quidem
Conníxus esses, pér corium, per víscera,
Perque ós elephanti bráchium tramítteres. 30
*Py.* Nolo ístaec hic nunc. *Ar.* Ne hércle operae pretiúm quidem,
Mihi te énarrare: túas qui virtutés sciam.
— Ventér creat omnis hás aerumnas: aúribus
Peraúrienda súnt, ne dentes déntiant,
Et ádsentandum est, quídquid hic mentíbitur. 35
*Py.* Quid illúd, quod dico? *Ar.* Hem, scío iam, quid vis dícere.
Factum hércle; memini fíeri. *Py.* Quid id est? *Ar.* Quídquid est.
*Py.* Habés tabellas? *Ar.* Vís rogare? Habeo, ét stilum.
*Py.* Facéte advortis ánimum tuum ad animúm meum.
*Ar.* Novísse mores mé tuos meditaté decet, 40
Curámque adhibere, ut praévelim, quod tú velis.
*Py.* Ecquíd meministi.... *Ar.* Mémini. Centum in Cílicia
Et quínquaginta, céntum Sycolatrónidae,

24. Vulg. praecedentibus nectens: *Epityro, ut apud illum esuriem insane bene.* Vett. *Ni unum epityrum apud illum esuriens insane edam*, ut et Lamb. — Veneta: *Si unum epityrum edam apud illum esuriens insane.* Lind. *Ni unum epityrum apud illum esuriem insane bene*; ut *unum* esse possit articulus indefinitivus, ut saepius, cf. Amph. 2, 2, 74. Cist. 4, 2, 70. Aul. I, 2, 11. As. 3, 1, 13. Most. 3, 2, 2. Capt. 4, 2, 83. *esuriem* ἀρχαικῶς l. q. *esuriam.* — *insane* l. e. q. vehementer esuriens. *epityrum* est edulium compositum ex variis herbis, uti describit Cato de R. R. cap. 119. et Colum. XII. 49. 9. Id videntur ad caseum comedisse, Siculi apprime. Hunc autem versum citat Varro de L. L. lib. VI. apud quem legitur *Si unum* etc. Item ed. Princ. *Si unum epityr. edam apud illum esuriens insane.* Scribo igitur: *Si unum epityrum apud illum* (cui me mancupio dabo) *esuriens insane edam.* Sensus liquet: dabo me illi mancupio, si modo unum epityrum apud eum edam, utut insane esuriens. Ceterum *ni* in sponsionibus solenne adhibetur. Vide indicem.

26. Vulg. et vett. *perfregisti.* Sed *praefregisti* cod. Lips. et edd. quaedam med. Both. Lind. — Veneta: *praefigisti.*

27. *illud dicere volui*, solemnis formula se corrigentis. Cf. infra 3, 2, 7. Cas. III, 5, 55. 82. II, 6, 14. Most. 3, 2, 146. Rud. 2, 4, 9. Stich. 4, 2, 11. Poen. 5, 4, 75.

28. *iceram.* Sic Both. — Vulg. et vett. et Lind. *hic eram.* Ven. *At diligenter hic eram.* — *elephantis.*

29. *perque os*, l. e. per caput, ut saepe in Plauto; de qua re vide indicem. — *brachium* sc. tuum.

32. Vulg. et vett. cum Decurt. *enarrare.* Both. Lind. *narrare.*

34. *Peraurienda*, factum verbum, et similiter ab *aure* factum, ut a *dentibus* descendit *dentiant.* Sic autem legitur in Decurt. — Vulg. Ven. et vett. cum V. C. *Peraudienda.* Both. Lind. *Perhaurienda.*

37. Vulg. *Factum est hercle.* Nostr. vett. — *quidquid est*, h. e. quidquid est, quod velis me scire aut tibi assentiri, assentiar.

38. *Habes tabellas?* Cf. infra v. 73 ubi ait, se tabellis consignare velle milites conscriptos. Eas an paratas habeat, quaerit, tamquam abiturus. Sed statim mutat consilium et denuo de factis suis incipit dicere. — *vis rogare*, vis conscribere milites? Cf. Liv. 32, 26. Regabantur autem, an vellent iusiurandum dare.

39. Ven. *ad animam meam.*

41. Ven. *ut praevolet mihi quo tu velis.*

43. *Sycolatronidae*, si prosodia concineret, a σῦκον, ficus; quasi qui ficos depraedantur. Ven. *siclo latroniae.*

Trigínta Sardi, séxaginta Mácedones,
Sunt hómines, tu quos óccidisti unó die. 45
*Py.* Quanta ístaec hominum súmma est? *Ar.* Septem míllia.
*Py.* Tantum ésse oportet; récte rationém tenes.
*Ar.* At núllos habeo scríptos; sic meminí tamen.
*Py.* Edepól memoria est óptuma. *Ar.* Offa mé monet.
*Py.* Dum tálem facies, quálem adhuc, adsíduo edes: 50
Communícabo té semper mensá mea.
*Ar.* Quid in Cáppadocia, úbi tu quingentós simul,
Ni hebés machaera fóret, uno ictu occíderes?
*Py.* At péditatus relíquiae erant, si víverent.
*Ar.* Quid tíbi ego dicam, quód omnes mortalés sciunt, 55
Pyrgópolinicem te únum in terra vívere
Virtúte et forma et fáctis invictíssumis?
Amánt te omnes mulíeres, neque hercle iniúria,
Qui sís tam pulcer; út vel illae, quae here pállio
Me réprehenderunt. *Py.* Quíd here dixerúnt tibi? 60
*Ar.* Rogitábant: Hiccine Áchilles est, inquít, tibi? —
Imo éius frater, ínquam. — Innuit áltera:
Ergó mecastor púlcer est, inquít mihi,
Et líberalis. Víde, caesaries quám decet!
Nae illaé sunt fortunátae, quae cum istó cubant! 65
*Py.* Itane aíbat tandem? *Ar.* Quaé me ambae obsecráverint,
Ut te hódie quasi pompam íllac praeterdúcerem.
*Py.* Nimia ést miseria, púlcrum esse hominém nimis.
*Ar.* Moléstae sunt mihi: órant, ambiunt, óbsecrant,
Vidére ut liceat; ád sese arcessí iubent: 70
Ut tuó non liceat óperam dare negótio.
*Py.* Vidétur tempus ésse, ut eamus ád forum,
Ut, ín tabellis quós consignavi híc heri
Latrónes, ibus dínumerem stipéndium.

50. Ven. *Tum tale facies, quale adhuc.*

53. *foret, occideres.* Vide Ind. v. *imperfectum pro plusquamperfecto.*

55. *quód omnes* saepius trochaeum faciunt. Cf. Cist. 5, 1. Aul. 4, 4, 18. Capt. 3, 4, 67. II, 1, 54. et 56. Trin. 4, 2, 127.

59. *ut vel illac.* Sic vett. et vulg. et fere Pall.; atque *illac* cum accentu in prima tamquam monosyllabum proferendum, uti saepe. Both. Lind. omittunt *ut*, uti et Veneta.

60. Vett. *reprehendere.* Vulg. et Pall. *reprehenderunt.* Est autem l. q. *retro prehenderunt veste.*

61. Ven. *hicne.* At v. *Achilles* in Plauto media brevi pronunciatur, ut infra, IV, 2, 65. IV, 7, 6. Merc. 2, 4, 90. Poen. prol. 1. Ideo hic sequenda vulgata.

62. Vulg. Ven. et vett. *Innuit illarum altera.* Nostr. Both.

63. *Ergo*, Gr. ἔργῳ, l. e. revera, vere pulcher est et liberalis. Vett. et vulg. *Et liberalis visus. caesaries quam placet. Mss. vida et caes.* Nostr. Both. Lind. ex Acidalio.

66. *quae me.* Sic vulg. et vett. et Ven. et Pall. — Both. et Lind. *Quaene ambae.* Cf. v. 13.

67. Vett. *illac.* Vulg. *illa.*

70. Vett. *accersi*, uti plerumque.

71. *tuo negotio*, ita ut tuae rei gerendae, quam mihi commiseris, plane non possem operam dare. Veneta: *Ut una liceat adire operam negotii.* Nostr. vulg.

74. *Latrones, ibus.* Sic vulg. atque *ibus* pro *iis* occurrit et Curc. 4, 2, 20. (ubi vide not.) Rud. prol. 73. Capt. Arg. 5. Truc. I, 2, 14. Producitur hic et in Curculione: in reliquis corripitur.

Nam Rex Seleucus me ópere oravit máxumo,
Ut sibi latrones cógerem et conscríberem:
Regi húnc diem mihi óperam decretúm est dare.
*Ar.* Age, eámus ergo. *Py.* Séquimini, satéllites.

---

## ACTUS II. SCENA I.

*PALAESTRIO.*

Mihi ad énarrandum hoc árgumentum est cómitas,
Si ad aúscultandum vóstra erit benígnitas.
Qui autem aúscultare nólet, exsurgát foras:
Ut sít, ubi sedeat ílle, qui auscultáre volt.
Nunc, qua ádsedistis caúsa in festivó loco,
Comoédiai, quám modo acturí sumus,
Et árgumentum et nómen vobis éloquar.
Aláxon graece huic nómen est comoédiae;
Id nós latine Glóriosum dícimus.
Hoc óppidum Ephesust; índe miles, méus herus,
Qui hinc ád forum abiit, glóriosus, ímpudens,
Stercóreus, plenus périuri atque adúlteri:
Ait sése ultro omnis múlieres sectárier:
Is déridiculo est, quáqua incedit, ómnibus;
Itaque híc meretrices, lábiis dum ductánt eum,
Maiórem partem vídeas valgis sáviis.
Nam ego haúd diu apud hunc sérvitutem sérvio.
Id vólo vos scire, quómodo ad hunc devénerim
In sérvitutem ab éo, quoi serviví prius.

Ceterum vett. *Latronibus ego dinumerem.* Item Ven. et V. C. omisso *ego.* Nostr. Both. et Lind.; Decurtatusque habet: *latronis bus.* — *Latrones* sunt homines militares, ut Curc. IV, 3, 16 et infra IV, 1, 3. Cf. Varro L. L. I. VI. *quod stiparent regis latus;* quasi laterones. Festus sic dictos ait, quia conducti militarint, ἀπὸ τῆς λατρείας. Eorum enim merces dicebatur Graece λάτρον. Cf. et II, 6, 19. Trin. II, 4, 198. Poen. 3, 3, 49. 52.

*Act. II. Sc. I.* Palaestrio servus ille est Pleusidis, Pyrgopolinici dono datus.

3. *nolet* dedi ex Veneta, quae habet *nollet*, uti et Pall. Vulg. *nolit.*

6. Vulg. *Comoediai, quam modo,* uti et Both. et Lind. ex Pall. At vett. *Comoediae, quam nos modo.*

10. Vett. *Hoc oppidum Ephesu'st, miles meus'st herus.* Vulg. *inde Miles meus herus.* Al. *idem'st mil. m. h.* atque Lindemannus *inde* vult esse i. q. porro, in continuatione expositionis. *Inde* dedit et Lamb. — Veneta: *Hoc oppidum Ephesum est: miles meus herus,* uti Decurt. — V. C. *idem miles meus erus.*

14. *Is* h. l. facit oppositum eius quod praecesserat, ut Merc. 3, 4, 47. *Egomet credidi Homini docto rem mandare, is lapidi mando maximo.* Vertendum: *Und ist doch Allen* etc.

15. *labiis dum ductant eum,* dum, deridiculo eum habentes, labia ita formant, quando eum conspiciunt, quasi osculari se eum cupiant.

16. *valgis saviis,* h. e. valgis labris, i. e. contortis ad formam osculantium. Cf. III, 1, 128. Petron. Arbit. cap. 26. Barth. Advers. 37, 1. *Savium* pro labris vide Asin. 4, 1, 53. Rud. 2, 4, 10. — *maiorem partem* Gronovius accipit de tempore, non de meretricibus; adducto loco Poen. I, 3, 4.

17. Vulg. et vett. *haud diu.* At Sceledrus infra II, 3, 79 ait eum circiter triennium apud militem esse. Veneta: *Nam ego iamdiu.* At codd. Pall. *aut diu.*

Ita súblinitum est ós custodi múlieris. 75
Sed fóris concrepuit híne a vicinó sene.
Ipse éxit. Hic ille est lépidus, quem dixí, senex.

---

## ACTUS II. SCENA II.

*PERIPLECTOMENES. PALAESTRIO.*

*Pe.* Nisi hércle defregéritis talos, pósthac quemque in tégulis
Víderitis aliénum, egó vostra fáciam latera lórea.
Mihí quidem iam arbitrí vicini súnt, meae quid fiát domi:
Íta per impluvium íntro spectant. Núnc adeo edico ómnibus:
Quémque a milite hóc videritis hóminem in nostris tégulis 5
Éxtra unum Palaéstrionem, hunc déturbatote ín viam.
Quód ille gallinam aút columbam sé sectari aut símiam
Dícat, disperístis, ni usque ad mórtem male mulcássitis.
Átque adeo, ut ne légi fraudem fécerint talériae,
Áccuratote, út sine talis dómi agitent convívium. 10
*Pa.* Néscio quid malefáctum a nostra huic fámilia est, quantum aúdio:
Íta hic senex talós elidi iússit conservís meis.
Séd me excepit; níhili facio, quíd illis faciat céteris.
Ággrediar hominem. Éstne advorsum? Est, quási ***

*Act. II. Sc. II.* Prodit Periplectomenes, amicus hospesque Pleusidis. Loquitur adhuc intus cum familiaribus suis, quos iubet attendere, ne quem patiantur alienum in tecto suo ambulare. Narrat Palaestrioni, aliquem de familia militis de tegulis inspectasse Pleusidem et Philocomasium osculantes. Ergo hortatur eum Palaestrio, ut iubeat illam reverti in domum militis. Quo facto, porro praecipit, ut puellae suadeat, neget, se fuisse in eius domo. Deinde secedit paullisper ab eo Palaestrio, ut consilium capiat his de rebus. Quod dum facit, describit gestum eius Periplectomenes. Denique alloquitur eum. Recipit Palaestrio, se hostes esse profligaturum, declaratque ei suum consilium, ut dicant, geminam sororem Philocomasii adesse, illi forma simillimam. Igitur hoc simul ut nuntiet puellae Peripl., eum intro mittit.

1. *Nisi hercle.* Sic vulg. et vett. — Ven. Both. et Lind. *Ni hercle.* (Sed vide v. 3, qui item videtur esse iambicus, quales per omnem scenam intercurrunt, velut 32, 50, 70, 76. — Iidem *posthac* trahunt ad praecedentia.

2. *faciam latera lorea*, concidam virgis. *Ich will machen, dafs eure Rücken ganz zu Prügeln werden sollen.*

3. *Mihi quidem.* Sic vulg. et vett., atque est iambus. Pro iubitu Lind. dedit *Mi.* — *arbitri*, spectatores. Cf. Capt. II, 1, 28. Cf. ind.

5. Vulg. *hoc.* Vett. *hic.* Ven. *huc.*

6. *hunc* dedi ex Ven. et vett.; vulg. *huc*, quod retinuere Both. Lind. — Ven. *in via.*

7. *Quod ille* etc. *Sollte er etwa sagen.* Similiter *quod* cum coniunctivo construitur Aul. 1, 3, 14. As. 4, 1, 12. 16. Curc. I, 3, 37.

9. Vulg. *faciant talariae.* Vett. *faciam talariae.* Lex talaria est lex de talorum lusu lata. Iocus ex ambigue. *Fraudem legi facere* est violare legem. Tali autem interdicti erant lege, ut ait Horatius Od. 3, 24, 58.: *vetita legibus alea.* Legendum igitur: *ne legi fraudem fecerint talariae*, h. e. ne peccare possint in posterum in legem talariam. Sicque Both. et Lind.

14. Versum esse imperfectum, sensus praebet. Quid enim illud ineptum: *Est quasi*, nisi excidisse aliquid existimes? Supplevit ex codice Lambinus: *Est quasi collaturus pedem.* Cf. Men. III, 3, 30. *Propera, Menaechme, fer pedem, confer gradum.* Pseud. 2, 4, 17. *Confer gradum Contra pariter.* Merc. 5, 2, 41. *O Charine, contra pariter fer gradum, et confer pedem.* Ut nullum dubium sit, eam dictionem et hic

stquam in aedis me ád se deduxít domum,
íllam amicam herílem, Athenis quaé fuit.
ntra adspexit me, óculis mihi signúm dedit, 45
áppellarem; deínde, postquam occásio est,
éritur mecum múlier fortunás suas;
ése Athenas fúgere cupere ex hác domu;
llum amare méum herum, Athenis quí fuit,
péius quemquam odísse, quam istunc mílitem. 50
nóniam inspexi múlieris senténtiam,
abellas, cónsignavi clánculum,
nércatori cuídam, qui ad illum déferat
herúm, qui Athenis fúerat, qui hanc amáverat:
húc veniret. Ís non sprevit núntium: 55
t vénit, et is in próxumo hic devórtitur
súum paternum hóspitem, lepidúm senem.
ílle amanti suo hóspiti morém gerit,
e ópera consilióque adhortatúr, iuvat.
égo paravi hic íntus magnas máchinas, 60
nántis una intér se facerem cónvenas.
inúm conclave, cóncubinae quód dedit
quo nemo nísi eapse inferrét pedem,
conclavi égo perfodi párietem,
ómmeatus clam ésset hinc huc múlieri: 65
ie sciente hoc féci; is consiliúm dedit.
néus conservos ést homo haud magní preti,
cóncubinae míles custodem áddidit;
facetis fábricis et doctís dolis
ómam ob oculos óbiiciemus; eúmque ita 70
nus, ut, quod víderit, non víderit.
ix, ne erretis, haéc duarum hodié vicem,
et illic, múlier feret imáginem,
éadem erit, verum ália esse adsimulábitur.

*ax — di sic voluere — ponto ecumbit.*

*me qui cepit.* Sic vett. — Vulg. *c.* In Pall. deest *qui.* — Pro all. *huc.*

*deduxit.* Sic vett. — Vulg.

Sic Veneta, atque *dedi*, monom, ut saepe. Vulg. et vett. omit-*idam.* Both. *Do mercatori quoi-qui ad eum deferat.* De v. *dedi* ch. 4, 3, 51. Men. 4, 3, 15. , 3, 34. II, 3, 29. Amph. 2, 2, II, 3, 29. As. 4, 1, 7. Curc. 2, Men. 3, 2, 43.

*et is in pr. hic d.* Sic vulg. et neque id temerario mutandum erat. Lind. *Et hic in pr. d.* At vero v. nusquam corripitur, quum sit ex contractum. Haudquaquam autem accaeum est iudicandum illud *is.* Nam et laetitiam significat servi, et vivacitatem addit narrationi, et est quasi anaphora quaedam. Veneta: *et in prox.*

58. Mirum videri debet duplex *Itaque* hic et v. 60.

61. *convenas.* Sic vulg. et Both. At vett. *faciam ut conveniant.* Scribendum forsitan: *faciam ut convenant.* Veneta: *Qui am. u. i. s. facerent convenientias.*

65. *clam*, quod deest in vulg., addunt vett. et Pareus. Eaedem *hinc huic*, pro quo Both. bene: *hinc huc.* Vulg. *Qua comm. esset huic m.*

72. *hodie vicem.* Sic bene vett. et vulg. cum Pall., neque opus *in* addi. — Sic *meam vicem* pro *mea vice*, Most. 2, 1, 8. — *ne erretis*, i. e. ne ignoretis.

73. Vett. *Et hic et illinc*, ut saepe *illinc* pro *illic* in anti. — Veneta: *Et hinc et illinc.*

Ita súblinitum est ós custodi múlieris. 75
Sed fóris concrepuit híne a vicinó sene.
Ipse éxit. Hic ille est lépidus, quem dixí, senex.

---

## ACTUS II. SCENA II.

*PERIPLECTOMENES. PALAESTRIO.*

*Pe.* Nisi hércle defregéritis talos, pósthac quemque in tégulis
Víderitis aliénum, ego vostra fáciam latera lórea.
Mihí quidem iam arbitrí vicini súnt, mese quid fiát domi:
Íta per impluvium íntro spectant. Núnc adeo edico ómnibus:
Quémque a milite hóc videritis hóminem in nostris tégulis 5
Éxtra unum Palaéstrionem, hunc déturbatote ín viam.
Quód ille gallinam aút columbam sé sectari aut símiam
Dícat, disperístis, ni usque ad mórtem male mulcássitis.
Átque adeo, ut ne légi fraudem fécerint talériae,
Áccuratote, út sine talis dómi agitent convívium. 10
*Pa.* Néscio quid malefáctum a nostra huic fámilia est, quantum aúdio:
Íta hic senex talós elidi iússit conservís meis.
Séd me excepit; níhili facio, quíd illis faciat céteris.
Ággrediar hominem. Éstne advorsum? Est, quási ***

*Act. II. Sc. II.* Prodit Periplectomenes, amicus hospesque Pleusidis. Loquitur adhuc intus cum familiaribus suis, quos iubet attendere, ne quem patiantur alienum in tecto suo ambulare. Narrat Palaestrioni, aliquem de familia militis de tegulis inspectasse Pleusidem et Philocomasium osculantes. Ergo hortatur eum Palaestrio, ut iubeat illam reverti in domum militis. Quo facto, porro praecipit, ut puellae suadeat, neget, se fuisse in eius domo. Deinde secedit paullisper ab eo Palaestrio, ut consilium capiat his de rebus. Quod dum facit, describit gestum eius Periplectomenes. Denique alloquitur eum. Recipit Palaestrio, se hostes esse profligaturum, declaratque ei suum consilium, ut dicant, geminam sororem Philocomasii adesse, illi forma simillimam. Igitur hoc simul ut nuntiet puellae Peripl., eum intro mittit.

1. *Nisi hercle.* Sic vulg. et vett. — Ven. Both. et Lind. *Ni hercle.* (Sed vide v. 3, qui item videtur esse iambicus, quales per omnem scenam intercurrunt, velut 32, 50, 70, 76. — Iidem *posthac* trahunt ad praecedentia.

2. *faciam latera lorea*, concidam virgis. *Ich will machen, dafs eure Rücken ganz zu Prügeln werden sollen.*

3. *Mihi quidem.* Sic vulg. et vett., atque est iambus. Pro Iubitu Lind. dedit *Mi.* — *arbitri*, spectatores. Cf. Capt. II, 1, 28. Cf. ind.

5. Vulg. *hoc.* Vett. *hic.* Ven. *huc.*

6. *hunc* dedi ex Ven. et vett.; vulg. *huc*, quod retinuere Both. Lind. — Ven. *in via.*

7. *Quod ille* etc. *Sollte er etwa sagen.* Similiter *quod* cum coniunctivo construitur Aul. 1, 3, 14. As. 4, 1, 12. 16. Curc. 1, 3, 37.

9. Vulg. *faciant talariae.* Vett. *faciam talariae.* Lex talaria est lex de talorum lusu lata. Iocus ex ambigue. *Fraudem legi facere* est violare legem. Tali autem interdicti erant lege, ut ait Horatius Od. 3, 24, 58.: *vetita legibus alea.* Legendum igitur: *ne legi fraudem fecerint talariae*, h. e. ne peccare possint in posterum in legem talariam. Sicque Both. et Lind.

14. Versum esse imperfectum, sensus praebet. Quid enim illud ineptum: *Est quasi*, nisi excidisse aliquid existimes? Supplevit ex codice Lambinus: *Est quasi collaturus pedem.* Cf. Men. III, 3, 30. *Propera, Menaechme, fer pedem, confer gradum.* Pseud. 2, 4, 17. *Confer gradum Contra pariter.* Merc. 5, 2, 41. *O Charine, contra pariter fer gradum, et confer pedem.* Ut nullum dubium sit, eam dictionem et hic

Quíd agis, Periplectómene? *PE.* Haud multos hómines, si optandúm foret, 15
Núnc videre et cónvenire, quám te, mavellém. *PA.* Quid est?
Quíd tumultuás cum nostra fámilia? *PE.* Occisí sumus!
*PA.* Quíd negoti est? *PE.* Rés palam est. *PA.* Quae rés palam est? *PE.* De tégulis
Módo nescio quis ínspectavit vóstrum familiárium
Pér nostrum impluvium íntus apud nos Phílocomasium atque hóspitem 20
Ósculantes. *PA.* Quís homo vidit? *PE.* Túus conservos. *PA.* Quís is homo est?
*PE.* Néscio: ita abripuít repente sése subito. *PA.* Súspicor,
Mé periisse. *PE.* Ubi abít, conclamo: Heus, quíd agis tu, inquam, in tégulis?
Ílle mihi abiens íta respondit, sé sectari símiam.
*PA.* Vaé mihi misero, quoí pereundum est própter nihili béstiam! 25
Séd Philocomasium híccine etiam núnc est? *PE.* Quum exibam, híc erat.
*PA.* Si ést, sis, iube transíre huc, quantum póssit, se ut videánt domi
Fámiliares, nísi quidem illa nós volt, qui serví sumus,
Própter amorem suum ómnis crucibus cóntubernalés dari.
*PE.* Díxi ego istuc, nísi quid aliud vís. *PA.* Volo. Hoc dícito, 30
Prófecto ut ne quóquam ingenio dégrediatur múliebri;
Earum ártem et disciplínam obtineat ét colorem. *PE.* Quémadmodum?
*PA.* Út eum, qui hic se vídit, verbis víncat ne se víderit;
Síquidem centiés hic visa sít, tamen inficiás eat.
Ós habet, linguám, perfidiam, málitiam atque audáciam, 35
Cónfidentiám, confirmitátem, frauduléntiam:
Qui árguat se, eum cóntra víncat iúreiurandó suo.

esse obtinere, quam sine causa damnat Lindemannus.

17. Hunc versum Angelus Maius ex cod. palimpsesto eruit. Nam in vulg. et vett. deest.

21. *Tuus conservus.* Vulg. et vett. addunt *est*, quod retinuit Lind., omittit, et recte, Bothius.

22. *Nescio* duabus syllabis pronunciandum, uti *scio* una saepenumero. — 23. Vett. *abiit.*

27. Vulg. *Sis, iube transire huc.* Assueto Plautinis numeris statim apparebit, deesse quid ab initio, quia aut numquam aut perraro *iube* iambum facit. Suppeditat supplementum Veneta, quae ita habet: *Si est, iube transire huc.* — *se* pro *eam*, ut *suus* interdum pro *eius* ponitur. Cf. v. 33.

31. Hic quoque vs. deest in vulg. et vett., restitutus ex Mali palimpsesto.

32. Vulg. et vett. *Paret artem et disciplinam: obtineat colorem.* Veneta: *Parumque artem.* Pall. *Earumque artem.* Both. *Earum art. et d. obt. et colorem*, versu iambico. Possit et *earum* abesse, ut sit versus trochaicus. Artem intelligit dissimulandi. *Disciplina* i. e. q. ars, modus agendi, mos. Cf. Pseud. 4, 2, 47. Cist. I, 1, 17. Merc. I, 2, 22. *colorem*, i. e. vultum. Ne mutet colorem.

33. *eum*, ut saepe, per attractionem. — *verbis vincat, ne se viderit.* Sic ex cod. Palat. et Mali palimpsesto legendum, atque habet Both. — Vulg. et vett. *vero vincat, ut ne viderit.* Cf. v. 27. Veneta: *Ut eum, qui hic se vidit: utrum iunctum iunctamve esse viderit.*

35. *Os habet*, i. e. impudentiam, sc. Philocomasium.

37. *arguat* dedere Both. et Lind. ex

Dómi habet animum fálsiloquum, falsíficum, falsiiúrium;
Dómi dolos, domi délenifica fácta, domi fallácias.
Nám mulier olitóri nunquam súpplicat, si qua ést mala: 40
Dómi habet hortum, et cóndimenta ad ómnes moles mélifica.
*Pk.* Égo istaec, si erit hic, núntiabo. Séd quid est, Palaéstrio,
Quód volutas túte tecum in córde? *Pa.* Paulispér tace,
Dum égo mihi consília in animum cónvoco, et dum cónsulo,
Quíd agam, quem dolúm doloso cóntra conservó parem, 45
Qui íllam hic vidit ósculantem, id vísum ut ne visúm siet.
*Pk.* Quaére; ego hinc abscéssero abs te huc ínterim. — Illuc, áis, vide,
Quémadmodum abstitít, severa frónte curas cógitans!
Péctus digitis púltat: cor, credo, évocaturúst foras.
Ecce aútem avortit; nísus laevo in fémine habet laevám manum, 50
Déxtera digitís rationem cómputat, feriéns femur
Déxterum: ita, veheménter quod facto ópus est, aegre súppetit.
Cóncrepuit digitís: laborat. Crébro commutát status.
Éccere autem cápite nutat! Nón placet, quod réperit.
Quídquid est, incóctum non exprómet; bene coctúm dabit. 55
Écce autem aedificát: columnam ménto subfulsít suo.
Ápage! non placét profecto mi ílla inaedificátio:
Nam ós columnatúm poetae esse índaudivi bárbaro,
Quoí bini custódes semper tótis horis áccubant.
Eúge, euge euscheme ádstitit hercle, et dúlice et comoédice! 60
Núnquam hodie quiéscet, priusquam id, quód petit, perfécerit.
Hábet, opinor. Áge, si quid agis! vígila! ne somnó stude,

cdd. et edd. medd. — Vulg. et vett. *arguet.*

40. *olitori non supplicat*, i. e. non sumit condimenta, i. e. fallacias, fucum, ab olitore, i. e. hortulano, qui vendit herbas et olera.

41. Vulg. *mores maleficos.* Vett. *mellifica.* Veneta: *ad omnis molis melifica.* Decurt. *molis milificos.* Bothius cum V. C. *moles maleficas.* Moles sunt machinationes; *melifica* a gr. *μέλι* factum, referto ad *condimenta.*

43. Vett. *Quod volvis astute t.* Nostr. vulg. et Pall.

48. Vulg. et vett. *abstitit.* Both. Lind. *adstitit*, ex edd. medd., nulla idonea causa. Nam *absistere* est: remotum stare.

50. Vulg. et vett.: *Ecce autem avortit*, i. e. avortitur, avertit sese. Coni. *autem* videtur illata ex v. 56. Nisi forte iambum interposuerit poëta. Omisit eam Lind. — Vulg. et vett. *nisus laeva, in femine habet l. m.* Nostr. Both. Lind.

52. *quod facto opus est.* Vulg. *quod tactu aegre supp.* Vett. et Pall. *quod acta aegre* s. uti cod. Lips. Nostr. Lambinus; recte; neque scribendum cum Lind. *factu.* Nota oratio Plautina: *opus est aliquid facto, exquisito*, etc. Cf. Amph. 2, 1, 84.

55. *expromet.* Sic Both. et Lind. At vulg. et vett. *expromit.*

57. Vett. *aedificatio.* Nostr. Graterus dedit. Atque V. C. *illam aedif.*

58. *os columnatum*, os, i. e. caput, brachio nixum, qui status est aerumnosorum. *poetae barbaro*, i. e. poetae latino. Cf. Capt. 3, 1, 32. As. prol. 11. Cas. 3, 6, 33. Intell. Naevius, qui ob laesos proceres tum in carcerem conlectus erat. Cf. Gell. 3, 3. Os esse caput ne dubitato. Cf. ad Amphitr. 1, 1, 165. Capt. IV, 2, 14. coll. Curc. II, 3, 8.

60. Vulg. *Euge, euge, euscheme hercle adstitit, et dulice et comoedice!* Vett. *Euge, εὐσχημόνως hercle adstitit et dulce et comoedice.* Sequor vulg. transpositis tamen *hercle adstitit.* Lind. alterum *euge* omittit. — Status histrionum saepe describitur, e. g. Pseud. 5, 2, 2. Stich. 2, 1, 114.

61. *perfecerit.* Sic vett. — Pall. *perfecit.* Vulg. *perficit.*

Nisi quidem hic agitári mavis várius virgis ***.
Tíbi ego dico! au, fériatus né sis! Heus, Palaéstrio,
Vígila, inquam! expergíscere, inquam! lúcet hoc, inquam!
*Pa.* Aúdio. 65
*Pe.* Víden' hostes tibi adésse, tuoque térgo obsidium? Cónsule!
Árripe opem auxiliúmque ad hanc rem! Própere hoc, non placidé, decet.
Ántevenito aliqua áliquos: aut tu círcumduce exércitum:
Súrre in obsidiúm perduellis; nóstris praesidiúm para!
Interclúdito inimícis commeátum; tibi muní viam, 70
Quá cibatus cómmeatusque ád te et legionés tuas
Túto possit pérvenire. Hanc rém age: res subitária est.
Réperi! comminíscere! cedo cálidum consiliúm cito:
Quae híc sunt visa, ut vísa ne sint; fácta infecta utí sient.
Mágnam illic homo rem íncipissis; mágna munis moénia! 75
Tute únus si recípere hoc ad te dícis, confidéntia est,
Nós inimicos prófligare pósse. *Pa.* Dico et récipio.
*Pe.* Ét ego impetratúrum dico id, quód petis. *Pa.* At te Iúpiter
Béne amet! *Pe.* At tu impárti, amice, mé, quod commentús's.
*Pa.* Tace,
Dum ín regionem astútiarum meárum te induco, út scias 80
úxta mecum méa consilia. *Pe.* Sálva sumes índidem.
*Pa.* Hérus meus elephánti corio círcumtentust, nón suo,

63. Vulg. *virgis. vigilae: Tibi ego ico: au! feriatus ne sis. hem te alloor Palaestrio.* Vett. *ni vigilas*, reliua, ut vulg. — Lind.: *varius; vigila! go tibi Dico, an ebriacus nescis, me alloqui, Palaestrio.* Quod nihili. odd. *vigila* et *an heriatus vestis* et *dloqui* aut *at loqui*. Both. *varius: igila: tibi ego dico! au, Feriatus ne s! Heus, ted alloquor, Palaestrio.* ersus possit compleri addito: *ulmeis.* am *vigila* prorsus ineptum, repetitum x vs. praecedenti. Dein abiciendum *te lloquor*, ut glossema.

65. *lucet hoc*, sc. coelum. Curc. I, , 26. Amph. I, 3, 45. Fingit eum nasi noctu dormisse.

68. Vulg. et Pareus: *Antevenito liqua aliquos, aut tu circumduce exertum.* Vett. *Anteveni aliqua, aliquos itte, circumd. ex.* Veneta: *Ante moeia aliqua aliquos ante te circumdure ex.* Both. *Anteveni aliqua! aliuo tu autem circumduce exercitum!* indem. *Antemoeni aliqua nos; tum utem circumduce exercitum.* Simili omo ac hic *aliqua aliquos* oratio legir Epid. 3, 1, 12. *verum aliquid alina aliquo modo, alicunde ab aliqui, liqua tibi spes est.* et ib. v. 16.

69. *Curre in obs. perduellis.* Sic ulg. et vett. atque *perduellis* sine dubio est plur. acc. qui pendet ab *obsidium*, quod hic regit casum verbi sui. Perperam enim Lind. pro genitivo habet. Pro *curre* Lamb. *Coge;* et sane quidam codd. habent *Cor*, uti et Veneta. — Sensus: Propera ad obsidendos hostes.

70. Vulg. et vett. *Intercludito*, quod foret in fine non elidendum, et ab initio corripiendum, ut saepius *inter*, Cf. Amph. 4, 3, 1. Capt. 3, 5, 19. Cist. I, 1, 53. Ep. 2, 2, 55. Merc. 3, 1, 38. At Both. et Lind. *Interclude.*

74. Vett. *Quae hic est visa, ut visa ne siet.* Vulg. nostr.

75. Vett. *Magnum illic honorem incipis*, uti V. C. — Nostr. vulg.

76. Vulg. et vett. *hoc* addunt post *recipere*, quod Both. et Lind. post *Tute* collocant. At est versus iambicus. Nostr. et Veneta.

77. Post *recipio* vett. et vulg. addunt *ad me.* — Veneta: *confligare.*

78. Vett. *imperatorem.* al. *te impetrare*, quod Bothe. Pareus: *Et ego impetrare me dico id, q. p.* Al nostr.

79. *tu* add. Both. et Lind. Nam et in vulg. abest et vett.

81. *Salva sumes indidem*, sc. a me, h. e. recte mihi credideris tu consilia. Nam tuto apud me erunt, instar crediti, quod salvum a creditore recipitur. Sic

Néque habet plus sapiéntiae, quam lápis. *Pe.* Egomet istúc scio.
*Pa.* Núnc sic rationem íncipissam, hánc instituam astútiam,
Út Philocomasio hánc sororem géminam germanam álteram 85
Dícam Athenis ádvenisse cúm amatore aliquó suo,
Tám similem, quam lácte lacti est; ápud te eos hic devórtier
Dícam hospitio.... *Pe.* Euge, eúge, lepide! laúdo commentúm tuum!
*Pa.* Út, si illic concríminatus síet advorsum mílitem
Méus conservus, éam vidisse cum álieno osculárier, 90
Eam árguam vidísse apud te cóntra conservom meum
Cúm suo amatore ámplexantem atque ósculantem. *Pe.* Imo [ut] óptume!
Ídem ego dicam, sí me exquiret míles. *Pa.* Sed simíllumas
Dícito esse; et Phílocomasio id praécipiendum est, út sciat:
Né titubet, si quaéret ex ea míles. *Pe.* Nimis doctúm dolum! 95
Séd si ambas vidére in uno míles concilió volet,
Quíd agimus? *Pa.* Facile ést: trecentae póssunt causae cólligi:
„Nón domi est; abiit ámbulatum; dórmit; ornatúr; lavat;
„Prándet; potat; óccupata est; óperae non est; nón potest;"
Quántum vis prolátionum, dúm modo nunc primá via 100
Índucamus, véra ut esse crédat, quae mentíbimur.
*Pe.* Plácet, ut dicis. *Pa.* Íntro abi ergo, et, si ístic est muliér, iube
Éam cito domúm transire, atque haéc ei monstra et praécipe,
Út teneat consília nostra, quémadmodum exorsí sumus,
Dé gemina soróre. *Pe.* Docte tíbi illam perdoctám dabo. 105
Númquid aliud? *Pa.* Íntro ut abeas. *Pe.* Ábeo. *Pa.* Et quidem ego ibó domum,
Átque hominem investígando operam súmam; hinc dissimulávero;

Trin. I, 2, 108. *Mihi quod credideris, sumes, ut posiveris.*

82. Vett. *circumtectust.* Nostr. vulg. et Pall.

83. Both. *Ego istuc sc.* — *quam lapis.* Cf. Merc. 3, 4, 47. *is lapidi mando maximo.*

84. Vett. *ita* addunt ante *hanc*, omittunt vulg. Both. Lind. et Pall.

87. *lacte* pro *lac* nominativo casu, cf. Men. 5, 9, 30. Bacch. 5, 2, 18. — Vett. *lacti est*, *et ap.*

89. Vulg. et vett. *sit.*

90. Vett. *Hic meus* c.

91. *Eam arguam.* Vulg. et vett. *Eum.* Intelligenda autem est eadem illa soror gemina.

92. Vulg. *ut.* vett. *ita.* Dubio procul omittendum.

94. Veneta: *recipiendum*, ut Pall. — Nostr. vulg. et vett.

97. Vett. et Ven. *causae concinni.* Nostr. vulg. et Lamb. — V. C. *conlici.* Dec. *concili.* In V. C. postea emendatum est: *coniici.*

99. *operae non est*, h. e. non vacat. Interdum enim *opera* idem esse videtur, quod *otium.* Cf. III, 2, 6. Merc. I, 1, 14 ubi v. not. Plena oratio legitur Truc. 4, 4, 30 ex vett. *Facultas operae ubi mihi erit, ad te venero;* ubi tamen Vulg. *Fac valeas: operae.*

100. *Quantum vis prol.* sc. afferamus. *prolationes*, procrastinationes.

101. *inducamus*, sc. militem. — Vulg. et vett. *quae mentibitur*, quod existimant esse impersonale passivum: *was man lügen wird.* Possit et suppleri Philocomasium, uti ea ad Scelerum mentitur II, 2 et II, 3, Lind. *quae mentibimur* ex cod. Lips., et V. C. et edd. quaedam medd. Idem Veneta.

102. Sic vett. — Vulg. *si isti est mulier*, *eam iube.*

103. *Eam* vett. omittunt. Eaedem: *et praecipe.* Vulg. om. *et.*

107. Vett. *At quem hominem investigando sumam operam*, *hinc dissimulavero.* Vulg. *Atque hom.* etc., ut illae. Veneta: *Ad quem h. investi-*

Quí fuerit consérvos, qui hodie sít sectatus símiam.
Nam ílle non potuit, quín sermone suo áliquem familiárium
Párticipaverít de amica héri, vidisse sése eam 110
Híc in proxumo ósculantem cum álieno adulescéntulo.
Nóvi morem ego, ét tacere nóstrorum solús scio.
Si ínvenio, qui vídit, ad eum víneas pluteósque agam.
Rés parata est: ví pugnandoque hóminem capere cérta res 'st.
Si íta non reperio, íbo odorans, quási canis venáticus, 115
Úsque donec pérsecutus vólpem ero vestígiis.
Séd fores concrepuérunt nostrae: ego vóci moderabó meae:
Nam íllic est Philocomásio custos, méus conservos; atque ít foras.

---

## ACTUS II. SCENA III.

*SCELEDRUS. PALAESTRIO.*

*Sc.* Nísi quidem ego hodie ámbulavi dórmiens in tégulis:
Cérto edepol scio, mé vidisse hic próxumae vicíniae
Philocomasium herílem amicam síbi alienum quaérere.
*Pa.* Híc illam vidit ósculantem, quántum hunc audiví loqui.
*Sc.* Quís hic est? *Pa.* Tuos consérvos. Quid agis, Scéledre?
*Sc.* Te, Palaéstrio, 5

*gando: operam hanc dissimulando qui fuerit* c. Investigare vult, quis conservorum viderit Philocomasium osculantem cum Pleuside. Id ex aliquo reliquorum sperat, cui ille rem communicaverit. Quod ubi compererit, ait se dein dissimulaturum, quasi non credat aut non verum sit; id quod facit scena sequenti. Verba autem: *hinc dissimulavero* quasi per parenthesin sunt interiecta; post quae redit ad suum investigandi consilium, cuius obiectum accuratius designat: *Qui fuerit* etc. Lindemannus: *At quam hominem investigando operam sumam, hanc dissimulavero*, ex Acidalio. At cur quaeso operam dissimulaverit? Neque vero hoc facit aut facto opus est. Nam ipse Sceledrus statim rem prodit. cf. II, 3, 4. Deinde prius declarandum erat, velle investigare hominem, antequam diceret, quomodo. Hinc ego in vulgata acquiescendum duco.

110. *vidisse sese eam.* Sic vett. et Pareus. — vulg. *sese vidisse eam.* Decurt. *vidisset eam.*

112. Sic vett. et vulg. Item Ven. omisso *nostrorum.* V. C. *ego et tacere nequeo solus scio.* Lips. *et tacere solus scio.* Both. Lind. *Novi morem egomet: „tacere nequeo, quae solus scio.“* Sed tunc potius dixerit: *tacere nequeunt, quae soli sciunt.*

117. Vulg. et vett. et Pareus: *voce moderabo me.* Nostr. Both. Lind. — *fores* correptim pronunciandum, quemadmodum eadem locutio eodem metro et alibi obvia. Unde perperam Both. Lind. *Sed fores crepuerunt n.* Cf. infra II, 3, 57. II, 4, 56 et Bacch. 2, 2, 56 etc.

118. Sic vett. et vulg. — Both. et Lind. omisso *est.* — *Illic*, ut centies, monosyllabum. *atque* ante *it* habent vulg. et vett. quare apparet, *conservos* contracte quasi duabus syllabis legendum. De qua re cf. ad Amph. 1, 1, 12.

*Act. II. Sc. III.* Narrat Sceledrus, se vidisse de tegulis osculantem Philocomasium cum alieno. Non credere se fingit Palaestrio, atque introspicere se velle ait, an sit domi apud militem. Idque facit, et foras nunciat Sceledro, illam intus esse. Sceledrus autem obsidet ianuam Periplectomenis, unde Philocomasium sperat proditurum. Ergo promittit Pal., se eam educturum foras ex domo militis, ut ipse eam videat. Sceledrus autem excubare pergit ante ostium vicini.

3. *sibi alienum.* Solemne erat verbum *alienum*, *alienam amare*, apud Romanos in hac re. Cf. Epid. 4, 2, 11. *habeo alienos domi.* Sic et supra II, 2, 90, et II, 2, 2 et infra II, 3, 67. Cf. Cic. or. pro Coello c. 6. Sic igitur restituendum hic erat pro vulg. *alium*, ut et fecit Both. Lind.

4. *illam* una syllaba profer.

*Sc.* Vae capiti tuó! *Pa.* Tuo istuc, Scéledre, promittó fore, 55
Nísi oculos orátionemque áliam commutás tibi.
Séd fores concrepuérunt nostrae. *Sc.* At égo illas observó fores:
Nám nihil est, qua hinc húc transire ea póssit, nisi recto óstio.
*Pa.* Quín domi eccam: néscio, quae te, Scéledre, scelera súscitant.
*Sc.* Míhi ego video, míhi ego sapio, míhi ego credo plúrimum: 60
Mé homo nemo déterruerit, quín ea sit in his aédibus.
Híc obsistam: ne ímprudenti huc éa se surrepsít mihi.
*Pa.* Méus illic homo est: déturbabo iam égo illum de pugnáculis. —
Vín' iam faciam, út stultividum té fatearis... *Sc.* Áge, face.
*Pa.* Néque te quidquam sápere corde, néque oculis utí? *Sc.* Volo. 65
*Pa.* Némpe tu istic ais ésse herilem cóncubinam? *Sc.* Atque árguo
Éam me vidisse ósculantem hic íntus cum alienó viro.
*Pa.* Scín' tu, nullum cómmeatum hinc ésse, et a nobís? *Sc* Scio.
*Pa.* Néque solariúm neque hortum, nísi per impluviúm? *Sc.* Scio.
*Pa.* Quíd nunc, si ea domi ést, si faciam, ut eam éxire hinc videás domo: 70
Dígnus es verbéribus multis? *Sc.* Dígnus. *Pa.* Serva istás foris;
Né tibi clam se súbterducat ístinc, atque huc tránseat.
*Sc.* Cónsilium est ita fácere. *Pa.* Pedes ego iam íllam huc tibi sistam ín viam.
*Sc.* Ágedum ergo face! — Vólo scire, utrum ego íd, quod vidi, víderim,
Án illic faciat, quód facturum dícit, ut ea sít domi. 75
Nam égo quidem meos óculos habeo, néc rogo utendós foris;
Séd hic illi suppárasitatur sémper; hic ei próxumust;

C. prima manu, qui postea emend. *Tum* etc.

55. *Vae capiti tuo!* Cf. v. 15.

57. Et hic perperam Both. et Lind. scripsere *crepuerunt* pro eo quod in omnibus libris legitur *concrepuerunt;* videlicet quod supra II, 2, 117 ita correxerant. Quod esse argumento possit eos, antequam illic textum perverterent, non dicam integrum Plautum, sed ne subsequentem quidem hanc scenam perlegisse; ita autem pertinaces fuisse, ut depravato priori loco, potius sequentem etiam corrumperent, quam priorem illum, ut decebat, restituerent. — Ceterum, quid concrepuerint fores, non apparet. Nemo enim exit. Fortasse autem fingit, se exspectare, ut prodeat ipsa Philocomasium. Fortasse ipsa ad fores sese ostendit. Cf. v. 59.

58. *nihil est, qua* i. e. q. non est via, qua.

66. *Nempe* una syllaba pronuntia, uti saepius faciendum. Cf. III, 3, 32. Epid. 3, 4, 13. Trin. 2, 2, 49.

68. *hinc* sc. ad nos. *et a nobis*, sc. huc ad vos. Vett. pro *et* habent *etiam*. Vulg. omisit, uti et Lind. Habet Both. Lamb. vult: *huc esse etiam a nobis*. V. C. *huc esset a nobis* a pr. m.

69. Vett. totum hunc vs. tribuunt Sceledro. Vulg. ut nos. *Solarium*, ein *Altan*.

70. Et vulg. et vett. et Pall. *si faciam*, futuro tempore. Both. Lind. *si facio*, nihil addito, unde. Certe crediderunt esse praesens coni. — *eam exire hinc*. Sic vulg. — Vett. et Pall. *eam hinc exire*, atque haud raro e finalis in infinitivis omittitur in enunciatione. Ex nostra l. *eam* totum elidendum, uti et Epid. 4, 2, 32. Cf. Pseud. 2, 3, 16. Bacch. 4, 7, 50. Capt. 3, 4, 34. Cist. 1, 1, 104. Epid. 3, 2, 28. Trin. 1, 2, 100.

73. *Pedes*. Sic vulg. Pall. et Ven. l. e. *zu Fuſse*, non per machinam aliquam. Refertur autem ad ipsum Palaestrionem. Both. Lind. *Pede*. Vox autem *pedes*, *pede*, *pedem* saepissime monosyllaba in pronunciando. Cf. Amph. 2, 2, 109. In vett. tamen plane abest, et per metrum abesse potest.

75. Vett. *ea ut sit domi*. Nostr. vulg. et Pall.

77. *hic*, Palaestrio. *illi*, militi. V.

. Cértum est facere id. *Sc.* Híc te opperiar; eâdem illi insidiás dabo,
ám mox horsum ad stábulum iunix récipiat se e pábulo.
íd ego nunc faciám? Custodem meílli miles trádidit.
nc, si indicium fácio, interii; sí taceo, interií tamen, 35
hóc palam fuerít. Quid peius múliere aut audácius?
m ego in tegulís sum, haec illac sé hospitio edít foras.
epol facinus fécit audax! Hóccine si milés sciat,
édo hercle, has sustóllat aedes tótas, atque hinc ín crucem.
ídquid hercle est, mússitabo pótius, quam intereám male. 40
n ego possum, quae ípsa sese vénditat, tutárier.
. Scéledre, Sceledre! *Sc.* Quís homo interminat? *Pa.* Ést alter te audácior?
ís magis dis inimícis natus, quám tu, atque iratís? *Sc.* Quid est?
. lúben' tibi oculos éffodiri, quíbus id, quod nusquam ést, vides?
. Quíd? nusquam? *Pa.* Non égo nunc vitam túam emam vitiosá nuce. 45
. Quíd negoti est? *Pa.* Quíd negoti sít, rogas? *Sc.* Cur nón rogem?
. Nónne tibi istanc praétruncari línguam largiloquám iubes?
. Quámobrem iubeam? *Pa.* Phílocomasium eccám domí, quam in próxumo
disse aibas te ósculantem atque ámplexantem cum áltero.
. Mírum est, lolio víctitare té, tam vili trítico. 50
. Quíd iam? *Sc.* Quia luscítiosus. *Pa.* Vérbero, edepol tú quidem
écus, non luscítiosus: nám illam quidem eccám domi.
. Quíd? domi? *Pa.* Domi hércle vero. *Sc.* Abi: lúdis me, Palaéstrio.
. Tum ínquinatae míhi manus sunt. *Sc.* Quídum? *Pa.* Quia ludó luto.

itri est Philocomasium. — *Eho* plane iendum.

32. *eâdem*, sc. opera i. e. simul. *illi*, lieri.

33. *Iunix*, tenerae aetatis bos, quam componit Philocomasium. — Vett. *e bulo*, quod exquisitius, quam vulg. *a bulo*. In Pall. non legitur neque *a* que *e*.

37. Sic vulg. atque in *sum* pariter que in se non elidendum est h. l. Al. *uxit foras* ex Lambini sententia.

38. *Hoccine* dictum puta pro *Hoc* nplice; *cf.* III, 3, 62. Epid. I, 1, 76.

39. *in crucem*, Lamb. suppl. nos aut agei.

40. Vulg. et vett. *Hercle quidquid* . — *mussitare* est reticere. Cf. Aul. 1, 12.

42. *interminat*, mihi minatur. Mimundus enim eum inclamat Palaestrio. V. *interminor* dep. vide Capt. IV, 2, 12. Asin. 2, 2, 96. Cas. 3, 5, 39. Pseud. 3, 1, 10. Vulg. *est te alter aud.* In vett. abest *te*. Pall. *quis homo interemat est alter audacior?*

45. Vulg. et vett. *non ego nunc emam vit. t. v. n.* Lind. *emám tuam vitiosa n.*

50. *Mirum est* etc. Mirum est, te, quamvis triticum tam vile sit, tamen lolium coenare; id quod te facere inde conlicio, quod es luscitiosus. *Luscitiosi* sunt, qui oculorum vitio laborant, qui non recte prospiciunt oculis. Cf. Ovid. Fast. 691. Serv. ad Virg. Ecl. 5, 37. Gr. μύωπες, νυκτάλωπες. Cf. Festus et Nonius.

52. Sic vulg. — Vett. *Nam illam vidi quidem domi.* V. C. *n. illam quidem illa domi.*

54. Sic vulg. — Vett. et Ven. *Tam mihi sunt manus inquinatae?* et sic V.

Dispéssis manibus pátibulum quom habébis. *Sc.* Quamnam ób rem?
*Pa.* Respícedum ad laevam! Quís illaec est muliér? *Sc.* Proh di immortáles,
Heri cóncubina haec ést quidem. *Pa.* Mihi quóque pol ita vidétur.
Age, núnc ïam, quandó lubet, — *Sc.* Quid agám? *Pa.* peri, peri própere! 10
*Ph.* Ubi istíc bonus servos, qui própudii me máxume innocéntem
Falso ínsimulavit? *Pa.* Hém tibi! hic mihi id díxit. *Ph.* Quaeso, díxtin'
Tu té vidisse in próxumo hic, sceléste, me osculántem?
*Pa.* Et cum álieno adulescéntulo dixít. *Sc.* Dixi hercle véro.
*Ph.* Tun' mé vidisti? *Sc.* Atque hís quidem oculís. *Ph.* Carebis, crédo, 15
Qui plús vident, quam quód vident. *Sc.* Nunquam hércle deterrébor,
Quin víderim id, quod víderim. *Ph.* Ego stúlta et mora múltum,
Quae cum hóc insano fábulem, quem pól ego capítis pérdam.
*Sc.* Nolí minitari: scío crucem futúram mihi sepúlcrum:
Ibi méi maiores súnt siti, patér, avos, proavos, ábavos. 20
Non póssunt mihi mináciis tuis híce oculi fodíri.
Sed paúcis verbis té volo, Palaéstrio. — Obsecro, únde haec
Exít huc? *Pa.* Unde, nísi domo? *Sc.* Domo? *Pa.* Té vidente. *Sc.* Vídeo;
Nisi mírum est facinus, quómodo haec hinc pótuerit transíre:
Nam cérto neque solárium est apud nós, neque hortus úllus, 25
Nec fenéstra, nisi clatráta. — Nam certo égo te hic íntus vídi.
*Pa.* Pergín', sceleste, inténdere et hanc argúere? *Ph.* Ecastor érgo

10. Vett. *peri, peri propere.* Vulg. et Pall. *peri perpropere.* Ego vett. sequor, ideo quia mihi ineptum videtur et leiunum *perpropere.* Alterum autem *peri* correptim efferendum, ut saepius in hoc verbo faciendum. Similiter *domo, domo* v. 23.

11. Et vulg. et vett. *Ubi iste bonus servus, qui propudii me maxime innocentem Falso insim.* In quibus quoniam ad metrum redundare aliquid videbatur, Lind. omisit *servus*, quod et abest in Cod. Lips. Both. *prŏpŭdi me qui m. i.* At *servus* haud uno loco est quasi monosyllabum. Cf. Trin. V, 1, 6. et infra III, 1, 148. ex lect. vulg.

12. Vett. *Tibi quaeso? dixti Tuten' vid.* etc. Vulg. *Sc. Tibi. Ph. Quem dixti Tu te v.* Lind. *Ph. Tibi?* — *Quem dixti Tute*, ut et Bothius, ex cod. Palat. Mihi stulta videtur interrogatio: *Tibi?* Potius enim *Hic?* interrogandum fuerit. Deinde Phil. non potest rogare *Quem dixti* ob seqq. *Et cum alieno ad. dixit.* Ergo scribendum, quod dedimus. Atque si posset *Quaeso* ab initio poni, legere mallem: *dixit. Ph. Quaeso, dixti* etc.

14. Vulg. et vett. *Atque cum al.* Both. Lind. *At cum.*

15. Vett. *atque his oculis quidem.*

17. Sic Vulg. — Vett. *Ego vero stulta moror multum.* Hinc Bothius et Lindemannus: *Ego stulta moror multum*, ut habet Veneta. Adiectivum *merus* et infra III, 1, 77 et alibi legitur, ut Men. 4, 2, 1. Pers. I, 1, 50. Gr. μωρός.

21. Vett. et vulg. *hisce.*

23. Vulg. *unde Exit haec huc.* Ven. *unde exit haec?* Vett. *unde Haec exit huc.* Dein eaedem: *te vidente.* Vulg. *Pa. me vidente.* Illud rectius. Both. *Videto.* Lind. *Pa. Me vide. Sc. Te video.* Cf. Merc. V, 4, 53.

24. *Nisi*, i. e. hoc unum dico, mirum esse f. — Gr. πλήν. Sic vett. et Pall. — Vulg. *Nimis.* Illud Both. et Lind.

25. Vett. *certe.*

26. *fenestra* correptim proferebatur. Cf. Cas. 1, 44. Rud. 1, 1, 6.

Prímus ad cibúm vocatur; prímo pulmentúm datur.
Nám illic noster ést fortasse círciter triénnium,
Néque cuiquam, quam ílli, in nostra mélius famulo fámilia. 80
Séd ego hoc, quod ago, id me ágere oportet: hóc observare óstium.
Hác obsistam; síc quidem certo vérba mihi nunquám dabunt.

---

## ACTUS II. SCENA IV.

*PALAESTRIO. PHILOCOMASIUM. SCELEDRUS.*

*Pa.* Praecépta facito ut mémineris. *Ph.* Totiés monere mírum est.
*Pa.* At métuo, ut satis sis súbdola. *Ph.* Cedo vél doctam, edocébo.
Meminí malas, ut sínt malae: mihi pól e quo supérfit.
*Pa.* Age, iám nunc insiste ín dolos! ego ábs te procul recédam. — Quid ádstas, Sceledre? *Sc.* Hanc rém gero. Habeo aúris: loquere, quíd vis. 5
*Pa.* Credo égo istoc exempló tibi esse eundum áctutum extra pórtam,

vs. seq. — *supparasitatur*. Cf. Amph. I, 3, 17.

81. *hoc* prius omissere Both. Lind.; habent vulg. vett. et Pareus.

82. Vett. *Hac obsistam, sic quidem pol verba* etc. Vulg. *Hic obsistam hac quidem. pol certo verba* etc.; quod Lind. interpungens ante *hac*. Sed quid *hac verba nunquam dabunt?* dein *pol certo* videtur quasi tautologia. *Pol* autem centies eliciendum in Plauti exemplaribus. Pareus: *Hic obsistam hac quidem. pol certo v. m. n. d.*

*Act. II. Sc. IV.* Producit Palaestrio Philocomasium ex aedibus militis. Ea exprobrat Sceledro, quae dixerit. Dein narrat somnium, quo videre visa sit suam geminam sororem cum amatore suo in vicini domum devertentem. Quo enarrato abit, Sceledro minata. Is ergo sibi timet magnopere.

1. Similia v. Poen. III, 2 init. Pers. II, 2 init. et infra III, 3. — *toties monere*, sc. te. Mirum est, te toties me monere, ut meminerim praecepta.

2. Vulg. et vett. *Cedo vel doctas: docebo*, quemadmodum Camerarius scripsit, ex codicum valde lacera hoc loco lectione. Cod. Lips.: *subdola: Ph. me docebo.* V. C. *vel doce me docebo.* Dec. *vel dice me docebo.* Al. *subdola. ne docebo.* Ven. *ne doceto.* Cf. Poen. 4, 2, 58 ubi occurrit: *quia doctum doces.* Hinc Both. Lind. *Cedo vel doctum, edocebo.* Ego scr. *doctam.*

3. Sensus: Ego attendi ad mulieres, earumque dolos didici; unde mihi profecto adhuc aliquid restat astutiarum. Vett. *mihi pol e quo supersit.* Vulg. *mihi solae* (i. e. soli) *e quo superfit.* Quod nullum habet sensum. Lips. cod. et Veneta: *Mihi sola ego supersum.* Hinc Lind. *mihi sola e quo supersum*, idque explicat: hoc est, unde fit, ut ego sola me superem. Verbum *superfit*, ut sit l. q. restat, obviam Trin. 2, 4, 109. *nam is ager solus superfit*, h. e. solus restat. Item Pseud. I, 5, 41, ubi item est: restare. Abundare nusquam nisi Epid. 3, 2, 10 ubi tamen Vulg. *supersit* habet. *supersit* autem legitur Men. I, 4, 3. *neque defiat, neque supersit*, sc. opsonium. Ceterum *malae* in universum sunt mulieres, cf. Mer. 3, 1, 13. 16.

5. *Hanc rem gero*, i. e. fores observo vicini. — *quid vis*, sic vett. divisim, sensusque est: *dic, quid velis*, ut saepissime. Cf. Aul. 4, 10, 51. 54. Pers. 4, 4, 57. Vulg. Both. Lind. *loquere quidvis;* male quidem.

6. *istoc exemplo.* Sic vulg. et vett. — Cod. Lips. *istuc extemplo.* Exemplum est status aut figura posituraque corporis, habitus. Sic Epid. I, 1, 7, *Exemplum adest.* Videtur igitur referendum ad statum Sceledri, dispessis brachiis fores obsidentis, quasi qui velit progredientem ex ea Philocomasium prehendere. — *ad portam*, forte Metiam seu Esquilinam, extra quam mortui comburebantur. Cf. Cas. 2, 6, 2. Ad eandem et maleffici crucifigebantur.

*Pa.* Dudum édepol hoc planúm quidem: quae hic úsque fuerit íntus.
*Sc.* Nihil hábeo certi, quíd loquar. Non vídi eam, etsi vídi.
*Pa.* Nae tu édepol stultitiá tua nos paéne perdidísti.
Dum té fidelem fácere hero voluísti, absumtus's paéne. 55
Sed fóres vicini próxumi crepuérunt: conticíscam.

---

## ACTUS II. SCENA V.

*PHILOCOMASIUM. PALAESTRIO. SCELEDRUS.*

*Ph.* Inde ígnem in aram, ut Éphesiae Diánae lauta laúdes
Gratísque agam, eique ut Árabico fumíficem odore amoéne,
Quae me ín locis Neptúniis templísque turbuléntis
Servávit, saevis flúctibus ubi sum ádflictata múltum.
*Sc.* Palaéstrio! o Palaéstrio! *Pa.* O Scéledre, Sceledre, quid vis? 5
*Sc.* Haec múlier, quae hinc exít modo, estne herílis concubína
Philocómasium, an non ést ea? *Pa.* Hercle opínor; ea vidétur.
Sed fácinus mirum est, quómodo haec hinc pótuerit transíre,
Si quídem ea est. *Sc.* An dubiúm tibi est, eam ésse hanc?
*Pa.* Ea vidétur.
Adeámus, appellémus. *Sc.* Heus, quid istúc est, Philocomásium? 10
Quid tíbi istic hisce in aédibus debétur? quid negóti est?
Quid núnc taces? Tecúm loquor. *Pa.* Imo édepol tute técum:
Nam haec níl respondet. *Sc.* Te álloquor, vitíi probrique pléna,
Quae círcum vicinós vages. *Ph.* Quicúm tu fabuláre?
*Sc.* Quicúm, nisi tecum? *Ph.* Quís tu homo es, aut mécum quid negóti est? 15
*Sc.* Mén' rogas, hem, quí sim? *Ph.* Quin ego hóc rogem, quod nésciam?
*Pa.* Quís ego sum igitur, si húnc ignoras? *Ph.* Míhi odiosus, quísquis es,

51. Vulg. et vett. *prius ob oculos mihi cal.*

53. Vett. *quid eloquar; non vidi eam et si vidi.*

54. Vett. *Nae te edepol st. t. pene perdidit.*

55. Vett. *pene abs. es.*

*Act. II. Sc. V.* Sceledrus dum fores observat militis, Philocomasium prodit ex domo Periplectomenis, cum pompa, ut Dianae sacrificet, quasi sit gemina sua soror, Athenis advena. Abstrahere eam secum cupit domum Sceledrus. At illa aufugit. Hinc Palaestrio, fingens se credere esse Philocomasium, hortatur Sceledrum, ut gladium domo efferat, quo amasium Philocomasii, si comparuerit, obtruncet. Eum dum ille efferre vult, intus apud se videt Philocomasium. Ergo consternatus illud narrat Palaestrioni, metuitque sibi. Ille autem eum monet, ut mussitet; et intro abit ad vicinum.

1. Sic vulg. Cf. Curc. I, 1, 9. *lautus luces cereum.* — V. C. *lata laudes.* Vett. *laudes latas.* Pareus: *latas laudes.* Both. *lautas laudes.* Lind. *laudes lautas.*

2. Vulg. *amoene.* Vett. *amoenae.*

3. *templis*, i. e. locis; ut Ennius: *Acherusia templa, Coeli templa.* Cf. Rud. 4, 2, 4 ubi *Neptuni templa* ipsa occurrunt.

8. Vulg. et vett. *haec hinc nunc*, e quibus retinendum *hinc*, quia stant ante aedes militis.

14. Vett. *vagas.* Vulg. Pall. et Ven. *vages* ut Both. Lind.

17. Memorabile, quod hic Lind. hunc rhythmum habet: *mi ódiosus, quisquis*

haud fálsum evenit sómnium, quod nóctu hac somniávi.
Quid sómniasti? *Ph.* Ego éloquar. Sed, amábo, advortito ánimum.
: nócte in somnis méa soror geminá germana vísa 30
ıísse Athenis ín Ephesum cum súo amatore quódam;
ambo hóspitio huc in próxumum mihi dévorti sunt vísi.
Palaéstrionis sómnium narrátur. — Perge pórro.
. Ego laéta visa, quía soror venísset, propter eándem
ıpícionem máxumam sum vísa sustinére: 35
n argúere in somnis mé familiaris meus mihi vísust,
cum álieno adulescéntulo, quasi núnc, esse osculátam,
ɔm illa ósculata méa soror gemina ésset suumpte amícum.
me ínsimulatam pérperam falsum ésse somniávi.
Satin' éadem vigilanti éxpetunt, quae in sómnis visa mé-moras? 40
ıs hércle quam praeséntia omnia! Abi íntro et comprecáre.
rándum ego istuc míliti censébo. *Ph.* Facere cértum;
ıue mé quidem patiár probri falso ímpune insimulátam.
Timeó, quid rerum gésserim: ita dórsus totus prúrit.
Scin', té periisse? *Sc.* Núnc quidem est domi cérto. Certa rés est, 45
ıc nóstrum observare óstium, ubiubi ést. *Pa.* At, Sceledre, quaéso,
ád id exemplum sómnium quam símile somniávit,
ue út tu suspicátus 's esm vidísse te osculántem!
Me eam nón vidisse árbitraris? *Pa.* Naé tu hercle, opínor,
ipísce. Si ad herum haec rés pervenerít, peristi púlcre!] 50
Nunc démum experior, mi ób oculos caliginem obstitísse.

. Vett. et vulg. *atque hanc.* Forser. *Ergo ecastor.*
. Lind. *gemina et germana* ex Lips. et edd. At vulg. et vett. unt *et.*
. Bene Bothius personas sic, uti collocavit. *Palaestrionis s.* i. e. imirum meum somnium, quod ego gitavi. Vulg. haec Sceledro tribuit; *erge porro* Palaestrioni. Vett. *Parioni.*
. *Ego laeta visa.* Sic vulg. et atque sic verbum *videri* frequens ırrandis somniis adhibetur. Cf. Merc. 8. sqq. Curc. II, 2, 10. 13. Cist. . Bacch. 5, 1, 18. Aul. 5, 1, 4. 3, 1, 6. Plutarch. Pomp. 68. Hinc ıquam cum Lind. scribendum *viso* od. Lips., quod recte scriberetur, si ret se experrectam laetam fuisse.
. Sic ubique legitur versus, quem us sic transpositione curat: *me mihi visust familiaris*, quod non se arbitror in Milite.
. Vulg. et Pall. *quasi nunc est osc.* Vett. ut nos et Both.

40. *Satin'* etc. i. e. Nonne nunc ea facta sunt etc. *expetere* est: accidere, evenire. Cf. Amph. I, 1, 20. I, 3, 23. III, 1, 12.
41. *Heus hercle quam praes. o.* Sic plane vett. et Lamb. — Vulg. omittit *quam*, ut et Pall. — Ven. *praesenti iam omnia.* — *comprecare* sc. deos, ne mali quid tibi accidat; id quod in tali re facere solebant. Cf. Curc. II, 2, 20.
44. Vett. addunt *hic* post *gesserim.*
45. Vett. *Pa. Scin' te perisse nunc quidem domi certo? Sc. Certa res est* etc. Vulg. ut nos, omisso tamen *est* post *quidem*, quod praebet Veneta et habet B. Sensus: Nunc quidem certo domi est Philocomasium. Igitur, foribus vicini relictis, nostrum ostium observabo.
46. Vett. *ostium. ubi esset?* Vulg. *ubiubi sit.* Nostr. B. ex Acidalio.
48. *te* addunt vett.; omittit vulg. — *es* eliidendum.
49, 50. Hos duo versus spurios esse duco. Vulg. *nae tu hercle opinor (obsecro Resipisce) si ad* etc. Vett. *obsecro opinor.*

*Pa.* Dudum édepol hoc planúm quidem: quae hic úsque fuerit íntus.
*Sc.* Nihil hábeo certi, quíd loquar. Non vídi eam, etsi vídi.
*Pa.* Nae tu édepol stultitiá tua nos paéne perdidísti.
Dum té fidelem fácere hero voluísti, absumtus's paéne. 55
Sed fóres vicini próxumi crepuérunt: conticíscam.

---

## ACTUS II. SCENA V.

*PHILOCOMASIUM. PALAESTRIO. SCELEDRUS.*

*Ph.* Inde ígnem in aram, ut Éphesiae Diánae lauta laúdes
Gratísque agam, eique ut Árabico fumíficem odore amoéne,
Quae me ín locis Neptúniis templísque turbuléntis
Servávit, saevis flúctibus ubi sum ádflictata múltum.
*Sc.* Palaéstrio! o Palaéstrio! *Pa.* O Scéledre, Sceledre, quíd vis? 5
*Sc.* Haec múlier, quae hinc exít modo, estne herílis concubína
Philocómasium, an non ést ea? *Pa.* Hercle opínor; ea vidétur.
Sed fácinus mirum est, quómodo haec hinc pótuerit transíre,
Si quídem ea est. *Sc.* An dubiúm tibi est, eam ésse hanc? *Pa.* Ea vidétur.
Adeámus, appellémus. *Sc.* Heus, quid istúc est, Philocomásium? 10
Quid tíbi istic hisce in aédibus debétur? quid negóti est?
Quid núnc taces? Tecúm loquor. *Pa.* Imo édepol tute técum:
Nam haec níl respondet. *Sc.* Te álloquor, vitíi probrique pléna,
Quae circum vicinós vages. *Ph.* Quicúm tu fabuláre?
*Sc.* Quicúm, nisi tecum? *Ph.* Quís tu homo es, aut mécum quid negóti est? 15
*Sc.* Mén' rogas, hem, quí sim? *Ph.* Quin ego hóc rogem, quod nésciam?
*Pa.* Quis ego sum igitur, si húnc ignoras? *Ph.* Míhi odiosus, quísquis es,

31. Vulg. et vett. *prius ob oculos mihi eat*
33. Vett. *quid cloquar; non vidi eam et si vidi.*
34. Vett. *Nae te edepol st. t. pene perdidit.*
35. Vett *pene abs. es.*

*Act. II. Sc. V.* Sceledrus dum fores observat militis, Philocomasium prodit ex domo Periplectomenis, cum pompa, ut Dianae sacrificet, quasi sit gemina sua soror, Athenis advena. Abstrahere eam secum cupit domum Sceledrus. At illa aufugit. Hinc Palaestrio, fingens se credere esse Philocomasium, hortatur Sceledrum, ut gladium domo efferat, quo amasium Philocomasii, si comparuerit, obtruncet. Eum dum ille efferre vult, intus apud se videt Philocomasium. Ergo consternatus illud narrat Palaestrioni, metuitque sibi. Ille autem eum monet, ut mussitet; et intro abit ad vicinum.

1. Sic vulg. Cf. Curc. I, 1, 9. *lautus luces cereum.* — V. C. *lata laudes.* Vett. *laudes latas.* Pareus: *latas laudes.* Both. *lautas laudes.* Lind. *laudes lautas.*

2. Vulg. *amoene.* Vett. *amoenae.*

3. *templis*, l. e. locis; ut Ennius: *Acherusia templa, Coeli templa.* Cf. Rud. 4, 2, 4 ubi *Neptuni templa* ipsa occurrunt.

8. Vulg. et vett. *haec hinc nunc*, e quibus retinendum *hinc*, quia stant ante aedes militis.

14. Vett. *vagas.* Vulg. Pall. et Ven. *vages* ut Both. Lind.

17. Memorabile, quod hic Lind. hunc rhythmum habet: *mi ódiosus, quisquis*

Ét tú, et hic. *Sc.* Nos nón novisti? *PH.* Neútrum. *Sc.* Metuo máxume....
*PA.* Quíd metuis? *Sc.* Enim ne nosmet pérdiderimus úspiam:
Nám neque te neque mé novisse ait haéc. *PA.* Perscrutari hóc volo,
Scéledre, nos nostri án alieni símus: ne clam quídpiam
Nós vicinorum ímprudentis áliquis immutáverit.
*Sc.* Cérte equidem nostér sum. *PA.* Et pol ego. Quaéris tu muliér malum.
Tíbi dico: heus, Phílocomasium! *PH.* Quaé te intemperiaé tenent,
Quí me perperám perplexo nómine appellés? *PA.* Eho,
Quís igitur vocáre? *PH.* Glycerae nómen est. *Sc.* Iniúria est.
Fálsum nomen póssidere, Phílocomasium, póstulas.
*PA.* Át hice testis nón dicat ei? et meo héro non facis iniúriam?
*PH.* Égone.... *PA.* Tute. *PH.* Quaé heri Athenis Éphesum adveni vésperi
Cúm meo amatore, ádulescente Athéniensi? *PA.* Díc mihi,
Quíd hic tibi in Epheso ést negoti? *PH.* Géminam germanám meam
Híc sororem esse índaudivi: eam véni quaesitúm. *Sc.* Mala es.
*PH.* Ímo ecastor stúlta multum, quaé vobiscum fábuler.
Ábi. *Sc.* Abire nón sinam te. *PH.* Mítte! *Sc.* Manufestária
Rés est: non mitto. *PH.* Át mihi iam crepábunt manus, malaé tibi,
Nísi me omittis! *Sc.* Quíd, malum, adstas? quín retines altrínsecus?
*PA.* Níl moror, negótiosum mi ésse tergum. Quí scio,
Án ista non sit Phílocomasium, atque ália eius similís siet?
*PH.* Míttis me, an non míttis? *Sc.* Imo vi, átque invitam, ingrátiis,
Nísi voluntate íbis, rapiam té domum. *PH.* Hosticum hóc mihi
Dómicilium est, Athénis domus est ác genus. Ego istánc domum
Néque moror, neque vós, qui homines sítis, novi néque scio.

*es*, in utraque editione, quum *odiosus*, quod sciam, nusquam producatur.

19. Videtur excidisse aliqua particula, ut *Quid tu metuis?* Nam *Enim* accentum habet in priori. — De re, similis locus est Amph. 2, 2, 162. 224.

21. Vulg. Ven. et vett. *ne dum quispiam.* Nostr. Both. Lind.

24. Both. Lind. *Tibi ego dico.*

26. Vett. *Glycerae.* Vulg. B. L. *Glycere.*

28. Vulg. et vett. *At istuc non decet, et meo adeo hero facis iniuriam.* Item Ven. omisso *adeo.* Lind. *At dice: istuc num decet, et meo hero non facis iniuriam?* Both. *Sc. Adhibe testis. PA. Num decet id? meo hero num facis iniuriam?* Manuscripti: *Adice testu non dicat ei et meo aero non facis ini.* a quibus quam minime volui recedere. *meo* elidendum totum.

34. *Abire non sinam te.* Ad haec verba eam brachio prehendit.

35. Vulg. *mihi iam crepabunt manus, malae tibi.* vett. *non omitto. PH. at iam crepabunt malae tibi.*

36. *malum;* alloquitur Palaestrionem.

37. *Nihil — tergum*, nolo vapulare. Nam tum tergum quasi negotium habet.

38. Vett. *atque eius alia similis.*

40. Vulg. *Ostium hoc mihi.* Vett. *Non ostium hoc mihi.* Nostr. Both. Lind., atque V. C. *hostium.*

41. Vulg. *Athenis domus ac herus. ego istam domum.* Both. et Lind. *domus. Sc. Et hic herus! PH. Ego istanc domum.* Libri: *domus est ac herus.* Scribendum esse *genus* apparet

Probrí, pudicam, méque summi flágiti;
Tum, quód tractavisti hóspitam ante aedís meas; 30
Nisi míhi supplicium stímuleum de té datur:
Dedécoris pleniórem herum faciám tuum,
Quam mágno vento plénum est undarúm mare!
*Sc.* Ita súm coactus, Périplectomene, ut nésciam,
Utrúm me postuláre tecum aequóm 'st prius, 35
An me éxpurgare hoc tibi videtur aéquius,
Nisi ístaec non est haéc, neque ista est méi heri.
Sicút etiam nunc néscio, quid víderim:
Ita ístaec huius símilis est nostraé tua,
Siquidém non eadem est. *Pe.* Víse ad me intro: iám scies. 40
*Sc.* Licétne? *Pe.* Quin te iúbeo; placide nóscita.
*Sc.* Ita fácere certum est. *Pe.* Heús, Philocomasiúm, cito
Transcúrre curriculo ád nos: ita negótium est.
Post, quándo exierit Scéledrus a nobís, cito
Transcúrrito ad vos rúrsum curriculó domum. 45
Nunc pól ego metuo, né quid infuscáverit;
Si hic nón videbit múlierem, aperitúr dolus.
*Sc.* Proh di ímmortales, símiliorem múlierem
Magisque eándem, utpote quae nón sit eadem, nón reor
Deos fácere posse. *Pe.* Quíd nunc? *Sc.* Commeruí malum. 50
*Pe.* Quid ígitur? ean' est? *Sc.* Étsi ea est: non ést ea.
*Pe.* Vidístin' istam? *Sc.* Vídi et illam, et hóspitem
Compléxum atque osculántem. *Pe.* Ean' est? *Sc.* Néscio.
*Pe.* Vin' scíre plane? *Sc.* Cúpio. *Pe.* Abi intro ad vós domum
Contínuo: vide, sitne ístaec vostra intús. *Sc.* Licet. 55
Pulcre ádmonuisti. Iám ego ad te exibó foras.
*Pe.* Nunquam édepol hominem quémquam ludificárier
Magís facete vídi et magis miris modis.
Sed éccum egreditur. *Sc.* Périplectomene, te óbsecro
Per déos atque homines, pérque stultitiám meam, 60

*Quamque.* Est autem monosyllabum, uti *Quamque* IV, 2, 82 et Poen. I, 3, 10 *perque.*

30. *tractavisti.* V. vs. 10.

31. Vulg. et vett. *Nisi tibi supplicium stimuleum datur.* Decurt. *dedatur.* V. C. *datur.* Al. *deditur.* Emendavit Bentleius. Cf. ad v. 22.

34. Verba valde turbata in libris. — Vett. *Utrum me post. prius tecum aequum siet, Nisi istaec non est haec, neque ista sit mihi. An me exp. hic tibi videatur aequius* etc. Transpositi duo versus in vulg. *An me* etc. *Nisi istaec* etc. Eadem: *Utrumne*; reliqua ut vett. Ego item transpono et pro *mihi* lego *méi heri.* Porro *aequum est* habent plures libri melioris notae. Alt ergo: Incertus sum, an debeam expostulare tecum, an me expurgare apud te, videlicet si istaec non est eadem cum hac, neque istaec, quae apud te est, nostra est. Ita enim *Nisi non* h. l. videtur capiendum; quemadmodum etiam Lambinus cepit.

39. Vulg. et vett. *Ita est i. h. s. n. t.*

41. Vett. *Neque te inhibeo, placide n.* Vulg. *et pl. n.*

43. *negotium est*, opus est facto.

46. Vett. et Ven. *infucaverit.* Vulg. et Pall. *infuscaverit.* Infuscare est: diluere vinum, corrumpere. Cf. Cist. I, 1, 19. suppl. Philocomasium. *Si quid non recte fecerit aut meminerit.*

53. Libri et vulg. cum vett. *complexam.* Nostr. Both. ex Acidalio.

55. Vett. *vostrae intus domi.* — Vulg. *vostra int. domi.* Veneta: *Continuo inde sit neque ista haec domum vostram intus. Sc. Licet.* Patet v. *domum* ex praec. versu devenisse. *Licet* est assentientis, uti saepissime. V. ind.

# ACTUS II. SCENA VI.

*SCELEDRUS. PERIPLECTOMENES.*

*Sc.* Satin' ábiit ille, neque heríle plus negótium
Curát, quam si non sérvitutem sérviat?
Certó quidem illaec nostra íntus est in aédibus:
Nam egomét cubantem éam modo offendí domi.
Certum ést nunc observátioni operám dare. 5
*Pe.* Non hércle hice homines mé marem, sed féminam,
Vicíni rentur ésse servi mílitis:
Ita mé ludificant. Meámne hic in via hóspitam,
Quae heri húc Athenis cum hóspite advenít meo,
Tractátam et ludificátam, ingenuam et líberam? 10
*Sc.* Perii hércle: hic ad me récta habet rectám viam.
Metuo, íllaec mihi res né malo magnó fuat;
Quantum húnc audivi fácere verborúm senem.
*Pe.* Accédam ad hominem. Tún', Sceledre, hic, scelerúm caput,
Meam lúdificasti hóspitam ante aedís modo? 15
*Sc.* Vicíne, ausculta, quaéso. *Pe.* Ego auscultém tibi?
*Sc.* Volo me éxpurgare. *Pe.* Túne te expurgés mihi,
Qui fácinus tantum támque indignum féceris?
An, quía latrocinámini, arbitrámini
Quidvís licere fácere vobis, vérbero? 20
*Sc.* Licétne ...? *Pe.* At ita me dí deaeque omnés ament,
Nisi míhi supplicium vírgarum de té datur
Longúm diutinúmque a mane ad vésperum:
Quod méas confregisti ímbrices et tégulas,
Ibi dúm condignam té sectatus símiam; 25
Quodque índe inspectavísti meum apud me hóspitem
Ampléxum amicam quom ósculabatúr suam;
Quodque cóncubinam herílem insimulare aúsus es

*Act. II. Sc. VI.* Pergit observare Sc. Egreditur a se Periplectomenes, eique exprobrat, quod suam hospitam male tractaverit. Ille se excusat, credidisse Philocomasium esse. Nam similitudinem esse tantam, ut ne nunc quidem certus sit. Igitur eum ad se intromittit Periplectomenes, ut videat, an hospita adsit. Facit illud Sceledrus, et hospitam videt cum hospite osculantem. Ergo hortatur Periplectomenes, ut iam ad se introeat, videatque an Philocomasium adsit. Quo facto eaque visa, confitetur se insipienter fecisse, promittitque, se numquam posthac. Ignoscit igitur ei Peripl. Sceledrus autem, metuens sibi nihilominus, a milite aufugere parat. Verumtamen introit, et Peripl. item ad sese.

1. Pron. *ille* monosyllabum. — Vulg. et vett. *neque herile negotium plus curat.* Transp. Both., qui ab init. versus: *Satin' ille abit.*

3. Vett. *illa hic.* Vulg. *illa haec.* Cf. II, 3, 17. 66. II, 2, 75. Pro *nostra* Pall. *nunc.*

4. Vulg. *ego et.* In vett. deest *et.* Pall. *ego excubantem.*

8. Sic vulg. — Vett. *meamque* et v. 10 *tractant et ludificant.*

10. *tractatam*, i. e. contrectatam, i. e. manibus contrectatam. Constructionis ratio est: *Soll ich leiden, daſs* etc. sive: *Sollte man glauben, daſs* etc. Cf. Bacch. 4, 7, 1.

17. Vulg. et vett. et cdd. *Expurgare volo me.*

19. *Latrocinari* est: militem esse conductitium. Cf. not. ad I, 1, 74.

22. *virgarum* vulg. et vett. — Both. *virgeum.* Cf. 31. *stimuleum.* Sic autem correxit Bentl. ad Ter. Ad. 4, 2, 52. Ego quam minime a cdd. in hac fabula recedendum duxi.

28. Vulg. et vett. *Quodque.* Ven.

Probrí, pudicam, méque summi flágiti;
Tum, quód tractavistí hóspitam ante aedís meas; 30
Nisi míhi supplicium stímuleum de té datur:
Dedécoris pleniórem herum faciám tuum,
Quam mágno vento plénum est undarúm mare!
*Sc.* Ita súm coactus, Périplectomene, ut nésciam,
Utrúm me postuláre tecum aequóm 'st prius, 35
An me éxpurgare hoc tíbi videtur aéquius,
Nisi ístaec non est haéc, neque ista est méi heri.
Sicút etiam nunc néscio, quid víderim:
Ita ístaec huius símilis est nostraé tua,
Siquidém non eadem est. *Pe.* Víse ad me intro: iám scies. 40
*Sc.* Licétne? *Pe.* Quin te iúbeo; placide nóscita.
*Sc.* Ita fácere certum est. *Pe.* Heús, Philocomasiúm, cito
Transcúrre curriculo ád nos: ita negótium est.
Post, quándo exierit Scéledrus a nobís, cito
Transcúrrito ad vos rúrsum curriculó domum. 45
Nunc pól ego metuo, né quid infuscáverit;
Si hic nón videbit múlierem, aperitúr dolus.
*Sc.* Proh di ímmortales, símiliorem múlierem
Magisque eándem, utpote quae nón sit eadem, nón reor
Deos fácere posse. *Pe.* Quíd nunc? *Sc.* Commeruí malum. 50
*Pe.* Quid ígitur? ean' est? *Sc.* Étsi ea est: non ést ea.
*Pe.* Vidístin' istam? *Sc.* Vídi et illam, et hóspitem
Compléxum atque osculántem. *Pe.* Ean' est? *Sc.* Néscio.
*Pe.* Vin' scíre plane? *Sc.* Cúpio. *Pe.* Abi intro ad vós domum
Contínuo: vide, sitne ístaec vostra intús. *Sc.* Licet. 55
Pulcre ádmonuisti. Iám ego ad te exibó foras.
*Pe.* Nunquam édepol hominem quémquam ludificárier
Magís facete vídi et magis miris modis.
Sed éccum egreditur. *Sc.* Périplectomene, te óbsecro
Per déos atque homines, pérque stultitiám meam, 60

*Quamque.* Est autem monosyllabum, uti *Quamque* IV, 2, 82 et Poen. I, 3, 10 *perque*.

30. *tractavisti.* V. vs. 10.

31. Vulg. et vett. *Nisi tibi supplicium stimuleum datur.* Decurt. *dedatur.* V. C. *datur.* Al. *deditur.* Emendavit Bentleius. Cf. ad v. 22.

34. Verba valde turbata in libris. — Vett. *Utrum me post. prius tecum aequum siet, Nisi istaec non est haec, neque ista sit mihi. An me exp. hic tibi videatur aequius* etc. Transpositi duo versus in vulg. *An me* etc. *Nisi istaec* etc. Eadem: *Utrumne*; reliqua ut vett. Ego item transpono et pro *mihi* lego *mei heri.* Porro *aequum est* habent plures libri melioris notae. Alt ergo: Incertus sum, an debeam expostulare tecum, an me expurgare apud te, videlicet si istaec non est eadem cum hac, neque istaec, quae apud te est, nostra est. Ita enim *Nisi non* h. l. videtur capiendum; quemadmodum etiam Lambinus cepit.

39. Vulg. et vett. *Ita est i. h. s. n. t.*

41. Vett. *Neque te inhibeo, placide n.* Vulg. *et pl. n.*

43. *negotium est*, opus est facto.

46. Vett. et Ven. *infucaverit.* Vulg. et Pall. *infuscaverit.* Infuscare est: diluere vinum, corrumpere. Cf. Cist. I, 1, 19. suppl. Philocomasium. *Si quid non recte fecerit aut meminerit.*

53. Libri et vulg. cum vett. *complexam.* Nostr. Both. ex Acidalio.

55. Vett. *vostrae intus domi.* — Vulg. *vostra int. domi.* Veneta: *Continuo inde sit neque ista haec domum vostram intus. Sc. Licet.* Patet v. *domum* ex praec. versu devenisse. *Licet* est assentientis, uti saepissime. V. ind.

Perqué tua genua.... *Pe.* Quíd obsecras me? *Sc.* Inscítiae
Meae ét stultitiae ignóscas. Nunc demúm scio,
Me fuísse excordem, coécum, incogitábilem:
Nam Phílocomasium eccam íntus. *Pe.* Quid nunc, fúrcifer?
Vidístin' ambas? *Sc.* Vídi. *Pe.* Herum exhibeás volo. 65
*Sc.* Meruísse equidem me máxumum fateór malum,
Et tuaé fecisse me hóspitae aio iniúriam;
Sed meam ésse herilem cóncubinam cénsui,
Quoi mé custodem herus áddidit Milés meus:
Nam e súmmo puteo símilior nunquám potis 70
Aqua aquái sumi, quam haéc est atque ista hóspita.
Et mé despexe ad té per impluviúm tuum
Fateór. *Pe.* Quidni fateáre, ego quod víderim?
*Sc.* Sed Phílocomasium mé vidisse cénsui.
*Pe.* Ratúsne me sic hóminem esse minumí preti, 75
Si ego mé sciente páterer, vicinó meo
Eam fíeri apud me tam ínsignite iniúriam?
*Sc.* Nunc démum a me insipiénter factum esse árbitror,
Quum rém cognosco; at nón malitiosé tamen
Feci. *Pe.* Ímo indigne: námque hominem servóm suos 80
Domitós habere opórtet oculos ét manus
Orátionemque. *Sc.* Égo nac si post húnc diem
Muttívero, etiam quód egomet certó sciam:
Dato éxcruciatum méd: ego me dedám tibi.
Nunc hóc mi ignoscas, quaéso. *Pe.* Vincam animúm meum, 85
Ne málitiose fáctum id esse abs te árbitrer.
Ignóscam tibi istuc. *Sc.* Át di tibi faciánt bene!
*Pe.* Nae tu hércle, si te dí amant, linguam cómprimes
Posthác; etiam illud, quód scies, nescíveris;
Ne víderis, quod víderis! *Sc.* Bene mé mones. 90
Ita fácere certum est. Séd satine oratús's? *Pe.* Abi. —
*Sc.* Numquíd nunc aliud mé vis? *Pe.* Ne me nóveris. —
*Sc.* Dedit híc mihi verba! Quám benigne grátiam

56. *Iam* i. e. q. mox, *gleich.*

61. *Quid obsecras me?* Argumento esse debet hic locus, v. *obsecro* ab initio et corripi interdum in Plauto. Cf. Poen. 5, 4, 35.

63. *incogitabilem*, i. e. incogitantem. Amat Plautus talia. Cf. Ep. 4, 2, 8. 36. Bacch. 4, 2, 3.

65. *Herum exhibeas*, i. e. evoces, producas, ut te apud eum accusem.

70. *e summo puteo*, h. e. ex superficie eius aquarum, ex suprema parte, unde hauritur. Cf. IV, 4, 14. As. 5, 2, 41. Men. 1, 1, 27. 1, 2, 56. Sic vett. et Ven. — Vulg. *ex uno puteo*, pro quo potius fuisset dicendum: *ex eodem p.* — Pall. *exumo.*

71. Vulg. et vett. *aqua aquae.* Nostr. Both. Lind.

75. Vulg. et Ven. *Ratusne me istic hominum esse omnium min. pr.* Vett. *Ratusne me sic hom.* — Non liquescit *hominem;* et *esse*, ut centies, est monosyllabum. *omnium* vulgatae ortum ex *hominem.*

76. Supplendum ante: qualis essem iudicandus, si etc.

82. Vulg. et vett. *egone?* Both. *Ego nunc.*

84. *me dedam.* Sic vett. — Vulg. *dedam me.* Nostr. Both. — *egomet* hic cdd. ignorant, qui habent *ego me dedam t.*

91. Vett. *certum est me. Satin' oratus abiit?* Vulg. *certum est. Sed satine oratus abis?* Nostr. ex coni.

93. Videlicet suspicatur Sc., Periplectomenem tam cito sibi ignovisse, ut domi maneret, donec miles venerit.

Fecit, ne iratus éssem! Scio, quam rém gerat:
Ut miles, quem extemplo á foro advenísit domum, 95
Domi cómprehendat. Úna hic et Palaéstrio
Hic habént venalem; sénsi, et iamdudúm scio.
Nunquam hércle ex ista nássa ego hodie escám petam:
Nam iam álique aufugiam et me óccultabo aliquót dies,
Dum hae cónsilescunt tárbae, atque irae léniunt. 100
Nam iám nunc satis et nímio plus merui mali. —
Verúm tamen, de me quídquid est, ibo hínc domum. —
*Pa.* Illic hínc abscessit. Sát edepol certó scio,
Occisam saepe sáepe plus multó suem,
Quum mánducatur, ne íd, quod vidit, víderit. 105
Nam illíus oculi atque aúres atque opínio
Transfúgere ad nos. Úsque adhuc actum ést probe.
Nimiúm festivam múlier operam praébuit.
Redeo ín senatum rársus: nam Palaéstrio
Domi núnc apud me, Scélodrus nunc autém foras: 110
Frequéns senatus póterit nunc habérier.
Ibo íntro: ne, dum absum, íllis sortitó fuam.

---

## ACTUS III. SCENA I.

*PALAESTRIO. PLEUSIDES. PERIPLECTOMENES.*

*Pa.* Cóhibete intra límen etiam vós parumper, Pleúsides.
Sinite me prius próspectare, ne úspiam insidiaé sint
Cóncilium quod habére volumus: nam ópus est nunc tutó loco,

96. *domi*, pariter atque hic, correptim legendum vide vs. 110. Asin. 1, 3, 84. Capt. prol. 21. Cas. 2, 3, 8. Cist. 2, 1, 2. Epid. 5, 1, 46. al. et item *domo* 2, 4, 23. Capt. prol. 18.

97. *venalem habere* i. e. q. ludificari. Cf. Stich. 2, 1, 18. Cas. 3, 2, 8.

100. *leniunt* pro *leniuntur*.

101. Vett. *Nam nunc satis et plus nimio merui mali.* Ven. *iam nunc.* Vulg. *Nam iam nunc*, reliqua ut vett. Both. et Lind. *Nam nunc satis pipulo impio merui* m. quia in libris sit *satis populo impio*. Cf. Aul. 3, 2, 32. Ego in vulg. acquiesco, transpositis tamen *plus nimio*.

105. Sic vulg. et Veneta, et vett. Comparat Scelodrum occiso, utpote quem deceperint. Sapit ergo iam, ut occisa sus melius sapit vivâ. Ceterum verba *ne id quod vidit viderit*, quae non de sue, sed Scelodro sunt capienda, Acidalius transponi iubet in v. 107 ad finem, et ea quae ibi leguntur: *Usque adhuc* etc. huc arcessi. Quod fecit Lindemannus. Mihi non videtur necesse esse. Sensus enim: Bene est; deceptus est probe Scelodrus et quasi occisus, ita ut rectius iam sapiat, ipseque credat, se non vidisse, quod vidit.

112. Veneta: *multifortio suam.* V. C. *multis sort. suam.* Decurt. *multi sortito.* Vulg. et vett. *illis sortito fuam.* Lamb. *illis sortitio fuat.* Lind. *illi sortiti fuant.* Acid. *illi in sortito sint.* Sensus: ne illi, dum absum, de me sortiantur. Nam *sortito* i. e. q. *sortitu.* Non vult, eos de se sortiri, cuius opinioni accedat, sed ipsum se praesentem sententiam ferre.

*Act. III. Sc. I.* Cavet primum Palaestrio, ne speculator adsit; dein utrumque evocat. Pleusides deprecatur apud Periplectomenem, quod ei negotia faciat propter amorem suum. Ille eum solatur, moresque suos aliorumque lepide describit. — v. 166. Deinde Pal. ab eo auxilium petit, et rogat, ut aliquam clientam suam ad se arcessat, quasi esset uxor eius; id autem eo consilio, ut fingat illi se amare militem, quo ille, spreta Philocomasio, cum illa rem habeat.

1. *etiam* i. e. q. adhuc. Vid. ind.

3. Restitui vulg. *consilium*, quae est

Únde inimicus né quis nostra spólia capiat aúribus:
[Nám bene consultúm consilium súrripitur saepíssume, 5
Sí minus cum cúra aut caute lócus loquendi léctus est:]
Nám bene consultum inconsultum est, si ínimicis sit úsui,
Néque potest, quin, si íd inimicis úsui est, obsít mihi:
Quíppe si rescíverint inimíci consiliúm tuum,
Tuópte tibi consílio occludunt línguam, et constringúnt manus, 10
Átque eadem, quae illís voluisti fácere tu, faciúnt tibi.
Séd speculabor, né quis aut hinc á laeva aut a déxtera
Nóstro consilió venator ádsit cum auritís plagis.
Stérilis hinc prospéctus usque ad últimam plateam ést probe.
Évocabo. Heus, Périplectomene et Pleúside, progrédimini! 15
*PE.* Écce nos tibi obédientis. *PA.* Fácile est imperium ín bonis.
Séd volo scire, eodém consilio, quód intus meditatí sumus,
Sí gerimus rem. *PE.* Mágis ad rem esse nón potest utíbilius.
*PA.* Ímo quid tibi? *PL.* Quódne vobis pláceat, displiceát mihi?
Quís homo sit magis méus quam tu es? *PE.* Lóquere lepide et cómmode. 20
*PA.* Pól ita decet hunc fácere. *PL.* At hoc me fácinus miserum mácerat,
Méumque cor corpúsque cruciat. *PE.* Quíd id est, quod cruciát? cedo.
*PL.* Mé tibi istuc aetátis homini fácinora puerília
Óbicere, neque té decora, néque tuis virtútibus;
Éaque expetere te ópibus summis méi honoris grátia, 25
Míhique amanti ire ópitulatum atque éa te facere fácinora,

attractio ad *quod*, pro dat. *consilio*, quem ipsum habent vett. Nostr. et Bothius.

4. Duo hic in vulg. et vett. leguntur versus, duplicem lectionem servantes, uti et alibi: *Unde inimicus ne quis nostris spolia capiat consiliis*, *Unde inimicus ne quis nostra spolia capiat auribus*. Bothius unum exhibet: *Unde inimicus ne quis nostras spolia capiat auribus*. Pro *Unde* legerim *Ut*. — Ceterum hic locus eiusmodi est, ut facile admiserit dilatationes et exaggerationes sententiae. Idque factum puto in sequentibus, ubi alii aliter versus ordinant. Vs. 5, 6, quos Acidalius hic collocari iussit et collocavit Bothius, vulg. et vett. habent demum post v. 8.

5. In vett. deest *consilium*, quod addit B. — Vulg. *Nam bonum consilium surrip. s.*

6. Vulg. *Si minus cum cura aut cate l. l. l. e.* Vett. et Ven. cum Decurt. *Si minus cum cura aut catalogo loquendi lectum id est.* V. C. *cate locos.* Both. *Si minus cum cura aut κατὰ λόγον locus l. l. e.* Pro *cate* legerim *caute*, uti II, 5, 1. *lauta* pro *lata*. Non credibile autem est, Plautum duos versus ab iisdem esse exorsum: *Nam bene consultum.*

11. *tu* addidit Both., quod abest in vulg. et vett.

17. *intus* nota hic corripi ab initio, uti *inter* quibusdam in locis correptim proferendum.

18. *Si gerimus rem*, i. e. an rem simus gesturi. Nam *si* pro *an* saepissime. Cf. Cas. 3, 4, 1. Curc. 2, 3, 20. Merc. 5, 2, 100. 1, 2, 47. V. ind. — *utibilis* adiect. v. Men. 5, 6, 20. Most. 4, 1, 3. Trin. 3, 3, 20. Merc. 5, 4, 45.

19. *Imo quid tibi?* sc. videtur. Videlicet ad Pleusidem haec conversus ait; quamquam aposiopesi valde dura.

20. Verba: *Quis homo — quam tu es*, ieiuna et inepta quivis videt esse, praesertim quum praecedat pluralis *vobis*, sequatur singularis, *quis homo*. Itaque Lamb. *PE. Quis homo scit magis unquam, quam tu, loquier lepide et commode?*

21. *hunc*, Periplectomenem.

25. Vulg. *Ea te expetere.* Vett. *Eaque exp. te.* — Pro vulg. *honoris* vett.

Quae ístaec aetas fúgere facta mágis, quam sectarí solet.
Eám pudet me tibi ín senecta obíicere sollicitúdinem.
*Pe.* Nóvo modo tu, homo, amás; si quidem te quídquam, quod faxís, pudet,
Níhil amas; umbra és amantum mágis, quam amator, Pleúsides. 30
*Pl.* Hánccine me aetatem éxercere méi amoris grátia!
*Pe.* Quíd ais tu? itane tíbi ego videor óppido Acherúnticus?
Tám capularis, támne tibi diu vídeor vitam vívere?
Nam équidem haud sum annos nátus praeter quínquaginta et quátuor;
Cláre oculis videó, pernix sum mánibus, sum pedes móbilis. 35
*Pa.* Si álbus capillis híc videtur, neútiquam ibi ingenio ést senex;
Ínest in hoc amússitata súa sibi ingenua índoles.
*Pl.* Pól id quidem experiór ita esse, ut praédicas, Palaéstrio:
Nám benignitás quidem huius óppido ut adulescéntuli est.
*Pe.* Ímo, hospes, magis quúm periclum fácies, magis noscés meam 40
Cómitatem ergá te amantem. *Pl.* Quíd opus nota nóscere?
*Pe.* Út apud te exemplum éxperiundi hábeas, ne petás foris.
Nám qui ipse haud amávit, aegre amántis ingenium ínspicit;
Át ego amoris áliquantum habeo humórisque etiam in córpore,
Néque dum exarui éx amoenis rébus et voluptáriis. 45
Vél cavillatór facetus, vél conviva cómmodus
Ítem ero, neque ego unquam óblocutor sum álteri in convívio:
Íncommoditate ábstinere me ápud convivas cómmode
Cómmemini, et meae orátionis iústam partem pérsequi,
Ét meam partem itidém tacere, quum áliena est orátio. 50
Mínume sputatór, screator, sum, ítidem minume múccidus:
Póst Ephesi sum nátus; non in Ápulis, non Ánimulae.
*Pl.* Ó lepidum semísenem, si, quas mémorat, virtutés habet,
Átque equidem plane éducatum in nútricatu Vénerio!
*Pe.* Plús dabo, quam praédicabo, ex mé venustatís tibi. 55
Néque ego ad mensam públicas res clámo neque legés crepo,

*amoris.* — Vulg. *te* ante *ex opibus.* Opibus summis est: summa contentione. — *expetere*, experiri.

31. Et vulg. et vett. *me* ante *mei* collocant.

36. Vulg. et vett. *capillus.* Both. *albicapillus.* — *ibi* deest in vett. — *neutiquam* correptim v. Capt. 3, 4, 54. Merc. 3, 4. 14. Poen. 1, 1, 71.

37. Nonius Festusque legerunt *emussitata*, uti habet Veneta; explicant tamen: ad amussim examinata. V. Non. v. *Examussim.* Vulg. *amussitata.* *Mss.* *emusitata.*

39. Vulg. et vett. *oppido ut ad.* Both. et Lind. omittunt *ut.* Idem deest in Pall. et in Veneta, quae nec *est* habet.

40. *magis quum.* Cf. Bacch. 5, 1, 5. Vid. ind.

44. Vulg. et vett. *meo etiam.* Etiam i. e. q. adhuc. — *At ego* dedi ex Lamb. pro *Et ego*, quod vulg. et vett. — Both. *Sed ego.*

52. Vulg. et vett. *non in Apulis non sum in Umbria.* *Mss.* *non enim in apulis, non suminimula.* Festus: Animula, urbs parvarum opum in Apulia. Nostr. Both. ex Sciopp.

53. Vulg. *senicem.* vett. *senem.* V. C. *semine.* Dec. *senis semine.* Nostr. Both. ex certis codd. vestigiis, qui habent *semi semne* aut *semiseneum.*

54. Vulg. et vett. *eductum.*

56. Hunc versum debemus Servio et Festo in v. Vesperna. Nam in libris mptis non legitur, neque in vett. — Habet vulg.

Néque alienum ego únquam scortum súbigito in convívio;
Néque praeripio púlpamentum, néque praevorto póculum,
Néque per vinum unquam éx me exoritur díssidium in convívio.
Sí quis ibi est odiósus, abeo dómum, sermonem ségrego; 60
Vénerem, amorem, amoénitatemque áccubans exérceo.
*Pl.* Ét quidem edepol ómnes mores ád venustatem iúgiter!
Cédo tris mi homines aúrichalco cóntra cum istis móribus!
*Pa.* Át quidem, illuc aetátis qui sit, nón invenies álterum
Lépidiorem ad omnés res, nec, qui amíco amicus sít magis. 65
*Pe.* Túte me ut fateáre faciam esse ádulescentem móribus:
Íta apud omnes cómparebo tíbi res benefactís frequens.
Ópusne erit tibi ádvocato trísti, iracundo? écce me.
Ópusne leni? léniorem díces, quam mutum ést mare;
Líquidiusculúsque ero, quam véntus est Favónius. 70
Vél hilarissumúm convivam hinc índidem expromám tibi,
Vél primariúm parasitum atque ópsonatorem óptumum;
Tum ád saltandum nón cinaedus málacus aeque est átque ego.
*Pa.* Quíd ad illas artís optassis, si óptio eveniát tibi?
*Pl.* Húius pro meritís út referri páriter possit grátia, 75
Tibique, quibus nunc me ésse experior súmmae solicitúdini.
Át tibi tanto súmtui esse, míhi molestum est. *Pe.* Mórus es:
Nam ín mala uxore átque inimico sí quid sumas, súmtus est;
In bono hospite átque amico quaéstus est, quod súmitur;
Ét quod in divínis rebus súmas, sapientí lucro est. 80
Deùm virtute tránseuntem accípere apud me, est cómitas.
És, bibe, animo obséquere mecum, atque ónera te hilaritúdine!
Líberae sunt aédes, liber sum aútem ego: uti volo líbere.
Nám mihi, deum virtúte dicam, própter divitiás datas
Lícuit uxorém dotatam génere summo dúcere; 85
Séd nolo mihi oblátratricem in aédis intromíttere.

57. *subigito*, tracto, manibus contrecto, blandior. Merc. I, 2, 93.

62. Vett. et Ven. *Et quidem e. omnis mores ad venust. iugiter*, Periplectomeni continuata. — Vulg. *Tui q. e. omnes meres ad v. valent.* V. C. *vacet.* Dec. *vicet.* Vocis *venustas* priores syllabae correptim pronunciandae.

63. *aurichalco contra.* Cf. Curc. I, 3, 45. Ep. 3, 3, 30. Sensus: ut eos aurichalco emam. Vett. *contra aurichalco emptos c. i. m.*

65. *omnés.* Sic saepius *omnis* legendum occurrit. Cf. Cist. V, 1. Aul. 4, 1, 20. Trin. 1, 2, 41. III, 1, 20. Pers. 5, 1, 8. Rud. 1, 1, 5. V, 1, 5. Pseud. 5, 1, 12. — *amico amicus* scripsi pro vulg. *amicus amico.*

68. Vett. et hic et vs. sq. *Opus*, omisso *ne.*

73. *malacus aeque est atque ego.* Hanc l. Pithoeus invenit in vet. ex. Nonii. Nam antea legebatur hic: *magis usquam saltat, quam ego.* uti habent vett. — Nostr. vulg.

74. Haec ad Pleusidem.

75. *ut possit referri*, sc. unum hoc exoptem.

76. *tibique*, Palaestrioni.

77. *At tibi*, ad Periplectomenem conversus. — *morus*, stultus. V. ind.

81. Citat hunc vs. Nonius, lectione vett. *Deum virtute transeuntem hospitio accipi apud me est comitas.* Eodem modo Ven. nisi quod *euntem* omisso *trans.* Vulg. *Deum virtute ut tr. h. accipiam, apud me est comitas.* Codd. *ut euntem — accipere.* Ego sensum hunc esse reor: est mihi comitas, ut eum apud me accipiam (hospitio) qui, diis sic iubentibus, apud me transit. Atque sic quodammodo cohaeret cum praec. vs. — Patet *hospitio* scholion esse ad v. *accipere.*

83. *autem* correptim legendum. Cf. Amph. prol. 36. Merc. 2, 3, 84. Stich.

*Pl.* Cúr non vis? nam prócreare líberos lepidum ést opus.
*Pe.* Hércle vero: vérum liberum ésse, id multo est lépidius.
*Pa.* Tú homo et alterí sapienter pótis es consulere, ét tibi.
*Pe.* Nám bona uxor (si éa quidem dedúcta est usquam géntium:) 90
Úbi ea possit ínveniri? Vérum egon' eam ducám domum,
Quaé mihi nunquam hoc dícat: Eme, mi vír, lanam, unde tibi pállium
Málacum et calidum cónficiatur, túnicaeque hibernaé bonae,
Ne álgeas hac híeme; hoc nunquam vérbum ex uxore aúdias;
Vérum, priusquam gálli cantent, quaé me somno súscitet; 95
Dícat: Da, mi vír, Calendis méam quod matrem iúverit;
Dá, qui farcit; dá, qui condit; dá, quod dem Quinquátribus
Praécantrici, cóniectrici, hériolae atque harúspicae.
Flágitium est, si níhil mittetur, quó supercilió spicit.
Túm piatricém clementer nón potest quin múnerem. 100
Iámpridem, quia níhil abstulerit, súccenset ceária.
Tum óbstetrix expóstulavit mécum, sibi missúm parum.
Quid? nutrici nón missurus quídquam, quae vernás alit?
Haéc atque huius símilia alia dámna multa múlierum
Me úxore prohibént, mihi quae huius símilis sermonés serat. 105
*Pa.* Dí tibi propitií sunt hercle: nám si semel amíseris
Líbertatem, haud fácile te in eum rúrsum restituës locum.
*Pl.* Át illa laus est, mágno in genere et ín divitiis máxumis
Líberos hominem éducare, géneri monumentum, ét sibi.
*Pe.* Quándo habeo multós cognatos, quíd opus sit mihi líberis? 110
Núnc bene vivo et fórtunate atque, út volo, atque, animo út lubet;
Meá bona morte meá cognatis dícam, inter eos pártiam.
Ílli apud me edúnt; me curant; vísunt, quid agam, ecquíd velim.

1, 3, 59. — Vulg. et vett. *me uti volo libere.*

87. Vulg. et vett. *onus.* Both. *opus.*

88. Vulg. *Hercle vero liberum esse, id m.* Quibus addidere Both. et Lind. *me* post *esse.* Unice veram lectionem praebent vett. *Hercle vero verum lib.*

90. Sic vett. — In vulg. et Pall. deest *quidem.* Sensus: si usquam quisquam in matrimonium duxit bonam uxorem. Both. *deductu est.*

91. Vulg. et vett. et Pall. *Ubi eam possim invenire?* Alii boni codd. *Ubi ea possit inveniri?* Atque sic Veneta. Al. *potest.*

92. Vett. et vulg. *tibi*, quod omittit Both. — *unde* monosyllabum, ut saepe. Vide ind.

96. Vett. *da mi vir Calendis quae mittam quom Martiae venerint.* Nam Calendis Martiis agebantur Matronalia. Ov. Fast. III, 170. — Vulg. *Da mihi.*

97. Vett. *Da qui faciat condiatque.* Vulg. *Da qui farciat, da qui condiat.* Sensus: praebe mihi quod dem fartori, et ei qui condit cibos. Nostr. Both. Lind.

98. Sic vett. — Vulg. B. L. *Praecantatrici.* Cum vett. standum propter rhythmum, nisi malis cum Veneta: *Percantatrici et lectrici.*

99. Hunc vs. Both. collocat post v. 103. — *quo supercilio spicit.* Constr. Flagitium est, quo supercilio spicit, si nihil mittetur.

100. *piatricem.* Sic vulg. — Vett. *patritam.* Piatrix ab expiando dicta saga. *clementer* intelligo: aliquantum.

102. *ceraria.* Sic vulg. — Vett. *geraria.* Veneta: *celaria.*

106. Vulg. et vett. addunt *istam* post *si*, et seq. vs. pro *eum* habent *eundem.* Nostr. Lind.

108. Vett. *magna.*

110. Vett. *fit* pro *sit.*

111. Ante hunc vs. Bothius collocat vs. 115. *Eos pro l. etc.*

112. Vulg. *Mea bona mea morte.* uti et vett.

Priúsquam lucet, ádsunt; rogitant, nóctu ut somnum céperim.
Eós pro liberís habebo. Quín mihi mittunt múnera. 115
Sácrificant?. dant índe partem míhi maiorem, quám sibi;
Ábducunt ad éxta; me ad se ad prándium, ad coenám vocant.
Ílle miserrumúm se retur, mínumum qui misít mihi.
Ílli inter se cértant donis; égo haec mecum mússito:
Bóna mea inhiánt, certatim míttunt dona et múnera. 120
*Pa.* Nímis bona ratióne, nimiumque ád te et tua multúm vides.
Ét tibi sunt gemini ét trigemini, sí te bene habes, fílii.
*Pe.* Pól, si habuissem, sátis cepissem míseriarum líberis.
Cóntinuo excruciárer animi. Sín forte fuissét febris,
Cénserem emorí; cecidissetne ébrius aut de equo úspiam, 125
Métuerem, ne ibi défregisset crúra aut cervicés sibi.
[Túm ne uxor mihi ínsignitos púeros pariat póstea,
Aút varum, aut valgum, aút compernem, aut paétum, aut broncum filium.]
*Pa.* Huíc homini dignum ést divitias ésse et diu vítám dari,
Qui ét rem servat, ét qui bene habet, suísque amicis ést volup.
*Pe.* Ó lepidum caput! Íta me di deaéque ament, aequóm fuit,
Deós paravisse, úno exemplo ne ómnes vitam víverent, 130
Sícut merci prétium statui, pró virtute ut véneat,
Quae ímproba est, pro mércis vitio dóminum pretio paúperet:
Ítidem divos dispertisse vítam humanam aequóm fuit;
Quí lepide ingeniátus esset, vítam longinquám darent:
Qui ímprobi essent ét scelesti, iis ádimerent animám cito. 135
Si hóc paravissént, et homines éssent minus multí mali,
Ét minus audactér scelesta fácerent facta; et póstea,
Quí probi homines éssent, esset hís annona vílior.
*Pe.* Quí deûm consília culpet, stúltus inscitúsque sit,
Quíque eos vituperét. Nunc iam istis rébus desistí decet: 140
Nánc volo opsonáre, ut, hospes, tuá te ex virtute ét mea
Méae domi accipiám benigne lépide et lepidis víctibus.
*Pe.* Níl me poenitét, iam quanto súmtui fuerím tibi.

117. Vett. *adducunt.*

119. Vett. omittunt *haec*, quod habet vulg. — Both. *egomet.*

120. Vulg. et vett. *inhiant: cert. dona mittunt et m.* Fortasse l. *inhietant.*

121. Vett. *Nimiumque aperta tu multum v.* Vulg. *n. ad te et tua tu multum v.*

124. Hic vs. non legitur in vulg. neque vett.; accessit ex Ambrosiano Mali.

125. *cecidissetne.* Interrogativa format conditionem, ut v. 68, 69.

126. Qui post hunc sequuntur inclusi, e Festo in vulg. et vett. sunt adducti, qui eos citat tamquam e Scytha liturgo, quae separata fuit fabula Plauti. Non leguntur in codd.

128. Sic vulg. — Vett. *suisque amicis vult bene.*

130. Hoc vult: Aequum fuisset, si dii ita instituissent, ut homines lepide ingeniati longinquam vitam viverent, improbi autem tristesque brevem.

131. *statui.* Vett. *stat.* — *pro virtute*, l. e. pro dignitate. — *sicut merci pr. statui* sc. aequum fuisset, ut bona pro merito veneat, improba vilissimo, quo dominus mercis improbae pauper evaderet. Comparatio est.

134. Vett. *ingenuatus.*

136. *et* deest in vulg. et vett.; habent B. L.

140. *istis rebus des. decet.* Quasi dicat: Sed satis de his.

143. *Nil me poenitet*, h. e. satis iam habeo, nec plura te volo mea causa impendere. Nam *poenitet* est: non satis

Túam esse uxorem. Ita praécipiendum est. *Pe.* Érro, quam insistás viam.
*Pa.* Át scietis. Séd ecqua ancilla est illi? *Pe.* Est primé cata.
*Pa.* Eá quoque opus est! Íta praecipito múlieri atque ancillulae,
Út simulet, se túam esse uxorem, et déperire hunc mílitem;
Quásique hunc anulúm faveae suae déderit, ea porró mihi, 200
Míliti ut darém; quasique ego reí sim interpres. *Pe.* Aúdio:
Né me surdum vérbera. *Pa.* Tu si aúdis, ego rectá dabo
Míliti; a tuá mi uxore dícam delatum ét datum,
Út sese ad eum cónciliarem. Ille éiusmodi est: cupiét miser.
Quín, nisi adulterió, studiosus réi nullae aliae est, ímprobus. 205
*Pe.* Nón potuit reperíre, si ipsi Sóli quaerundás dares,
Lépidiores dúas ad hanc rem, quam égo dabo. Habe animúm bonum.
*Pa.* Érgo accurato ét properato. — Núnc tu ausculta, Pleúsides.
*Pl.* Tíbi sum obediéns. *Pa.* Hoc facito. Míles domum ubi advénerit,
Mémineris, ne Phílocomasium nómines. *Pl.* Quam nóminem? 210
*Pa.* Glýceram. *Pl.* Nempe eandém, quae dudum cónstitúta est. *Pa.* Páx! abi.
*Pl.* Méminero. Sed quíd meminisse id réfert hanc ad rém tamen?
*Pa.* Égo enim dicam túm, quando usus póscet: intereá tace.
Út nunc etiam hic ágit, actutum pártis defendás tuas.
*Pl.* Égo eo intro igitur. *Pa.* I ét, praecepta sóbrie ut curés, face. 215

---

196. *erro*, nescio. V. ind.

197. Vett. et Ven. *Primita*. Vulg. *Est primaria*. *Mss. est primicata*. Nostr. B. et L.

200. *faveae*. Sic vulg. — Vett. *animo suae ancillae*. Veneta: *famescae ancillae*. Favea est παιδίσκη, uti expl. Glossaria. Ceterum *faveae* ex apertis codd. vestigiis recte videtur scribi.

202. *Ne me surdum verbera*, noli me tamquam surdum saepius obtundere. Cf. Truc. 1, 2, 19. *Me illis quidem haec verbis verberat*. — *Tu si audis*, sc. et consentis, ut anulum tuum militi dem. — Vulg. et Pall. *ego recte meis dabo*. Vett. *recte militi dabo*. — *recta* B. L.

204. *cupiet*, sc. cum ea rem habere.

205. Vett. *Quin*. Vulg. *Qui*. Quod B. L.

206. *Non potuit* sc Sol.

207. *quam ego dabo*. Sic perbene vett. — In vulg. et Pall. abest *dabo*, quo et ad versum et ad sensum opus. Ignorant Both. et Lind. Facile autem exciderit ob seq. *habe*.

208. Abieci *opus est*, quod et vulg. et vett. habent post *properato*. Sunt enim imperativi. — Pall. *Ergo ad curas et properas opust*.

211. *pax*, interlectio silentium imponentis. Cf. Pseud. 5, 1, 33.

214. *Ut nunc etiam hic agit*, sc. Periplectomenes, qui versu iam 207. intro lit, ut partes suas agat, licet non amplius in scena sit. *etiam* enim est: adhuc: pergit agere. Sic tu quoque tuas. Agit autem partes suas Periplectomenes puellas accersendo, quas adducit scena 3. Idem tamen v. 111. opsonatum erat abiturus, unde longa illa tractatio 141—167, cuius tamen hic ratio plane nulla habetur; quod poeticum vitium Plautus certe non admisisset.

Út hic eam abducát, abeatque. *PE.* Dári istanc rationém volo.
*PA.* Át ego mi anulúm dari istum tuúm volo. *PE.* Quam ad rem úsui est?
*PA.* Quándo habebo, igitúr rationem meárum fabricarúm dabo. 175
*PE.* Útere; accipe. *PA.* Áccipe a me rúrsum rationém doli,
Quam ínstitui. *PL.* Ambo pérpurgatis tíbi operam damus aúribus.
*PA.* Hérus meus ita mágnus moechus múlierum est, ut néminem
Fuísse adaeque néque futurum crédam. *PE.* Credo ego istúc item.
*PA.* Ítaque Alexandrí praestare praédicat formám suam; 180
Ítaque omnis se ultró sectari in Épheso memorat múlieres....
*PE.* Édepol quid te de ístoc multa? Scío te non mentírier,
Séd ego, ita esse, ut dícis, teneo púlcre: proin, Palaéstrio,
Quám potes, tam vérba confer máxume ad compéndium.
*PA.* Écquam tu potés reperire fórma lepida múlierem, 185
Quoí fallaciárum cor corpúsque sit plenum ét doli?
*PE.* Íngenuamne, an líbertinam? *PA.* Aequi ístuc facio, dúmmodo
Cám des, quae sit quaéstuosa, quaé alat corpus córpore,
Quoíque sapiat péctus: nam cor nón potest; quod núlla habet.
*PE.* Laútam vis, an, quaé nondum sit laúta? *PA.* Siccam, súccidam, 190
Quám lepidissumám potes, quamque ádulescentem máxume.
*PE.* Hábeo eccillam méam clientam, méretricem adulescéntulam.
Séd quid ea usus ést? *PA.* Ut ad ted éam iam deducás domum,
Útique eam huc ornátam adducas ín matronarúm modum:
Cápite comto; crínes vittasque hábeat, adsimulétque, se 195

177. Fortasse leg. *Quam institivi.* 2. *Perpurgatis tibi operam damus auribus*, omisso *ambo*. Vett. *perpurgatis ambo damnas tibi operam auribus.* Vulg. *perp. ambo damus t. o. a.*

182. Vett. *Edepol quid de isto multa? Scio te non mentirier.* Vulg. *Edepol quin te de istoc multi cupiunt non mentirier*, quod habet Bothius, ducta lineola ante *non*. Verum tamen mihi certe id videtur nullum idoneum habere sensum. Qui enim sunt illi *multi?* Deinde nihil mentitus est. Ut non dubitaverim l. vett. recipere. Suppl. *opus est loqui?* Similiter fere Lind.

186. Vett. *fallaciarum*. Vulg. *faceciarum*. Pall. *fatiarum*.

187. Vulg. *aeque*. Pall. *atque*. Vett. *arvi*. Nostr. Both.

189. *quod nulla habet.* Cor mulieres non habere, solennis apud Plautum locus, redit Cist. I, 1, 67.

190. *lauta*, metaphora a lana desumta, cuius haec est differentia, ut alia sit lota, alia succida, h. e. recens, et lota, et succi plena. Sic Varro de re rust. cap. 11. *Tonsurae tempus inter aequinoctium vernum et solstitium, cum sudare inceperunt oves, a quo sudore recens lana tonsa succida appellata est.* Similiter Ulpianus Digest. Lib. XXXII. de legatis III. *Lanae appellationem eatenus extendi placet, quatenus ad pelam pervenit: et sciendum est, succidam quoque contineri, et lotam, si modo tincta non sit.* Porro Celsus V, cap. 26. *Lanae succidae supervacuus usus est: lota melius circumdatur.* Denique Iuvenal. V, 24. *Vinum, quod succida volit Lana pati.* Ut non sit dubium intelligi sub lauta mulierem iam grandiusculam, et saepe iam virum expertam, sub succida autem, teneram et adolescentulam. Lindemannus, Gronovium secutus, falso ait extra dubium esse, lautam dici quae Lucinam experta sit, allato loco Amph. 2, 2, 45 et Ter. Andr. 3, 2, 3. Quasi non aliis etiam temporibus laverint mulieres. Praeterea a lana et ovibus et a tondendo metaphora solemnis ad rem amatoriam. Cf. Bacch. scena ult. et Merc. 3, 1, 22 sqq. Truc. IV, 2, 64.

192. *eccillam*, quasi posset adspici; quemadmodum saepius absentes tamquam praesentes considerantur. Cf. Aul. 4, 10, 55. Pers. 2, 2, 65. III, 1, 64. Merc. 3, 1, 26. Stich. 4, 1, 30.

194. Vulg. et vett. *matronarum modo.* Nostr. Both. et Lind. praeeunte Acidalio.

Atque, út tu scire póssis, edicó tibi:
Si fálsa dixis, Lúcrio excruciábere!
*Lu.* Ita véro? ut tu ipse mé dixisse délices, 30
Posteá sagina ego éiciar cellária,
Ut tíbi, si promtes, álium suppromúm pares?
*Pa.* Non édepol faciam: age, éloquere audactér mihi.
*Lu.* Nunquam édepol vídi prómere; verum hóc erat:
Mihi ímperabat; égo promebam póstea. 35
*Pa.* Hui, íllic crebro cápite sistebánt cadi!
*Lu.* Non hércle tam istic válide casabánt cadi,
Sed in célla est paullulúm nimis loculi lúbrici:
Ibi erát bilibris aquális, hic proptér cados;
Ea saépe decies cómplebatur dé die. 40
Eam plénam atque inánem fieri máxumam
Vidi; úbi hama bacchabátur, casabánt cadi.
*Pa.* Abi, abi íntro iam. Vos ín cella vinária
Bacchánal facitis: iam hércle ego herum adducam á foro. —
*Lu.* Perii, éxcruciabit mé herus, domum si vénerit, 45
Quom haec fácta scibit, quía sibi non díxerim.
Fugiam hércle aliquo, atque hoc ín diem extollám malum.
Ne díxeritis, óbsecro, huic, vostrám fidem.

27. Vett. et Pareus: *unquam*. Vulg. *sunquam*.

28. *ut tu scire possis, damit du dich darnach richten kannst.* Sic saepe: *ut scias*. Cf. Stich. 5, 4, 17. Curc. 5, 3, 37. IV, 3, 1. Asin. I, 1, 13. III, 3, 140. Aul. 1, 3, 35. 36. etc. Cf. Indicem. Similiter Eurip. Andr. 589. ubi Menelaus: *ψαῦσον δ', ἵν' εἰδῇς, καὶ πέλας πρόςελθέ μου.*

29. Vulg. *dixis, cocio excruciabere.* Vett. *loris excruciabere.* Both. *nae otio excr.* quod et Lind. qui int. *du sollst mit Musse gezüchtigt werden.* Quod nihil. — Codd. *vocio*, al. *nocio.* Vox *cocio* occurrit Asin. I, 3, 51. Mihi praeplacet Gronovii *Lucrio*, quod recepi. In Veneta plane deest eiusmodi vox.

30. *delices* i. e. q. prodas, indices, ut expl. Nonius, et Glossarium Papiae. Vett. *dictites.* Nostr. vulg.

32. *si promtes*, h. e. si promus factus fueris. Cf. Pseud. 2, 2, 93. Bacch. 3, 3, 61. Sic autem scripsit Both. ex codd. vestigiis. Nam vulg. et vett. *qui promat.*

33. *cloquere.* Sic Both. — Vulg. vett. *loquere.*

34. *promere*, sc. ipsum Sceledrum. *e* finale inf. producendum, uti Rud. 1, 4, 25. Pseud. 1, 3, 135. Poen. 5, 4, 109. Merc. 1, 2, 15. Asin. 2, 4, 14. 36. Pers. 4, 3, 16. *verum hoc erat*, ita potius res fiebat: iubebat ille me promere; itaque feci, postquam iusserat.

36. Vett. *Huic illecebroso c.* Vulg. *Hui! illecebrose!* Nostr. ex coni. — Vulg. *capite sistebas cadum.* ut et vett. Nostr. Both. Sensus: hui! illic saepe cados puto inclinatos esse, procubuisse! sc. dum vos bibebatis. *capite sistere* i. e. q. procidere. Cf. Curc. 2, 3, 8. Capt. 4, 2, 13.

37. In sequentibus hoc vult: Noli existimare, toties cados nobis motos fuisse, quoties biberimus. Erat potius aqualis; eum complebamus vino et bibebamus. Cadi igitur non nisi cum aqualis complebatur, casabant. Vulg. et vett. *Non h. tam istoc valide casabant* (vett. *quassabant*) *cadi. Sed in cella est paullum* etc. Mspti *erit*, al. *erat.* Ceterum versus laborat, nisi legeris *paullulúm*, uti saepe reponendum.

40. *de* deest in libris. Habent Both. L.

41. Sic hunc vs. habet vulgata. Sequentem sic: *Vidi. bacchabatur hama, casabant cadi.* Pro *hama* vett. *aris*, uti et cod. Lips. *Ubi* legitur in Pal. et edd. antt. Bothius: *Pa. Eam plenam atque inanem fieri? Lu. Maxume. Ubi bacchabatur aula, casabant cadi.* Videlicet *aula* pro codd. *auia.*

42. *hama* in Poenulo produci videtur 5, 5, 34, nisi forte ibi ellisio omittenda.

47. *extollam*, i. e. protollam, i. e. procastinabo, prorogabo. Cf. Cas. 2, 8, 11. Poen. 2, 52.

48. *huic*, Palaestrioni.

# ACTUS III. SCENA II.

*PALAESTRIO. LUCRIO.*

*Pa.* Quantás rés turbo! quántas moveo máchinas!
Erípiam ego hodie cóncubinam míliti,
Si cénturiati béne sunt maniplarés mei.
Sed illúm vocabo. Heus, Scéledre, nisi negótium,
Progrédere ante aedis: té vocat Palaéstrio. 5
*Lu.* Non óperae est Sceledro. *Pa.* Quíd iam? *Lu.* Sorbet dórmiens.
*Pa.* Quid? sórbet? *Lu.* Illud, stértit, volui dícere;
Sed quía consimile est, quód stertas, quasi sórbeas.
*Pa.* Eho, an dórmit Sceledrus íntus? *Lu.* Non nasó quidem:
Nam eo mágnum clamat. Tétigit calicem clánculum: 10
Demísit nardini ámphoram cellárius.
*Pa.* Eho, tú sceleste, qui ílli suppromús's, eho!
*Lu.* Quid vís? *Pa.* Qui lubitum est ílli condormíscere?
*Lu.* Oculís, opinor. *Pa.* Nón te istuc rogitó, scelus.
Procéde huc: periistí iam, nisi verúm scio. 15
Promísti tu illi vínum? *Lu.* Non promsí. *Pa.* Negas?
*Lu.* Nego hércle vero: nam ílle me vetuit dícere.
Neque équidem heminas ócto expromsi in úrceum,
Neque ílle hic calidum éxbibit in prándium.
*Pa.* Neque tú bibisti? *Lu.* Dí me perdant, sí bibi, 20
Si bíbere potui. *Pa.* Quí iam? *Lu.* Quia enim obsórbui:
Nam nímis calebat, ámburebat gútturem.
*Pa.* Alii ébrii sunt, álii poscam pótitant!
Bonó suppromo et prómo cellam créditam!
*Lu.* Tu hercle ídem faceres, sí tibi esset crédita. 25
Quoniam aémulari nón licet, nunc ínvides.
*Pa.* Eho, an únquam promsit ántehac? respondé, scelus!

*Act. III. Sc. II.* Lucrio puer, missus aliquo a Philocomasio, prodit; ex quo comperit Palaestrio, Sceledrum intus bene potum obdormisse. Scena admodum energica et classica.

5. Praefero Ven. et vett. *vocat* vulgatae: *voco*, quam habet Both. et Lind. — V. C. *voca*. Decurt. *voco*.

6. *Non operae est*, i. e. non vacat, ut supra II, 2, 99. Truc. 4, 4, 30. Pseud. 1, 3, 157. Merc. 1, 1, 14. II, 2, 15. — *Quid iam?* i. e. quare?

7. *Illud, stertit, volui dicere.* Correctionis formula solennis. Cf. Cas. III, 5, 55, 82.

8. *quod stertas.* Sic vett. et vulg. Falso emendavit Acidalius: *quum stertas*, quod et Both. Nam *quod* est conditionale, ut Aul. I, 3, 25. *Quod quispiam ignem quaerat, wenn iemand sollte Feuer suchen.* Cf. Ep. V, 1, 32. Curc. I, 3, 37. Deest autem post *sorbeas* apodosis: ideo dixi eum sorbere.

11. Et vett. et vulg. addunt *vini* post *nardini*. — V. C. *dormis ita arclimi-namphoram c.* Decurt. *Domi sitam ardiminamphoram c.* — *cellarius* est ipse Sceledrus, qui amphoram demisit in suum ventriculum. Alii int. depromsit, i. e. attulit e cella vinaria.

17. *me* abest in vett.

18. Per negationem profert rem, quia vetitum dicere. Verum enim erat: ego octo ei heminas in urceum expromsi, ille autem calidum inde vinum in prandio ebibit. — *ille hic.* Sic vulg. et vett. — Both. Lind. *illic.*

23. *Alii ebrii sunt, alii poscam potitant*, h. e. interim dum ego et alii conservi poscam potitamus, vos vino potando ebrii estis. *posca* a potu descendit, ut *esca* ab esu. Est autem vilius vini genus.

25. *idem* masculinum. Non transponendum igitur. Sensus: tu ipse quoque.

Atque, út tu scire póssis, edicó tibi:
Si fálsa dixis, Lúcrio excruciábere!
*Lu.* Ita véro? ut tu ipse mé dixisse délices, 30
Posteá sagina ego éiciar cellária,
Ut tíbi, si promtes, álium suppromúm pares?
*Pa.* Non édepol faciam: age, éloquere audactér mihi.
*Lu.* Nunquam édepol vidi prómere; verum hóc erat:
Mihi ímperabat; égo promebam póstea. 35
*Pa.* Hui, íllic crebro cápite sistebánt cadi!
*Lu.* Non hércle tam istic válide casabánt cadi,
Sed in célla est paullulúm nimis loculi lúbrici:
Ibi erát bilibris aquális, hic proptér cados;
Ea saépe decies cómplebatur dé die. 40
Eam plénam atque inánem fieri máxumam
Vidi; úbi hama bacchabátur, casabánt cadi.
*Pa.* Abi, abi íntro iam. Vos ín cella vinária
Bacchánal facitis: iam hércle ego herum adducam á foro. —
*Lu.* Perii, éxcruciabit mé herus, domum si vénerit, 45
Quom haec fácta scibit, quía sibi non díxerim.
Fugiam hércle aliquo, atque hoc ín diem extollám malum.
Ne díxeritis, óbsecro, huic, vostrám fidem.

27. Vett. et Pareus: *unquam*. Vulg. *nunquam*.

28. *ut tu scire possis*, *damit du dich darnach richten kannst*. Sic saepe: *ut scias*. Cf. Stich. 5, 4, 17. Curc. 5, 3, 37. IV, 3, 1. Asin. I, 1, 13. III, 3, 140. Aul. 1, 3, 35. 36. etc. Cf. Indicem. Similiter Eurip. Andr. 589. ubi Menelaus: *ψαῦσον δ', ἵν' εἰδῇς, καὶ πέλας πρόσελθέ μου.*

29. Vulg. *dixis*, *cocio excruciabere*. Vett. *loris excruciabere*. Both. *nae otio excr.* quod et Lind. qui int. *du sollst mit Musse gezüchtigt werden*. Quod nihili. — Codd. *vocio*, al. *nocio*. Vox *cocio* occurrit Asin. I, 3, 51. Mihi praeplacet Gronovii *Lucrio*, quod recepi. In Veneta plane deest eiusmodi vox.

30. *delices* i. e. q. prodas, indices, ut expl. Nonius, et Glossarium Paplae. Vett. *dictites*. Nostr. vulg.

32. *si promtes*, h. e. si promus factus fueris. Cf. Pseud. 2, 2, 93. Bacch. 3, 3, 61. Sic autem scripsit Both. ex codd. vestigiis. Nam vulg. et vett. *qui promat*.

33. *cloquere*. Sic Both. — Vulg. vett. *loquere*.

34. *promere*, sc. ipsum Sceledrum. *e* finale inf. producendum, uti Rud. 1, 4, 25. Pseud. 1, 3, 135. Poen. 5, 4, 109. Merc. 1, 2, 15. Asin. 2, 4, 14. 36. Pers. 4, 3, 16. *verum hoc erat*, ita potius res fiebat: iubebat ille me promere; itaque feci, postquam iusserat.

36. Vett. *Huic illecebrose e*. Vulg. *Hui! illecebrose!* Nostr. ex coni. — Vulg. *capite sistebas cadum*. ut et vett. Nostr. Both. Sensus: hui! illic saepe cados puto inclinatos esse, procubuisse! sc. dum vos bibebatis. *capite sistere* i. e. q. procidere. Cf. Curc. 2, 3, 8. Capt. 4, 2, 13.

37. In sequentibus hoc vult: Noli existimare, toties cados nobis motos fuisse, quoties biberimus. Erat potius aqualis; eum complebamus vino et bibebamus. Cadi igitur non nisi cum aqualis complebatur, casabant. Vulg. et vett. *Non h. tam istoc valide casabant* (vett. *quassabant*) *cadi*. *Sed in cella est paullum* etc. Mspti *crit*, al. *erat*. Ceterum versus laborat, nisi legeris *paullulúm*, uti saepe reponendum.

40. *de* deest in libris. Habent Both. L.

41. Sic hunc vs. habet vulgata. Sequentem sic: *Vidi. bacchabatur hama, casabant cadi*. Pro *hama* vett. *aria*, uti et cod. Lips. *Ubi* legitur in Pal. et edd. antt. Bothius: *Pa. Eam plenam atque inanem fieri? Lu. Maxume. Ubi bacchabatur aula, casabant cadi*. Videlicet *aula* pro codd. *auia*.

42. *hama* in Poenulo produci videtur 5, 5, 34, nisi forte ibi elisio omittenda.

47. *extollam*, i. e. protollam, i. e. procastinabo, prorogabo. Cf. Cas. 2, 8, 11. Poen. 2, 52.

48. *huic*, Palaestrioni.

*PA.* Quo té agis? *LU.* Missus sum álio. Iam huc revénero.
*PA.* Quis mísit? *LU.* Philocomásium. *PA.* Abi. Actutúm redi. 50
*LU.* Quaesó tamen, tu méam partem infortúnii,
Si dívidetur, me ábsente accipitó tamen.
*PA.* Modo íntellexi, quám rem mulier gésserit.
Quia Scéledrus dormit, húnc subcustodém suum
Foris áblegavit, dum áb se huc transirét. Placet. 55
Sed Périplectomenes, quam eí mandavi, múlierem
Nimis lépida forma dúcit. Di hercle hanc rem ádiuvant.
Quam dígne ornata incédit, haud meretrície!
Lepide hóc succedit súb manus negótium.

---

## ACTUS III. SCENA III.

*PERIPLECTOMENES. ACROTELEUTIUM. MILPHIDIPPA. PALAESTRIO.*

*PE.* Rem omnem, Ácroteleutiúm, tibi tibique úna, Milphidíppa,
Domí demonstravi órdine. Hanc fabricám fallaciásque
Minus sí tenetis, dénuo volo pércipiatis pláne.
Satis si íntelligitis, áliud est, quod pótius fabulémur.
*AC.* Stultítia atque insipiéntia magna, haúd fallacia haec sit, 5
Me ire ín opus alienum, aút tibi meam óperam pollicitári,
Si in ea ópiffcina nésciam aut mala ésse aut fraudulénta.
*PE.* At mélius est monérier. *AC.* Meretrícem commonéri,
Quam sáne magni réferat, mihi clám est. Quin ego me frústro.
Postquam ádbibere aurés meae tuae móram oratiónis, 10
Tibi díxi, miles quémadmodum potis ésset deasciári.

49. *Quo te agis?* Sic vett. — Vulg. Pall. et Ven. *Quo tu agis?* Nostr. Both.

52. *tamen* coniunge cum *absente*. Ea enim proverbialis locutio apud Romanos Plautina aetate, ut ad v. *me absente* adderent *tamen*, h. e. tametsi. Cf. Amph. I, 3, 44. Cas. prol. 20. et Ind. s. v. *absens tamen*.

55. Sic vulg. — Vett. *a se, dum huc tr.* Ven. *eapse.*

*Act. III. Sc III.* Adducit Periplectomenes duas illas mulieres, quarum altera eius uxorem est actura. Colloquuntur de consilio suo, et introeunt ad Periplectomenem.

1. *tibique una, Milph.* Sic Pall. et Both. et sane paullo incommodior rhythmus vulg. *tibique, mea M.* Forsitan l. *ó mea M.*

4. *Aliud fabulemur* v. Rud. 5, 2, 24.

5. Vett. *Stultitia magna atque insipientia, non fallacia haec sit.* in quibus *magna* transposui. Vulg. *St. atque insip. insulsa atque maxima haec sit.* Veneta: *St. atque insipientia non fallacia sit.* Cod. Lips. item habet: *non fallacia.* Alii codd. ut V. C. *stultitiaque insipientiam falsa hesit.* Dec. *falsta haec sit.* — *Non* frequens pro *haud* positum reperitur a librariis; *a* nominativi autem haud raro producitur. Vid. Ind. statim initio.

7. Sic vett. — Vulg. *Si ea in.*

8. *Meretricem — mihi clam est*, h. e. ego non perspicio, quid prosit, meretricem commoneri. Imo ego, dum illud fit, tempus perdo. Statim ubi aures meae particulam modo orationis tuae hauserunt, tibi dixi, etc. Vett. *nihil clam est.* — *Postquam admisere aures meae tuae m. or.* — *potis esset assecari.* Veneta: *Quam sane magis referat; nihil clam est: q. ego frustro. P. adhibere auris meas ad tuam moram or.* — *potis est solus dare.* Vulg. interpungit post *orationis.* Both. *Quid? egone frustra, postq.* — *tuam moeram orationis,* — *deasciari?* Ego *tuae moram* cum vett. scripsi. *moram* autem non elidendum. *deasciari* est decipi, quasi detruncari.

Hanc ád nos, quom extemplo á foro veniémus, mittitó tu,
Quasi clánculum ad me missa sit. *Pe.* Faciémus: alia cúra. 60
*Pa.* Vos módo curate: ego íllum probé iam onerátum huc accíbo.
*Pe.* Bene ámbula; bene rém gere! At egon' hóc si efficiam pláne,
Ut cóncubinam mílitis meus hóspes habeat hódie
Atque hínc Athenas áheat, hodie hunc sí dolum dolámus,
Quid tíbi ego mittam múneris! *Ac.* Datne eápse mulier óperam? 65
*Pa.* Lepidíssume et comíssume. *Ac.* Confído, confutúrum.
Ubi fácta erit collátio nostrárum malitiárum,
Haud véreor, ne nos súbdola perfídia pervincámur.
*Pe.* Abeámus ergo intro, haéc uti meditémur cogitáte:
Ut áccurate et cómmode hoc, quod agéndum est, exsequámur, 70
Ne quíd, ubi miles vénerit, titubétur? *Ac.* Tu moráre.

---

## ACTUS IV. SCENA I.

*PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO.*

*Py.* Vólup est, quod agas, si íd procedit lépide et ex senténtia.
Nam égo hodie ad Seleúcum regem mísi parasitúm meum,
Út latrones, quos conduxi, hinc ád Seleucum dúceret,
Qui éius regnum tútarentur, míhi dum fieret ótium.
*Pa.* Quín tu tuam rem cúra potius, quám Seleuci: quaé tibi 5
Cónditio nova et lúculenta férturper me intérpretem.
*Py.* Ímo omnes res pósteriores póno, atque operam dó tibi.
Lóquere: auris meás profecto dédo in ditionem tuam.
*Pa.* Círcumspicito, né quis nostro hic súceps sermoní siet:
Nam hóc negotii clándestino ut ágerem, mandatúm est mihi. 10
*Py.* Némo adest. *Pa.* Hunc árrhabonem amóris primum a me áccipe.
*Py.* Quíd hic? unde est? *Pa.* A lúculenta atque á festiva fémina,

*esse.* *Esse* monosyllabum. *datum* non liquescit.

61. *oneratum*, sc. mendaciis meis atque fallaciis. Sic supra *on. praeceptis*, atque alias: *onerare hilaritudine.* III, 3, 29. III, 1, 83. Cf. Bacch. 2, 3, 115. Non autem elidendum. — Pro *accibo*, quod omnes habent, Both. et Lind. *acciebo.*

62. *egonc* vulg. et vett. — Both. ablecit *ne*, quod pleonastice potest adiectum esse, uti interdum; cf. Epid. I, 1, 76.

64. *avehat* Both., emendante Douza. Vulg. et vett. *abeat.* Vett. *hodie hunc si dol. dol.* Vulg. *si hodie hunc d. d.* Praefero illud.

65. *Quid tibi ego mittam muneris*, magis est exclamatio, quam interrogatio. Similiter Pseud. IV, 1, med. *Sed ego quae tibi dabo et faciam, si hanc rem sobrie adcurassis.* — Vulg. *Datne ab se mulier operam?* Vett. *desne aliae mulieri?* Veneta: *datne alii mulier operam.* Both. *Datne eapse mulier* ex Acidal.

66. Vett. *Lepidus sum et comis sum.*

*Act. IV. Sc. I.* Redit a foro Pyrgopolynices. Ei annulum tradit Palaestrio, declaratque ei amorem vicinae, et suadet ut Philocomasium amittat Athenas. Consentit miles. Prodit ad eius colloquium Milphidippa.

3. *latrones*, int. milites conductitios. Cf. not. ad I, 1, 74. et cf. ind.

6. *et* omiserunt Both. Lind. nescio quare. Malim tamen: *Nova conditio et l.* De v. *conditio* cf. Aulul. III, 5, 2. — *quae tibi* i. e. q. quippe tibi, seu quemadmodum, sicuti nunc tibi etc.

9. Vulg. et vett. *Circumspicito dum.* Patet *dum* valde esse superfluum. Tamen Both. *Circumspicedum.*

12. Vett. *Quid hic, aut unde est?* Eaedem non habent alteram *a.*

Quaé te amat, tuamque éxpetissit púlcram pulcritúdinem.
Éius nunc mi anulum ád te ancilla pórro ut deferrém dedit.
*Py.* Quíd? ean' ingenua, án festuca fácta e serva líbera est? 15
*Pa.* Vah! Égone ut ad te ab líbertina esse aúderem internúntius,
Qui íngenuis satis réspondere néqueas, quae cupiúnt tui?
*Py.* Núpta ea est, an vídua? *Pa.* Et nupta et vídua. *Py.* Quo pactó potis
Vídua et nupta esse éadem? *Pa.* Quia aduléscens nupta est cúm sene.
*Py.* Eúge! *Pa.* Lepida et líberali fórma est. *Py.* Cave mendácium. 20
*Pa.* Ád tuam formam illa úna digna est. *Py.* Hércle pulcram praédicas.
Séd quis ea est? *Pa.* Senis húius uxor Périplectomeni in próxumo.
Éa demoritur te, átque ab illo cúpit abire: odít senem;
Núnc te orare atque óbsecrare iússit, ut tui cópiam
Sibi potestatémque facias. *Py.* Cúpio hercle equidem, si ílla volt. 25
*Pa.* Quaé cupit. *Py.* Quid illá faciemus cóncubina, quaé domi est?
*Pa.* Quín tu illam iube ábs te abire, quó lubet: sicút soror
Éius huc gemina vénit Ephesum, et máter, arcessúntque eam.
*Py.* Áin' tu? advenit Éphesum mater éius? *Pa.* Aiunt, quí sciunt.
*Py.* Hércle occasiónem lepidam, ut múlierem excludám foras. 30
*Pa.* Ímo vin' tu lépide facere? *Py.* Lóquere, et consiliúm cedo.
*Pa.* Vín' tu illam actutum ámovere, a te út abeat per grátiam?
*Py.* Cúpio. *Pa.* Tum te hoc fácere oportet. Tíbi divitiarum ádfatim est:
Iúbe sis aurum atque órnamenta, quae ílli instruxti múlieri,
Dóno habere síbi, auferreque ábs te, quo lubeát, sibi. 35
*Py.* Plácet, ut dicis. Séd, ne istanc amíttam et haec mutét fidem,
Víde modo. *Pa.* Vah, délicatus! quaé te tamquam oculós amet!
*Py.* Vénus me amat. *Pa.* St! [tace]: áperiuntur fóres: concede huc clánculum.
Haéc celox illíus est, quae hic egréditur internúntia.
*Py.* Quae haéc celox? *Pa.* Ancíllula illius ést, quae hic egreditúr foras, 40

15. Festuca erat virga praetoris, qua servi libertate donabantur; quae liberatio vocabatur *vindicta*. Cf. Persii sat. V. 175. Vett. *Quid? ea ingenua an festuca facta, serva an libera est?* uti et Veneta. Nostr. Vulg.

17. Vett. *nequeas, cupidis tui?*

22. Vett. verba *in proximo* cum interrogandi signo Militi tribuunt.

23. Vulg. et vett. *incipit abire.*

26. Both. *Quin cupit.* Sed nostr. libri omnes. — *facere* et *fieri* cum ablativo v. Pseud. 3, 1, 13. Truc. 4, 3, 25. 26. Cas. 5, 4, 13. 16. et supra 2, 5, 49. Capt. 5, 1, 31. Ep. 5, 2, 42. Most. 1, 3, 74. V, 2, 44.

28. In vett. deest *huc.*

31. *cedo*, i. e. da. Cf. Aul. 4, 4, 8. IV, 10, 40. Bacch. 4, 3, 87. 111. 116. IV, 8, 143. Truc. 2, 4, 12. Capt. 4, 2, 59.

34, 35. In his plane sequor vett. — Vulg. *Iube sibi aur. atq. orn., quae illi instruisti m. Dono hab., auferreque abs t. etc.* Ceterum *instruere aliquid alicui* in sola Milite occurrit. V. ind.

37. *delicatus*, sc. *es;* quasi dicat: locaris, nimium facetus es. Sic Most. 4, 1, 66. Cf. Poen. 1, 2, 68. Cas. 3, 1, 14.

38. Verbum *tace* apertum est glossema ad *st!* quae interiectio ad rhythmum in censum saepius venire solet.

Quae ánulum istunc áttulit, quem tíbi dedi. *Py.* Edepol haéc quidem
Béllula est. *Pa.* Pithécium haec est prae ílla et spinturnícium.
Víden' tu illam oculis vénaturam fácere, atque aucupium aúribus?

---

## ACTUS IV. SCENA II.

*MILPHIDIPPA. PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO.*

*Mi.* Iam ést ante aedis círcus, ubi sunt lúdi faciundí mihi.
Díssimulabo, hos quási non videam néque esse hic etiamdúm sciam.
*Py.* Táce: subausculténus, ecqua dé me fiat méntio.
*Mi.* Númquis hic prope adest, quí rem alienam pótius curet, quám suam,
Qui aúcupet me, quíd agam, qui de vésperi vivát suo: 5
Éos nunc homines métuo, mihi ne óbsint neve obstent úspiam,
Dómo si bitet, dum húc transibit, quae húius cupiens córporist,
Quae ámat hunc hominem nímium lepidum et nímia pùlcritúdine,
Mílitem Pyrgópolinicem. *Py.* Sátin' haec quoque me déperit?
Méam laudat speciem. Édepol huius sermónes cinerem haud quaéritant. 10
*Pa.* Quo árgumento? *Py.* Quía enim loquitur laúte et minume sórdide.
*Pa.* Quídquid istaec dé te loquitur, níhil attrectat sórdidum.
*Py.* Tum aútem illa ipsa est nímium lepida nímisque nitida fémina.

Bothius: *st! tace aperitur foris*, ut et L. male.

42. *pithecium* simia. *Spinturnix*, σπίνθαρις, avis turpis figurae, ut ait Festus. Cf. Plin. H. N. X, 13.

*Act. IV. Sc. II.* Prodit Milphidippa, cum milite collocutura de amore herae suae. Alloquitur eam Palaestrio; dum autem Milphidippa cum eo disserit, ab impatiente milite saepius interpellantur. Denique miles eam ipsam ad se accedere iubet. Illa igitur ei declarat amorem suae herae. Fastidit miles; denique ei imperat ut Acroteleutium ipsam ad se evocet. Ergo Milphidippa introit.

1. Sic vulg. — Vett. *Iamne est ante aedes hircus, qui est ludificandus mihi?* uti Veneta. Pareus: *circus, ubi sunt ludificandi mihi*, ex Pall.

3. *ecqua.* Sic vett. — Vulg. *ecquid.* Ven. *ecqui.*

4. Facit similiter atque solent facere servi in scena, ut spectantes incedentesque removeant. Fingit autem se credere, ipsum militem et Palaestrionem esse alienos. Vulg. *Numquisnam hic.* Nostr. Lind.

5. *de vesperi vivat suo.* Haec non possunt intelligi, nisi collato loco ex Trucul. I, 2, 37. *Nimis otiosum te arbitror hominem. Di. Quinam arbitrare? A. Quia tuo vestimento et cibo alienis rebus curas.* Igitur hoc proverbiale erat, *de suo sumtu aliorum negotia curare.* Ergo sensus: quamquam de vesperi suo vivat. *vesper*, coena, *die Mahlzeit;* cf. Rud. 1, 2, 91. *Si tu de illarum coenaturus vesperi es.*

6. *ne* non elidiur, contra *neve* legitur quasi *neu* aut *ne.* Ceterum v. not. seq.

7. Vulg. et vett. *Domo si ibit, ac dum huc tr.* Sensus: si e domo Periplectomenis prodibit Acroteleutium, atque ad militis domum transibit, quae cupida est corporis huius sc. militis, vicini nostri. Cod. Pal. *Domus ibit, ac dum.* Veneta: *Domo si ibit, ac dum huc transivit. atque huius cupiens corp. est.* Both. *Domo si bitat, dum h.* Lind. *Domo si ibit, ac d.*

9. *Satin'* i. e. q. Nonne haec quoque etc. Cf. Amph. 2, 2, 1. Cist. 1, 3, 2. Cas. 2, 6, 52. Ep. 5, 1, 28. V, 2, 1. Men. I, 2, 67.

10. Cinere vasa purificabantur.

12. Hic vs. ex cod. Pal. accessit, ubi tamen sic legitur: *Quid ad ista haec de te l., n. a. sordide.* Nostr. Both.

Hércle vero iam ádlubescit prímulum, Palaéstrio.
*Pa.* Príusne, quam illanc óculis tuis? *Py.* Tuis vídeo id, quod credó tibi, 15
Cum haéc locutus; ílla autem absens súbigit me ut amem. *Pa.* Hercle hánc quidem
Níl tu amassis: mi haéc desponsa est. Tíbi si illa hodie núpserit,
Égo hanc continuo uxórem ducam. *Py.* Quíd ergo hanc dubitas cólloqui?
*Pa.* Sequere hác med ergo. *Py.* Pédisequos tibi sum. *Mi.* Útinam, cuius caúsa
Forás sum egressa, cónveniundi mihi éveniat potéstas! 20
*Pa.* Erit, ét tibi exoptatum óbtinget. Bonum habe ánimum! ne formída:
Homo quídam est, qui scit, quód quaeris, ubi sít. *Mi.* Quem ego hic audívi?
*Pa.* Sociúm tuorum concíliorum et partícipem consiliórum.
*Mi.* Tum pól ego id, quod celo, haúd celo. *Pa.* Imo étiam si, non célas.
*Mi.* Quo argúmento? *Pa.* Infidós celas; ego tíbi fide sum fírma. 25
*Mi.* Cedo signum, si harunc Báccharum es. *Pa.* Amat múlier quaedam quéndam.
*Mi.* Pol istúc quidem multae. *Pa.* At nón multae de dígito donum míttunt.
*Mi.* Enim cógnovi nunc: féciti modo mi éx proclivo plánum.
Sed hic númquis adest? *Pa.* Vel adést, vel non. *Mi.* Cedo té mihi solae sólum.
*Pa.* Brevin', án longinquo sérmoni? *Mi.* Tribus vérbis. *Pa.* Iam ad te rédeo. 30

13. In vett. exulant *autem illa*, quae refert vulg.

15. Veneta: *Prius nequam i. o. tuis. Pr. video i. q. c. tibi: Tum haec eloquta. illa autem abens abigit me: ut amem. Hercle hanc q. Pal. Nihil tu am.* Vett. *Priusne quam illam oculis tuis vides? P. ideo id quod credo tibi, Cum haec locutu's.* Vulg. *Priusne, quam illam oculis? P. tuis video id, quod cr. t., Cum haec locuta, illam autem absentem sub. me ut amem. P. Hercle hanc quidem Nihil tu am.* Vett. *illa autem absens adigit me ut amem hercle hanc quidem. P. Nihil t. a.* Ego repetii *tuis*.

17. *Nihil tu amassis. Nihil* pro *non*. Patet autem, proxime praecedentia Palaestrionis esse.

18. *ergo* correptim pronunciandum. V. Ind.

19. Mutatio fit metri.

20. Vulg. et vett. *potestas eveniat*. Nostr. Bothius.

21. *tibi* totum liquescit.

23. Sic bene Both. Vulg. et vett. *Soc. t. consiliorum et p. consiliarium*.

24. Vett. *imo ita etiamsi non celas*. Nostr. vulg. Sensus: imo etiamsi celare velles, non tamen celares me. Est igitur interpungendum ad *etiamsi*.

25. Vulg. et vett. *ego sum tibi firma fide*. Ven. *firme fidelis*.

26. *si harunc Baccharum es*. Vett. *si hoc verum est*, ut et Veneta. Nostr. vulg. *Si* potest accipi dictum pro *an*.

28. Vulg. et vett. *ex proclivo palam rem*. Nostr. ex Guilelmo Both. Lind. — Pall. *ex proclivo patrem*. Al. *ex pr. planam rem*. Al. *ex pr. patale*.

29. Vett. *nunc quis adest;* suppl. *qui nos auscultet? — Vel adest, vel non*, h. e. potest utrumque, prout vis eum adesse aut non adesse.

30. Vulg. et vett. *sermone*. Dativum esse oportere, metrum videtur postulare. V. *Brevi* corripiendum, ut v. 86 *meri*. — *Iam ad te redeo*, i. e. brevi ego ad te, Milphidippa, redibo. Veniam enim petiturus est a milite.

*Py.* Quid? ego hís cónsilio [illegible] [illegible] fúisset?
*Pa.* Potere típse cónsilio tibi hóc ego do quóque. *Py.* Frequentó [illegible]
*Pa.* Pedetémtim: tu hoc scis, tútari ita cónsilio hoc hódiernó mécum.
*Py.* Age, age, ét tibi maxíme cónducíbile est. *Pa.* Nullum ét hoc stólidíus dícunt.
Dúdo ód te. Quid me vólisti? *Mi.* Quó pácto hoc díctum accépi, 35
Ítile fóre ad te cónsilium. *Pa.* Quasi hoc déperent.... *Mi.* Tuos ítur.
*Pa.* Collaúdato fórmam ét fácinus, et virtútes commemoráto.
*Mi.* Ad éam rem habeo eúmem fídem, tibi uti ídem dícamus.
*Pa.* Tu cétera cura, et cónstanter, et de méis venator vérbis.
*Py.* Aliquém mihi portum hodíe óperae dís dumíquod fíam [illegible] ádes filiae! 40
*Pa.* Adeum: ímpera, si quid vis. *Py.* Quid filiae nostrí tibi? *Pa.* Lamentáti
Ait filiam miserum, crúciari et lacrumántem se afflictáre,
Quia tís egeát, quia té curat. Ob éam rem hoc ad te mísit est.
*Py.* Iube adíre. *Pa.* At scin', quid tú facias? Face té fastidii plénum,
Quasi nón lubeat. Me inclámato; quia ís te volgo vólgem. 45
*Py.* Meminí ét praeceptis párebo. *Pa.* Vocó érgo hunc, quae te quérit?
*Py.* Adeát, si quid velit. *Pa.* Si quid vis, adi, múlier! *Mi.* Puleer, sálve.
*Py.* Meum cógnomentum cómmemoravit quís? Di tibi dent, quae óptes.
*Mi.* Tecum aétatem exígere út liceat.... *Py.* Nimium óptas.
*Mi.* Non me díco;
Sed herám meam, quae te démoritur. *Py.* Multae áliae item istuc cúpiunt, 50
Quibus cópia non est. *Mi.* Écastor haud mírum, si te habes cárum,
Hominém tam pulcrum et praéclara virtúte et forma et fáctis.
Ecquis dígnior fuit hómo qui esset? *Pa.* Non hércle humanust érgo:

31. Vulg. et vett. *sic frustra.*
32. *hanc ego do.* Sic vett. — Vulg. *ego hanc do.* Non elidendum autem. — Both. *properadum*, *excrucior.* Nostr. int. Dum volo te properare, excrucior.
33. Sic vulg. — Vett. *tute haec scis.*
34. *Nullum — saxum*, sc. hoc mille. Haec autem ad spectatores ait.
35. *Quo pacto* etc. *dudum est paullo ante.* Sensus: iam tempus est exsequi consilium quod paullo ante a te accepi. Id igitur iam ad te fero, h. e. te hortor ut exsequamur.
43. *tis* pro *tui*, ut *mis* pro *mei.* In Plaute ἅπαξ λεγόμενον. — pro *ad te* vett. habent *ad me.*
44. Vett. et Ven. *facito fast. plenum.*
45. Vett. *quia sic tam vulgo vulgem.*
48. Vett. *Meum cogn. quis commemoravit? Dii tibi dent quaecunque optes.* Vulg. *quae optes.* Item Ven. omisso *quis.* Lind. *Meum c. commemorat. Dii tibi dent, quaecunque optes.* Lamb. *M. c. c.? d. t. d. quae o.*
51. Vulg. et vett. *habeas.* Venata (et Pall.): *habes.* Eadem: *Quibus copia non est.* Illae: *Quibus non est copia.*

Nam vólturio plus húmani, credo, ést. *Py.* Magnum me fáciam
Nunc, quóniam illaec me cóllaudat. *Pa.* Viden' ígnavom, ut sese ínfert? — 55
Quin tu huíc respondes? Haéc illaec est ab illá, quam dudum díxi.
*Py.* Quanám ab illa? Nam ita mi óccursant multaé: meminisse haud póssum.
*Mi.* Ab illá, quae digitos déspoliat suos, ét tuos digitos décorat:
Nam hunc ánulum ab tuí cupiente huc détuli huic, qui pórro.
*Py.* Quid núnc tibi vis, muliér, memora. *Mi.* Ut, quae té cupit, eam ne spérnas, 60
Quae pér tuam nunc vitám vivit. Sit, néc sit, spes in te úno est.
*Py.* Quid núnc volt? *Mi.* Te compéllare et complécti et contrectáre.
Nam nísi tu illi fers súppetias, iam illa ánimum despondébit.
Age, mi Áchilles, fiat, quód te oro! serva íllam pulcram púlcer!
Expróme benignum ex téte ingenium, urbícape, occisor régum! 65
*Py.* Heu, hercle ódiosas res! Quóties hoc tibi, vérbero, ego interdíxi,
Meam né sic volgo pólliciteris óperam? *Pa.* Audin' tu, múlier?
Dixi hóc tibi dudum et núnc dico: ni huic vérri affertur mérces,
Non híc suo seminió quamquam porcéllam impartitúrust.
*Mi.* Dabitúr, quantum ipsus pretí poscet. *Pa.* Talentúm Philippùm huic opus aúri est: 70
Minus áb nemine accípiet. *Mi.* Heu ecastór nimis vilest tándem!
*Py.* Non míhi avaritia unquam ínnata est: satis hábeo divitiárum:
Plus mihi aúri mille est módiorum Philippeí. *Pa.* Praeter thesaúrum.
Tum argénti montis, nón massas, habet. Aétna non aeque áltus.
*Mi.* Heu, ecástor periurum! *Pa.* Út ludo? *Mi.* Quid ego? út sublecto os? *Pa.* Scíte. 75
*Mi.* Sed, amábo, mitte med áctutum. *Pa.* Quin tu huíc respondes áliquid,

53. Construe: Ecquis fuit homo, qui dignior esset? — Pro *ergo* vett. *hoc credo.* Deinde vulg. et vett. *humanum est.* Veneta: *Heus dignior fuit quisquam homo qui esset. P. Non hercle humanum est credo.* Locus omnis nondum satis sanus esse videtur.

55. *infert.* Vulg. *inferat.* Illud ex omendatione Acidalii.

56. *dixi* non legitur in vulg. Addidit Bothius. — Vett. habent *tibi.* — *respondes?* dedi ex vett. pro vulg. *responde.* Cf. v. 76. et v. ind. v. *quin.*

57. Vulg. et vett. *Quanam ab illarum?* Sed *illa* edd. medd. *Quanam* non elidendum. — Vett. et vulg. *ita me occursant.* Both. *mi.*

61. V. C. *Sit nec sit.* Vulg. *Sit nec ne sit.* Vett. *Sit ne sit.*

64. Sic pronunciandum nomen *Achilles*, prioribus syllabis brevibus, uti Graecum *Ἀχιλεύς*. Similiter Poen. prol. 1. Mercat. II, 4, 20. — Vett. et Both. *pulcer.* Vulg. *pulcre*, quod Lind.

65. *tete* ex vett. et vulg. dedi. Both. *te*, uti et Lind.

69. Vulg. *porculam.* Vett. *quemque porculum imperiturus est.*

72. Vulg. et vett. *satis est divitiarum.* Sed *habeo* Ald. Iunt. et cod. Pal. sicque B. et Lind.

74. Vulg. et Ven. *Aetna mons non aeque altus.* Vett. *Aetna non aeque alia est.* Nostr. Both., ut V. C. qui tamen omittit v. *Aetna.*

75. Vulg. et vett. *hominem* habent ante *periurum.*

76. *mitte* tamquam monosyllabum pronunciandum, ut centies *esse* aliaque. Cf.

Ob eam causam huc ibo et eveniet. *Pa.* Non cúpiet tu scis,
Quantum égo honorem nunc illi habeo. *Mi.* Scio, ét i
dícam.
*Pa.* Contra aúro alii hanc vendére potuit operam. *Mi.* Ì
tibi crédo.
*Pa.* Meri béllatores gígnuntur, quas hic praegnates fécit;
Et púeri annos octíngentos vivónt. *Mi.* Vae tibi, nugátor!
*Py.* Quin mille annorum pérpetuo vivónt, ab aeclo ad sécl
*Pa.* Eo minus dixi, ne haec cénseret me advórsum se men
*Mi.* Perií, quot hic ipse annós vivet, quoius fílii tam diu vív
*Py.* Postríduo natus sum égo, mulier, quam Iúpiter ex Op
*Pa.* Si hic prídie natus fóret, quam ille est: hic habéret
in coélo.
*Mi.* Iam, iám sat, amabo, est: sínite abeam, si póssum,
vóbis!
*Pa.* Quin érgo abis? quando résponsum est. *Mi.* Ibo átq
huc addúcam,
Quam própter mi opera est. Númquid vis? *Py.* Ne mí
pulcer, quám sum!
Ita mé mea forma habet sóllicitum. *Pa.* Quid hic núnc sta
abis? *Mi.* Ábeo.

v. 81. — Vett. *responde.* Nostr. vulg. et Pall.

78. Vett. et vulg. *At iube eampse* (vett. *eam ipsam*) *exire huc ad nos.* Abliciendum *At.*

79. Vulg. *ut facere aeq.* Vett. *ut facere est aequom.*

80. Vett. et Dec. *Quod quae vult, eadem tu vis.* — Vulg. et vett. *Non hic insula. h. i.* V. C. *Quum quae vult.*

81. *Quomque.* Copula elidenda, ut

dare alicui, cum pretio constitu
que ductari se patiebatur. — co
i. e. q. *auro.* Sensus: Potuis
auro multo vendere hanc opera
iam tuae herae daturus est. V
Perfectum ind. pro plusquamp.

86. *gignuntur*, sc. ex his,

87. Vett. *qui vivunt.*

89. *Eo minus dixi*, sc. h
modo dicebas. *Eo minus* min
tium est *deste weniger*, sed po
*halb nicht.* Nam eo i. e. q.

*Pa.* Atque ádeo, audin' tu? dícito doete et córdate. *Mi.* Cura áliud.
*Pa.* Philocómasio dic, sí est hic, domum ut tránseat: hunc hic ésse.
*Mi.* Hic ést, cum mea hera; clám nostrum hunc sermónem sublegérunt.
*Pa.* Lepidé factum est, iam ex sérmone hoc gubernábunt doctius pórro. 100
*Mi.* Remoráre. *Pa.* Abeo; neque té moror, neque te tángo, neque te téneo.
*Py.* Iube máturate illam éxire huc: iam istí rei praevortémur.

---

## ACTUS IV. SCENA III.

*PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO.*

Quid míhi nunc auctor, út faciam, Palaéstrio,
De cóncubina? Nám nullo pactó potest
Prius haéc in aedes récipi, quam illam amíserim.
*Pa.* Quid mé consultas, quíd agas? Dixi equidém tibi,
Quo pácto id fieri póssit clementíssume. 5
Aurum átque vestem omném muliebrem habeát sibi,
Quae illi ínstruxísti; súmat, habeat, aúferat;
Dicásque, tempus máxumum esse, ut eát domum:
Sorórem geminam adésse et matrem dícito,
Quibuscúm comitata récte deveniát domum. 10
*Py.* Qui tú scis, eas adésse? *Pa.* Quia oculís meis
Vidi híc sororem esse éius. *Py.* Convenítne eam?
*Pa.* Convénit. *Py.* Ecquid fórtis visa est? *Pa.* Ómnia
Vis óbtinere. *Py.* Ubi mátrem esse aiebát soror?
*Pa.* Cubáre in navi líppam atque oculis túrgidis 15
Nauclérus dixit, qui íllas advexít, mihi.
Is ad hós nauclerus hóspitio devórtitur.

96. Vulg. et vett. *sollicitum habet.*

97. Vulg. et vett. *atque adeo audin' tu*, et in fine versus vulg. cum Decurt. *ut cor ei saliat*, quae Lipsius dedit ex codice vet. Pro quibus vett. *cura aliud*, quod ego praeferendum duco. V. C. *curas aluit*, quod habet Pareus, qui sic hunc versum praebet: *Pa. Atque adeo audin' tu? dicito. Mi. Ut docte et cordate curas aluit.*

99. Vulg. *His cum mea hera est.* — Post *hunc* vett. addunt *illae.*

101. *Remorare* sc. me. Sic vett. — Vulg. *Rem. Mi. Me morare.* — Eaedem vett. in fine: *neque te teneo.* Vulg. *n. te. Taceo.*, ut sit aposiopesis.

102. Vett. *iam nos isti r. p.*

*Act. IV. Sc. III.* Suadet Palaestrio militi ut introeat, Philocomasiumque amittat cum suo ornatu.

1. Vulg. *nunc es auctor.* Vett. *auctor es, ut sciam.* Suppleatur verbum. Both. *ut faciam, es, P.*

3. *amiserim.* Sic Both. Lind. At vulg. et vett. *omiserim.*

4. Vett. *quid agam?*

5. *clementissime*, i. e. commodissime.

10. Sic vett. — Vulg. *Quibus concomitata.* Pall. *quibus cum comita.*

13. *fortis*, i. e. pulcra, quidquid contra loquatur Lindemannus. Sic Bacch. II, 2, 38. *Sed Bacchis etiam fortis tibi visa est?* Atque sic et explicat Nonius. Cf. v. 18. — *Omnia vis obtinere*, h. e. tu omnes cupis mulieres amare. Vett. *Omnia vis: Opinare.*

17. *ad hos*, domum Periplectomenis. — Vett. et Ven. *Py. Is ad quos n. h.*

*Py.* Quid is? écquid fortis? *Pa.* Ábi, sis, hinc: nam tú quidem
Ad equás fuisses scítus admissárius,
Qui cónsectare quá mares, qua féminas. 20
*Py.* Hoc áge nunc. Istuc quód das consiliúm mihi,
Te cum ílla verba fácere de ista ré volo:
Nam cúm illa sane cóngruit sermó tibi.
*Pa.* Qui pótius, quam tute ádeas, tuam rem túte agas?
Dicás, uxorem tibi necessum esse dúcere; 25
Cognátos persuadére; amicos cógere.
*Py.* Itáne tu censes? *Pa.* Quíd ego ni ita cénseam?
*Py.* Ibo ígitur intro. Tu híc ante aedis ínterim
Speculáre: ut, ubi illaec pródeat, me próvoces.
*Pa.* Tu módo istuc cura, quód agis. *Py.* Curatum íd quidem est. 30
Quin sí voluntate nólet, vi extrudám foras.
*Pa.* Istúc cave faxis; quín potius per grátiam
Bonam ábeat abs te; atque íllaec, quae dixí, dato:
Aurum, órnamenta, quae ílli instruxistí, ferat.
*Py.* Cupio hércle. *Pa.* Credo, té facile impetrássere. 35
Sed abi íntro; noli stáre. *Py.* Tibi sum obédiens.
*Pa.* Numquíd videtur démutare, atque úti ego
Dixi ésse vobis dúdum hunc moechum mílitem?
Nunc ád me ut veniat, úsust, Acroteleútium,
Ancíllula eius, et Pleúsides. Proh lúpiter, 40
Satin' út commoditas úsquequaque me ádiuvat?
Nam quós videre exóptabam me máxime,
Una éxeuntes vídeo hinc e próxumo.

---

*divortitur?* *Pa.* *Quid vis?* *Py.* *Ecquid fortis?* Nostr. vulg.

19. Vett. *Aeque fuisti sc. adm. Qui consectare aeque mareque et feminas.* Vulg. *ad equas fuisti.* Acid. *fuisses.*

21. *Hoc age nunc*, i. e. iam ad rem attende, sc. quam tibi sum dicturus.

22. *cum illa*, sc. cum Philocomasio.

23. *congruit.* Sic vett. — Vulg. et Decurt. *congruus.* Sensus: consuetus tibi cum illa sermo de similibus rebus; tu idoneus, qui cum ea loquaris. — Ceterum vulg. v. 21. *Istuc* tribuit Palaestrioni, uti et Both. et L. inepte, opinor. In vett. rectius continuantur. Lambinus v. 21 ut vett. Sequentes Palaestrioni tribuit, et ita legit v. 23: *Nam cum alio agere sane conservo liceat tibi, Qui potius, quam tu. sed enim tu tuam rem tute agas, Dicas* etc. Hinc existimo recte Bothium cum Scioppio dedisse: *Qui potius, quam tute adeas*, etc. de qua locutione cf. Merc. II, 4, 18. 19. Cas. 2, 8, 59. Sensus: Cur hoc potius, quam ut tu eam adeas, ut tuam rem agas, ut dicas etc.

25. *esse*, quod legitur et in vett. et vulg., et Ven., male omittunt Both. et Lind. Est autem monosyllabum, ut Amph. I, 1, 131. Asin. V, 2, 5. et aliis multis locis. V. ind.

27. *Quid ego ni* pro: *Quidni ego.*

37. *atque uti ego.* Sic vulg. et vett. *atque* comparativum est, velut in dictione: *aliter, atque.* Sic h. l. *demutare, atque* i. e. q. alium se gerere, atque qualem ego vobis dixi. *demutare*, intransitive.

40. Vett. *Ancillulaque.* Vulg. omittit copulam.

41. *Satin' ut*, i. e. q. Nonne? — *commoditas* i. e. q. opportunitas, das günstige Geschick. Cf. IV, 9, 6 not.

# ACTUS IV. SCENA IV.

*ACROTELEUTIUM. MILPHIDIPPA. PLEUSIDES. PALAESTRIO.*

*Ac.* Séquimini! simul círcumspicite, né quis adsit árbiter.
*Mi.* Néminem pol videó, nisi hunc, quem vólumus conventum.
*Pa.* Ét ego vos.
*Mi.* Quíd agis, noster árchitecte? *Pa.* Egon' árchitectus? Váh!
*Mi.* Quid est?
*Pa.* Quía enim non sum dígnus prae te, ut fígam palum in párietem.
*Ac.* Eía vero! *Pa.* Nímis facete, nímisque facundé mala est. 5
Út lepide derúncinavit mílitem! *Ac.* At etiám parum.
*Pa.* Bóno animo es: negótium omne iám succedit súb manus.
Vós modo porro, ut óccepistis, dáte operam adiutábilem:
Nam ípse miles cóncubinam intro ábiit oratúm suam,
Áb se ut abeat cúm sorore et mátre Athenas. *Ac.* Eú, probe! 10
*Pa.* Quín etiam aurum atque órnamenta, quae ípse instruxit múlieri,
Ómnia dat dono, á se ut abeat: íta ego consilium eí dedi.
*Pl.* Fácile istuc quidem ést, si et illa vólt, et ille autém cupit.
*Pa.* Nón tu scis, quom ex álto puteo súrsum ad summum escénderis,
Máxumum perículum inde esse, a súmmo ne rursúm cadas? 15
Núnc haec res apud súmmum puteum géritur: si praesénserit
Míles, nihil hinc férri poterit húius. Nunc quam máxime
Ópus est dolis. *Pl.* Domi ésse ad eam rem vídeo sylvaí satis:
Múlieres tres; quártus tute es; quíntus ego; sextús senex.
*Pa.* Quót apud nos falláciarum est éxcitum! Certó scio, 20
Óppidum quodvís videtur pósse expugnarí dolis:
Dáte modo operam. *Ac.* Id nos ad te, sí quid velles, vénimus.
*Pa.* Lépide facitis. Núnc hanc tibi ego ímpero provínciam.
*Ac.* Ímpetrabis, ímperator, quód ego potero, quód voles.
*Pa.* Mílitem lepide ét facete et laúte ludificárier 25
Vólo. *Ac.* Voluptatém mecastor mi ímperas. *Pa.* Scin', quem ád modum?
*Ac.* Némpe ut adsimulém me amore istíus differri. *Pa.* Rém tenes.

*Act. IV. Sc. IV.* Declarat prodeuntibus Palaestrio, quid sit agendum, quo decipiatur miles.

1. *arbiter*, spectator. Amph. prol. 16. Capt. 2, 1, 20. Cas. 1, 1, 2, 55.

2. Vel *nisi* elidendum, vel *Neminem* prima brevi pronunciandum, utpote conflatum ex *ne hominem*.

4. Vulg. et vett. *Qui enim*. Nostr. Both. et Lind. ex emend. Dousae Centur. pag. 363.

6. *deruncinare* vid. Capt. 3, 4, 108.

8. *adiutabilem*. Vett. et Ven. *amicabilem*. At Dec. *at iuvit abilem*. V. C. *uitabilene*. Apparet autem, sensum esse: operam, quae adiuvet, quemadmodum crebro adiectiva in *bilis* apud Plautum sunt activa, non passiva.

14. Vett. *ascenderis*. Nostr. vulg.

16. *praesenserit*. Vulg. et cdd. *prosenserit*.

18. *sylvai*. Sic Both. Lind. — Vulg. *sylvae*. Vett. autem et Ven. *salis*. — *Sylvae* autem, respectu ad equum Troianum, uti et v. 21.

20. Sic vett. — Lind. *Quod — excitumst, certo scio*.

22. Vett. *tu si quid v.*

23. Sic vulg. — Vett. *Nunc hoc tibi ego in hac impero provincia*.

24. *quod ego potero*, i. e. quoad ego potero.

*Ac.* Quásique istius caúsa amoris éx hoc matrimónio
Ábierim, cupiéns istius núptiarum. *Pa.* Omne órdine.
Nísi modo unum hoc: hásce esse aedes dícas dotalés tuas; 30
Hínc senem abs te abiísse, postquam féceris divórtium:
Né ille mox vereátur intro íre in alienám domum.
*Ac.* Béne mones. *Pa.* Sed ubi ille exierit íntus, istic té procul
Íta volo adsimuláre, prae illius fórma quasi spernás tuam,
Quásique eius opuléntitatem réverearis; ét simul 35
Fórmam amoenitátis illius, fáciem, pulcritúdinem,
Cóllaudato. Sátin' praeceptum est? *Ac.* Téneo. Satin' est, sí tibi
Méum opus ita dabo éxpolitum, ut ímprobare nón queas?
*Pa.* Sát habeo. Nunc tíbi ausculta quae ímperabo. *Pl.* Dícito.
*Pa.* Quam éxtemplo hoc erit fáctum, ubi intro haec ábierit: ibi tu íllico 40
Fácito ut venias húc ornatus órnatu nauclérico:
Caúsiam habeas férrugineam; cúlcitam ob oculos láneam;
Pálliolum habeas férrugineum (nam ís colos thalássicust),
Íd connexum in húmero laevo éxpapillato bráchio;
Praécinctus aliqui, ádsimulato, quási gubernatór sies.' 45
Átque apud hunc senem ómnia haec sunt: nam ís piscatorés habet.
*Pl.* Quíd, ubi ero exornátus? quin tu dícis, quid factúrus sim?
*Pa.* Húc venito, et mátris verbis Phílocomasium arcéssito:
Út, si itura iam ést Athenas, éat tecum ad portúm cito,
Átque ad iubeat férri in navim, si quid imponí velit. 50
Nísi eat, te solúturum esse návim: ventum operám dare.
*Pl.* Sátis placet pictúra; perge. *Pa.* Ille éxtemplo illam hortábitur,

29. Vett. *Abierim cupiens istius. omen nuptiarum ordinis*, Vulg. *Abierim, cupiens istius summe nuptiarum. Pa. Ordine is.* Nostr. Both. Lind.

30. Vett. *hasce etiam aedes.*

33. Vett. *istuc.* — *ille*, sc. miles. *exierit*, sc. ab se. *intus*, gr. ἔνδοθεν, *heraus*, uti saepius *intus* motum e loco significat. Cf. Cas. 5, 1, 1. II, 5. Epid. 3, 4, 45. 43. Amph. 2, 2, 145. Cist. 3, 3, 8. *Spernere* h. l. est: contemnere, uti IV, 6, 20. 21. Nam alias est: removere, segregare. Sic infra IV, 6, 12. *Ille illas spernit segregatque ab se omnes, extra te unam.* et Capt. 3, 2, 2. *Nunc spes, opes auxiliaque a me segregant spernuntque se.* Ad *procul* supplieri possit *adstans.*

39. *tibi ausculta qu.* Construe: Nunc tu ausculta, quae tibi imperabo. Sic autem legunt vett. Lamb. Dousa. — Vulg. *Nunc tibi vicissim quae imperabo.* Both. Lind. *Nunc tibi vicissimque imp.* — *Vicissim* non esse huius loci, patet, pariter atque copulam. Denique tum pro seq. *Dicito* fecerit potius: *parebo, paratus sum*, aut simile.

40. *haec*, sc. Acroteleutium ad se, ut exspectet militem; quemadmodum fit IV, 6, 63.

41. De ornatu nauclerico cf. Asin. 1, 1, 55. et supra IV, 3, 15. 16. 17. infra IV, 6, 68.

42. *culcitam ob oculos*, ob lippitudinem. Nam lippiebant plerumque nautae. Cf. IV, 7, 23.

44. Vett. *Id erit connexum in humero laevo, expapillato br.* uti et legit Nonius. *Expapillato* autem int. exserto brachio, quod cum fit, papilla nudatur. Vulg. non habet *erit.* — Both. *exfibulato br.* ex emendatione. Metrum apparet in his negligentius servari, ut et alibi apud Plautum in fabulis interpolatis. — Scansio v. *expapillato* plane similis est cum scansione v. *supellectili*, Poen. 5, 3, 26.

45. Vulg. *Pr. aliqui, ads.* Vett. *Praecinctus, atque ads.* — *aliqui* est: aliquo modo.

49. In vett. deest *iam.*

Út eat, properet, né morae sit mátri. *PL.* Multimodís sapis.
*PA.* Égo illi dicam, ut me ádiutorem, qui ónus feram ad portúm, roget.
Ílle iubebit me íre cum illa ad pórtum. Ego adeo, ut tú scias, 55
Prórsum Athenas prótinam abibo técum. *PL.* Atque ubi illo véneris:
Tríduom servíre nunquam té, quin liber sís, sinam.
*PA.* Ábi cito, atque orná te. *PL.* Numquid áliud? *PA.* Haec ut mémineris.
*PL.* Ábeo. *PA.* Et vos abíte hinc intro actútum: nam illum hinc sát scio
Iam éxiturum esse íntus. *AC.* Celebre ápud nos imperiúm tuum est. 60
*PA.* Ágite, abscedite érgo. Ecce autem cómmodum aperitúr foris.
Hilarus exit: ímpetravit; ínhiat, quod nusquam ést, miser.

---

## ACTUS IV. SCENA V.

*PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO.*

*PY.* Quód volui, ut volo, ímpetravi pér amicitiam et grátiam
Á Philocomasió. *PA.* Quid tam intus fuísse te dicám diu?
*PY.* Núnquam ego me tam sénsi amari, quám nunc ab illa múliere.
*PA.* Quíd iam? *PY.* Ut multa vérba fecit! iénta ut materiés fuit!
Vérum postremo ímpetravi, ut vólui; donavíque ei, 5
Quaé voluit, quae póstulavit; té quoque ei donó dedi.
*PA.* Étiam me? quomódo ego vivam síne te? *PY.* Age, es animó bono:
Ídem ego te líberabo. Nám, si possem ulló modo
Ímpetrare, abíret nec te abdúceret, operám dedi;
Vérum oppressit. *PA.* Deós sperabo, téque postremó. Tamen, 10

50. *ad iubeat ferri*, i. e. q. iubent adferri. Vett. *Atque ut iubeas ferri.*

53. Sic B. — Vulg. *Ut eat, ut prop.* Vett. *ne sit matri morae.*

56. Vulg. *Prorsum Ath. protinus abibo.* Vett. *Prorsus — protinus abibo.* Nostr. Both. et Lind.

60. *celebre.* Cf. Pseud. I, 2, 35. *Intro, abite, atque haec* [*cito*] *celebrate, ne mora quae sit*, ubi *celebrare* est: celeriter perficere, exsequi. Sensus ergo loco nostro: nos cito et exacte imperium tuum exsequemur. Cetérum Veneta: *Palaestrio, apud nos i. t. est.*

61. Vett. *commodum.* Vulg. *commodo.* Commodum est: opportune, ut Amph. 2, 2, 45.

*ACT. IV. Sc. V.* Prodit a se miles, narratque Palaestrioni, se a Phil. impetrasse, ut abiret, ipsumque Pal. ei dono dedisse. Eundem hortatur, uti rem agat propositam.

1. Both. *ut volui*, quemadmodum legitur v. 5. Verum *volo* vulg. et vett. quod non ausus mutare, ut constaret antiquitatis auctoritas.

2. Praep. a Both. L. ad superiorem versum trahunt. Vulg. *Quidnam tam intus fuisse te dicam diu?* Vett. *Quidnam tam intus fuisse dicam diu?*

4. *verba fecit*, sc. ne a me abiret. — Vulg. et vett. *ut lenta m. f.* Sensus: quam longum negotium fuit! quam longus sermo fuit! Nam ut non est comparativum. — Sic Cic. ep. ad Att. lib. I. *Teucris illa lentum negotium.*

8. *si possem.* Vulg. et vett. *Nam si posset ullo modo Impetrari ut abiret.* Nostr. Both. et Lind. Omittendum duxi *ut.*

10. *oppressit*, occupavit, obtinuit. Sic Merc. 3, 4, 6. — *sperabo*, precabor. Cf. Cas. 2, 5, 38. Clit. 2, 3, 52. — *Tamen* ego dirimendum existimo inter-

Étsi istuc mihi acérbum est, quia hero té carendum est óptumo,
Sáltem id volupe est, quum éx virtute fórmai evenít tibi
Méa opera super hác vicina, quam égo nunc concilió tibi.
*Py.* Quíd opust verbis? líbertatem tibi ego et divitiás dabo,
Si ímpetras. *Pa.* Reddam ímpetratum. *Py.* At géstio. *Pa.* At modicé decet. 15
Móderare animo, né sis cupidus. Séd eccam ipsam; egreditúr foras.

---

## ACTUS IV. SCENA VI.

*ACROTELEUTIUM. MILPHIDIPPA. PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO.*

*Mi.* Hera, éccum praesto mílitem! *Ac.* Ubi is est? *Mi.* Ád laevam, vidéto.
Adspícito limis, ne ílle nos se séntiat vidére.
*Ac.* Video. *Mi.* Édepol, nunc nos témpus est malás peiores fieri.
Tuum ést principium. *Ac.* Óbsecro, tute ípsum convenísti?
Ne párce voci, ut aúdiat. *Mi.* Cum ipsó pol sum secúta 5
Placide ípsa, ut libitum est mi, ótiose, meo árbitratu, ut vólui.
*Py.* Audín', quae loquitur? *Pa.* Aúdio. Quam laéta est, quia adit ád te.
*Ac.* O, fórtunata múlier es! *Py.* Ut amári videor! *Pa.* Dígnus's.
*Ac.* Permírum ecastor praédicas, te adísse atque exorásse.
Per epístolam aut per núntium, quasi régem, adiri eum áiunt. 10
*Mi.* Namque édepol vix fuit cópia adeúndi atque impetrándi.
*Pa.* Ut tu ínclutus apud múlieres! *Py.* Patiár, quando ita Venús volt.

punctionè ab *etsi*, contra atque iudicat Lind. Nam refertur ad *Saltem id volupe est.*

12. *quum* i. e. q. quod.

13. *super hac vicina.* Sic vett. — Vulg. *super hanc vicinam.* Illud B. et L. uti et Festus v. *superescit.*

*Act. IV. Sc. VI.* Prodeunt a Periplectomene Acroteleutium et Milphidippa, et primum inter se de militis pulcritudine colloquuntur; deinde Acroteleutium iubet Milphidippam eum adloqui, suumque amorem ei declarare. Id ea facit versu 52 eumque invitat, ut ad Acrotel. domum veniat; quippe aedes dotales esse. Ille promittit. Introeunt illae. Advenit Pleusides ornatu nauclerico.

1. Sic vulg. praeterquam quod omittit *is.* Vett. *Ubi is est? Mi. Ad laevam. Ac. Video. Mi. Adsp.* etc. quod receperunt Both. et Lind. Verum *video* iam est v. 3 quod quare duplex ponendum fuerit, non equidem video.

2. Vulg. et vett. *Adspicito limis oculis, ne ille nos se videre sentiat.* Nostr. Both. et Lind. *Limulis intueri*, omisso *oculis*, vide Bacch. 5, 2, 14.

3. *malas peiores*, i. e. ex astutis astutissimas. Personas sic habent vett. Vulg. integrum versum tribuit Acroteleutio.

4. Sic vulg. — Vett. totum vs. Milphidippae tribuunt.

5. Sic vulg. et Ven. At vett. *Eum ipsum pol sum secuta.* — *Secuta* autem esse credunt i. q. *locuta*, quod Lambinus ait reponendum esse. Notus e Gellio versus Livii: *Virum mihi, Camoena, insece versutum.*

6. *ut libitum.* Sic vett. — Vulg. *dum libitum*, ut Pall. Bothius omnem locum sine necessitate valde mutatum dedit.

7. *adit*, i. e. adiit. Sic *init* apud Lucretium libro I.: *Heraclitus init.* Lind. cum Bothio: *quia te adiit*, ex Pal. male quidem. Nostr. vulg. et vett.

8. In vulg. et vett. deest *es*, quod suppeditant libri, inter quos Pal. *mulieres*, quaedam autem edd. *mulier est.*

*Ac.* Vencrí pol habeo grátiam, tandémque et oro et quaéso
Ut éius mihi sit cópia, quem amó quemque expetésso,
Benígnusque erga me út siet: quod cúpiam, ne gravétur. 15
*Mi.* Spero, íta futurum: quámquam illum multaé sibi expetéssunt,
Ille íllas spernit ségregatque ab se ómnis, extra te únam.
*Ac.* Ergo íste metus me mácerat, quod ílle fastidiósust:
Ne óculi eius senténtiam mutént, ubi viderít me,
Atque éius elegántia meam extémplo speciem spérnat. 20
*Mi.* Non fáciet: habe animúm bonum! *Py.* Ut ípsa se contémnit!
*Ac.* Metuó, ne praedicátio tua núnc meam formam exsúperet.
*Mi.* Istúc curavi, ut opínione illíus pulcriór sis.
*Ac.* Si pól me nolet dúcere uxórem, genua ampléctar
Atque óbsecrabo aliquó modo. Si nón quibo impetráre, 25
Conscíscam letum. Vívere sine illó scio me non pósse.
*Py.* Prohibéndam mortem múlieri videó. Adibon? *Pa.* Mínume:
Nam tú te vilem féceris, si te últro largiére.
Sine últro veniat, quaéritet, desíderet, exspéctet.
Vis súmmovere glóriam istam, quám habes? cave, sis, fáxis. 30
Nam núlli mortalí scio obtigísse hoc, nisi duóbus,
Tibi ét Phaoni Lésbio, tam mísere ut amaréntur.
*Ac.* Eho, íntro abi tu, illum évocatum fóras, mea Milphidíppa!
*Mi.* Imo ópperiamur, dum éxeat aliquís. *Ac.* Durare néqueo,
Quin eam íntro. *Mi.* Occlusae súnt fores. *Ac.* Effríngam. *Mi.* Sana nón es. 35
*Ac.* Si amávit unquam aut sí parem hic sapiéntiam habet ac fórmam:
Per amórem si quid fécero, cleménti animo ignóscet.
*Pa.* Ut, quaéso, amore pérdita est haec mísera! *Py.* Mutuúm fit.
*Pa.* Tace: ne aúdiat. *Mi.* Quid ástitisti obstúpida? cur non púltas?
*Ac.* Quia nón est intus, quem égo volo. *Pa.* Qui scís? *Ac.* Scio pol, olfácio. 40

13. Vett. *tandemque et oro.* Vulg. *eandemque.* Dec. *exoro tandem.*

14. Vett. *expetisso*, ut et v. 16.

17. *spernit* i. e. q. *segregat*, quod sequitur. Vide not. ad IV, 4, 33. Sic et Ennius apud Nonium: *Ius et aequum se a malis spernit procul.*

20. *spernat*, et hic quoque est: removeat, retundat quasi ab se.

21. Vulg. *bonum animum habe.* Vett. *bonum animum modo habeto.* Both. *Habe animum bonum*, uti et alibi legitur.

24. Sic vulg. — Vett. *Si pol me ducere volet.* — *ducere* producendum, ut *vivere* v. 26.

27. Vulg. *video mulieri.*

29. Vulg. *desideret*, *exspectet.* Vett. *te expectet.* Bothius e coni. *expetessat*, ut et Lindemannus. Restitui vulgatam, ut ultima in *desideret* producatur, haud rarum vel in nostro, vel adeo Horatio aliisque.

30. Vulg. et vett. *Summovere istam vis gloriam vis*, *q. h.* Aliae: *Si non perdere istam gl.* ut et Cod. Lips. et ex eo Lind. Verum estne hoc consulere et metro et Plauto, superstitiose codicis alicuius scripturae adhaerere?

32. Hic locus argumento esse possit, verbum *amare* primam ancipitem habuisse apud veteres; nisi, non facta elisione, sic legas: *tam misere út amaréntur.*

33. Vett. *evocato.* Sed aliae: *evocatum*, ut sit supinum.

35. Post *sana non es* vett. addunt: *simula inquam*, quae tamen in cdd. desunt.

36. Vett. et vulg. *hic* ante *habet.*

37. Vett. *animo mihi ignoscet.*

40. Vulg. *scio*, *edepol*, *scio.* Vett. *scio*, *edepol*, *facio.* Both. et Lind.

Nam odóre nasum séntiat, si intús sit. *Py.* Hariolátur.
Quia mé amat, propterea Venus fecít eam ut divináret.
*Ac.* Nescío ubi hic prope adest, quem éxpeto vidére: olet profécto.
*Py.* Nasó pol iam haec quidém videt plus, quam óculis. *Pa.* Coeca amóre est.
*Ac.* Tene me, óbsecro! *Mi.* Cur? *Ac.* Né cadam. *Mi.* Quid itá? *Ac.* Quia stare néqueo: 45
Ita ánimus per oculós meos defit. *Mi.* Pol militém tu
Adspéxisti. *Ac.* Ita. *Mi.* Non vídeo, ubi est. *Ac.* Vidéres pol, si amáres.
*Mi.* Non édepol tu illum mágis amas, quam egomét, si per te liceat.
*Pa.* Omnés profecto múlieres te amánt, ut quaeque adspéxit.
*Py.* Nescío, tu ex hoc me audíveris, an nón: nepos sum Véneris. 50
*Ac.* Mea Mílphidippa, adi, óbsecro, et congrédere! *Py.* Ut me verétur!
*Pa.* Illa ád nos pergit. *Mi.* Vós volo. *Py.* Et nós te. *Mi.* Ut iussísti,
Herám meam eduxí foras. *Py.* Videó. *Mi.* Iube ergo adíre.
*Py.* Indúxi animum, ne óderim, item ut álias: quando orásti.
*Mi.* Verbum hérele facere nón potis, si accésserit prope ád te. 55
Dum te óbtuetur, interim linguam óculi praecidérunt.
*Py.* Levándum morbum múlieri videó. *Mi.* Viden' ut tremit átque
Extimuit, postquam te ádspexit? *Py.* Viri quóque armati idem istuc fáciunt:
Ne tú mirere plús mulierem. Séd quid volt med ágere?
*Mi.* Ad se út eas: tecum vívere volt átque aetatem exígere. 60
*Py.* Egon' ád illam eam, quae núpta sit? Virum éius metuere aequum est.
*Mi.* Quin tuá causa exegit virum a se. *Py.* Quid? qui id facere pótuit?
*Mi.* Quia aedes dotales húius sunt. *Py.* Itane? *Mi.* Íta pol.
*Py.* Iube domum íre:
Iam ego illic ero. *Mi.* Vide, né sies in éxspectatióne:
Ne illam ánimi excrucies. *Py.* Nón ero profécto. Abite.
*Mi.* Abímus. 65

*Scio, edepol, facile.* Et aperte Veneta habet: *Scio medepol, olfacio.* Fortasse ellicendum *Scio.*

41. *Nam odore* etc. Vett. *Nam odorem nasus.* *nasum* neutro genere usurpatum tentatur et Nonius. *Cf.* Amph. [illegible] *Hariolatur*, divinat.

[illegible] *caeca amore est.* Sic vulg. — [illegible] *caeca furore est.*

[illegible] Vulg. *quin ustare Neq.* Vett. [illegible] *ustare Nequeo.* Nostr. B. L.

[illegible] Vulg. *si* vett. *Nescio, tun' ex* [illegible] *audiveris.* Nostrum Hermannus.

[illegible] *non potis sc.* est Acroteleutium; metuo ne illa loqui non possit, si ad te acc.

56. Vett. *interim lingua atque oculi pericrunt.*

58. Claudicat metrum. Haud tamen ideo mutanda erat lectio, uti fecere recc.

59. Vett. *melius mul.* — *quid vult me facere?* Nostr. vulg.

60. *Ad se ut eas.* Sic vett. et Decurt. — Vulg. omittit *ut.* De scansione v. indicem v. *e inf.* 3. *producta.*

61. Vulg. *Vir eius est metuendus.* Vett. nostram. Item ed. Venet.

63. Sic vett. et vulg. — Both. omittit *sunt.* At elidendum *Quia.* — Vulg.

*Py.* Sed quíd ego video? *Pa.* Quíd vides? *Py.* Nescío quis, eccum, incédit,
Ornátu quidem thalássico. *Pa.* Iam nós volt hic profécto:
Nauclérus hic quidem est. *Py.* Vídelicet arcéssit hanc hinc, crédo.

---

## ACTUS IV. SCENA VII.

*PLEUSIDES. PALAESTRIO. PYRGOPOLINICES.*

*Pl.* Si alium álio pacto própter amorem nésciam
Fecísse multa néquiter: vereár magis
Me amóris causa istóc ornatu incédere;
Verúm quum multos múlta admisse accéperim
Inhonésta, propter amórem, atque aliena á bonis: 5
Mittó iam, ut occidi Áchilles civis pássus est....
Sed eccúm Palaestriónem, stat cum mílite:
Orátio alio míhi demutanda ést mea.
Muliér profecto náta est ex ipsá mora:
Nam quaévis alia, quaé mora est aequé mora, 10
Minor éa videtur, quám quae propter múlierem est.
Hoc ádeo fieri crédo consuetúdine.
Nam ego hánc arcesso Philocomasium. Séd fores
Pultábo. Heus, ecquis híc est? *Pa.* Adulescens, quid est?
Quid tu áis? quid pultas? *Pl.* Philocomasium quaérito: 15
A mátre illius vénio. Si itura ést: eat.
Omnés moratur: návim cupimus sólvere.
*Py.* Iamdúdum res paráta est. Heus, Palaéstrio,

*Iube eam domum ire.* Lind. *Die domum ire.*

68. Vulg. postremum *credo* tribuit militi. Vett. ut nos.

*Act. V. Sc. VII.* Advenit quasi e portu Pleusides, nauclerl ornatu, Philocomasium accersitum. Igitur Pyrgopolinices Palaestrionem iubet eam evocare et eius ornamenta efferre.

1. Sic et Acidalius legit, et Lamb., et habet V. C., et vett., et Veneta aliquatenus probat, quae habet *nescium*, uti Decurt., et vero facilius longe existit exordium, quam si legas, quod vulgata: *Alium — ni sciam*, ut Both. et Lind., quorum neuter nostram commemoravit verbulo. Id quod aperto esse argumento debet, neutrum eorum eo quo oportebat studio antiquiores libros contulisse. Sensus: Si nescirem, alios quoque olim propter amorem etc.

3. *istoc.* Sic vett. Lamb. Camer. — Lind. cum edd. et Veneta: *hoc.* Both. ex Iunt. et Ald. *cum hoc.*

5. Sic vulg. et vett. At Lamb. ex codd. malit: *Inhonestum — alienum*, quorum posterius saltem habet Veneta.

6. Parenthesin hoc versu inchoare cogitandus est; quam tamen abrumpit, apodosinque totius periodi omittit, ideo quia conspicatur Palaestrionem. Hinc aliud exordium sumit versu 9. — *Achilles* et prima et media brevius legendum, ut Poen. pr. 1. Merc. 2, 4, 20. et supra IV, 2, 65, quasi gr. Ἀχιλεύς. — Ceterum vett. corrupte: *Mitto iam, ut occidit Achilles, quid passus est.* Veneta: *quivis passus est.* Nostr. vulg.

9. Haec iam alta voce profert, quum praecedentia submissiori elocutus sit.

11. *ea* referto ad *quaevis alia.* Sic autem interpungendum cum vett., ut prius *mora* sit relativum, alterum praedicatum, *ea* autem pleonasmus. Vulg. *aeque, mora minor ea v.*, uti et Both. — Nostr. Lind.

12. Sensus: Haec quasi lex videtur esse, sc. ut morentur mulieres.

13. *Nam ego.* Sic vulg. et vett. At Lind. ex edd. medd. et cod. Lips. *Nunc ego.* Idem tamen *arcesso.* At in Veneta: *Nunc ego h. accersam Ph.*

18. *Iamdudum*, i. e. paullo ante, brevi ante, modo. Cl. Cas. 2, 6, 62.

Aurum, órnamenta, véstem pretiosam, ómnia
Duc ádiutores técum ad navim quí ferant. 20
Omnía composita súnt, quae donavi, út ferat.
*Pa.* Eó. *Pl.* Quaeso hercle, própera! *Py.* Non morábitur.
Quid ístuc, quaeso? quíd oculo factúm est tuo?
*Pl.* Habeó quidem hercle oculum. *Py.* Át laevum dico.
*Pl.* Éloquar.
Maris causa hercle istóc ego oculo utór minus: 25
Nam si á mare abstinuíssem, tamquam hoc úterer.
Sed nímis morantur mé diu. *Py.* Eccos, éxeunt.

---

## ACTUS IV. SCENA VIII.

*PALAESTRIO. PHILOCOMASIUM. PLEUSIDES. PYRGOPOLINICES.*

*Pa.* Quíd modi flendó, quaeso, hodie fácies? *Ph.* Quid ego ní fleam?
Úbi pulcerrume égi aetatem, inde ábeo. *Pa.* Viden hominém, tibi
Qui á matre et soróre venit? *Ph.* Vídeo. *Py.* Audin', Palaéstrio?
*Pa.* Quíd vis? *Py.* Quin tu iúbes efferri ómnia, quae istí dedi?
*Pl.* Phílocomasium, sálve. *Ph.* Et tu sálve. *Pl.* Materque ét soror 5
Tíbi salutem mé iusserunt dícere. *Ph.* Salvaé sient.
*Pl.* Órant te, ut eas, véntus operam dúm dat, ut velum éxplicent.
Nám matri oculi sí valerent, mécum venissét simul.

Ep. 3, 3, 27 et Amph. 2, 2, 60. 61. 67. etc. Neutiquam: diu est quod.

19. Vett. *vestem pretiosam omnem ferat.* Vulg. *vestem, pretiosum omne ut ferat*, uti et Veneta. Both. et Lind. *vestem, pretiosa omnia* ex coni. Ego *pretiosam* cum vett. et *omnia* e coni. relatum ad seqq. et suppl. *haec.* Cf. IV, 8, 4. 28.

21. Vett. *aufcrat.* Vulg. *ut ferat.*

23. *Quid istuc?* Videt enim culicem, quam gerit ob oculos. Cf. 4, 4, 42. Nam plerique nautae lippiebant.

24. *oculum* sc. unum saltem, singulari numero. Vett. et Venet. *quidem*, bene. Vulg. B. L. *equidem.*

26. Vett. *Nam si amare abst.* Vulg. *Nam si abst. amare.* Voluerunt enim innui amorem militis, aut etiam ipsius Pleusidis. Veneta: *Nam si abst. a mari.* Nostr. Both., atque *mare* ablativo et apud Lucretium statim libro primo occurrit.

*Act. IV. Sc. VIII.* Educitur Philocomasium a Palaestrione, eaque se flere fingit propterea quod sibi discedendum sit a milite. Amplectitur eum valedicens v. 19. Deinde fingit abiens se exanimatam procidere. Ergo Palaestrio iubet Pleusidem ei auxiliari. Miles autem aquam efferri iubet. Interim illi labella iungunt, id quod miratur miles. Confirmatus tamen a Pleuside iubet hunc porro eam tenere exanimatam, efferrique ornamenta. Valedicit Palaestrio v. 29. Resipiscit Philocomasium v. 34. Pleusidemque agnoscit sub naucleri figura. Quod ne miretur miles, Palaestrio de alia re incipit loqui; ille autem eos amittit v. 41. Restat Palaestrio ac de sua fide ad militem facit verba, quam brevi sit cogniturus. Denique ipse quoque abit, miles autem introire parat ad Acroteleutium.

1. *Quid ego ni fleam?* i. e. q. *Quidni ego fl.?* Vett. *Q. e. ne fleam?*

2. Vett. *inde obeo.*

3. Et vulg. et vett. *audistin'* quod temere retinuit Lind.

4. Et vett. et Veneta ignorant v. *intus*, quod vulg. habet ante *iubes*, quodque perperam retinuere B. et L. — *omnia* producendum, ut saepius, et ut *dicere* v. 6.

7. Construe: ut, dum ventus operam dat, velum explicent; non ut distinxit Bothius.

*PH.* Íbo, quamquam invíta facio. Píetas sic cohibét. *PL.* Sapis.
*PY.* Sí non mecum aetátem egisset, hódie stulta víveret. 10
*PH.* Ístuc crucior, á viro me táli abalienárier:
Nám tu quamvis pótis es facere utí fluat facétiis;
Ét quia tecum erám, propterea ánimo eram ferócior;
Eám nobilitatem ámittundam vídeo. *PY.* Ne fle. *PH.* Nón queo,
Quúm te video. *PA.* Hábe bonum animum. Scío ego, et quid doleát mihi! 15
Nám nihil miror, sí lubenter, Philocomasium, híc eras:
Fórma huius, móres, virtus, ánimum attinuere híc tuom;
Quúm ego servus, quándo adspicio hunc, lácrumem, quia diiúngimur.
*PH.* Óbsecro, licét complecti, priúsquam proficiscó? *PY.* Licet.
*PH.* Ó mei oculi! Ó mi anime! *PA.* Óbsecro, tene múlierem, 20
Ne áffligatur. *PY.* Quíd istuc? *PA.* Postquam ábs te abit, animó male
Fáctum est huic repénte miserae. *PY.* Accúrrite intro! efférte aquam!
*PA.* Níhil aquam morór. *PY.* Cur? *PA.* Malo — mérum: ne intervéneris,
Quaéso, dum resipíscit. *PY.* Capita intér se nimis nexa híce habent.
Nón placet. Labrá labellis férruminavit ádmodum. 25
*PL.* Téntabam, spiráret, an non. *PY.* Aúrem admotam opórtuit.
*PL.* Sín magis vis, éam omittam. *PY.* Nólo; retine. *PA.* At fléo miser.

9. Vulg. et vett. post *facio* addunt *omnia*. — *Pietas sic cohibet*. Lambinus ait legendum esse *cogit*. Supplendum autem est: *ut abeam*. Codices monstra praebent h. l.

12. *fluat*, l. e. abundet, ut elegantem delicatamque se praebeat in consuetudine.

14. Vett. et vulg. *Nimium haec flet*. *PH. Nequeo*, *Quum te video*. At Veneta: *Eam nobilitatem: video omnia*. *P. Ne fle*. *PH. Non queo*, *quum t. v.*

18. *Quum ego*. Sic vett. — al. *Quem ego*. Vulg. *Quin ego*. Dein et vett. et vulg. *fleo* pro *lacrumem*, quod codd. praebent, qui, ut et Veneta, habent *lacrumum*. Certe non debebat legi: *Quin — lacrumem*, quod fecere Both. Lind. — Pro *diiungimur* al. *adiungitur*.

19. Vett. *proficiscor*. Nostr. Vulg. et Both. Ceterum ἅπαξ λ. in Plauto.

20. Vett. *o anime mi*. Haec autem abiens iam dicit, et prae dolore quasi exanimata. — *tene mulierem*. Pleusidi ait.

21. *affligatur* sc. humo, ne procidat humum, ne ad terram gravi casu allidatur. Cf. Rud. 4, 3, 71. Curc. 1, 1, 83.

22. Et vett. et vulg. *accurrite intro, atque efferte aq.*

23. Vett. *Malo ne ipse interveneris*. Vulg. *Malo*, *ne interveneris*, ut et Veneta. Both. *Malo malum*. *Ne interveneris*, *Quaeso*, *d. r.* malum, *den Apfel*, quasi gravida sit, collato Amph. 2, 2, 99. Lindemannus: *Malo merum*. *Ne int.* ex Lambino, qui sic restituerat ex codicum vestigiis. Quod probo.

25. Vett. *labra et labella inter se ferunt admodum*. Pro quo Lamb. ex apertis codicum vestigiis legi iubet: *firmant admodum*. Veneta: *labra labellis ferruminavit acre malum*. Vulg. *l. l. ferruminant! acre malum*. Both. *Labra ab labellis fer mihi*, *aut* — *PL. Acre est malum*. Conferendus locus Pseud. 5, 1, 14. *ubi labra ad labella adiungit*. Labra sunt viri, labella feminae. Legendum: *ferruminavit admodum*, sc. hicce homo, Pleusides. Hinc et de se respondet Pl. in seqq.

26. *Aurem* etc. Vett. *aut eam ad nos iam oportuit*, ut Pleusides verba. Pro quo Lamb. iubet legi: *at eam*, ut sit sensus: at iam oportuit eam Athenas avectam esse. Veneta: *Tent. sp.*, *an*

*Py.* Éxite atque efférte huc intus ómnia, isti quaé dedi!
*Pa.* Étiam nunc salúto te, Lar fámiliaris, priúsquam eo!
Cónservi consérvaeque omnes, béne valetę et vívite! 30
Béne, quaeso, inter vós dicatis ét mihi, absentí tamen.
*Py.* Áge, Palaestrió, bono animo es! *Pa.* Éheu, nequeo, quín fleam,
Quum ábs ted abeam. *Py.* Fér aequo animo. *Pa.* Scío ego, quid doleát mihi.
*Ph.* Séd quid hoc? [quae res? quid video? Lux, salve!] *Pl.* Iam résipisti? *Ph.* Óbsecro, quem ampléxa sum
Hóminem? Perii, súmne ego apud me? *Pl.* Né time, voluptás mea! 35
*Py.* Quíd istuc est negóti? *Pa.* Animus hánc modo hic relíquerat.
Métuoque et timeó, — ne hoc tandem própalam fiát nimis.
*Py.* Quíd id est? *Pa.* Nos palám sic ferre núnc per urbem haec ómnia:
Né quis tibi hoc vítio vortat. *Py.* Méa, non aliorúm, dedi.
Párvi ego illos fácio. Age, ite cúm dis benevoléntibus! 40
*Pa.* Túa ego hoc causa dico. *Py.* Credo. *Pa.* Iám vale. *Py.* Et tu béne vale.
*Pa.* Íte cito. Iam ego ádsequar vos: cúm hero pauca etiám loquar.
Quámquam alios fidéliores sémper habuistí tibi,
Quám me: tamen tibi hábeo magnam grátiam rerum ómnium;
Ét, si ita senténtia esset, tíbi servire mávelim 45

*non aurae. at nos iam oportuit.* Nostr. vulg. ex Grutero.

27. Both. et Lind. *ambo mittam.* Vett. et vulg. *ambos*, ut et Veneta; atque Lambinus interpretatur: Sin tu mavis, miles, ego ambos missos faciam et relinquam, videlicet Palaestrionem et Philocomasium. Mss. pro *ambo* habent *amo.* Ergo legendum *eam omittam.* — In seqq. Vulg. *Nolo: retineat.* *Pa. Fleo miser.* Vett. *Nolo retineat.* *Pl. Flet miser.* Veneta: *Flet misera.* Both. *Nolo; retine.* *Pa. At fleo miser.* Quod et Lind.

28. Vett. *quae isti dedi.* Nostr. vulg.

29. *Etiam*, l. e. iterum iterumque. Salutaverat autem iam, cum exiret domo, sine dubio. Nam *etiam* Plauto frequens est i. q. *adhuc*, ut significet vel continuationem vel iterationem; cf. Amph. I, 1, 228. II, 1, 21. Cas. 2, 6, 16. III, 5, 71. Aul. I, 1, 16. As. I, 1, 95. V, 73. Curc. I, 3, 16. etc. Ergo non scribendum *Et iam*, ut fecit Lind. — V. *Lar* deest in libris et in vulg. et vett. Induxit Bothius, recte.

31. Constructio est: quaeso ut mihi, tametsi absenti, etiam benedicatis. Participio *absens* et eius declinatis plerumque additur *tamen* i. e. *tametsi.* Cf. supra III, 2, 52. Amph. I, 3, 44. Cas. prol. 20. et indic. v. *tamen.* Errat Lind. ad Capt. II, 3, 33.

32. Vett. *Heu.* Both. *Heu*, *heu.* — Nostr. vulg.

33. Sic vett. — Vulg. *Aequo fer an.*

34. Inclusa suppositicia esse, quivis facile videt. — Atque prior syllaba v. *resipisti* necessario producenda; vind. ind. v. *re compositivum.*

35. Vett. *Ne timeas*, *v. m.*

37. *Metuoque et timeo.* Patet haec dici ad militem; reliqua submissa voce.

38. *Quid id est?* i. e. quid metuis? — In seqq. Lambinus scribit ex codd. *Nos palam sic ferre.* atque Veneta habet: *Nos palam ferre.* Vulgata tamen et vett. *Nos secundum ferre.* Both. Lind. *Nos secundum ferri*, e coni.

39. Vett. *non illorum.* ut et Veneta, et Vulg. Quod Bothius e coni. mutavit in *aliorum*, ut et seq. *illos* in *alios.*

40. Scribendum duco: *age*, *ite.* Omnes: *Agite*, *ite.*

42. *etiam*, l. e. adhuc.

43. *habuisti tibi*, l. e. credidisti tibi esse.

45. *si ita s. esset*, sc. tua; si tu velles.

Múlto, quam alií libertus ésse. *Py.* Habe animúm bonum!
*Pa.* Haú mihi, quum vénit in mentem, ut móres mutandí sient:
Múliebres morés discendi, obliviscendi stratiótici.
*Py.* Fác sis frugi. *Pa.* Iám non possum; amísi omnem lubídinem.
*Py.* Í, sequere illos! né morere! *Pa.* Béne vale. *Py.* Et tu béne vale. 50
*Pa.* Quaéso, ut meminerís: si forte líber fieri occéperim,
Mittam nuntium ád te: ne me déseras. *Py.* Non ést meum.
*Pa.* Cógitato idémtidem, tibi quám fidelis fúverim.
Si íd facies: tum démum scibis, tíbi qui bonus sit, quí malus.
*Py.* Scío et perspexi saépe; verum quum ántehac, tum hodie máxume. 55
*Pa.* Scíes: imo hodie vérum factum fáxo post dicés magis.
*Py.* Víx reprimor, quin té manere iúbeam. *Pa.* Cave istuc féceris:
Dícent te mendácem nec verum ésse, fide nulla ésse te;
Dícant, servorúm praeter med ésse fidelem néminem.
Nám si honeste cénseam te fácere posse, suádeam; 60
Vérum non potést: cave faxis. *Py.* Ábi; iam patiar, quídquid est.
*Pa.* Béne vale igitur. *Py.* Íre meliust strénue. *Pa.* Etiam núnc vale.
*Py.* Ánte hoc factum hunc sum árbitratus sémper servom pés-sumum;
Éum fidelem mi ésse invenio. Quom égomet mecum cógito:
Stúlte feci, qui húnc amisi. Íbo hinc intro núnc ïam 65
Ád amores meos. Séd quis hinc exit? Sónitum fecerúnt fores.

---

## ACTUS IV. SCENA IX.

*PUER. PYRGOPOLINICES.*

*Pu.* Ne mé moneatis: mémini ego officiúm meum.
Ego iám conveniam íllunc, ubiubi est géntium;
Invéstigabo; óperae non parcám meae.
*Py.* Me quaérit illic: íbo huic puero óbviam.

47. *Hau* dolentis v. Cist. 3, 15. Curc. 4, 2, 26. Trin. 2, 4, 44. locantis Stich. 2, 1, 104.

48. Vulg. *obl. stratiotici.* Vett. *obliviscendi tui.* Syllaba *li* sine dubio longa. Ergo per crasin proferendum *livi*, ut quasi unam faciat syllabam. Id quod sane in quibusdam fieri solet, quae *v* literam intermediam habent, ut *ovis*, *navis*, *avus*, *avidior*. Cf. ad Aul. prol. vs. 5. Nisi forte sit verum sphalma prosodicum.

49. *lubidinem*, voluntatem recte faciendi, appetitum. Cf. Epid. 2, 2, 58. Pers. 5, 2, 29.

56. Vett. *Scis.* Sed nostr. vulg. et Venet. At Lind. cum Bothio: *Scis? imo hodie.*

58. *esse* monosyllabum, ut saepe, et ut item sequenti versu.

66. Vulg. et vett. *et sensi hinc.* Veneta: *exi hinc.* Lambinus: *etiam sensi hinc.* Aliae vett. *quis exit hinc.* Both. et Lind. *et*, *sensi*, *hinc.* Quae l. mihi minime probatur, primum propter istud *et*, deinde propter parenthesin *sensi*, denique propter metrum, quoniam *meos* monosyllabum plerumque in tali positu. Possit et: *Ecquis exit hinc?* Possit *Sed quis exit?* omisso *hinc.*

*Act. IV. Sc. IX.* Puer invitat militem, ut introeat ad Acroteleutium. Introit igitur.

1. Loquitur adhuc ad eos, qui intus sunt.

*Pu.* Ehém, te quaero. Sálve, vir lepidíssume, 5
Cumuláte commoditáte praeter céteros;
Duo dí quem curant! *Py.* Quí duo? *Pu.* Mars ét Venus.
*Py.* Facétum puerum! *Pu.* Intro te ut eas óbsecrat:
Te vólt, te quaerit, téque exspectans déperit.
Amánti fer opem! Quid stas? quin intro ís? *Py.* Eo. — 10
*Pu.* Ipsús illic sese iam ímpedivit ín plagas!
Parátae insidiae súnt; stat in statú senex,
Ut ádoriatur moéchum, qui forma ést ferox,
Qui omnés se amare crédit, quaeque adspéxerit
Muliér; eum odere quá viri, qua múlieres. 15
Nunc ín tumultum ibo: íntus clamorem audio.

---

## ACTUS V.

*PERIPLECTOMENES. PYRGOPOLINICES. CARIO. SCELEDRUS.*

*Pe.* Dúcite istum! Sí non sequitur, rápite sublimém foras!
Fácite inter terram átque coelum ut médius sit! discíndite!
*Py.* Óbsecro hercle, Périplectomene, té! *Pe.* Nequidquam hercle óbsecras.
Víde, ut istic tibi sit acutus, Cário, cultér probe.

6. *commoditate*, i. e. facultate alios beandi. Sic Poen. I, 3, 12. Men. I, 2, 28; quibus in locis componitur cum *salute* et cum *opportunitate*. Cf. et supra IV, 3, 41. *Satin' ut commoditas usque quaque me adiuvat?* Perperam interpretatur Lindemannus, Lambinum secutus. Verba *praeter ceteros* possunt ad sequentia, possunt et ad praecedentia trahi. illud vulgata, hoc vett. Ego ad praecedentia; cf. As. 5, 2, 6. *ego praeter alios meum virum fui rata frugi.* Atque ita et intelligendum erit, etiam si ad seqq. trahas, ut sit: prae aliis, sc. mortalibus. Sic et Amph. 2, 2, 13. *quem ego amo praeter omnes.*

12. Vulg. et Veneta: *in statu stat senex.* Vett. *Namque in statione stat senex.* Vulgatam sequitur Lind. contra metrum. Nam *status* nusquam producitur. Cf. Amph. I, 1, 113. Cf. et supra 2, 2, 53. Recte itaque transposuit Both.

14. Sic vulg. et vett. *quaeque* l. e. *quaecunque* sc. muller eum adspexerit. Lambinus: *quaequae.* Mutavit Bothius optimum versum, nescio quare, sic: *Qui omnes amare sese, quique adsp. Credit, eum od.* etc. Item Lind. sic: *Qui omnis se credit amare quemque adsp., Quem omnes od. qua viri qua mulieres.*

15. Vett. *Mulier: eum odere tam viri, quam mulieres.* Vulg. *Mulieres; eum odere qua v., qua mulieres.* Veneta: *Mulieres: eum od. tam v. quam m.* Dictio *qua v. qua m.* videtur repetita ex IV, 3, 20. totusque versus suppositilius esse. Ceterum *mulieres* ortum inde, quod quidam putarint scribendum esse *quasque adspexerit.* Perperam. Nam sensus est: Qui credit; omnes ipsum amare, quaecunque eum adspexerit.

*Act. V.* Educitur miles, et supplicium de eo sumitur. Athenas abeunt Plesides et Philocomasium cum Palaestrione.

1. Sensus: Educite istum foras. Quodsi noluerit sequi, sublatum humeris vestris efferte. Cf. Men. 5, 7, 3. 5. 10. 13.

2. Sic vulg. et vett. — In Veneta deest v. *medius.* Eadem habet *discidite.* Bothius: *Facite eum, inter terram ac. c. ut siet! d.* Lind. *Facite, inter t. atque c. ut siet! d.* Verbum *medius* utut absit ab cdd. et edd. aliis, non tamen liquet an absit ab omnibus. Certe Lambinus nihil adnotat. Nusquam autem legitur *siet*, affectusque vehementior pleniorem requirit versum, ab hiatu abhorret. Ad sensum autem idem ait cum superioribus: sublimen rapite. — *discindite* sc. *verberibus.*

4. Pro *acutus* Veneta: *actus.* — Vult autem militem castrari.

'A. Quín iamdudum gestit, moecho hóc abdomen ádimere: 5
t faciam quasi púero in collo péndeant crepúndia.
Y. Périi! CA. Haud etiam; número hoc dicis. — lámne in hominem ínvolo?
E. Ímo etiam prius vérberetur fústibus. CA. Multúm quidem.
E. Cúr es ausus súbigitare álienam uxorem, ímpudens?
Y. Íta me di ament, últro ventum est ád me. PE. Mentitúr: feri! 10
Y. Máne, dum narro. PE. Quíd cessatis? PY. Nón licet mihi dícere?
E. Díc. PY. Oratus súm venire ad te húc. PE. Quare ausus? Hém tibi!
Y. Oíei, sum satis vérberatus! Óbsecro! CA. Quam móx seco?
E. Úbi lubet. Disténdite hominem dívorsum et dispénnite!
Y. Óbsecro hercle té, mea verba ut audias, priusquám secer! 15
E. Lóquere, nondum níhili factus. PY. Víduam esse cénsui;
que ancilla, cónciliatrix quaé erat, dicebát mihi.
E. Iúra, te non nóciturum esse hóminem de hac re néminem,
ód tu hodie hic es vérberatus, aút quod verberábere,
te salvom hinc ámittemus, Vénerium nepótulum. 20

. Pro *gestit* vett. et Lamb. *gestio*, madmodum et sequitur *faciam*. Il- Vulg. B. L. *Gestire* autem est: ere. Cf. Amph. 1, 1, 170. Asin. 4, 13. et supra 1, 1, 8.

. *Haud etiam*, i. e. nondum peri- ut infra ait: *nondum nihili factus*, 16. Nam antea verberandus erat. — *nero hoc dicis*, i. e. nimis cito, nimis ure hoc dicis, te perisse. Dubitari debet de hac vocis *numero* significatione, quidquid obloquatur Lindemans ad h. l. Vide nos ad Amph. I, 1, et loca ibi citata. Consentiunt omns grammatici, item lexica. — Ceterum us noster et sine interpunctione interdia: sic potest accipi: recte dicis, te tisse, non nimis mature hoc dicis. itim enim in te involaturus sum. Atsic vett. et Veneta. Nostr. vulg. et idalius.

8. Veneta et verba *multum quidem* em Periplectomeni tribuit. Vett. in addunt *PY. Perii*, quod et Lambins, qui tamen omittit *fustibus*. Vulg. *tibus*. *SA. Multum quidem*. Lege: *fustibus multum*. *PY. Perii*. Nam nsentaneum est, servos statim ferire, im autem exclamare.

9. *subigitare* non est proprie: rem bere, sed: blandiri, attrectare, *charren*. Cf. Merc. 1, 2, 93. ubi plane cus accipi nequit.

10. *feri* scripsit Scioppius, et habet lg. et vett. Veneta: *PE. Perii. Mane* . Apud Lamb. deest plane.

12. Vulg. vett. *ad te venire huc*. Veneta: *ad te huc venire*. Nostr. Both. — *Hem* interiectio verberantis. Curc. I, 3, 39 et saepius.

13. Vett. et Veneta: *Hodie sum s. v.* Vulg. *Oh, hei sum s. v.* Nostr. B. L. — Codd. *Olei*. Cf. Benilei. ad Ter. Eun. 4, 4, 47. Scripserim: *Ohe*.

14. Sic vulg. — Vett. *dispendite*. Veneta: *Dispennite hominem div. et distendite*, atque sic legitur apud Nonium, v. *dispennere*, quod interpretatur expandere, deducens tamen a pennis avium. Cf. Ter. Phorm. II, 2, 16. ubi idem vult legi *tennitur*. Utrumque per — *ennite* scribunt B. et L. — Codd. *dispendite — et distendite*.

15. Vulg. et vett. *ut mea v. audias*. Nostr. B. L. — Vulg. *priusquam secat*. Veneta: *pr. secar*. Vett. *pr. secer*, ut et Lamb.

18. Vulg. *Iura te nociturum esse homini nunc hac de re nemini*. Veneta: *Iura te non nociturum esse hominem de hac re neminem*, cui lectioni vett. addunt *nunc* post *hominem*. Nocere autem construitur tum, uti gr. *βλάπτεσθαι*. Sic Mostell. I, 3, 33. *unum inservire amantem* pro: *uni i*.

19. Sic vett. — Vulg. omittit *es*, ut et Veneta.

20. Vulg. *hinc mittimus*. Vett. *mittimus hinc*. Illud et Veneta. Sed *amittimus* praebet codex Prisciani Dresdanus, libro III, 5 unde nostr. Lind. —

*Py.* Iúro per Diónam et Martem, mé nociturum néminem,
Qüód ego hic hodie vápularim; iúreque id factum árbitror;
Ét si intestatús non abeo hinc, béne agitur pro nóxia.
*Pe.* Quíd, si id non faxís? *Py.* Ut vivam sémper intestábilis.
*Ca.* Vérberetur étiam; post tibi ámittundum cénseo. 25
*Py.* Dí tibi benefáciant semper, quum ádvocatus míhi bene es!
*Ca.* Érgo des minam aúri nobis. *Py.* Quámobrem? *Ca.* Salvis téstibus
Út ted hodie hinc ámittamus, Vénerium nepótulum.
Áliter hinc a nóbis, ne sis frústra.... *Py.* Dabitur. *Ca.* Mágis sapis.
Dé tunica et chlamyde ét machaera (né quid speres): nón feres. 30
Vérberone etiam, án im amittis? *Py.* Mítis sum equidem fústibus.
Obsecro vos! *Pe.* Sólvite istum. *Py.* Grátiam iam habeó tibi.
*Pe.* Sí posthac prehéndero ego ted híc, arcebo téstibus.
*Py.* Caúsam haud dico. *Pe.* Eámus intro, Cário. *Py.* Servós meos
Éccos video. Phílocomasium iám profecta est? díc mihi. 35
*Sc.* Iámdudum. *Py.* Hei mihí! *Sc.* Magis dicas, sí scias, quod egó scio:
Námque ille, qui lánam ob oculum habébat, nauta nón erat.
*Py.* Quís erat igitur? *Sc.* Phílocomasio amátor. *Py.* Qui tu scís? *Sc.* Scio:
Nám postquam exiérunt porta, níhil cessarunt íllico

Both. *mittemus*. Cf. vs. 28. — *Venerium nepotulum*. Cf. IV, 6, 50.

21. *per Dionam et Martem*. Cf. IV, 9, 7. Nam Diona h. l. est i. q. Venus. Vett. *Dionem*. Veneta: *Venerem*. Vulg. *Dianam*. — Et hic quoque vett. *neminem*. At Veneta: *nemini*, quod Lind. h. l.

22. Nihil hic varietatis adnotatur. Verum vett. habent: *Quod ego hic hodie vapularim, iureque id factum arbitror*, ut et Lamb. — Vulg. et Veneta: *vapulo: sed mihi id aeque factum arbitror*, quod Both. et Lind. — Neminem puto dubitaturum, meliorem esse vett. lectionem. Et V. C. *iure qui factum arbitror*.

23. *intestatus*, sine testibus, loco solemni. Similia v. Curc. I, 1, 30. 32.

24. *si id non faxis?* sc. quod modo promisisti. — *intestabilis*, probrosus, et simul, sine testibus. Cf. ad Curc. I, 1, 30.

25. Omnes habent *post tibi*. Gulielmus tamen maluit: *post ibi*, quod dederunt B. et L. — *etiam*, porro, amplius, denuo.

29. Sic vulg. — Vett. omittunt: *Aliter — frustra*. Item Veneta, quae nec *dabitur* habet. Ad *a nobis* suppl. *non abibis*. Mihi et rhythmus in postremis et dictio *magis sapis* displicet. Melius haberent extrema: *Pe. Dabitur. Ca. Jam sapis*.

31. Vett. *Verberone etiam, antequam mittis?* Eadem Vulg. nisi quod *amittis*. Veneta autem: *Per. Magis sapis De tunica chlamyde et mucrone quod speres. Car. Non feret verbero. Etiam ne animam amittis*. Hinc nostr. B. et L. — *im* pro *eum*. Sensus: visne eum adhuc verberari, an amitti? *mitis*, πίπτων, paronomasiam facit cum *amittis* praec.

32. Vett. *gr. iam habeo tibi*. Vulg. omitit *iam*, ut Pall.

33. *arcebo testibus*, i. e. abstraham te testiculis.

34. *Causam haud dico*, non recuso. Cf. Capt. 3, 4, 92 et Most. 2, 2, 4.

36. *Iamdudum*, i. e. paulo ante, brevi ante, modo, *so eben*. Nihil certius hac significatione. Cf. Amph. 2, 2, 68. 69. Cas. 2, 6, 62. Ep. 3, 3, 27.

38. *Philocomasio*, dat. pro genitivo, ut passim. V. ind. v. *dativus*.

Ósculari atque ámplexari intér se. *Py.* Vae miseró mihi! 40
Vérba mihi data ésse video. Scélus viri, Palaéstrio,
Ís me in hanc illéxit fraudem. *Pa.* Iúre factum iúdico.
Sí sic aliis moéchis fiat, mínus hic moechorúm siet;
Mágis metuant, minus hás res studeant. Eámus ad me. Plaúdite.

42. Et vulg. et vett. haec omnia usque ad finem militi tribuunt. At Both. et Lind. *Sc. Iure — studeant. Pr. Eamus ad me.* Ime Both. postremum *Plaudite* Cantori suo. Non cogitandus statim v. 34. introiisse Periplectomenes; cui postrema haec optime tribui posse videntur.

FINIS TOMI PRIMI.

# METRORUM IN MILITE

## DESCRIPTIO.

Act. I. et Act. II. Sc. I. Senarii iambici.
Act. II. Sc. II. Tetrametri trochaici, praeter vss. 1, 3, 32, 50, 70, 76, 91, qui sunt iambici.
Act. II. Sc. III. tetrametri troch.
Act. Sc. IV. tetram. iambici.
Act. Sc. V. v. 1 — 15 tetram. iamb.
v. 16 — 70 tetram. troch.
Act. II. Sc. VI. Senarii iambici.
Act. III. Sc. I. tetrametri trochaici.
Act. III. Sc. II. senarii iamb.
Act. III. Sc. III. tetram. iamb.
Act. IV. Sc. I. tetr. trochaici.
Act. IV. Sc. II. v. 1 — 18 tetr. troch.
v. 19 — [illegible] tetr. anapaest.
Act. IV. Sc. III. senarii iamb.
Act. IV. Sc. IV. tetr. troch.
Act. IV. Sc. V. tetr. troch.
Act. IV. Sc. VI. tetr. iamb.
Act. IV. Sc. VII. sen. iamb.
Act. IV. Sc. VIII. tetr. troch.
Act. IV. Sc. IX. sen. iamb.
Act. V. tetram. trochaici.